







Epitome
Historiae Ecclesiasticae
N. F.



Cura et studio

Nicolai J. Cherrier,

Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis Canonici, Abbatis SS. Trinitatis de Siklós, S. C. R. et Apostolicae Majestatis Consiliarii, AA. LL. et Philosophiae, nec non SS. Theologiae Doctoris, Facultatis Theologicae penes Regiam Scientiarum Universitatem Pestanam Membri Collegiati, prius Juris et Historiae Ecclesiasticae Professoris.

Tomus I.

Cum adprobatione Reverendissimi Ordinariatus Strigoniensis.

VIENNAE, 1853.

Typis Joannis B. Wallishausser.

L'Histoire Ecclesiastique est l'histoire de la vraie philosophie; car les faits, qui la composent, c'est que dès un tel temps on enseignait telle doctrine, et on suivait telle maxime.

Cl. Fleury préf. de l'Hist. Eccles. pag. VI.

Historia Ecclesiastica est historia verae philosophiae, quia facta, quae recenset, indicant talem quondam viguisse doctrinam, talia floruisse principia.



Lector Benevole!

Suavissimo animi solatio compertus, quod Institutiones Historiae Ecclesiasticae per me ante decennium Pestini vulgatae, eam Publici Literarii tulerint adprobationem, ut non obstante quatuor Tomorum mole, earum tamen plerisque in patriae nostrae theologicis Institutis usus fieret: et motu proprio et aliorum provocatione excitatus, easdem Institutiones in duos Tomos contractas, typis publicare constitui. Consilium vero hoc non alio ex fine exequebar, quam ut Theologiae auditoribus opus brevius, et praelectionibus theologicis commodius suppeditarem, memor Horatii verborum: Quidquid praecipies, esto brevis, ut cito dicta percipiant animi dociles, teneantque fideles *). Brevitatem attamen hanc cum amplo Historiarum pelago ac materiae necessitate sic conciliare studebam, ut aevi nostri eventus notatu dignissimos quoque adumbrarem, ac filum Historiae Ecclesiasticae ad nostram usque aetatem producerem; Non enim adeo virtutum sterile seculum nostrum, ut non et bona exempla prodiderit **). Et alioquin Quis nescit primam esse Historiae legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis ***).

Profecto, siquidem rerum peritus quisque perspiciat, laetissimos sacrarum literarum progressus in Ecclesia Catholica, speciatim vero Hungarica sub gubernio Eminentissimi ac Reverendissimi Domini S. Romanae Ecclesiae Car-

---

*) Horat. Epist. ad Pison.

**) Tacit. Hist. I. 3.

***) Cic. de orat. lib. II. c. 15.

dinalis, Archi-Episcopi Strigoniensis et Primatis regni Joannis B. Scitovszky de Nagy-Kér, literarum et artium, omnigenaeque culturae boni et pulchri Promotoris, Protectoris et Mecaenatis munificentissimi, aliorumque dignissimorum Ecclesiae Hungaricae Praesulum hac quoque aetate factos, ac porro quoque fieri; plura insuper objecta theologica, et politico-religiosa aevo nostro in medium prolata, ac tam una, quam altera ex parte ponderata et discussa, imo nonnulla eorum et seculorum usu, et supremi Ecclesiae Catholicae Capitis judicio decisa fuisse; denique grandes aetatis nostrae eventus grandes quoque sequelas tulisse; horum omnium succinctam rationem hac in elucubratione prae oculis tenendam fuisse, quisque agnoscet.

Quod porro Compendii hujus formam internam attinet, in eo idem systema, eadem fere verba, ac eandem methodum sequendam censebam, quam in opere fusiori prae oculis tenui; eo solum cum discrimine, quod contracta in unam tertia et quarta periodo, quinque periodos editionis primae in quatuor solum explanaverim.

De inglorio labore laudem non expecto, contentus futurus, si Theologiae tyronibus discendi onus levius reddere, si ad Ecclesiae Catholicae augmentum, ac aedificationem Corporis Christi vel numulum conferre pergam. Vale.

Scribebam Posonii 3. nonas Aprilis 1853.

Auctor.

Conspectus Tomi I.

Prolegomena.

pag.

Caput IV. Geographiae Ecclesiasticae adumbratio.

Caput V. Bibliographia.

Periodus I. *Institutionum Historiae Ecclesiasticae a Nativitate Christi usque ad Constantinum M. seu ab anno Christi 1. usque ad annum 306.*

Pars I. Historia Status externi Ecclesiae Christianae.

Caput I. Fundatio Ecclesiae Christianae.

Caput II. Fata Ecclesiae Christianae prospera, seu illius propagatio.

Caput IV. De Haeresibus.

Caput V. De ritibus ecclesiasticis, moribus Christianorum et disciplina ecclesiastica.

Caput VI. De conciliis.

pag.

'eriodus II. *Institutionum Historiae Ecclesiasticae ī. F. a Constantino M. usque ad Carolum M. seu ab anno 306. ad annum 800.*

Pars I. Historia Status externi Ecclesiae Christianae.

Caput. I. De propagatione Religionis Christianae.

Caput II. De fatis Ecclesiae Christianae adversis.

Pars II. Historia Status interni Ecclesiae Christianae.

Caput I. De Gubernatione Ecclesiae et Hierarchiae.

Caput II. Status Literarum.

Articulus I. Artes liberales et Philosophia.

Articulus II. De scriptoribus ecclesiasticis.

Caput III. De doctrina Catholicorum.

Caput IV. De haeresibus.

Caput V. De ritibus ecclesiasticis, moribus Christianorum et disciplina Ecclesiae.

Caput VI. De Conciliis.



PROLEGOMENA.

Caput I.

Introductio in Historiam Ecclesiasticam.

§. 1.

Historiae Ecclesiasticae notio et divisio.

Historia Ecclesiastica novi foederis est systematica et fide digna relatio eventuum notabiliorum Religionem et Ecclesiam Christi adtinentium. Historia est universalis, cum ad cunctos eventus notabiliores Religionem et Ecclesiam Christi adtinentium, particularis, cum ad certa solum objecta, tempora et loca, singularis cum ad unum solum objectum extenditur. Vid. Ferd. Stöger introd. in H. E. n. f. Vindob. 1776. p. 3. 4. I. G. Walch H. E. n. t. Jenae 1744 p. 9. L. Chrys. Pfrogner Einleitung in die christl. Relig. und Kirchengesch. Pragae 1805. 1. part. p. 45. Ladisl. Vass instit. Hist. E. n. f. Pest. 1828. pag. 7. Ant. Klein Hist. E. Chr. Graecii 1828. t. 1. p. 3. Jacob Ruttenstock Instit. H. E. Viennae 1832. p. 5.

§. 2.

Finis.

Historiae Ecclesiasticae finis alter est ratione intellectus, ratione voluntatis alter: illius est salubrem doctrinam proponere, providentiam divinam in fundanda, propaganda et conservanda Ecclesia manifestare, genuinam Religionis et Ecclesiae Christianae faciem e primorum seculorum exemplis describere, atque sic fidem docere et firmare: hujus autem est depictis recte aut male factorum adjunctis ad virtutem constanter sectandam, vitia vero nunquam non fugienda movere, ac efficacitatem Religionis

Christianae ex fructibus ob oculos sistere, seu Historiae Ecclesiasticae finis est: homines sapientiores et meliores reddere.

§. 3.

Dotes.

Ut Historia Ecclesiastica fini suo respondeat, ea certis dotibus instructa sit oportet. Inter eas haec referenda sunt: 1) Veritas, qua nec falsum narret, nec verum, dum illud narratio exigit, celare audeat. Nam, quis nescit ait Cicero, primam esse Historiae legem, ne quid falsi dicere audeat, deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis [1]. 2) Delectus; nam nec homo, utpote vitae et memoriae brevis, cunctis eventibus referendis sufficit, nec omnes eventus usibus humanis utiles esse queunt. Ut adeo ii solum recensendi sint, qui ad universam Ecclesiam vel majorem ejus partem spectant, qui magnas mutationes in Religione, in cogitando et agendo, in institutis et scientiis produxerunt. 3) Relatio pragmatica, qua Historia non nudam eventuum narrationem ad memoriam instruendam, aut oblectandos lectores complectatur, verum etiam judicium in negotiis aestimandis acuat, et prudentiam in iis tractandis instillet. Seu ad Historiam spectat praeter facta etiam eventuum causas et effectus tam bonos, quam malos recensere, nexum, quo unus eventus alteri praeluxit, sicque alium remotissimum saepe eventum produxit, exponere, denique reflexiones adjungere, per quas ex factis dogmata, aetatis proprietas, nationum et personarum character, scientiarum progressus, subsidia et impedimenta derivantur. Exemplo nobis hac ex parte serviunt Polybius, qui primus nomine Historiae pragmaticae usus est [2], Tacitus et alii ex antiquis, qui bene perspicientes Historiam nonnisi hac methodo vere magistram vitae dici posse, cuncti fere eandem secuti sunt. Recentiorum vero vix ullus est, qui eorum exempla non imitetur.

---

[1]) Cic. de Orator. Lib. 2. cap. 15.
[2]) Histor. Lib. 1. c. 2.

§. 4.

Utilitas et necessitas.

Historia Ecclesiastica dotibus suis praedita cuivis mortalium utilis evadere potest. Nam 1) Singulare Dei institutum, quod reparandae saluti hominum necessarium fuit, explicat. Ante oculos sistit, qua ratione Jesus Christus sacram Veteris Foederis oeconomiam consummaverit, Vaticinia Prophetarum novo regno constituto, Judaeis dispersis, gentibus ad fidem vocatis, Apostolorum eorumque successorum opera effectu comprobaverit, sicque Religio et Ecclesia Christiana ad illum, in quo nunc existit, statum pertigerit. 2) Sapientiae et providentiae divinae documenta in fundanda, regenda et sustentanda diversis in statibus Ecclesia oculis substernit. Nam ex Historia facile quisque perspicere potest, quanta et quot imperia inde a fundata Ecclesia collapsa sint, ubi tamen Ecclesia Christi in medio procellarum, et crudelissimarum persecutionum inde ab 18 seculis salva perstitit. Ut adeo adposite jam S. Ambrosius scripserit: Ecclesia tunditur secularium curarum fluctibus, sed non subruitur, caeditur sed non labefactatur — spectat aliorum naufragia ipsa immunis et exsors periculi — parata semper donec sibi illucescat Christus, sibique ejus illuminatione jucunditatem acquirat [1]. 3) Argumenta proponit, quae nobis veritatem et divinitatem Religionis Christianae evincunt, dum nobis sanctitatem doctrinae Christi depingit, miracula, et prophetias recenset, mirabilem Religionis Christianae propagationem inter carceres, arma, rogos et hominum in ea tuenda ferream constantiam ante oculos ponit. 4) Beneficia Religionis Christianae revelat, ostendendo, quantopere culturam mentis et corporis adauxerit, vitam socialem et charitatem inter homines, institutis literarum aut misericordiae occasionem dando, promoverit. 5) Historia testis est, Religionem Catholicam unicam esse, quae inter multiplices Religionis Christianae theorias ratione doctri-

---

[1] S. Ambros. de Abrah. Libr. 2. c. 3.

nae suae semper aequalis, uniformis, ac una perstiterit. 6) Praeclara morum, et virtutum christianarum exempla exhibet, dum pietatem sinceram, charitatem puram erga proximum, patientiam, et in adversis ferendis fortitudinem primorum Christianorum et Martyrum depingit. At Historiam Ecclesiasticam non solum utilem, verum et necessariam esse sequentia docent: Historia Ecclesiastica Theologiae ortum et progressum depingit, diversam ratione temporis methodum docendi describit, ac per id oculis subjicit, quomodo Religio semper eadem quidem in Ecclesia perseveraverit, sed Theologia variam formam induerit; S. Patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum opera recenset, essentialia religionis ab iis, quae accidentalia sunt, distinguit, sicque theologo responsa ad cunctas adversariorum objectiones suppeditat. Nemo, ait Lactantius, potest veris armis instrui, si hostem, contra quem fuerit armandus, ignorat [1]. Vid. Huth Versuch einer Kirchengesch. des 18. Jahrh. tom. 1. p. 590. et Nostras Instit. Hist. Eccl. de anno 1840. §. 6. p. 8 et s.

§. 5.

Fontes.

Res ad Historiam Ecclesiasticam spectantes ex fontibus fide dignis hauriendas esse res ipsa loquitur. Ipsi autem fontes ratione originis in divinos et humanos dividuntur. Per illos intelliguntur S. Scripturae foederis novi, quae ob asphaliae privilegium cunctos ceteros fontes, quos humanos dicimus, fide et auctoritate longissime antecellunt. Fontes humani alii sunt publici, alii privati. Ad illos spectant omnia monumenta, quae publico, seu integrae cujusdam societatis nomine, aut vero a privatis conficiuntur ita tamen, ut per integram societatem probentur. Haec si desint, fontes privati dicuntur. E. g. testamenta etc. Ratione formae fontes alii sunt scripti alii non scripti Ad illos referuntur 1) Documenta publica uti acta conci-

[1]) Lactant. Divinar. Instit. Lib. 3. cap. 29.

liorum [1]), decreta Romanorum Pontificum [2]), libri Liturgici, diplomata et constitutiones imperantium civilium in causis Ecclesiae et Religionis, acta judicialia et protocolla de causis, negotiis et juribus ecclesiasticis, matriculae etc. 2) Scriptores, qui spectantur vel ut fontes, dum res a se, aut coram se, suo, aut non valde remoto aevo gestas narrant; vel ut subsidia, dum ea, quae referunt, ex aliis fontibus hauriunt. Ita Eusebius pro fonte habetur in pluribus, quae ad prima secula spectant. 3) Ephemerides ecclesiasticae, politicae et literariae. 4) Traditio seu translatio eventus ad successores per solam famam et relationem hominum facta, tardius in scriptum redacta. Huc spectant traditiones piae. Ad fontes non scriptos referuntur monumenta publica literis non signata uti lapides [3]), statuae, columnae, arae publicae, gemmae, picturae, sigilla, nummi, aedificia, consuetudines et alia, quae rerum factarum memoriam ad posteros transferunt.

§. 6.

Fontium Qualitates.

Fontes et virtutibus suis gaudere et vitiis laborare possunt. Ita scriptum authenticum seu genuinum dicitur, quod ejusdem est auctoris, cujus nomen praesefert, aut si auctor ignoretur, eodem plane tempore, vel circa illud tempus lucem primam aspexit, cui adtribuitur. Apocryphum seu suppositum, spurium compellatur, quod non est ejusdem auctoris, cujus nomen gerit, vel si auctor ignoretur, dum non eodem circiter tempore prodivit, cui adscribitur. Integrum, quod nec plus, nec minus, nec aliud quidpiam complectitur, quam ipsum originale. Corruptum vel depravatum audit, in quo plus vel minus, aut aliud continetur, quam in originali. In primo casu interpolatum, in secundo mutilatum, in tertio altera-

---

[1]) De editionib. Concilior. vid. Instit. Histor. Eccl. per me editas Pestini 1840. §. 7.
[2]) Ibidem.
[3]) Genes. XXVIII. 18. 31. 45. Jos. IV. 4. 5. et seq.

tum nuncupatur. **Fide dignum** dicitur, quod spectata scientia et sinceritate auctoris fidem meretur, **fide indignum** vero, in quo scientia aut sinceritas, vel utrumque desideratur.

§. 7.

Fontium usus.

Ut rectus fontium usus fieri queat, subsidia quaedam requiruntur, quorum ope et fontes ab invicem discernere, et intelligere valeamus. Aliis plura statuentibus nos tria, eaque solum succinte pertractabimus, utpote Criticam, Cronologiam et Geographiam Ecclesiasticam. Critica facis instar toti Historiae praelucere debet, Chronologia vero et Geographia sunt oculi, quibus Historia cuncta intueri solet.

Caput II.

Critica.

§. 8.

Ejus notio et necessitas.

Critica generatim sumta dicitur ars judicandi, quantum vero ad Historiam velut subsidium refertur, nos de authentia, integritate, et auctoritate fontium historicorum judicare docet. Necessitatem ejus sequentia evincunt 1) Sanae rationi generatim idem esse nequit, utrum aliquid pro vero aut falso teneatur. 2) Authentia, integritas et auctoritas scriptorum nos de rebus summi momenti securos reddunt, utpote de certitudine eventuum, qui a nobis magno pretio aestimantur, de revelatione, ejusdemque veritate, quam nosse nostra plurimum interest, vadimonium nobis praestant. 3) Constat multa scripta supposita, corrupta, erroribus et commentis plena esse, quae historicus, nisi semet periculo errandi continuo exponere velit, et nosse et vitare debet. 4) Defectus Critices plura mala non in Ecclesia solum verum et in Republica produxit; quod vel ex solis Pseudo-Isidori mercibus clarescit, hae enim ex defectu Criticae quondam pro authenticis habitae, ac ad praxim adplicitae plura inter Ecclesiam et Rempublicam in-

commoda progenerarunt. 5) Per Criticam recentioribus aevis cultam, scientiae ad eum florem pertigerunt, in quo hodie cernuntur. „Unde tot errores, ait Muratorius, ac fabulae. et dogmata stolida, nisi e Criticae inopia? unde recti judicii meliorisque eruditionis restitutio, nisi e Critica restituta?" [1]).

§. 9.

Fontium authentia.

Criteria ad distinguendum opus authenticum a supposito desumuntur partim ex materia operis ipsius, partim aliunde hauriuntur. Illa Criteria interna, haec vero externa nuncupantur. Quare 1) ex criteriis internis opus authenticum dicendum, cujus materia auctori et aetati, cui adscribitur. conformis esse deprehenditur, casum in contrarium vero inter supposita aut interpolata referendum. Hinc Quaestiones et responsiones ad orthodoxos Justino Martyri adtribui nequeunt, cum in illis Irenaeus, Origenes, Manichaei, qui tardius vixerunt, recenseantur. 2) Opus, quod errores chronologicos continet adeo manifestos, ut auctor, cui opus adtribuitur, eosdem committere nequiverit, pro supposito tenendum. Quare Decretales nonnullae. quas Pseudo-Isidorus primis Pontificibus Romanis adscribit, vel hoc ex obtutu inter suppositas referendae sunt, cum in fine earundem falsa consulum consignatio legatur [2]). Ex Criteriis externis vero opus illud pro authentico spectandum. quod 1) auctor ipse in aliis genuinis operibus suis velut suum citat, sic nemo negaverit opera ea S. Augustino attribuenda esse, quorum in suis Retractationum libris velut suorum mentionem facit. 2) Opus, quod ab omnibus proxime et continua serie sequentibus illud aetatibus pro authentico habetur. E. g. Apostolorum et Evangelistarum scripta. 3) Opus, quod ad publica documenta refertur,

---

[1]) L. A. Murator. de ingeniorum Moder. Lib. 3. cap. 14. Cf. Spanheim in canonib. Crit. Historiae suae Eccl. praemissis. Honor. a. S. Maria in animadvers. in usum Critices. Jos. An. Weissenbach in Art. Crit. Langlet du Fresnoy et Tobenz in instit. doctr. PP. pag. 148.

[2]) Vid. David. Blondell Pseudo-Isidorus et Turrianus vapulantes in Proleg. cap. 8.

cum illud fide universali acceptantium nitatur. E. g. Moysis libri.

§. 10.

Integritas.

Opus ad integra referendum est, 1) quod originali authentico et integro adhuc superstiti conforme est, licet fatendum sit, in operibus valde antiquis originalia nulla superesse, 2) quod cum veteribus m. ss. codicibus et typo vulgatis consentit, 3) quod omni tempore ab hominibus diversae sententiae, seque mutuo oppugnantibus possidebatur, et tamen utriusque partis exemplaria etiam in iis locis, quae controversa erant, quaeve sibi mutuo objiciebant, intacta sunt, sibique consentiunt, 4) opus, quod ita comparatum est, ut nec tempus, nec auctor, quo corruptum fuisset, adduci possit, integris omnino accensendum est.

§. 11.

Auctoritas.

Fontium historicorum auctoritas e scientia et sinceritate eorum, a quibus oriuntur, desumenda est. E scientia quippe ut verum dicere potuerint, e sinceritate ut verum dicere etiam voluerint. Illam merito adtribuimus scriptori 1) qui eruditionem, judicium et diligentiam possidet, qui vero ruditatem, simplicitatem, et negligentiam prodit, huic severo solum examine praemisso fides adhibenda, 2) qui rem per se notam habuit, aut facile illam scire potuit, ut si ipse auctor, aut particeps rei gestae fuit; qui coaevus aut suppar fuit. Ita Apostolis gestorum Christi scientiam merito tribuimus, cum testes et vitae comites Ejusdem fuerint. Hanc vero seu sinceritatem adscribimus scriptori 1) qui vitae suae probitate insignis est, unde sinceritatem jure suspicimus in ss. Patribus, quos vitae sanctitas claros reddidit, 2) qui ab immoderatis animi affectionibus liberi veritatem unice sectantur. Tales fuere Apostoli et Evangelistae, qui proprios naevos, praejudicia, tarditatem fidei et ambitionem suam fatentes, summa se sinceritate commendare, quisque perspicit, 3) qui rem narrat publice gestam, et quidem eo tempore et loco, quo multi adhuc vivunt

eorum, qui eam propriis oculis intueri debuerunt. Nam si rem falsam narraret scriptor, eundem certe unus aut alter refutaret. Hinc clarescit quantam fidem Apostoli et Evangelistae mereantur, qui dicta et facta Jesu Christi narrarunt, talia quippe, quae publice coram multis gesta eo tempore, quo multi adhuc in vivis exstitere, qui facta Christi propriis oculis viderunt, qui certe illos redarguissent, nisi veritatem et ipsi agnovissent, 4) qui in talibus adjunctis positus est, ut narratio ipsi non solum nulla commoda adferre, verum summa mala causare possit. Hinc manifestum fit, quanta fide digni sint Apostoli et Evangelistae, qui Christum, quem Judaei scandalum, gentiles vero stultitiam proclamabant, publice praedicarunt, probe scientes, se propter testimonium de eo datum nihil nisi carceres, supplicia et mortem relaturos esse, professi attamen eum sunt, imo vitam et sanguinem pro eo consecrarunt.

§. 12.

Gradus fidei historicae.

Fidei historicae Gradus tres statui solent; primus et summus adesse dicitur, dum scriptor eventum necessario scire et necessario verum dicere cogebatur. Ad hanc classem referuntur scriptores sacri *). Porro auctores documentorum, vel monumentorum publicorum ratione materiae principalis, item qui narrant eventum talem, qui in praesentia multorum hominum contigit, et quidem tempore tali et loco, quo multi adhuc in vivis existunt, quibus eventus hic notus esse debuit, quin tamen ullus narrationem hanc refutasset. Secundus gradus seu medius dicitur, dum scriptor rem quidem necessario scire debuit, at nulla necessitate ad verum dicendum cogebatur, sed nec impedimenta ulla ponebantur ei, quo minus verum diceret, imo potius cunctis in considerationem sumtis reapse verum dicere voluisse supponitur. Huc spectant viri graves, dum ex proprio scitu, aut visu de re quapiam publice nota relationem faciunt, et nihil militat pro eo, quod falsum dicere voluissent, aut potuissent. E. g. dum bella gesta, eventus eorum, nomina principum regnantium, celebrationem concilii et his similia referunt. Tertius aut ultimus gra-

dus fidei historicae adesse dicitur, dum scriptor nec rem necessario scire, nec verum dicere cogebatur, ad notitiam rei attamen facile pervenire potuit, imo etiam indicia sinceritatis prodit, aut ejus sinceritas saltem nullo argumento impugnari potest. Huc referuntur scriptores diligentia et gravitate conspicui, quibus et tempus et locus veritatis cognitionem facilem reddidit.

*) Evangelistae et Apostoli etiam ut scriptores mere humani summa fidei dignitate pollent. Nam 1) res quas narrant, oculis et auribus innotescere potuerunt; 2) narrant res momentosas, extraordinarias, cunctos homines respicientes, quae vel ideo eorum attentionem excitare debuerunt; 3) res fuere tales, quae publice, seu in praesentia multorum etiam adversariorum acciderunt; 4) tempore et loco tali publicatae sunt, quo multi ex illis adhuc in vivis existebant, qui res narratas propriis oculis viderunt, et tamen nemo adversariorum eosdem refutavit, licet plura motiva habuerint eosdem refutandi, non refutandi autem motiva nulla adfuerint; 5) Apostolos et Evangelistas ad res suas narrandas commodum temporale nullatenus movere potuit, cum inde solum mala plurima expectanda habuerint. Et alioquin cunctis vitae commodis renunciarunt, ut doctrinam Christi praedicarent, ac eum lucri facerent, imo post durissimos labores, et persecutiones perpessas, tandem et vitam ipsam pro eo obtulerunt; 6) multos coaevos et quidem eruditos et graves viros, qui in rerum gestarum veritatem inquirere valebant, exempla et doctrina Apostolorum adeo permoverunt, ut carceres, exilia, tormenta et charorum suorum jacturam passi sint, sed et vitam ipsam pro doctrina Jesu Christi, quem sequebantur, sacrificaverint; 7) eventus et facta ab Evangelistis et Apostolis relata probantur monumentis publicis, uti festis, aliisque ritibus, qui e veteribus illis, et aureis Religionis et Ecclesiae Christianae temporibus desumti fuere; 8) effectus stupendi, qui cum ortu et susceptione Religionis Christianae visi sunt, fidem Evangelistis et Apostolis summam conciliant. Tales sunt propagatio celerrima Religionis, carni et sanguini inimicae, tot martyrum cruore rigatae; contemptus gentilismi, sensibus adeo faventis, triumphus egenae virtutis de crimine potenti, conversio urbis Romae, orbis dominae, ac imperatorum sedis, quae initio Christianorum hostis erat, at tardius in civitatem sanctam, in sedem successorum Petri, humilis piscatoris, ibidem in crucem acti conversa, in monimentum et praesidium Religionis Christianae mutata est; cultura generis humani per coelestem hanc Re-

ligionem introducta et promota, aliaque cuncta a paucis rudibus et vilibus piscatoribus, quos gentiles ob solum gentis judaicae nomen, ex qua nati erant, oderant, in effectum deducta, aut a nulla, aut saltem non a pari causa producta, in hodiernam usque diem aenigma quodpiam non solutum continent, nisi factis evangelicis veritas tribuatur. Ut adeo cuncta haec manifesto sint argumento eos, qui ea scriptis consignarunt, summa fide etiam historica dignos esse.

§. 13.

Methodus in Historia tenenda.

Magna materiarum moles et diversitas, quae Historiae objectum constituunt, aptam omnino methodum tenendam esse suadent, secus enim perspicuitate et elegantia carens Historia solum memoriam fatigabit. Alii in ea exponenda per annos, per secula alii, per periodos denique alii procedunt. Vili judicio meo methodus ultima aliis praeferenda est, ideoque eam sequendam statui. Periodis in variis Ecclesiae statibus, aut eventibus secundum methodum hanc defixis, materia quaevis Historiae Ecclesiasticae usque ad finem periodi recensetur ita, ut legentibus integra ob oculos ponatur, quin alia heterogenea inserantur, prius quam eadem materia pertractetur, et exhauriatur. Methodus haec Historiam certe claram, et nitidam exhibet, imo et memoriam mirum in modum adjuvat. Quia vero 4 memorabiliores Ecclesiae status nobis ob oculos sistere solemus, hocce compendium Historiae Ecclesiasticae in 4 periodos dividere constitui. Prima initium sumit a Christo Nato et ad Constantinum M. imperatorem usque extenditur, seu ab anno ae. v. 1. ad 306. Periodus haec maximam in exculto Romanorum orbe et Ecclesiae judaicae statu mutationem produxit, siquidem salvator Jesus Christus Religionem novam, eamque divinam generi humano adtulerit et Ecclesiam fundaverit. Secunda a Constantino M. usque ad Carolum M. seu ab anno 306. ad 800. producitur; nam Constantinus M. pacem Ecclesiae diuturnis persecutionibus turbatam restituit, et liberum Religionis Christianae exercitium concessit. Tertia a Carolo M. usque ad praetensam reformationem a Luthero susceptam, seu ab anno 800. usque ad annum 1517. protenditur; nam Carolus M. imperio

ocidentali restituto in Religionis prosperitatem magnos conatus exantlavit, disciplina ecclesiastica conatibus Gregorii VII. P. emendata, schisma Graecorum et scholasticismus hoc tempore originem sumsere. Quarta a Luthero seu a praetensa reformatione usque ad nostra tempora durat; eventus enim hic multas mutationes in rebus politicis, religiosis et literariis post se traxit. In ipsis periodis quoque ordo certus tenendus est. Nos in illis hunc sequimur: Quaevis periodus in 2 partes dividitur, prior Historiam status externi Religionis et Ecclesiae Christianae pertractat, ac 1) omnia memorabiliora de fundatione Religionis et Ecclesiae Christianae, 2) fata prospera, seu ejus propagationem, 3) fata adversa seu impedimenta propogationi ejus posita, et vicissitudines adversas exponit; posterior vero pars statum Religionis et Ecclesiae Christianae internum depingit, seu res illas complectitur, quae inter ipsos Christianos acciderunt, ut adeo hic exponatur 1) gubernatio Ecclesiae, et Hierarchia Ecclesiastica, 2) doctores et scriptores ecclesiastici recenseantur, 3) doctrina Catholicorum, 4) haereses, 5) ritus et mores Christianorum, nec non disciplina Ecclesiae, 6) concilia explanentur. Cum ordo hic in Historiae Ecclesiasticae indole et nexu, quo res in Religione et Ecclesia Christiana gestae sibi junctae sunt, fundatur, methodum hanc tum scholae, tum lectorum usibus adcommodatissimam censeo.

Caput III.

Chronologia.

§. 14.

Ejus notio et divisio.

Vox Chronologia a Χρονος et λογος proveniens, adeoque vi etymi sermonem de tempore significans, est scientia, quae de tempore tractat, ejus divisionem, ad usus humanos adplicationem, et eventuum ad sua tempora reductionem docet. Dividitur in astronomicam, quae tempus juxta motum siderum, praesertim solis et lunae spectat, et in historicam, seu technicam, quae tempus juxta partitionem judicio humano institutam considerat.

§. 15.

Tempus et ejus partes.

Tempus varii varia ratione descripserunt. S. Augustinus de eo dicit: Quid ergo est tempus? si nemo ex me quaerat, scio, si quaerenti explicare velim, nescio [1]. Leibnitzio [2], Wolfio [3], aliisque hanc scholam secutis tempus est ordo successivorum. Denique Kantio [4] aliisque philosophis criticis tempus objective nihil est, verum subjective solum tempus considerant, hocque sensu acceptum dicunt, tempus esse necessariam formam a priori nobis ingenitam sine qua res nobis repraesentare non possumus. Temporis praecipuae partes sunt horae, dies, mensis et annus. Conf. Joh. Gottl. Buhle Lehrbuch der Geschichte der Philos. und einer kritisch. Literatur derselben. 8. Th. 26. Absch. §. 2151—2152.

§. 16.

Horae et dies.

Vocabulum hora olim tempus in genere significabat [5], successu temporis vero ubi dies in viginti quatuor partes minores divisa fuisset, hora ad illas exprimendas adhibita est. Quare nunc hora 24. partem diei significat. Dies est noctis, lucisque complexio. Alius naturalis, alius civilis est; dies naturalis dicitur illa temporis pars, qua terra motu suo ab Occidente versus Orientem ad idem punctum, unde motum inchoavit, regreditur. Hoc absolvitur 24 horis, intra quod tempus terra et circa axem suum revolvitur, et in annua orbita sua circa solem unum fere gradum percurrit. Judaei jam tempore Christi diem in 4 partes diviserunt, utpote in primam, tertiam, sextam, et nonam ita distribuentes, ut prima cum ortu solis inchoaret, ac tres horas et prima et quaevis alia pars complecteretur, ac dies cum occasu solis

---

[1] S. August. Confess. Lib. 11. cap. 14.
[2] Godofr. Guil. Leibnitz opp. t. 2. part. 1.
[3] Christ. Wolf Philosophia prima seu Ontol. p. 1. sect. 1. cap. 2.
[4] Im. Kant Kritik der rein. Vernunft a pag. 30 — 49.
[5] Homer. Odyssee. 15. v. 392. et s.

finiretur [1]). Quare Judaeorum prima veris et autumni tempore ad nostram nonam, tertia ad nostram duodecimam, sexta ad nostram tertiam, et nona ad nostram sextam usque duravit [2]). Noctem Judaei pariter in quatuor vigilias diviserunt sicut diem, ac ubi haec finiebatur, ibidem illa inchoabat. Romani porro diem hora prima noctis inceperunt, quam consuetudinem etiam Ecclesia adoptavit, ac hodiedum sequitur. Licet vero Judaei a Romanis subjugati horum computandi modum pariter imitarentur, attamen cultum divinum juxta veterem morem absolventes diem ab occasu solis ordiebantur, diemque talem legalem compellarunt.

§. 17.

Hebdomadae, menses.

Hebdomas, quae spectata etymologia a graeco ἑβδομος septimus venit, est continua successio septem dierum, ideoque latio sermone septimana audit. Tam hujus, quam et illius mentio jam in Historia diluvii reperitur [3]). Graeci quondam tres decades in mense computabant [4]). Judaei numerabant dies hebdomadae prout se post sabbatum excipiebant, e. g. prima sabbati, secunda sabbati et sic porro [5]), unice diem sextam parasceves ex graeco, et septimam sabbati nomine indicabant [6]). Esto fateri debeamus Judaeos per sabbatum quandoque etiam integram septimanam expressisse [7]), quod et SS. Patres imitabantur. Mensis diversa ratione spectatur, vel est mensis solaris, qui 12. partem anni solaris constituit, et ex 30 diebus, 10 horis, 29′ 4″ constat, vel mensis lunaris periodicus, seu spatium temporis, quo luna suam orbitam circa terram peragrat et 360 gradibus absolutis ad idem punctum, ex quo digressa est, revertitur, quod spatium aequatur 27 diebus, 7 horis, 43′ 11″ 52,588. Vel denique est mensis lunaris synodicus, seu spatium tempo-

---

1) Joan. XI. 9.
2) Actor. II. 15. III. 1. 9.
3) Genes. Cap. VII. 4. X. 8. 10. 12. Gen. XXIX. 27—28.
4) Joh. Potters Griech. Archaeol. 3. Th. Joh. Jacob Rambach von den Monat. der Griech.
5) Marc. XVI. 2. 9. Luc. XXIV. 1. Joan. XIX. 31.
6) Joan. XIX. 31.
7) Marc. XVI. 2. Luc. XVIII. 12.

ris, quo luna completis phasibus suis ad conjunctionem cum sole venit, id est unam lunationem conficit, quae aequatur 29 diebus, 12 horis, 44' 2''. 0,8283. Nam luna suam periodum circa terram conficiente, tellus interea 29 gradus percurrit, quos luna sua periodo confecta etiam emetiri debet ad synodum seu congressum cum sole obtinendum. Hinc nata consuetudo tempora per menses lunares metiendi, cursusque lunae occasionem dedit inventioni mensium [1]. Hebraei ante captivitatem menses suos excepto primo anni sacri, quem Abib seu mensem spicarum vel Nisan nominabant [2]) certo et distincto nomine non designarunt, verum illos tantum a numero, quo sibi succedebant, primum, secundum, tertium compellarunt [3]. Tardius in captivitatem abducti nomina eadem adoptarunt, quae apud Babylonios victores suos compererunt [4]. Nobis inter hos mensis Nisan, qui primus est in Hebraeorum anno sacro, ac a prima neomenia seu novilunio Aprilis initium sumit, ob controversiam de Paschate in Ecclesia enatam, vel maxime notatu dignus est.

§. 18.

Anni.

Annus solaris est spatium temporis 12 menses solares complectens, intra quos terra orbitam suam circa solem percurrit, et ad idem punctum, unde motum inchoavit, regreditur, quod teste La Lande aequatur 365 diebus, 5 horis, 48' et 48'' [5]. Annus solaris etiam nomine tropici venire solet, quia ab aliquo ex 4 cardinibus anni, seu tropis initium sumit. Annus lunaris autem est spatium temporis 12 menses lunares synodicos continens, quod 354 dies, 8 horas, 48' et 33'' comprehendit. Annus lunaris non est naturalis, cum arbitrio humano solum inventus sit. Cum nempe observaretur, quod post lapsum 12 mensium lunarium ver, aestas, autumnus et hyems revertantur, annum lunarem 12

---

[1] Strauch. Breviarium Chronolog. part. gener. L. 1. c. 5. quaest. 1. La Lande Astronomie Tom. 2. p. 156.
[2] Exod. XIII. 4. Deut. XVI. 1.
[3] Genes. VII. 11. VIII. 4. 5. 13.
[4] Joh. Jahn Bibl. Archaeol. 1. Th. Häusl. Alterth. 1. B. 6. Cap. §. 116.
[5] La Lande Astronomie tom. 1. pag. 298. edit 1792.

mensium lunarium seu 354 dierum adoptarunt. Verum postquam lapsu temporis observassent, quod cum adventu eorumdem mensium lunarium, eaedem anni solaris tempestates, ad amussim haud revertantur, de errore hoc emendando cogitarunt, annosve ad solis situm accomodarunt, et dierum defectum intercalarunt. Quod Hebraei saltem post Alexandrum M. anno lunari usi fuerint, nullum dubium, imo et Mosis annum lunae adcommodatum fuisse probabile est, cum festa Hebraeorum juxta annum lunarem ordinata fuisse constet. Quamvis igitur scriptura sacra nullam mentionem anni intercalaris faciat, ejus tamen usum apud antiquiores Hebraeos viguisse nemo dubitare potest, secus initium anni apud eos nimium variari, et per cunctas anni tempestates vagum fieri oportuisset, quod conditio mensis Nisan, semper in vere defixi haud admittit. Unde annus a Mose institutus sic formatus esse debuit: Moses lege sanxit [1], ut sacerdotes 2da die Paschatis seu 16ta mensis Nisan die maturum manipulum ad altare offerant, sicque cogebantur annos lunares ad solares reducere; si enim ultimo anni mense observarunt impossibile esse, ut segetes pro 2da die Paschatis maturitatem attingant, unum mensem intercalarunt. Mensem hunc intercalarem seu 13^tium^ Veadar aut Adar 2^dum^ compellatum apud Judaeos tardius jam nominatim deprehendere licet. Ope hujus mensis post singulum triennium anni lunares ad solares redigi solebant. Cf. Calmet Disquisit. in Chronolog. ante Commentar. in Genes. et Ludov. Ideler Handb. der mathem. und techn. Chronol. 1. B. 1. Absch.

Haebraei duplici anno utebantur, civili nempe et sacro. Initium anni civilis defixerunt in mense Tischri seu mense 7mo, id est a novilunio Octobris; initium vero anni sacri juxta legem Mosis [2] defixerunt in mense Nisan seu in prima neomenia (novilunio) Aprilis atque hoc in memoriam ej... grati eventus, quod Hebraei 15ta Aprilis ex Aegypto educti fuerint. Ceterum Hebraei juxta annum sacrum tria solum magna festa celebrabant, reliqua autem cuncta negotia civilia, uti contractus, decimarum praestationes, aliaque juxta vetus anni initium, id est, a novilunio Octobris fiebant, imo ipsos annos

[1] Lev. XXIII.
[2] Exod. XII. 2.

sabbaticos et jubilaeos quoque inde inchoabant, seu annus civilis in plerisque obtinebat. Reliquae gentes initium anni die 25ta Decembris inchoabant [1]), quod etiam in Hungaria quondam obtinuit [2]). Hodie attamen omnes gentes, nomine Christianorum gaudentes, annum cum prima die mensis Januarii ordiuntur. De Judaeis vid. Jos. Flav. Antiqu. Jud. L. 1. c. 3. & Jahn loc. cit.

§. 19.

Annus Julianus.

Cum veteres in regulando anno plures mutationes facerent, ac anno solari jam longiorem, jam breviorem annum introducerent [3]), Julius Caesar malo remedium adferre cupiens annum 365 dierum et 6 horarum introduxit eo addito, ut, cum annuae horae 6 rotundum dierum numerum superantes omni 4to anno diem unam efficerent, haec inter 24 et 25tum Februarii velut dies intercalaris inserta, eundem mensem 29 dierum, annum vero 366 dierum (qui bissextilis nuncuparetur) efformarent. Cum attamen annus solaris tropicus solum 365 dies, 5 horas, 48′ et 48″ contineret, sicque annus julianus omni anno 11′ et 12″ longior assumeretur, sequi debuit, ut annus civilis ab anno solari tropico differret. Et re ipsa jam anno 1582. annus solaris a civili tantopere discrepabat, ut aequinoctium vernum, quod patres concilii Nicaeni primi in 21am Martii defixerant, in 11am ejusdem mensis recidens, 10 diebus a genuina sede sua recesserit.

§. 20.

Annus Gregorianus.

Gregorius XIII. P. summae eruditionis vir erroribus anni juliani medelam adferre, et annum civilem cum solari conciliare volens sequentia statuit. Cum, ut dictum §. 19. Anno 1582. aequinoctium vernum in 11am Martii recidens a sede sua, id est, a 21. Martii 10 diebus jam recessisset, ut illud in pristinam sedem suam reducatur, Pontifex

---

[1]) Eginhard in annal. gest. Carol. M. ad an. 801.
[2]) Péterfy concil. Hung. p. 1. Synod. Szabolch. cap. 38. S. Ladisl. Decret. Libr. 1. c. 38. Steph. Horváth in tudomány. Gyüjtem. 1821. 1. Köt. 68. lap.
[3]) Edit. prima Histor. Eccl. per me 1840. publ. §. 38 et seq.

10 dies ex anno 1582. expungendas et post 4tam Octobris illico 15tam ejusdem mensis numerandam statuit. Ut autem error in futurum quoque evitetur, decrevit, ut singulo quidem 4to anno unus dies inter 23am et 24tam Februarii intercaletur, quia tamen ut §. 19. dicitur, 11' et 12" ad 6tam horam complendam justo plura quovis anno adoptabantur, quo sic omni quadriennio una integra dies mensi Februario intercalari potuerit, hic vero excessus per 400 annos in 3 dies, 2 horas et 40 min. prima excrescat, prout clarescit si 11' et 12" per 400 multiplicentur, ne aequinoctium vernum iterum a sede sua seu 21a Martii recedat, Pontifex ordinavit, ut inter 400 annos ter, et quidem tribus centesimis annis dies intercalaris omitteretur, et 4tus annus centesimus tantum more solito bissextilis esset. Ideo anno 1600. intercalatio facta, at anno 1700. et 1800. omissa est, et etiam anno 1900. omitti debebit, verum annus 2000. iterum bissextilis erit *). Atque hac ratione ita conciliatus est annus civilis cum anno solari, seu vero, ut ii intra 400 annos nonnisi 2 horis et 40' a se invicem differant, quae differentia cum unum integrum diem effecerit, facile omitti poterit **). Ex hac emendatione anni juliani correctus annus Gregorianus, et Calendarium novum seu correctum Gregorianum introductum est. Vid. Bulla Gregor. XIII. Inter gravissimas anno Incarnat. 1582. VI. Cal. Martii. Vass Introd. in Histor. Eccl. §. 37. Gáál Proleg. Histor. Eccl. §. 23. Szárnyay duplex noviss. methodus comput. Pascha cap. 1.

*) Hinc est, quod ab illis, qui hodiedum Calendarium julianum sequuntur, hoc saeculo jam 12 diebus differamus, cum ex Calendario correcto 10 dies expuncti sint, dein anni 1700. et 1800. apud illos bissextiles, apud nos autem communes fuerint, qui dies in summam collecti = 12.

**) Eveniet autem istud anno Christi 5182. uti ex infra deducto calculo elucescit: quippe anno 1582. correctio suscepta, ab illo anno usque 1982. excessus anni civilis efficit 2 horas et 40 minuta prima, proinde quovis 400. anno excessum addendo prodit:

1582	3582
400	400
1982 = 2 hor. 40′	3982 = 16 h. 0′
400	400
2382 = 5 h. 20′	4382 = 18 h. 40′
400	400
2782 = 8 h. 0′	4782 = 21 h. 20′
400	400
3182 = 10 h. 40′	5182 = 24 h. 0′.
400	
3582 = 13 h. 20′	

Seu anno Ch. 5182. excessus 2 horarum 40 minutorum efficiet unam diem, qua expuncta annus civilis cum solari astronomico rursus conveniet, sicque operatio haec tamdiu continuari poterit, quoad mundus extiterit.

§. 21.

Cycli.

Cyclus derivatur a graeco κυκλος circulus, estque certus numerus annorum in orbem redeuntium, quo veluti charactere quodam tempora distinguuntur. Cycli dividuntur in simplices et compositos, hi ex cyclis simplicibus formantur. Cycli simplices tres notantur nempe solis, lunae, et indictionis. Cycli compositi seu periodi notatu digniores sunt duae nempe Victoriana et Juliana. Cycli inventi sunt ut annus lunaris cum solari exaequetur. Nos brevitatis causa de cyclis solum simplicibus tractabimus.

§. 22.

Cyclus solis.

Cyclus solis dicitur series 28 annorum, quibus evolutis literae dominicales juxta calendarium julianum ad initium suum redeunt, et rursus in eosdem hebdomadae dies incidunt *). Cyclus solis nuncupatur etiam ipse numerus, qui annum unum ex serie memoratorum 28 annorum exprimit. Nomen ducit ab anno solari, cui velut fundamento innititur, vel a prima die hebdomadis seu die solis, cujus characterem seu literam dominicalem indicat. Cyclus solis pro dato aerae vulgaris anno invenitur, si assignato anno addantur 9, summa haec dividatur per 28. Omisso quoto residuum erit cyclus

solis, si autem divisione peracta, residuum nullum remaneat, cyclus solis erit 28. E. g. Cyclus solis de anno 1854 = 15. Nam 1854 + 9 = 1863 : 28 = 66 cum residuo 15. seu cyclo solis.

*) Juxta Calendarium correctum Gregorianum non post 28 sed post 400 annos literae dominicales eodem ordine redeunt, quia juxta correctionem Gregorii Papae intra 400 annos tres centesimi communes cyclum 28 annorum perturbant (§. 20). Unde primo post annorum 400 spatium literae dominicales eadem serie redire possunt.

§. 23.

Literae Dominicales.

Antiquissima consuetudo viget dies hebdomadarum septem primis alphabeti literis designandi ita, ut primae diei anni adfixa perpetuo sit litera A, secundae litera B, tertiae litera C, et sic ultro usque G inclusive, dein series rursus ab A incipit, atque sic per totum annum dictae septem literae continua sibi serie succedunt. Litera, quae per annum diem dominicam indicat, litera dominicalis audit. Litera dominicalis pro dato anno sequenti ratione eruitur, nempe literis A B C D E F G subscribuntur
numeri 1 2 3 4 5 6 7 confecta hac tabella datus annus aerae vulgaris, item summa bissextilium praeteritorum, quae e divisione dati anni aerae vulgaris per 4 obtinetur, nec non numerus 5 addantur in unam summam, postea pro Calendario Gregoriano dies usque ad datum annum aerae vulgaris exmissi subtrahantur, residuum isthoc per 7 dividatur, quotientis residuum ultimum ex 8 subtractum dabit numerum, cui superius adposita dominicalis respondet. Si autem residuum nullum esset, litera dominicalis erit A. In casum vero eum, quo bissextilis annus esset, litera inventa pro posteriori parte anni, seu a 25. Februarii usque ultimam Decembris serviet, pro priori vero parte anni, seu a 1ª Januarii usque 25. Februarii sequens litera sumitur. E. g. quaeratur litera dominicalis anni 1854. Problema isthoc sequenti ratione resolvitur: Annus 1854 item anni bissextiles praeteriti 463 nec non 5 in unam summam collecti, seu 1854 + 463 + 5 dant summam = 2322;

hinc subtrahantur 12, seu dies e Calendario juliano expuncti, residuum est = 2310; hoc dividatur per 7 seu 2310 : 7 = 330 absque ullo residuo quotientis, proinde litera dominicalis erit A. Ita Anni 1853 litera dominicalis est B, quia ex repetita eadem operatione manet residuum 2. cui praedicta litera respondet. Denique Anni 1852. qui est bissextilis, litera dominicalis sequenti ratione eruitur: Annus 1852 + 463 + 5 = 2320 hinc subtrahendo 12, manet 2308, hoc divisum per 7 dat residuum 5, hoc subtractum ab 8 dat 3, cui respondet Litera C. pro longiori parte anni seu a 25 Februarii usque ultimam Decembris; pro breviori parte anni autem seu a 1ª Januarii usque 25ᵗᵃᵐ Februarii respondet Litera sequens D.

§. 24.

Cyclus Lunae.

Per cyclum Lunae intelligimus spatium 19 annorum julianorum, quibus elapsis annus solaris et lunaris rursus eadem die initium sumit, proinde etiam novilunia et plenilunia iisdem anni diebus recurrunt. Nomine cycli autem non solum tota series 19 annorum, verum singulus quoque numerus audit, qui unum annum ex serie 19 annorum exprimit, quive distinctus numerus etiam nomine aurei numeri, ob eximiam ejus utilitatem in noviluniis, cunctisque lunae phasibus indicandis, venire solet. Cyclum lunae autem sequenti ratione invenire possumus: Assignato anno addatur unitas, summa haec dividatur per 19, residuum dabit cyclum lunae, si autem post divisionem nullum residuum sit, Cyclus lunae erit 19. E. g. Cyclus lunae de anno 1854 est 12; nam 1854 + 1 : 19 = residuo 12.

§. 25.

Epactae.

Epactae vocabulum originem ducit a graeca voce ἐπαγω induco, intercalo, insero, nam si ad 30 excrescat, intercalatur. Est autem epacta differentia anni solaris ab anno lunari, quae proxime 11 dies efficit. Epactae aliae sunt Julianae, aliae Gregorianae, prout Calendario Juliano aut Gregoriano adplicantur. Cum quippe annus lunaris 11 diebus brevior sit

anno solari, si cyclum epactalem utpote 30 dierum spectemus, observabimus, quod in anno lunari etiam novilunia 11 diebus citius eveniant, quam in anno solari. Majorem epactam non assumimus, quam 30 dierum, quare si ex additione major epacta prodit, quam 30, tunc illam per 30 dividimus, et residuum quotientis pro epacta assumimus. Si ergo e lunari et solari anno efformatum cyclum epactalem spectemus, suapte sequitur, quod in cyclo epactali lunari primi anni epacta sint 11 dies, quibus novilunia citius evenient, quam in solari; secundi anni 22, tertii anni 33 seu per 30 divisi = 3, quarti anni 14, quinti anni 25 et sic porro.

§. 26.

Invenire epactas Julianas et Gregorianas.

Inveniuntur epactae sequenti methodo: 1) Epacta Juliana; aureus numerus, seu cyclus lunae dati anni aerae vulgaris per 11 seu epactam unius anni multiplicetur. Si factum minus obtineatur, quam 30, sive epacta maxima, ipsum factum dabit epactam quaesitam, si vero factum majus prodiverit, quam 30, illud per 30 dividatur, et quod ex divisione manserit residuum, constituet epactam Julianam. E. g. de anno 1854 invenitur epacta hac ratione: 1854 + 1 : 19 dat cyclum lunae 12, et 12 × 11 : 30 dat epactam Julianam 12. 2) Epacta Gregoriana dati alicujus anni aerae vulgaris sic reperitur: Ante omnia eruatur epacta Juliana, postea si datus annus sit in serie annorum post annum correctionis Gregorii, seu ab anno 1582 usque ad annum 1700. tunc ab inventa epacta Juliana, si ea major fuerit quam 10, id est numerus dierum a Gregorio XIII. expunctorum, 10 isti dies subtrahantur, si vero epacta Juliana minor fuerit, quam 10 eis addantur 30, seu epacta maxima, et ab hac summa 10 dies subtrahantur, residuum dabit in utroque casu epactam Gregorianam. Si vero assignatus annus sit in serie annorum ab anno 1700. usque 1900. ab epacta Juliana aucta prius, si necessarium fuerit 30 diebus, 11 dies subtrahendi sunt, residuum dabit epactam Gregorianam. Pro casu autem eo, quo post subtractionem nihil remaneret, epacta = 0 seu * id est 30. E. g. pro anno 1854. Gregoriana epacta = 1, nam 12 — 11 = 1.

§. 27.

Ex epacta Gregoriana invenire lunam 14^{tam}.

Si data epacta Gregoriana est in serie ab 1 usque 12 inclusive, subtrahatur a 13, residuum erit dies Aprilis, in quam cadit luna 14ta. Si data epacta est in serie a 12 usque 23 inclusive, ea subtrahatur a 44, residuum dabit diem Martii convenientem lunae 14^{tae} seu lunam 14^{am}. Si data epacta est in serie a 24 usque 30, eadem subtrahenda est a 43, residuum erit dies Aprilis lunae 14^{tae} respondens, seu luna 14ta. E. g. de anno 1854 luna 14ta innotescit hac ratione: Epacta Gregoriana est = 1 (§ 26) adeoque 13 — 1 = 12 seu 12^{a} Aprilis est luna 14ta.

§. 28.

Inventae lunae 14^{tae} literam competentem, seu characterem feriae cum luna 14ta congruentis eruere.

A termino paschali Martiali seu luna 14ta subtrahenda sunt 18 (si vero terminus paschalis sit in Aprili additis praevie 31 diebus Martialibus ad terminum paschalem) perinde 18 subtrahantur, quod remanet, dividatur per 7; residuum indicabit, quota litera characteristica termino paschali seu lunae 14^{tae} competat. E. g. ad 12^{am} Aprilis (lunam 14^{tam} anni 1854. §. 27) addantur 31 dies Martiales prodeunt 43, hinc subtrahendo 18, remanent 25, hoc divisum per 7 dat quotum 3 cum residuo 4, huic residuo 4 respondet litera D. seu character lunae 14^{tae}. Nullo residuo existente Litera A est character lunae 14^{tae}.

§. 29.

Determinare P[illegible]cha.

Antequam [illegible]

Pascha in dominicam diem proxime subsequentem transferendum sit. 3) Pascha semper post aequinoctium vernum celebretur. Pascha autem determinatur sequenti problemate: I. Eruatur anni dati litera dominicalis, juxta §. 23. II. Determinetur ejusdem anni cyclus lunae, hinc epacta Juliana et Gregoriana juxta §. 24. 26. III. Ex epacta Gregoriana inveniatur luna 14ta et hujus character juxta §. 27. 28. IV. Computetur, quot gradibus distet litera dominicalis a litera feriae, in quam luna 14ta incidit, ac totidem unitates addantur ad lunam 14tam, summa hinc proveniens dabit Dominicam paschatis. E. g. pascha anno 1851. fuit 20a Aprilis; quod sic probatur: 1851 + 462 + 5 — 12 = 2306. Hoc dat juxta numerum I. residuum 5 = Literae Dominicali E. Juxta numerum II. Cyclus lunae ex hoc calculo 1851 + 1 : 19 prodit = 9, hinc epacta Juliana = 9, epacta Gregoriana = 28. Juxta numerum III. eruitur luna 14ta, quae incidit in 15am Aprilis, litera huic respondens fuit A. Hinc calculando juxta numerum 4tum gradus, seu ab A usque E prodeunt gradus = 5 hos addendo ad lunam 14tam seu ad 15tam Aprilis prodit summa 20. seu 20a Aprilis fuit pascha, quod erat demonstrandum. Alias methodos eruendi pascha vid. in Editione 1a Histor. Eccles. per me, Pestini 1840. publ. Tom. I. §. 56. pag. 107 et seq.

§. 30.

Cyclus indictionis.

Cyclus indictionis dicitur spatium 15 annorum semper in seriem eandem rediens. Cyclus indictionis aut indictio nominatur etiam ipse numerus, qui unum e serie dictorum 15 annorum exprimit. Secundum indictionem Romani tributum colligere solebant, indeque nomine indictionis etiam ipsa annona, tributum, aliaque praestanda veniebant. Annus indictionis porro eruitur, si assignato anno addantur 3; nam cyclus indictionis, qui aeram vulgarem praecedit, sunt 3, ac summa dividatur per 15, residuum quotientis dabit cyclum indictionis, si vero post divisionem residuum nullum sit, cyclus indictionis est 15. E. g. Cyclus indictionis anni 1854 eruitur sic: 1854 + 3 : 15 = 123 cum residuo 12. seu cyclus indictionis = 12.

Caput IV.

Geographiae Ecclesiasticae adumbratio.

§. 31.

Ejus notio et momentum.

Nomine Geographiae Ecclesiasticae venit scientia, quae de divisione telluris arbitrio Ecclesiae factae tractat. Summum autem Geographiae Ecclesiasticae momentum quisque perspicit, nam ejus notitia imbuti 1) Antiquam Ecclesiae constitutionem et regiminis sacri formam clarius noscimus. 2) Vetera documenta ecclesiastica, praesertim acta et subscriptiones antiquorum conciliorum perfectius intelligimus. 3) Varietatem, quam in disciplinaribus et ritualibus deprehendimus, e varietate locorum explicare et adparentes, quae hinc oriuntur, antilogias facilius conciliare possumus 4). Rectius de factis judicium ferre valemus, cum non solum temporum, sed et locorum adjuncta, in quibus facta evenerunt, nobis nota reddantur.

§. 32.

Ecclesia imperii Romani divisionem imitata.

Ecclesiam imperii Romani divisionem aliquatenus imitatam fuisse ex his manifestum evadit, nam 1) Quemadmodum imperium Romanum in dioeceses et provincias divisum fuit, ita etiam Ecclesia statum suum in dioeceses et provincias subdivisit. 2) Quemadmodum in omni dioecesi praeses unus domiciliabatur, qui cunctis ad dioecesim spectantibus provinciis invigilabat, ac eas gubernabat, ita in eadem dioecesi etiam ex parte Ecclesiae residebat Patriarcha, aut Exarcha, qui pluribus provinciis intendebat. 3) Quemadmodum in quavis provincia imperii Romani magistratualis quaedam persona superior ceteris in officio constitutis praeerat, ita ex parte Ecclesiae quoque in quavis provincia Metropolita vel Primas particularis residens reliquis Episcopis et clero praefectus erat, ac disciplinam ecclesiasticam manutenebat.

§. 33.

Patriarchatuum limites.

1) Ad patriarchatum Romanum omnes ecclesiae occi-

dentales spectabant [1], prout et hodie spectant. Hoc Romanorum Pontificum decreta, ac jurisdictio, quam qua patriarchae in omnes occidentis dioeceses exercuerunt [2], hodiedumque exercent, ostendunt. Quare jam synodus Arelatensis de anno 314. dicebat, Papam majorum in dioecesium possessorio existere [3]. 2) Ad patriarchatum Constantinopolitanum Asiae, Ponti, Thraciae, et barbarorum ecclesiae spectarunt [4]. 3) Patriarchatus Alexandrinus dioecesim Aegypti complectebatur [5]. 4) Patriarchatus Antiochenus orientales dioeceses, tribus Palaestinis exceptis, possidebat. 5) Patriarchatus Jerosolymitanus tribus Palaestinis praefuit. Initio attamen tres solum patriarchatus vigebant, utpote Romanus, cui Europa, Antiochenus, cui Asia, et Alexandrinus cui Africa suberat, cum tres solum Orbis partes notae fuerint. Vid. Institut. Hist. Eccles. per me 1840. Pestini edit. Tom. I. p. 145—156.

Caput V.

Bibliographia.

§. 34.

De scriptoribus trium primorum Seculorum in genere.

Ad scriptores rerum christianarum primo loco referendi essent quidem Apostoli et discipuli Christi. Cum tamen de his, eorum scriptis et meritis in distincta cathedra Theologiae tractetur, de iis nunc sermonem ultra non faciemus, idque tanto minus, quia res et eventus, quos recensent, se ultra dimidium saeculi primi vix extendunt. Cum porro reliqui etiam scriptores, qui ante seculum 4^{tum} vixerunt, scriptis suis aliud haud complectantur, quam quaedam Historiae Ecclesiasticae fragmenta, eapropter seriem eorum a saeculo solum 4to exponam, imo brevitatis causa ex his quoque celebriores tantum recensebo.

---

[1]) Gregor. Nazianz. in Carmin. de vita sua S. Hieronym. in Epist. ad Marc. S. August. contra Julia. l. 1. cap. 3. et 4.
[2]) Carol. a. S. Paulo in Geograph. sacra pag. 19. et seq.
[3]) Synod. Arel. epist. ad Sylvestr. 1. 6.
[4]) Conc. Calced. can. 28.
[5]) Conc. Alexandr. an. 339.

§. 35.

Scriptores Graeci a seculo IV. ad VII.

Ad hujus aetatis scriptores celebriores refertur 1) Eusebius Caesaraeensis in Palaestina episcopus, qui res Ecclesiae ab initio ad Constantini imperatoris regimen seu usque annum 324um X libris complexus est [1]. Is egregiis subsidiis utpote Constantini imperatoris bibliotheca et tabulario, civitatis item Jerosolymitanae ac amici sui Pamphili paenu libraria usus [2]) eruditum et insigne opus suum concinnavit. Reliqua ejus opera sunt Constantini imperatoris Biographia; Chronicon Historiae, quod S. Hieronymus latino edidit idiomate et continuavit [3]), item Liber de martyribus Palaestinae. 2) Socrates Constantinopolitanus jurisconsultus [4]), qui seculo V. vivens Historiam Ecclesiasticam ab anno 306. inchoatam ad aetatem Theodosii junioris seu ad 4^{tum} saeculum usque continuavit. 3) Hermias Sozomenus pariter Constantinopolitanus jurisconsultus, qui Historiam Ecclesiasticam, quam Theodosio juniori dedicaverat, IX. libris publicavit. Opus hoc anno 324to inchoatum usque annum 423. prosecutus est. 4) Theodoretus episcopus Cyrensis in Syria, qui Historiam Ecclesiasticam V libris complexus eam ab anno 322. usque 427. anni finem continuavit. 5) Evagrius jurisconsultus Antiochenus, qui seculo VI. vivens opus suum Historiae Ecclesiasticae a concilio Ephesino inchoatum ad anni 594^{ti} finem perduxit.

§. 36.

Aetatis ejusdem scriptores latini.

Inter Ecclesiae Latinae scriptores magis conspicuos referri merentur 1) Rufinus Torranus presbyter Aquilejensis, qui seculo IV. vivens, Eusebii opus in idioma latinum transtulit, novem libris illud complexus plura contraxit. Postmodum illud duobus libris auxit, ac a concilio Nicaeno

[1]) Eusebii Hist. Eccles. Lib. 1. c. 1.
[2]) Hieronym. de vir. illustr. cap. 91. Stäudlin Gesch. und Literat. der Kirchengesch. Seite 8.
[3]) Scaliger versionem hanc emendatam vulgavit in Thesauro tempor. Amstelod. 1658.
[4]) S. August. in Joan. Evang. Cap. 1. Tract. 7. S. Macar. hom. 15.

ad Theodosii M. finem protendit. 2) Sulpitius Severus, natione Gallus, jurisconsultus saeculi V. scriptor, qui amissa per mortem uxore in presbyterum consecratus Historiam Ecclesiasticam ab orbe condito incoeptam ad annum 400. usque protensam nobili stylo vulgavit. 3) Gregorius Turonensis episcopus, seculi VI. scriptor, qui Historiam Ecclesiasticam X libris cum peculiari ad ecclesiam Gallicam attentione publicavit.

§. 37.

De Historicis aevi medii generatim.

Literarum meliorum, et cum his Historiae Ecclesiasticae culturam obscuris aevi medii temporibus intercidisse cuncti fere eruditi conqueruntur. Et profecto crebrae populorum migrationes totum occidentem perturbabant, feroces barbarorum cohortes cuncta igne ferroque vastabant, regnis immanem vastitatem, moribus vero execrabilem barbariem inferebant. In hoc temporum squalore etiam Historia Ecclesiastica tristem reliquarum literarum sortem subiit. Ex defectu Criticae scripta supposita et corrupta, commenta et fabulae adoptabantur; ex defectu autem gustus aesthetici res leves et nullius momenti nonnunquam lepore quopiam singulari probabantur. Unde scriptores hujus aetatis non tam Historiam, quam Chronica arida consignabant, biographias Sanctorum edebant, quas certis aeque ac incertis ornabant. Hac in communi literarum paupertate, rari admodum fuere, qui nomini et officio Historici respondebant. Peculiaris phenomeni instar erat solus fere Laurentius Valla, Canonicus Lateranensis, qui ceteris plus sapiens Historiam a commentis perpurgare conabatur. Horum proinde seculorum Historiam non aliunde haurire possumus, quam e Chronicis, quae plerumque sine delectu et ingenii perspicacia concinnata sunt. Paucos hos scriptores, qui a seculo primas lineas melioris Historiae delinearunt, recensere ad scopum meum spectat. Sunt hi partim Graeci partim Latini.

§. 38.

Scriptores Graeci.

Historiam orientalem inde a seculo VII. ad XV. usque

multum illustrarunt scriptores Byzantini. Horum nomina singillatim in vastissimo corpore Historiae Byzantinae occurrunt [1]), ad quod opus aetate nostra novae appendices typis Romanis vulgantur. Inter hos scriptores Byzantinos praeter chronographos generales Georgium Cedrenum, Joannem Zonaram et alios, nobis vel maxime notabilis est Nicephorus Callistus monachus Graecus et schismaticus, seculo XIV. vivens, qui Historiam Ecclesiasticam libris XXIII ex Eusebio, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Evagrio aliisque contexuit, in quibus res a Christo nato ad obitum Leonis sapientis seu ad annum ae. v. 911. exposuit. Ex his quinque posteriores libri perierunt, et reliqui octodecim ad nos pertigerunt, seque ad mortem Phocae imperatoris seu annum 610. extendunt. Opus hoc multa fabulosa continere, auctoremque ejus defectu judicii laborasse apud omnes, plane eos etiam, qui in censurando mitiores sunt, in confesso est. Prodiit, ut alias editiones praetereamus graece opera Joannis Langii a Frontone Ducaeo S. J. cum graecis collata et recognita editio Parisiis 1630. Tom. 2. in fol. De scriptoribus ipsis Byzantinis v. Biblioth. Historica instructa a Struvio, aucta vero a Budero et Menselio vol. 5. p. I.

§. 39.

Scriptores Latini.

E scriptoribus latinis recensendus 1) Venerabilis Beda Anglus ord. S. Bened. [2]) vir doctus seculo VIII. vivens, auctor chronici ab orbis principio ad annum 724. et Historiae Ecclesiasticae gentis Anglicae ad an. 731. extensae. In hac attamen res etiam tales, quae ad universam Ecclesiam attinent, describuntur. Opus attentione dignum, licet nonnunquam incertis relationibus, vagisque rumoribus fidem facile dederit. Extat haec Bedae Historia Ecclesiastica inter opera ejus, quae typis vulgata sunt Coloniae Agrippinae a. 1688. in Tom. 8 in fol. dein Cantabrigae 1722 in f. cura Joan. Smidt.

---

[1]) Splendidissimum opus ex typographia Reg. Paris. in charta augusta Tom. 27. prodiit 1648. fol. et anno 1727 Venetiis Tom. 22. fol.

[2]) Testatur ipse Beda de vita sua post Historiam gentis Anglor.

2) Haymo, monachus Fuldensis, dein Abbas Hirschfeldensis ord. S. Bened. et demum Episcopus Halberstadiensis [1]). Seculo IX. scripsit libros X Historiae Ecclesiasticae, seu de rerum christianarum memoria. Sua quidem potissimum ex Rufino desumpsit, et a Christo nato ad tempora Theodosii M. Historiae faciem adumbravit, ac hoc in labore ita praeclare versatus est, ut aetatis suae ingenia et expectationem longe superaverit. Optimam editionem procuravit Joach. Joan. Mader Helmstadii a. 1671. in 4.

3) Anastasius presbyter et Ecclesiae Romanae bibliothecarius [2]), qui pariter seculo IX. floruit, ac Historiam Ecclesiasticam sive Chronographiam tripartitam ex Nicephori Constantinopolitani patriarchae, Georgii Sincelli, et Theophanis Chronicis composuit, in qua illud Martialis completur: „Sunt bona, sunt quaedam mediocria.“ Edidit insuper Historiam de vitis Romanorum Pontificum. Anastasii stylus asper est, nec cuivis lectorum pervius. Utrumque opus prodivit studio Carol. Annib. Fabroti J. C. ac inter scriptores Byzantinos pariter reperitur.

4) Odericus Vitalis monachus Uticensis, in Normannia. Seculo XII. scripsit libros XIII. Historiae Ecclesiasticae, quos Andreas Du Chesne inter scriptores Historiae Normannorum veteres Parisiis 1619. editos retulit. Licet systema operis adprobationem non mereatur, et erroribus chronologicis pluribus laboret, pretium tamen operi haud denegandum tum propter sinceritatem scriptoris, tum propter multitudinem factorum, quae ab aliis auctoribus saltem ita complete non referuntur.

5) Laurentius Valla patricius Romanus et Canonicus, qui seculo XV. de instaurandis literis in Italia bene meruit, Historiam Ecclesiasticam a naevis purgare tentans, Constantini M. donationem impugnavit, imo etiam Symbolum ab Apostolis in forma, qua hodie legitur, compositum fuisse negavit [3]). Ceterum propter has, simi-

---

[1]) Trithem. de scriptorib. Eccles. C. 257.
[2]) Trithem. de scriptorib. Eccles. Cap. 276.
[3]) Laurentii Valla dissertatio de falso credita et ementita donatione Constantini M. reperitur in Gratii Fasciculo rer. expetendarum cum

lesque propositiones, quas contra communem ejus temporis sensum commotiori, et indomita contradicendi audacia propugnavit, Neapoli ad tribunal inquisitionis delatus est, nec evitasset supplicium, nisi Alphonsus V. Arragoniae rex eum sub suam protectionem recepisset. Reliquos hujus aetatis scriptores vid. in Instit. Hist. Eccles. per me 1840. Pestini edit. Tom. 1. §. 95. p. 173 et 174.

§. 40.

Scriptores recentiores.

Constantinopolitana urbe in servitutem Turcarum subacta, ac scientiis apud Graecos exolescentibus, scriptores Historiae Ecclesiasticae deinceps in Ecclesia Latina solum reperimus. Et profecto tantos numero in occidente tam inter Catholicos, quam Acatholicos legimus, ut cunctos recensere contra scopum meum pugnaret. Quare Catholicos magis conspicuos solum attingentes inter eos recensendi sunt.

1) Caesar Baronius Neapolitanus vaticanae bibliothecae quondam custos et Cardinalis, qui Annales Ecclesiasticos in XII tomis in folio, annorum sibi succedentium seriem secutus, publicavit. Continuatorum ejus praecipuus erat Henricus Spondan episcopus Apamiensis, qui Annales ab anno 1198. usque 1646. prosecutus, eos III tomis auxit.

2) Antonius Godeau seculi XVII. episcopus Vencensis, qui lingua gallica Historiam Ecclesiasticam ad seculum X. usque extensam juris publici fecit.

3) Sebastianus Tillemont, presbyter Parisiensis Historiam Ecclesiasticam ad annum 513. productam concinnavit.

4) Alexander Noel (Alexander Natalis) ex ord. S. Dominici, seculo XVIII. veteris et novi foederis Historiam Ecclesiasticam ad seculum XVI. usque progressam, cum eruditis et doctis dissertationibus moralibus, canonicis et dogmaticis vulgavit.

Huttenii praefatione. Ejus opera typis vulg. sunt Basil. 1540 et Amstelod. 1631.

5) Claudius Fleury abbas, qui Historiam Ecclesiasticam ad seculum XV. usque extensam edidit stylo claro et eleganti gallico. Opus continuatum ad 86 tomos ascendit.

6) Anselmus Gudenus, canonicus Erfurtensis, qui seculo XVIII duorum primorum seculorum Historiam Ecclesiasticam edidit.

7) Casparus Royko, primum Graecensis, postea Pragensis professor edidit: Christliche Religions- und Kirchengeschichte. Pragae anno 1795. in 4 tomis. Opus non consummatum, et nimis libere concinnatum.

8) Franciscus Gmeiner Graecensis, auctor operis: Epitome Historiae Ecclesiasticae N. T. Graecii in tom. 2. 1803.

9) Leopoldus Stollberg. Comes e protestantismo ad fidem Catholicam conversus edidit: „Geschichte der Religion Jesu.“ Haec a pluribus continuatur.

10) Alzog Joannes Posnanensis professor, edidit anno 1841: Universalgeschichte der christlichen Kirche.

11) Antonius Klein, Graecensis, nunc Canonicus Viennensis, auctor operis: Historia Ecclesiae Christianae 1828. in 2 tom. Graecii.

12) Joannes Hortigg publicavit: Handbuch der christl. Kirchengesch. Landeshuti 1827. in 2 tom.

13) Jacobus Ruttenstock, professor Universitatis Viennensis edidit Institutiones Historiae Eccles. N. T. Viennae 1832. opus non consummatum.

14) Joannes Molnár, ex Ord. S. Jesu, auctor operis: Az anyaszentegyház történetei 3. köt. 1769 — 1771. Nagyszombat.

15) Georgius Frank, Budensis Universitatis professor, postea canonicus Jaurinensis edidit Chronologiam.

16) Michael Szvorényi pariter Budensis professor vulgavit opus succinctum: Historia Religionis et Ecclesiae Christianae, citationibus fontium conspicuum. Posonii 1789. in 2 tom. item Historiae Ecclesiast. regni Hungariae Amoenitates Jaurini 1796. in fasciculis 6.

17) Joannes Alber e Sch. piis, auctor Institutionum Historiae Ecclesiasticae in tom. 4. Colocae 1793.

18) Carolus Lányi edidit: Magyarföld Egyház

története 1844 et sequ. in 3 tom. Breviora opuscula huc spectantia vulgarunt Matthias Plathy, Neosoliensis, Josephus Gáál Albaregalensis, et Ladislaus Vass Magnovaradiensis canonici.

19) Dr. Gfröhrer Christliche Kirchengeschichte. Stuttgart. 1844. 2. B.

20) Dr. Fr. A. Scharpff Vorlesungen über die neueste K. Geschichte. Freiburg im Breisgau. 2 Hefte. 1850. 1852.

Reliquos vid. in Institutionibus Histor. Eccl. per me. Pestini 1840 editis tom. 1. a §. 98—106. pag. 178—200.

Periodus Prima
Historiae Ecclesiasticae Novi Foederis
a
Nativitate Christi usque ad Constantinum M.
seu
Ab anno Christi 1. usque ad annum 306.

PARS PRIMA.
Historia Status externi Ecclesiae Christianae.

Caput I.
Fundatio Ecclesiae Christianae.

§. 41.

Status Civilis populorum gentilium, et Judaeorum.

Religionis Christianae origo sane illa in tempora recidit, quae ardente illius desiderio ferebantur, quae illam in examen vocare, cognoscere ac amplecti valebant, quae denique illius promissionem a multis retro seculis per Prophetarum os acceperant. Tempore nati Salvatoris Jesu Christi nobilissimam noti orbis partem Romani possidebant. Seu ad imperium Romanum terrae cunctae spectabant, quas a septemtrione Rhenus et Ister, ab oriente Euphrates, ab occasu mare Atlanticum, a meridie deserta Arabiae et Africae cingebant. In Europa vero tenebant Romani Italiam, Galliam, Hispaniam, Graeciam, Illiricum, Daciam, Pannoniam, Britanniam et partem Germaniae; in Asia, Judaeam, Syriam, Armeniam, Mesopotamiam, Asiam minorem; in

Africa, Aegyptum, Lybiam, Africam propriam, Numidiam et Mauritaniam [1]). Extensa haec Romanorum dominatio et forma regiminis monarchica Religionis Christianae propagationem insigniter adjuvabat. Potentissimae enim nationes armis Romanorum subjugatae, eorum leges, linguam, artes et scientias sensim amplectentes magis moratae ac mansuetiores evasere [2]), sicque ad Religionem coelitus ortam sequendam proniores. Imo et Judaeorum status civilis talis erat, ut jam et ipsi omnino leniorem sortem anhelaverint. Quamvis enim post mortem Herodis regis aut potius tyranni Judaeorum regnum ejus inter filios ipsius divideretur ita, ut Archelaus natu maximus, qua Ethnarcha dimidiam, et quod excessit regni partem, utpote Judaeam, Idumeam, et Samariam; Philippus qua Tetrarcha partem Gallilae et Trachonitidis; Herodes Antipas alteram Gallilae partem, Peraeam et Ituraeam cum titulo aeque Tetrarchae obtinuerit; nihilominus Archelaus veteris odii memor non Judaeos solum sed et Samaritanos crudelissime tractabat ita, ut populus ad Caesarem contra eum querelas mitteret. Archelaus horum nexu regno privatus quidem est, at regnum ejus imperio Romano subjectum ita, ut Idumaea et Samaria cum Syria connecteretur, Judaeae vero proprius procurator a Syriae praeside dependens praeficeretur. Mutatio haec tristem Judaeorum sortem nihilo sublevavit, imo asperiorem reddidit. Praeterquam enim, quod jam hoc illis grave esset, quod judices ethnici, quibus subordinabantur, ipsos in exercitio Religionis suae turbarent, ac nonnunquam gentilium ritibus interesse cogerent, et hoc animos omnium vehementer afflixit, quod eorum synedrio jus publica delicta vindicandi, jus item vitae et necis ademptum sit. Ad has calamitates accessit, quod procuratores Romani avaritiae dediti variis exactionibus eos premerent, publicani colligendis more Romanorum vectigalibus praefecti defraudarent, et quavis occasione emungerent, ac ipsi, utpote genus a Deo electum ethnico impe-

[1]) Strabo in Geographicis. Tacitus in Annalib. L. 2. seq. Suetonius XII. Caesar in Augusto. Dio Cassius Roman. Histor. L. 53.

[2]) Everard. Otto de tutela viar. publ. part. 2. pag. 314. Heilman commentar. de florent. literar. Statu. et habitu ad Relig. christ. initia.

ratori subordinarentur, civitasque sancta militum gentilium praesentia profanaretur [1]). Hinc traxere originem frequentes tumultus, seditiones et exasperatio, quae afflictissimi populi Judaici excidium accelerarunt quidem, non tamen, Deo sic disponente, in apertum bellum prius eruperunt, quam Religio Christiana per totam Palaestinam propagaretur, radicesque figeret. Jacob Basnage Histoire des Juifs. Humfredus Prideaux Histor. Judaeor. G. M. Jost, Gesch. der Israeliten seit der Zeit der Maccab. bis auf unsere Tage. Berlin 1820.

§. 42.

Status religiosus Gentilium et Judaeorum.

Quamvis prima hominum religio sine dubio Monotheismus fuerit, prout e vetustissimis monumentis clarescit, successu tamen temporis corruptela moralis sensim aucta, foedissimum Polytheismum generavit, seu homines Judaeis exceptis a Numine Divino rerum omnium conditore ad res creatas defecerunt, hasque ut Deum coluerunt. Ad deos retulerunt heroes, imperatores, reges, aliosque viros et feminas beneficiis aut inventis celebres, imo et tales, qui vitiis inclaruerunt. His nobiliores universi partes uti solem, lunam et sidera adjungebant, alii his non contenti, montibus, fluviis, arboribus, ventis, maribus, imo morbis et vitiis divos honores sacrarunt [2]). Diis templa, fana aut delubra voverunt, in quibus plerumque preces absolvebant. Hostiae apud gentes mansuetiores ex animantibus, apud feras vero ex ipsis hominibus offerebantur. Dies festi libidine ac sceleribus contaminabantur [3]). Quod porro Judaeorum statum religiosum attinet, de eo compertum habetur, Israelitas religionem suam e revelatione divina obtinuisse, eam medio traditionis ad posteros propagatam et in Monotheismo fundatam praeclaram fuisse. Ante legem scriptam liturgia apud Israelitas pro ratione adjunctorum

[1]) Jos. Flavius de bello Judaico lib. II. cap. 8 et s.

[2]) Gerh. Jo. Vossius de idololatr. lib. 1. 2. 3. et Meiners Allgem. kritisch. Gesch. der Religionen. Hannover 1807. 2. Band. in 8.

[3]) Joan. Saubert de sacrif. veter. Lugdun. Batav. 1699. 8. Matth. Brover a Nidek de adorat. vet. popul. Traj. 1711. 8. Cf. Philo Judaeus, qui de festorum dier. apud gentes impietate queritur lib. de Cherubin pag. 155. et s. Tom. 1. opp.

variabat. Verum a Deo suscitatus Moses, ac illius spiritu afflatus Israelitas, qui Aegyptiorum superstitionem ex parte jam amplexi erant, doctrina et miraculis ad veri Dei cognitionem reduxit, legem divinam in monte Sinai publicavit, constantem religionis formam praescripsit, ceremonias et dies festos defixit, sacerdotes, horumque munia, sacrificia, horumque ritus et tempora constituit, ac omnia secundum voluntatem Dei ordinavit. Ab hoc tempore magnus ceremoniarum adparatus viguit apud Israelitas, uniformem attamen cultum divinum omnes observarunt. Arbitrarie nullus quidquam inducere aut mutare potuit, ne quodammodo finitimorum populorum superstitio apud ipsos invalesceret. Hoc tamen ipsis improbandum, quod cessante Prophetarum aevo spiritualibus Religionis conceptibus apud eos debilitatis, plurimi doctores eorum tum in scholis, tum alibi externam solum legis observantiam commendaverint, cultus Levitici observantiam tantum exegerint, sicque omne fere verum Religionis ac moralitatis intrinsecae studium neglexerint. Malum hoc auxit, quod exterarum gentium ethnicarum, quibus commixti erant longo tempore, utpote Persarum, Aegyptiorum, Syrorum, et aliorum errores quospiam adoptaverint, hos avitae suae religioni adjecerint, sicque revelationis divinae splendorem obfuscaverint, prout ipse Salvator hoc in illis vitium saepius redarguit [1]. Prophetarum oracula una ex parte solum interpretati, Messiam velut heroem sibi repraesentabant terrestrem, qui ipsos velut gentem electam a Romanorum jugo liberaret [2]. Sibi majorem ac aliis perfectionem adscribebant, seque coram Deo magis acceptos putabant, ac ideo alios parvi facientes raro vel humanitatis aut charitatis officia ipsis praestabant, imo alienis gentibus damna inferre licitum putabant. Hinc repetendum quod jam Graeci et Romani gravissima ipsis delicta objecerint. Vid. Tacit. Hist. libr. V. c. 4. Diodorus Sicul. lib. II. pag. 524. edit Vesseling. Juvenalis sat. XIV. Ipse Josephus Flavius testatur id ipsum De bello Judaico lib. V. cap. 7. et 9.

---

[1]) Matth. XV. et XXIII. Luc. Cap. XI. 39.
[2]) Maccab. XIV. 35 et seq.

§. 43.

Pharisaei, Saducaei, Esseni, Therapeutae.

Status religiosi infelicem conditionem apud Judaeos adhuc deteriorem reddidit, quod ipsorum eruditi, qui majori rerum divinarum cognitione pollebant, in plures sectas scinderentur, ac se ipsos mutuis dissidiis et odiis lacesserent. Talis erat 1) Secta Pharisaeorum, quae circa annum 140. ante Christum orta [1]), religionem Mosaicam cum principiis religionum orientalium conjunxit, sicque Theologiam suam speculativam mediante traditione (cabbala) proponebat, ac allegoricae Bibliorum interpretationi superstruebat. Generale apud eos principium vigebat: Solam legis divinae observantiam ad plenam sanctitatem et ad animarum salutem haud sufficere, sed necessaria esse quaedam supererogationis opera, quae defectum legis divinae supplerent. Pharisaei majori ex parte hypocritae erant, externis ritibus sollicite adhaerentes, bis per septimanam jejunabant, phylacteria sua dilatabant, pedes ante refectionem lavabant et sabbatum anxie custodiebant, sed animo plerumque pravis cupiditatibus affecto Deum ad speciem colebant [2]). 2) Secta Saducaeorum, haec paucos quidem discipulos numerabat, sed plerumque ex hominibus fortuna et opulentia praeditis coaluit [3]). Saducaei resectis Pharisaeorum traditionibus ac supererogationis operibus solum Pentateuchum velut divinum adoptarunt, et in hoc quoque illas solum Religionis Christianae veritates amplexi sunt, quas ex sensu literali eruere poterant. Quare doctrinam de resurrectione corporum et animae imortalitate negabant, imo et angelorum ac spirituum coelestium existentiam negabant [4]). 3) Secta Essenorum, quae sectis Pharisaeorum et Saducaeorum nec numero discipulorum nec auctoritate comparari poterat. Nomen hoc illis adhaesit, quod artem medicam et respectu corporis et respectu ani-

---

[1]) Joseph. Flavius antiquit. Judaic. libr. XIII. c. 18. Stollberg. Geschichte der Relig. Jesu. Tom. 4. pag. 465.
[2]) Joseph. Flavius ipse idem testatur, licet ipse membrum sectae fuerit. Antiquit. Judaic. lib. 17. c. 3. et Matth. XV. 2.
[3]) Idem ibid. Lib. 18. c. 1.
[4]) Luc. Act. XXIII. 8. Matth. XXII. 23.

mae profiterentur. Eos sobrietate, vitae castitate et poenitentiae operibus conspicuos fuisse testatur Josephus Flavius [1]. In sacris paginis nulla eorum mentio occurrit. Hominum frequentiam vitabant, nulla reipublicae munera gerebant, charitate se invicem prosequentes, simul degebant. Matrimonio junctos inter se paucos, eosque solum sectae suae propagandae gratia tolerabant, divitias detestabantur, ab ira et juramento abstinebant, aquis se crebro lustrantes. Diem sabbati tanto rigore custodiebant, ut nec vasculum transponerent, nec ignem accenderent, aut cibos pararent. Animae imortalitatem non negabant quidem, eam tamen ex aethere subtilissimo in corpus delabi, ac veluti molesto carceri mancipari tradebant, inde corporum resurrectionem negabant. 3) Therapeutae, hi magnam affinitatem cum Essenis habebant, ut adeo nonnulli eos horum speciem fuisse testentur, hosque Essenos practicos, eos autem theoreticos seu Therapeutas fuisse statuant [2]. Therapeutae probabilius iidem erant cum illis, de quibus scribit Philo in libro de vita contemplativa. In desertis Aegypti, in campis aut hortis delitescere solebant, sacerdotibus carentes, nec sacrificia nec cultum Dei publicum frequentabant, manuum laborem fugientes, victu admodum frugali corpus debilitabant, assiduae rerum divinarum contemplationi vacantes etiam a matrimonio abstinebant. Eusebius eos Christianos fuisse opinatur. Vid. Euseb. Histor. Eccl. lib. II. cap. 17.

Ad sectas inter Judaeos exortas spectabat quoque secta Samaritanorum. Hi ab homonyma civitate nomen trahentes, pariter a reliquis concivibus suis dissentiebant, et ex S. scripturis unice Pentateuchum Moysis adoptantes, Deum non Jerosolymis, sed in monte Garizim adorandum esse statuebant. Joan. IV. 20.

§. 44.

Status literarum, praesertim Philosophiae.

Quamquam tempore nati Salvatoris literae, artesque

[1]) Joseph Flav. Antiqu. lib. 13. c. 9. et lib. 18. c. 2. item Dr. Bellerman Geschichtl. Nachrichten aus dem Alterth.. über Essäer und Therapeuter. Berl. 1825.

[2]) *E. R.* Roth dissert. Historico Philolog. de Essenis Jenae 1660. 4.

liberales summo fervore colerentur, parum tamen emolumenti religio, moresque inde capere poterant. Esto enim omnes tunc temporis nationes viris scientificis ac philosophicis gloriarentur, hi attamen inter se dissentientes in coaevos suos moralem influxum exercere non valebant. Apud Graecos et Romanos sectae platonicorum, stoicorum, peripateticorum et epicuraeorum vigebant. At licet Plato et Aristoteles principia sua de religione summa cum cautela manifestarent, et in multis se populo adcommodarent, sensa tamen eorum religiosa ejus generis erant, ut religionem popularem omni fide et auctoritate privarent [1]). Stoici quidem pantheismo suo mythologiam vulgi sustentare conabantur, at elato et superbo spiritu suo homines a se deterrebant et pietatem ex animo populi fugabant [2]). Epicuraei deorum commercium cum hominibus negantes, et hanc rerum Universitatem fortuito atomorum concursui adscribentes, eo ipso omnem religionem et moralitatem radicitus evellebant. Eodem vitio laborabant sceptici mediae et recentioris Academiae, siquidem cuncta in dubium vocare et infirma reddere conabantur. Ceterae nationes uti Persae, Syri, Chaldaei, Aegyptii et multi ex ipsis Judaeis sequebantur philosophiam orientalem seu gnosticam. Γνῶσις apud graecos exprimebat scientiam, seu notitiam illarum rerum, quae non sensibus humanis, verum mente et ratione solum comprehendi possunt; cumque res hae immutabiles et aeternae sint, cognitionem quoque rerum immutabilium et aeternarum γνῶσιν nominare possumus. Et hoc sensu etiam philosophiae gnosticae seu orientali tribuitur. E paucis, quae supersunt hujus sectae monumentis, concludere licet, eam e studio mala hujus mundi physica et moralia cum infinita Dei bonitate conciliandi ortam fuisse [3]). Nam ut difficultatem hanc solvere possint, excogitarunt materiam, (ὕλην) distinctam a Deo et illi coaeternam; materiae mala, Deo vero cuncta bona tribuentes. In his tamen ultro explicandis ad talia phantasiae figmenta et somnia vana

[1]) Franc. Balt défense des Pères accusés de Platonisme Paris 1711.
[2]) Seneca Epist. 73. et Schwabe über das Verhältniss der Stoischen Moral zum Christenth. in der Zeitsch. von Böhme und Müller 1. B. St. 3. pag. 38.
[3]) Tertullian. de praescript. adv. haeret. c. 7. pag. 119. edit. Venet.

deflexerunt, ut religionem et moralitatem e diametro everterent. E quibus cunctis abunde clarescit, nec philosophiam occidentalem nec orientalem spiritualibus hominum indigentiis respondisse, sicque ardentissimum alterius Religionis divinae desiderium in eorum animis excitare debuisse. Vid. Bruckerii. Histor. Philos. orient. Cap. III. §. 1. pag. 366 — 370.

§. 45.

Nativitas Jesu Christi. Ejus pueritia et adolescentia.

Unigenitus Dei filius in plenitudine temporum juxta vaticinia prophetarum [1]) in carne humana comparuit, ut varios hominum morbos curaret, viamque salutis aeternae generi humano monstraret: Testatur Lucas [2]), postquam Augustus imperator censum capitum in Judaea indixisset, Mariam virginem e familia David ortam, cum sponso suo Josepho Bethlehemum Palaestinae oppidum petiisse, ut in tabulas censuales referretur, at cum in ipso oppido locum ob multitudinem hominum ad descriptionem congregatorum non reperisset, extra oppidum sive in spelunca, sive in stabulo virtute Altissimi conceptum Jesum Christum peperisse, eundemque pannis involutum, in praesepi reclinasse. Quo praecise anno natus fuerit Salvator, difficile est determinare, cum tempus imperii Augusti nobis certo non constet. Id unice ex Evangelio Lucae compertum habetur: anno 15. imperii Tiberii Caesaris sub Pontio Pilato, Tetrarchis Herode ac Philippo, ac principibus sacerdotum Anna et Caipha Joannem Zachariae filium exivisse in desertum, ut praedicaret baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum [3]). Cum autem constet Jesum sex mensibus post Joannem natum esse, Joannemque fuisse 30 annorum, cum munus suum inchoaret [4]), etiam Jesum Christum munus suum sex mensibus post Joannem B. inchoasse dicendum est. Ad verum proxime accedunt illi, qui statuunt annum natalem Domini fuisse 749. ab u. c.; 42. imperii Caesaris Augusti; 4003. juxta

[1]) Daniel 9. 25. Genes. 49. 10.
[2]) Luc. Cap. II. v. 1.
[3]) Luc. III. 1.
[4]) Schnappinger Heil. Schrift, in Luc. Cap. III. v. 23.

Usserum, 4004. ab orbe condito juxta textum Hebraeum; 5873. juxta 70 interpretes, et 4. olympiadis 193. Circa diem vero Nativitatis Christi communior sententia est, Christum Dominum die 25. Decembris natum fuisse [1]). Die a Nativitate 8. juxta legem Mosis circumcisus est, nomenque ei Jesus (salus) in hoc ritu inditum. Quadragesimo autem die post nativitatem cum purificationis tempus advenisset. Maria cum Josepho ac filio Hierosolymam profecta sacrificium in templo obtulit purgatorium, filiumque suum infantem juxta legem Deo praesentavit. Parentes Christi post praesentationem Bethlehemum redierunt. At fama eorum adeo jam diffusa erat, ut Magi novo adparentis stellae spectaculo attenti redditi, Hierosolymam venirent, et de recens nato rege apud Herodem sciscitarentur, dicentes: se eum in finem venisse, ut debitum illi honorem et adorationem pie persolverent. Eo a sacerdotibus comperto, Bethlehemum esse nativitatis locum Messiae, illuc se post visam rursus stellam converterunt, ac ad habitaculum filii Dei pertingentes aurum, thus, et myrham ei obtulerunt. Postea monitu divino per aliam viam reversi sunt in regionem suam [2]). Haec inaudiens Herodes, at habitaculum Jesu infantis certo designare nesciens, quo aemulum, ut putabat regni sui e medio tolleret, pueros omnes Bethlehemi, et in omnibus finibus ejus a bimatu et infra juxta tempus, quod a Magis innotuerat, neci dari jussit, quo sic et ille vita privetur, a quo sibi metuendum putabat [3]). Verum Josephus ab angelo praemonitus, cum Maria et filio ejus in Aegyptum elapsus est. Inde ad Nazareth reversus 12. aetatis anno Hierosolymam cum parentibus celebrandi festi paschalis causa profectus atque parentibus redeuntibus in templo moratus, quaestionibus et responsis suis legis peritorum et doctorum, quibus se adsociaverat, admirationem summam excitavit. Ab hoc tempore privatam vitam duxit, subditusque fuit parentibus et sapientia ac gratia augebatur apud Deum et homines, quoad 30. aetatis anno magnum illud

---

[1]) Vid. Constitut. Apostolicae lib. V. ubi sententia haec ascribitur traditioni Apostolicae.
[2]) Matth. II. 1 12.
[3]) Matth. II. 16.

ministerium, ad quod obeundum a patre coelesti missus erat, publice auspicaretur.

§. 46.

Joannes B. praecursor Domini.

Anno 15. Tiberii caesaris Joannes B. Zachariae sacerdotis judaici filius comparuit in deserto, qui ab austera vita et piloso vestitu memorabilis promissum et diu expectatum Messiam praedicans, homines ad baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum suscipiendum disponebat [1]). Confluentem populum Joannes convenienti doctrina instruebat, divites ad misericordiam, viros, principes et magistratus ad aequas justitiae leges observandas stimulans, juvenibus affectuum moderamen, senibus patientiam commendans, cunctis meliores de officiis ac de Deo conceptus instillabat. Adhaerentes sibi ad Jordanis fluvii undas praecedente poenitentia immisit, et salutari expiatione per aquam lustravit [2]). Inter hoc Jesus ipse ex Gallilaea adveniens prout reliqui ad fluvium progressus baptismum suscipere voluit. Joannes quidem aliquandiu resistebat eo, quod tanto honore indignum se profiteretur, tardius attamen cessit, ac Jesu baptismum contulit. Peracto ritu baptismi Jesu ex undis prodeunti, atque ad Patrem oranti aperti sunt coeli, et Spiritus sanctus in forma columbae ad ipsum descendit, auditaque est vox Patris: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hac ratione Christus munus egregium, quod subire volebat, palam auspicatus, ac testimonio Patris velut verus Messias annunciatus est [3]). Post hoc Jesus in solitudinem recessit, pietatisque exercitiis devotus dies et noctes 40 jejunus egit, ac orationi, rerum coelestium contemplationi

---

[1]) Math. III. 1. seq. Lucae III. 3. seq. Marci. I. 1. singulare testimonium de Joanne B. jam Josephus Flav. retulit Antiquit. XVIII. 5. et Origen. contra Cels. I. pag. 35.

[2]) Joan. I. 25.

[3]) Matth. III. 16. 17.

vacans, omnia tentatoris molimina superavit, humana conditione longe superior. Matth. IV. 1—12.

§. 47.

Doctrina a Christo proposita.

Christus ad grande munus, quod in terra obire volebat praeparatus, 30. aetatis suae anno ex solitudine prodiens Judaeam, Galilaeam et Samariam, harumque provinciarum viciniam peragravit, ac Israelis populum ad poenitentiam et emendationem vitae stimulabat, clare docens, adpropinquare, imo jam advenisse regnum Dei. Legem Mosaicam magni faciebat quidem Christus, at eo vel maxime intendebat, ut literam ejus ut dici solet, mortuam, vivam redderet, perficeret, ac veritates creditu necessarias eidem adjiceret. Doctrinam autem hanc vel maxime proposuit: Deum ab omnibus colendum, in spiritu et veritate adorandum esse, unum in essentia, trinum in personis Patris et Filii et Spiritus S. [1], se esse Filium Dei singulari modo, et accepisse a Patre omnem potestatem, sapientiam, gloriam et Majestatem Divinam, se esse verum Deum et hominem, a virgine Maria natum [2]; Spiritum S. a Patre et a se mittendum [3]. Se velut generis humani Salvatorem ac Redemptorem a pluribus retro seculis promissum advenisse, ut homines a peccati jugo, atque pernicie, verbo, exemplo et morte pro illis perpetienda liberaret [4]. Veteres ritus nonnihil mutans Ecclesiam sub visibili Capite, et externa fidelium consociatione collectam, quae ad consummationem seculorum duratura simul vestibulum regni coelorum esset, constituit [5]. Ad hanc vero illos solum recipi permisit, qui assensum firmum et constantem, fiduciam (πιςιν) certissimam praeseferunt, animo contrito et emendato, morumque sanctitate gaudent. Ut adeo Christus veteres theocratiae conceptus ad sublimem ideam Regni Dei elevaverit.

---

[1] Matth. XXVIII. 19.
[2] Matth. XI. 27. Joan. III. 16. 18.
[3] Joan. XIV. 26. XV. 26.
[4] Matth. XX. 28. Luc. XIX. 10. Joan. III. 16.
[5] Matth. XVI. 16.

§. 48.

Doctrinae uberiora puncta et divinitas.

Christus discipulis suis non vitae hujus commoda temporalia, verum talia promisit, quae ad vitam futuram salutaria sunt, uti cognitio salutis, fides, virtus, spes firma et animi quies, post mortem perduratio, et vita aeterna [1]. Veterem porro Judaeorum opinionem de fundando per se regno terreno refutavit [2], postulavitque in suis cultum Dei non in multis, aut solis externis ritibus verum docuit: Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare [3]. Nonnullos ritus tamen et ipse Christus, et ejus Apostoli instituerunt, tales quippe, qui non undi, aut mere symbolici, sed efficacissima gratiae divinae subsidia essent, uti sunt ritus sanctissimorum septem novae legis sacramentorum etc. Officia porro hominum legi charitatis superstruxit, summam legis a se promulgatae in amore erga Deum et proximum sitam esse statuens [4], illumque perfectam illam virtutem esse docens, cujus indefesso studio homines veram beatitatem consequantur. Postea ut religionem suam eo magis promoveret, seu ut regnum charitatis amplius extenderet, praeceptum diligendi proximum plane ad ipsos inimicos dilatavit, dicens: Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos [5]. Exegit praeterea Christus a discipulis suis, ut pravos affectus expugnent, quo sic voluntatem divinam eo facilius adimplere ac modestiam et humilitatem promptius exercere queant. Orationem porro velut familiare cum Deo colloquium et omnis boni ab eo impetrandi, ac fiduciae filialis conservandae medium iis inculcavit [6]. Cuncta haec praecepta morum ab illo praescripta, naturae hominum adeo conformia esse quisque perspicit, ut merito dicere potuerit: Jugum meum suave et onus meum leve est [7]. Denique

---

[1]) Matth. VI. 19, 20. Joan. III. 16. item I. 9. XIV. 27.
[2]) Joan. XVIII. 36.
[3]) Joan. IV. 24.
[4]) Matth. XXII. 37—40.
[5]) Matth. V. 44.
[6]) Matth. VI. 9.
[7]) Matth. XI. 30.

doctrinae suae veritatem ac divinitatem et vita sua sanctissima, et dono miraculorum ac prophetiae, quo praeditus erat, abunde probavit, imo hoc idem exitu et implemento vaticiniorum veteris foederis de ipso dudum editorum egregie demonstravit.

§. 49.

Apostoli et discipuli.

Christus in Galilaea, ubi educabatur, initium praedicationis suae fecit, ita tamen, ut in Capharnaum potius quam in Nazareth domicilium suum figeret. Quo autem exiguam familiam, quam jam collegerat, deinceps quoque conservaret, imo et augeret, ex ea sibi viros 12 elegit, qui omnium doctores, et continui testes eorum essent, quae ipse docuerat et fecerat. Hi Apostoli (Αποστολοι) nuncupantur, cum ad oves perditas Israëlis missi fuerint [1]), ut in illis praedicationis initium facerent [2]). Apostolos autem non tales elegit, qui generis claritate, honoribus, divitiis, scientiis aut artibus excellebant, quibus utpote instructi apud imperitos sibi auctoritatem conciliare potuissent, verum tales, qui simplices piscatores, et publicani omnibus praesidiis humanis destituti, virtute solum divina ad munus suum instrui debebant. Quam sublime atque excellens munus apostolicum fuerit, vel inde clarescit, quod Apostolos ipse Christus delegerit, eosdem docuerit, miraculorum ac linguarum dono providerit, ac ante ascensionem suam illis benedixerit. Praeter hos 12 Apostolos, seu legatos primi ordinis alios 72 discipulos (juxta graeca exemplaria 70) segregavit, mittens eos in omnem civitatem et locum, quo ipse erat venturus, ut Messiam annunciarent, et cunctorum animos ad ipsum digne recipiendum disponerent [3]). Quamvis vero Christus cum Apostolis et discipulis suis se publice a Judaeorum synagoga non separaverit, imo potius legis Mosaicae ritus et ceremonias observaverit, templum et Judaeorum scholas diligenter frequentaverit, docuerit, ac declarationem fecerit, se non venisse ad legem Mosis solvendam,

---

[1]) Matth. X. 2—4. Marc. III. 16. Luc. VI. 13. Actor. I. 13.
[2]) Matth. XV. 24.
[3]) Luc. X. 1.

sed potius perficiendam, extra dubium tamen positum est, Christum novam in coetu Judaico fundasse societatem, a Judaeorum synagoga longe diversam, nempe Ecclesiam peculiarem, in qua membra fide vera, spe firma et charitate perpetua sibi jungantur, oportet. Cum enim is legi Mosaicae nova dogmata substitueret [1]) cultum Dei novis legibus ad animarum salutem tendentibus baptismi, eucharistiae ac fidei vivae in ipsum ordinaret [2]), leges has per Apostolos publicari faceret, omnesque adhaerentes suos praemiis ac poenis aeternis propositis obstringeret, ut in unum ovile, in unam domum Dei, in unum corpus collecti, easdem leges observarent, unanimi consensu Deum glorificarent, sat superque dignoscitur, eum novam constituisse societatem, veramque novi foederis Ecclesiam fundavisse.

Nomina Apostolorum in S. literis leguntur sequentia: Simon (Kephas Petrus) et Andreas filii Jonae, Jacobus Major et Joannes filii Zebedaei, Philippus, Thomas (Δυδιμος) Bartholomaeus, (Nathanael), Matthaeus etiam Levi dictus, Jacobus Minor Alphaei filius, qui Jesu frater seu cognatus dicitur, Judas (Θαδδαιος) prioris frater, Simon (ὁ ζηλοτης) atque Judas Iscariotes. V. Matth. X. 2 — 4. Marc. III. 16. Luc. VI. 13. Actor. I. 13.

§. 50.

Mors Christi.

Licet Christus ex omni genere hominum asseclas multos nactus sit, id tamen et illi accidit, quod praestantissimis ac nominis fama illustrissimis accidere solet, ut nonnulli indolem ac facta illorum insignia perperam ac atro colore describant. Esto enim Salvator praeclara beneficia popularibus suis verbo et facto praestiterit, esto miracula et prophetias in eorum commodum ediderit, internecino tamen plurimorum odio laborabat, eorum vel maxime, qui temporales de regno Messiano conceptus suos cum spiritualibus commutandi incapaces erant, item Rabbinorum, sacerdotum et legis peritorum, quorum commoda temporalia cum nova lege cessare debebant. Odium hoc in pectore diu reclusum occasione ultimi festi paschalis, quod Christus cum

[1]) Joan. IV. 2. X. 16. Matth. XVI. 18. Act. XV. Galat. III. 25. V. 2.
[2]) Joan. III. 5.

suis in sancta civitate celebravit, publice erupit, occasionem dante Juda Iscariota, Apostolo, qui habendi cupiditate excoecatus, divinum magistrum suum inimicis resignare non erubuit. Milites igitur injicientes manus in eum, coram synedrio sistunt illum, et violatae legis divinae ac impietatis in Deum accusant, inde ad Pilatum procuratorem Romanum ducunt, ac seditionis inter populum sparsae et laesae Majestatis humanae insimulant. Pilatus quidem eum velut innocentem liberum dimittere optabat, at clamoribus populi obrutus, ad infame crucis supplicium condemnavit [1]). Quare magnam crucis molem in humeris portare jussus, extra portam urbis Jerusalem educitur, et in calvariae loco circa horam 6. id est, circa meridiem nostrum (§. 16) cruci affigitur, variis conviciis affectus in altum elevatur, nec minimo verbo resistens, nulla impatientis animi indicia manifestans, sed pro tortoribus suis preces fundens, consortem poenitentia tactum latronem proximis paradisi gaudiis erigens, ac moerentem matrem suam charissimo discipulo suo Joanni commendans, donec tandem consummatis omnibus capite inclinato sanctissime expirasset [2]). Cum morte Christi stupenda prorsus naturae phenomena acciderunt: hora sexta seu circa meridiem sole velut extincto, totam terram tenebrae crassae obscurarunt, terra motu succussa, petris ruptis, templi velo, quo sancta sanctorum tegebantur, in duas partes scisso, monumentis apertis, mortui e sepulcris notis suis comparuere, quasi interfectum naturae auctorem vindicantes. Visis his multitudo cruci adstantium horrore comprehenditur, ac ipse centurio Romanus ordini ad lugubrem actum intendens exclamavit: Vere hic homo filius Dei erat [3]). Christus atrocissimam mortem hanc ad hominum peccata expianda sponte sua subivit. Eph. V. 2. Hebrae. VII. 27.

§. 51.

Resurrectio Christi, et Ascensio.

Corpus Christi exanime de cruce deponere, ac mox

---

[1]) Matth. XXVII. 1—26. Marc. XV. 1—15. Luc. XXIII. 1-2. Joan. XVIII. 28-40.
[2]) Matth. XXVII. 23—50. Marc. XV. 22—37. Luc. XXIII. 26—46. Joan. XIX. 17—30.
[3]) Matth. XXVII. 54. Marc. XV. 33.

terrae mandare conabantur Judaei, cum dies sabbati magni adpropinguaret. Josephus ab Arimathea extremum honorem Jesu, cui occulte addictus erat, praestare volens, in monumento recenti corpus ejus decenter deposuit [1]). At Christus tertia post mortem die, id est, Dominica ex clauso et obsignato sepulcro summo mane resurrexit, atque ad vitam propria virtute rediit. Adparuit autem primum Mariae Magdalenae ad sepulcrum [2]), postea mulieribus, quae ad sepulcrum properantes, illudque vacuum reperientes hoc ipsum Apostolis nunciare pergebant [3]). Hoc ipso die, quo Christus Mariae Magdalenae et reliquis mulieribus se videndum praebuit, Petro quoque adparuisse, probabile est [4]). Porro adparuit Christus discipulis Cleopae ejusque socio, cum ad Emaus irent [5]); Apostolis, qui Hierosolymis collecti erant absente Thoma [6]), post dies 8 iisdem rursus se conspiciendum praebuit praesente Thoma, cui manuum, pedum et lateris cicatrices tangendas exhibuit, ut illi veritatem resurrectionis suae comprobaret [7]). Praeter alias adparitiones, quae alibi evenerunt [8]), ultimo adparuit discipulis suis tunc, dum in coelos ascendit. 40. quippe die post resurrectionem, postquam de regno Dei non coelesti tantum, sed etiam de Ecclesia, quam fundare jam inchoaverat, et de rebus ad ipsam attinentibus locutus fuisset, promissum de Spiritu S. ipsis mittendo renovans, in eorum consortio ad montem Oliveti in vicinia urbis s. situm secessit [9]). Unde manibus elevatis eos benedicens, seu omnia fausta et prospera illis precatus, coram ipsis victor in coelum ascendit [10]).

---

1) Matth. XXVII. 5. Marc. XV. 42—47. Luc. XXIII. 50—55. Joan. XIX. 38—42.
2) Marc. XVI. 9.
3) Matth. XXVIII. 9. seq.
4) Luc. XXIV. 33. 34.
5) Luc. XXIV. 12 et seq.
6) Marc. XVI. 14.
7) Joan. XX. 24.
8) I. Corinth. XV. 6. 7.
9) Marc. XI. 1.
10) Marc. XVI. 19. Luc. XXIV. 51. Act. I. 9.

Caput II.

Fata Ecclesiae Christianae prospera, seu illius propagatio.

§. 52.

Initia muneris Apostolici.

Apostoli post splendidam Christi, dilectissimi Magistri sui in coelos ascensionem ea vel maxime disponenda esse censebant, quaè ad Evangelii per totum mundum praedicationem maxime necessaria fore videbantur. Quare imprimis de eo solliciti erant, ut in locum Judae proditoris, qui vitae suae finem laqueo imposuit, alius dignior eligatur. Convocantes igitur Hierosolymas circa 120 discipulos, in eorum conventu duos probatae fidei viros, Josephum Barzabam (dictum Justum) et Mathiam proposuerunt, quorum posterior medio sortis jactae electus est [1]). Completo numero Apostolorum, et adveniente super eos die Pentecostes Spiritu S. [2]), coelestis hujus gratiae efficacia mox in ipsis conspiciebatur. Nam rerum divinarum cognitione uberrima imbuti, deposita omni formidine ad Christum intrepide praedicandum illico inflammabantur, variis linguis antea sibi incognitis Dei laudes celebrabant, et verborum suorum veritatem miraculis confirmabant [3]) ita, ut populi, qui tunc temporis ex remotissimis terris regni Parthici, Asiae minoris, Arabiae, Africae et ex ipsa urbe Roma ad festi solemnitatem Hierosolymas confluxerant, in stuporem raperentur, dum Apostolos lingua, quae eorum cuilibet vernacula erat, loquentes audirent. Et profecto Jesum Nazarenum Petrus tanta facundia praedicavit, tantoque zelo auditores suos ad poenitentiam et receptionem baptismi stimulavit, ut eadem die tria millia hominum nomen Jesu dederint, arctiusque inter se, et cum Apostolis vinculum ineuntes primam Ecclesiam Hierosolymitanam constituerint [4]). Exiguus hic coetus Christianorum zelosa Apostolorum praedicatione miraculis confirmata, mox incrementa coepit. Nam cum Petrus et Joannes

---

[1]) Act. Apos. I. 26.
[2]) Act. II. 1—3.
[3]) Act. II. 4.
[4]) Act. II. 41.

hora orationis nona in templum ascenderent, ac Petrus claudo ex utero matris sanitatem restitueret [1]) et concurrenti populo Jesum crucifixum novitus praedicaret, plurimos ex praesentibus ad Christi coetum pariter convertit ita, ut numerus credentium jam ad 5000 ascenderet [2]). Antistites Judaeorum felici hoc praedicationis Apostolicae successu indignati odium summum contra Christi praecones conceperunt, ac Petrum et Joannem interceptos coram synedrio sistentes, eos ab ulteriori praedicatione inhibuerunt. At illi intrepide reposuerunt: Deo magis quam hominibus obediendum esse, ac opus suum zelosissime continuarunt. Quod eo facilius prosequi valebant, cum sapientiae divinae placuerit coetui eorum adjungere virum insigniter excultum et eruditum, qui nascenti Ecclesiae egregiam praestitit operam. Erat is Saulus, qui ex persecutore fidei, maximus ejus athleta sub nomine Pauli factus est. Cum enim durante persecutione in qua Stephanus protomartyr occubuit, Damascum versus iter faceret eum in finem, ut Christianos, quoscunque deprehenderet, vinctos Hierosolymam abduceret, repente insolita lux coelestis eum circumfulsit; hac territus Paulus ad terram collapsus vocem audivit: Saule Saule quid me persequeris! ego sum Jesus, quem tu persequeris, ac cum hoc audito obstupefactus, quaereret: Domine quid vis me facere? et audiret sibi eundum esse ad civitatem, ibique intellexisset, quid eum oporteat facere, gratiae Divinae obsecutus, odium Christianorum cum summa eorum charitate permutavit, ac salutari lavacro initiatus, Hierosolymas ad Apostolos concessit, in collegium eorum assumptus. Vid. Act. IX. 1—29.

§. 53.

Libri novi foederis.

Christus Apostolis suis ad notitiam nostram nullatenus quidem praecepit, ut doctrinam ipsius literis consignarent, essentiam muneris apostolici in orali institutione reponens; at Apostoli eorumque socii, ut singularibus quorumdam

[1]) Act. III. 2 et seq.
[2]) Act. III. 9—26 IV. 1—4.

hominum vel coetuum votis, aut indigentiis subvenirent, facta Christi atque doctrinam ejus aliqua ex parte scriptis complexi sunt. Scripta porro haec Apostolorum ad certa, ac utilissima Religionis conservandae media referenda esse, quisque facile convincitur [1]. Sunt autem duplicis generis; alia historica, alia dogmatico-moralia. Ad illa referuntur quatuor Evangelia SS. Matthaei, Marci, Lucae, et Joannis, quae velut commentarii res a Christo gestas ejusque doctrinam complectuntur; item Actus Apostolorum, in quibus labores eorum, et regiminis forma Ecclesiae aliquatenus adumbratur. Ad haec vero seu dogmatico-moralia referuntur, quae ad varias ecclesias directa sunt, ut in fide suscepta et virtute christiana confirmentur. Talia sunt 14 Epistolae Pauli, septem epistolae catholicae dictae, uti una S. Jacobi minoris, duae S. Petri, tres S. Joannis, et una Judae Thaddaei. His denique adjungitur Apocalypsis S. Joannis, prophetias de sorte futura gentilium, Judaeorum, et Ecclesiae Christianae complexa [2]. De nonnullorum scriptorum auctoritate quidam auctores catholici ac Ecclesiae doctores aliquando dubitarunt, quod speciatim de Epistola S. Pauli ad Hebraeos, epistola 2da S. Petri, epistola 2. et 3^{ia} item Apocalypsi S. Joannis valet, ideoque scripta haec devtero-canonica dicuntur [3]. Reliqua vero cuncta in veteri jam Ecclesia ut vere apostolica constanter recepta fuere, ideoque proto-canonica nuncupantur. De his uberius in studio biblico tractatur.

§. 54.

Ecclesia Hierosolymitana.

Prima Religionis Christianae sedes, et mater indubie Ecclesia Hierosolymitana erat, quam nempe ipse Christus et Apostoli fundarunt, quam Christus ipse praesentia, sermonibus, morte sua, et missione Spiritus S. insigniter distinxit, quamve reliquae Ecclesiae ut normam imitabantur [4].

[1]) II. Thes. II. 14.
[2]) Irenaeus adv. haeres. lib. III. c. 1. Euseb. Hist. Eccl. lib. III. c. 1. Joan. Millius in proleg. ad nov. test. Jo. Dav. Michaelis in Isagoge ad n. f. Schnappinger H. Schrift de Apocalyp.
[3]) Eusebius H. E. Lib. III. c. 28. Lib. VI. c. 20. 25. Libr. VII. c. 25.
[4]) Act. II. 41.

Et profecto vix describi potest, quanto numero fidelium ecclessia haec sub ipsis adhuc Apostolis aucta fuerit. Primus ecclesiae hujus episcopus Jacobus Minor, Alphaei filius erat, qui eidem, reliquis Apostolis per orbem dispersis, praefuit. Primi fideles templum quidem vetus Hierosolymitanum, quoad steterat, porro quoque orations causa frequentabant, externam cum Judaeis communionem non illico abrumpentes, in domibus tamen privatis conveniebant, panem frangebant, sacram synaxim sumebant, atque convivia charitatis celebrabant in doctrina Apostolorum et communicatione fractionis panis et orationibus perseverantes [1]. Narrat S. Lucas multitudinis credentium cor fuisse unum et animam unam, nec quemquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dixisse, sed fuisse illis omnia communia [2]. Ditiores quippe pauperum sustentationem adeo sibi cordi sumebant, ut agros et praedia sua distraherent, et argentum ex his conflatum ad pedes Apostolorm deponerent, ex quo thesauro collecto cuivis quotidie tantum dabatur, quantum adjuncta et vivendi ratio cujusvis exigebat. At communio haec bonorum solum quoad domos, agros et possessiones non vero etiam quoad pecuniam labore, aut industria comparatam, aut reliquam substantiam viguit, quod inde clarescit, quia ab Apostolis eatenus lex nulla obstringens lata fuit. Hoc ipsum etiam ex verbis S. Petri confirmatur, qui Ananiae dixit: An in tuo positum non erat arbitrio, agrum tuum vendere vel retinere, et posteaquam venditus fuit, pecuniam inde acceptam vel tibi retinere, vel ad pedes nostros adferre? [3] Distribuebantur vero haec beneficia initio per certos viros ex Hebraeis electos, at cum querelae contra eos orirentur [4], Apostoli VII.

---

1) Act. IV. 32. 34. et II. 44. 45.
2) Schnappinger H. Schrift. Apost. Gesch. II. 44. 46. item Joa. Laur. Mosheim in commentar. de vera natura communionis bonor. in Eccles. Hierosolym. quae extat in illius dissert. ad Histor. Eccl. pertinentib. vol. II. diss. 1. p. 23. et s. Altonae 1743. Michaelis Anmerk. zum neuen Test. B. II. S. 253.
3) Act. V. 1 — 6.
4) Act. VI. 1.

Diaconos ex Helenistis elegerunt, viros integerrimae probitatis, qui pauperibus sine personarum acceptatione providerent, ac beneficia ad tollendam eorum paupertatem collata juste partirentur. Actor. VI. 2—4.

§. 55.

Ecclesiae aliae seculi I.

Apostoli semen Evangelii in urbe sancta adeo feliciter spargebant, ut illud paulo post excresceret in latissimam arborem, sub cujus ramis non Jerosolymitani solum fideles, verum et ceteri Palaestinenses, suavissimam umbram experirentur. Hac plurimi recreati et animo conversi nomen Christo dedere, ac sic extra Jerosolymam quoque plures ecclesiae fundatae sunt. Ubi enim lapidato Stephano persecutio gravis omnes christianos in discrimen vitae conjiceret, discipuli Christi, solis Apostolis exceptis per Judaeam et Samariam dispersi in omnibus locis, ad quae pertigerant, verbum Domini annunciabant [1]. Occasione hac Philippus diaconus ad Samaritanos delatus Christum praedicavit, mares ac feminas, imo et celebratum Simonem Magum baptisavit. Incolas Lyddae, Joppes, et Saronae S. Petrus editis ibidem miraculis convertit [2]. Etiam Caesaraeenses Judaei, imo et gentiles fide Christi donati sunt per S. Petrum, qui visione lintei coelitus demissi, et animalibus mundis aeque ac immundis pleni, permotus non tantum Cornelium centurionem, et familiam ejus regenerationis lavacro lustravit, verum et extra Palaestinam progressus Aegyptum, Syriam, Arabiam, Mesopotamiam et alias oras dissitas visitavit, in quibus cunctis ecclesiae christianae coaluerunt. Ex his ampliorem recensionem meretur Ecclesia Antiochena vel ideo, quod Salvatoris discipuli vice prima ibidem nomine Christianorum audiverint. Semen verbi divini Antiochiae sparserunt primum Christiani persecutioni Jerosolymitanae elapsi (§. 52) eorsum pertingentes. Hoc comperto Barnabas et Paulus illuc accesserunt, ac ecclesiam florentiorem reddiderunt. E quibus satis clarescit ecclesiam Antiochenam secundam a Jeroso-

[1] Actor. VIII. 4.
[2] Actor. IX. 32 — 43.

lymitana fuisse Orientis ecclesiam principalem ita, ut veteribus Antiochena ecclesia fere sola nomine Ecclesiae orientalis veniret.

§. 56.

Continuatio. Ecclesia Romana et Alexandrina.

Quod Ecclesia Romana per orbem celeberrima, ac ecclesiarum occidentalium mater temporibus Apostolorum jam fundata fuerit, plus quam certum est. Nec dubium, quin S. Paulus verbis: Primum gratias ago Deo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annunciatur in universo mundo [1], expresserit, plurimos Romanos jam aetate sua Christianos fuisse. Primi praecones Ecclesiae Romanae videntur fuisse Judaei et Romani, qui Jerosolymam occasione ea, qua dona Spiritus S. super Apostolos effundebantur, delati, ac postea reversi Evangelium, quod in sancta civitate audiverant, Judaeis Romanis communicarunt [2]. Et licet ex his cum probabilitate asserere possimus, primos Evangelii praecones Romae non fuisse Apostolos, merito tamen S. Petrus a tota antiquitate velut fundator Ecclesiae Romanae celebratur eo sensu, quod primus ejusdem Ecclesiae episcopus fuerit, eamque celeberrimam ecclesiam ad dies vitae rexerit, ac ibidem martyrii corona cinctus fuerit. Nam SS. Patres et scriptores ecclesiae tum graecae, tum latinae constante et non interrupta traditione, prout et catalogus Romanorum Pontificum idem testantur. Ita Papias Hierosolimitanus in Phrygia episcopus et Polycarpi, qui Joannis Apostoli discipulus erat, socius non solum testatur S. Petrum Romae extitisse, verum et civitatis Romanae episcopum fuisse asserit [3]. S. Cyprianus sedem Romanam vocat cathedram Petri, et ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est [4]. De Ecclesia Alexandrina in S. pa-

---

[1]) Epist. ad Roman. cap. 1. V. 8.
[2]) Actor. II. 10.
[3]) Euseb. Histor. Eccles. lib. III. c. 39.
[4]) S. Cypr. Epist. 55. ad Cornel. P. Reliquos testes referunt Baron. in Annal. ad a. 44. §. 25. Bellarm. de Rom. Pontif. l. 2. c. 2. 3. 4. Fleury. Stollberg. etc.

ginis quidem nihil legimus, at eam tempore Apostolorum jam extitisse extra dubium est ex testimoniis Clementis Alexandrini, ac Eusebii [1]. Primi praecones ejus videntur fuisse Judaei Christiani, qui orta Jerosolymis persecutione in varias oras dispersi, eorsum se receperant. Marcum vero Evangelistam S. Petri discipulum ibidem primum episcopum fuisse certum est [2]. Post hanc vero ecclesiam memorabiliores sunt septem illae ecclesiae in Asia, quas S. Joannes in Apocalypsi recenset, uti Ephesina, Smyrnensis, Pergami, Thyatirae, Sardis, Philadelphiae et Laodicaeae [3]. Ephesinae S. Joannes, Smyrnensi S. Polycarpus Apostolorum discipulus praefuit, in qua martyr occubuit.

§. 57.

Ecclesiae seculi II. et III. in Oriente.

Ex veterum testimoniis clare discimus doctrinam Christi seculo II. et III. insigni sanctorum praeconum zelo longe lateque propagatam, ac ad barbaros etiam populos feliciter transplantatam fuisse [4]. Hoc obtutu quidem praeclare se Pantaenus, philosophus Christianus gessit, qui scientia celeberrimus scholae Alexandrinae doctor tanto propagandae religionis christianae studio ferebatur, ut ad Indos usque proficisceretur, eosque Christo lucri faceret [5]. Indos hos fuisse Arabiae felicis incolas, apud quos S. Bartholomaeus Apostolus praedicaverat, sed a fide defecerant, eruditorum sententia est [6]. Eadem occasione Pantaenus Evangelium S. Matthaei hebraice scriptum ab Apostolo praedicto velut tesseram fidei Indis (Judaeis Arabicis) datum, secum Alexandriam transtulit. Religionem Christi eodem tempore per veri nominis Indiam et Persiam quoque late propagatam fuisse Arnobius seculi III. scrip-

---

[1] Euseb. H. E. Lib. II. 16. 24. Chronic. Alexandr. pag. 230. Annales Eccles. Alexandr.
[2] Chronicon Orientale pag. 109.
[3] Apocalyp. cap. II. III.
[4] Justin. in dial. cum Triphon. p. 341. Irenaeus lib. 1. c. 3. contr. haeres. Tertull. l. VII. p. 212. adv. Judaeos edit. Rigalt. Cf. Plinii epistol. l. X. ep. 97.
[5] Catalog. scriptor. Eccles. S. Hieronymi c. 36. pag. 107.
[6] Philostorg. l. II. c. 6.

tor clare indicat his verbis: Veritati Christianae homines in India apud Seras, Persas et Medos nomen dedere [1]. Seculo III. in praedicando Evangelio Origenes ejusdem Scholae Alexandrinae praefectus inclaruit, qui anno 216. ab Arabiae desertae principe quodam invitatus, illico eorsum se contulit, ac fide ibidem feliciter propagata, domum reversus est [2]. Ad Armeniam quoque penetrasse fidem Christi hoc seculo inde clarescit, quod Eusebius ejus episcopum Meruzanem recenseat [3], et Dionysius episcopus Alexandrinus ad Christianos Armeniae de poenitentia scripserit [4]; imo idem Dionysius in Lybia quoque, ad cujus horrida saxa per Valerium imperatorem in exilium missus erat, semen verbi divini cum nonnullis exilii sociis felicissime seminavit [5]. Denique ad Gothos seu Getas, uti Herodotus eos vocat, qui seculo III. Moesiam et Thraciam occuparunt, Religionis Christianae doctrina promota. Cum enim bellis Romanos lacessentes Asiam, Cappadociam, et Gallatiam Romanorum provincias infestarent, ac Christianos in captivitatem abducerent, horum, quos inter etiam sacerdotes reperiebantur, innocenti vita et probitate aedificati, Christo nomen dederunt. Tardius Gothi plures doctores Christianos evocarunt, et mores suos feroces cum lenitate Christianismi permutarunt [6], adeo feliciter, ut jam inter episcopos concilii Nicaeni a. 325. celebrati, Theophilus Gothorum episcopus reperiatur. V. Harduin. Concil. tom. 1. p. 319. et Jac. Gothofredi diss. in Philostorg. lib. II. c. 5. pag. 52.

§. 58.

In Occidente.

Ecclesiae Christianae seculo II. et III. etiam in occidentalibus provinciis fundatae sunt. Et quidem 1) in Italia. Cum Religio Christiana Romae jam seculo I. Apostolorum labiis praedicata fuerit, facile erat eam in suburbicarias

---

1) Arnobius advers. gent. lib. II.
2) Euseb. H. E. lib. VI. c. 19. item cap. 20. 33.
3) Euseb. H. E. l. VI. c. 46.
4) Ibidem.
5) Euseb. H. E. lib. VII. c. 11.
6) Sozomen. H. E. l. II. c. 6. Philostorg. H. E. lib. II. c. 5.

quoque oras, indeque in reliquas Italiae partes transplantare. Ecclesias christianas aetate hac Mediolani, Ticinii, Ravennae, Urbinae, Mantuae, Veronae, et Aquilejae viguisse constat. Imo Pisis, Florentiae atque Senis Apostolos, aut horum certe dicipulos Evangelium praedicasse quidam gloriantur, licet id extra dubium positum non sit [1]). 2) in Gallia. Nonnulli ex traditione statuunt Petrum et Paulum Apostolos ecclesiae Gallicanae fundatores fuisse. Nam S. Paulum in suo versus Hispaniam itinere magnam partem Galliae peragrasse, atque ex discipulis suis Crescentem Viennae, Paulum Narbonae Episcopos reliquisse [2]), denique Dionysium Areopagitam ecclesiam Pariensem fundasse, eidemque praefuisse contendunt [3]). S. Petrum porro statuunt fine hac expedivisse Trophimum discipulum in Galliam, imo et Philippum Apostolum Galliae fidem praedicasse ajunt [4]). Licet haec omnimode probata non sint, certum tamen est ecclesias Viennensem et Lugdunensem seculo II. jam floruisse, cum S. Irenaeus seculo eodem Lugdunensis episcopi Photini successor fuerit, ac supersit epistola Viennensis et Lugdunensis ecclesiarum ad Christianos Asiae et Phrygiae anno 177. scripta, in qua persecutio Marci Aurelii describitur. Ut adeo supponere hinc liceat vel Apostolorum quempiam, vel certe eorum immediatos discipulos fidem jam seculo I. in Gallia praedicasse, esto eorum nomina non omnimode constent. Seculo III. autem jam episcopatus Arelatensis, Tolossanus, Turonensis, Narbonensis, Lemovicensis et Claromontanus velut totidem arces Religionis Christianae recensentur. 3) in Germania. Ibidem quoque Religionem Christianam seculo II. viguisse clare innuit Irenaeus his verbis: Ne-

---

[1]) Petri Gianone Histoire civile du royaume de Naples T. 1. pag. 74. 75. item Jo. Lami Deliciae eruditor. Tom. VIII. praef. p. 35. Tom. XI. praefat.

[2]) Fleury H. E. tom. 1. L. 2. §. 7. p. 204.

[3]) Pro eo pugnat Natal. Alex. H. E. sec. 1. Diss. XVI. Propos. 2. alii putant fundatorem Dionysium seculo III. floruisse ut Launoyus, Sirmond, Petau, Putean et alii, sicque ecclesiam Parisiensem tunc primum exurexisse.

[4]) Petr. de Marca ep. de initiis Evang. in Gallia, reperitur in limin. Euseb. ab Henr. Valles illustr. Gabriel Liron Dissert. sur l'etat de la Rel. dans les Gaules. Paris. 1740.

que haec quae in Germaniis sunt Ecclesiae, aliter credunt [1]; idem conficitur e verbis Tertulliani [2]. De primis attamen praeconibus Ecclesiarum germanicarum, licet diversa narrentur de Petri discipulis Materno, Valerio, Euchario et Pauli discipulo Crescente, quasi Tungrensis, Coloniensis, Argentoratensis, Trevirensis et aliarum ecclesiarum fundatores fuissent [3], nihil certi constat. Fides porro christiana non solum in Germania trans Rhenum, verum etiam in meridionali felici cum successu propagata fuit. Nam ex Annalibus Francorum constat Sosymum episcopum Augustae Vindelicorum sub Diocletiano imper. circa annum 300. martyrii palmam retulisse [4]. Demum ad Noricum ripense quoque penetrasse Religionem Christianam inde clarescit, quod seculo III. Maximilianus et Quirinus Laureacenses episcopi pariter martyrii corona cincti fuisse legantur [5].

§. 59.

Continuatio in Britannia et Hispania.

Quemadmodum aliae nationes de primordiis conversionis suae plura incerta referunt, ita Britanni quoque de primo lucis christianae stamine apud ipsos sparso multa recensent, quae fidem a nobis extorquere minime possunt. Magna attamen probabilitas pugnat pro eo, quod in Britannia aliquis Apostolorum aut certe eorum immediati discipuli fidem Christi primum praedicaverint, cum jam Tertullianus seculi II. scriptor dicat: Britannorum inaccessa Romanis loca Christo vero subdita esse [6], eam tamen nec late propagatam, nec diuturnam fuisse indubium est. Quod denique Hispaniam attinet, ibidem quoque Religionem Christianam mature et quidem seculo I. jam plantatam fuisse, probatur e marmore antiquo

---

[1] Iren. lib. adv. haeres. c. 10. pag. 49. ed. Massueti.
[2] Tertull. lib. adv. Judaeos c. VII. p. 212. edit Rigalt.
[3] Christoph. Broveri Annal. Trevir. l. II. pag. 143. Acta SS. Antverp. ad 29. Jannar. p. 918.
[4] Carol. le Cointe in Annal. Franc. ad a. 624.
[5] Chronicon Laureac. et Pataviens. A. Eppor. in P. Pezii tom. 1. scriptor. rer. Austriac. Auctor vitae Maximil. ibidem.
[6] Tertullian. adv. Judaeos c. VII. p. 212. edit. Rigalt.

in Hispania reperto, et a gentilibus Neroni erecto in memoriam ejus, quod superstitionem novam (Religionem Christianam) suppresserit [1]). Porro religionem Christianam seculo II. ibidem viguisse ac florentiorem jam extitisse ex S. Irenaeo [2]) et Tertulliano [3]) colligitur. Nam prior dum narrat fidem Christianam in Iberia viguisse, Hispaniam, quae tum temporis etiam nomine Iberiae audiebat, exprimere voluit, posterior autem clare dicit: Hispaniarum omnes terminos Christo vero subditos esse. Denique conservatam et propagatam etiam fuisse ibidem fidem Christi, inde clarescit, quod S. Cyprianus ecclesias Legionensem, Asturicensem, et Caesar-Augustanam recenseat [4]), ac plures martyres illa aetate pro fide Christi vitam obtulerint [5]). De primis fidei praeconibus in Hispania vid. Institut. Hist. Eccl. per me. Pestini 1840. edit. tom. 1. §. 28. pag. 274.

§. 60.

Causae celeriter propagatae Religionis Christianae.

Causae celerrimae propagationis Religionis Christianae fuerunt et divinae et humanae. Ad illas spectat 1) Facultas Apostolis concessa futura praedicendi, seu prophetiae, et miracula patrandi. Cum enim Apostoli doctrinam proponerent sensibus et affectibus humanis inimicam, et supra captum humanum positam, donum prophetiae et miraculorum velut irrefragabile veritatis testimonium requirebatur, quo sibi et doctrinae suae velut divinae fidei auctoritatem concilient. 2) Vis ipsa et praestantia doctrinae revelatae, quae videlicet nude ac simpliciter proposita Judaeos aeque ac Gentiles in sui amplexum excitavit, ac prae aliis quibuscunque principiis placuit. 3) Stupenda primorum Christianorum patientia, naturae humanae viribus superior. Ad has vero seu causas humanas referuntur I.

---

[1]) Gruteri thesaurus inscription. Num. 9. pag. 238. cujus fidem prae ceteris vindic. Walchius. in explanat. persecut. Christianor. a Nerone in Hisp. suscitatae. Jenae 1753.
[2]) Lib. adv. haere. c. 3. pag. 46.
[3]) Advers. Judaeos c. VII. p. 212.
[4]) Cyprian. Epist. 68.
[5]) Ruinart. Acta martyr. p. 210 et Bolland. Acta SS. 21 Jan.

versio Scripturae S. in linguas vernaculas, quibus fideles Scripturam S. legere, sanctam ejus doctrinam sibi familiarem reddere, errores suos corrigere, et praejudicia contra Religionem Christianam e medio tollere valebant. II. Apologiae, quibus vitia Christianis objecta refutabantur, et errores, ac turpitudo gentilismi depingebatur. III. Philosophi seculo II. ad fidem Christi conversi. IV. Christianorum primorum incorrupti mores, beneficentia et liberalitas erga pauperes, infirmos, captivos, obedientia erga magistratus, et erga se invicem et reliquos cunctos viva Charitas. Ut adeo ipse Plinius junior Bithyniae proconsul ad Trajanum imper. scripserit: Se in Christianis nullam aliam culpam invenisse, quam consuetudinem stato tempore die solis conveniendi in unum, Christoque tamquam Deo Carmen dicendi, canticum psallendi, juramento se obstringendi, non ad scelus aliquod perpetrandum, sed ad evitanda furta, latrocinia, homicidia, et ad servandam in omnibus fidem [1]. Cum vero spectatores simile quid in aliis sectis haud deprehenderent [2] non mirum, quod tantarum virtutum matrem Religionem Christianam libentissime amplecterentur. V. Denique quorumdam imperatorum Romanorum uti Alexandri Severi, Philippi Arabis erga Christianos benevolentia et aequitas Religionis Christianae causam multum promoverunt. Vid. Euseb. H. E. c. 34. 36. Chronicon. Hieronym. de vir. illust. c. 44. Vincent Lirin. Commonit. cap. 19.

Caput III.

Fata Ecclesiae Christianae adversa.

§. 61.

Odium Judaeorum in Christianos.

Verba Christi ad discipulos et cultores suos facta, quod videlicet ad reges et praesides ducendi et propter

[1] Plin. jun. l. X. Ep. 97.
[2] Vid. Justin. M. Apol. I. 1. c. 2 — 23. Athenag. deprec. pro Christian. pag. 26. edit Rechenberg. Tertull. Apol. c. 2. 3.

ipsum flagellandi sint [1]), in Apostolis eorumque successoribus ad amussim impleta fuere. Et quidem persecutionem primam passi sunt a Judaeis, qui Zelotae dicebantur. Haec adjuvante Saulo contra ecclesiam Jerosolymitanam, Damascenam, et alias excitata est; in ea S. Stephanus diaconus de contempta lege Mosaica per falsos testes accusatus, lapidibus a furioso populo obrutus est. Eum Ecclesia Catholica ut Protomartyrem colit [2]). Alteram Herodes Agrippa, nepos Herodis M. suscitavit. Sub qua S. Petrus in carcerem conjectus, mira Dei providentia per angelum libertati restitutus est; verum S. Jacobus Major Zebedaei filius gladio vitam amisit [3]). Tertia persecutio sub Albino procuratore excitata S. Jacobum Minorem Alphaei filium fratrem Domini et alios Christianos e medio sustulit, quos Ananus Pontifex circa annum 62. velut reos violatae legis lapidandos tradidit [4]). Alias quoque minores persecutiones a Judaeis contra Christianos, praesertim contra Paulum in Pisidia [5]), Iconii [6]), Thessalonicae [7]), Corinthi et alibi excitatas fuisse loca citata testatum faciunt.

Judaei incredulitatis et malesani furoris sui poenas acerbissimas mox retulere; nam anno circiter 70. post Ch. civitas s. per Romanos oppugnata, et Judaeorum gens partim strage summa deleta, partim in orbem universum, ut Christus praedixerat dispersa, ad maximas et fere inauditas calamitates redacta est. Occasione hac tanta sanguinis Judaici effusio facta est, ut undecies centum millia Judaeorum periverint, reliqui vero in tristissimam servitutem abducti fuerint. Miserabilem hanc urbis sanctae sortem Christus Dominus adeo clare praedixit [8]), ut eam testes a visu haud distinctius cernerent. Conferat. Joseph. Flavius. De bello Jud. lib. V. cap. 7. cui ut testis oculatus interfuit ipse, multa perpessus.

---

[1]) Matth. X. 17. 22. 24. 25. XXIII. 34. Joan. XVI. 24. XVII. 14.
[2]) Actor. VI. 5. et s.
[3]) Actor. XII. 2.
[4]) Jos. Flavius antiq. Judaic. l. XX. c. 9. n. 1.
[5]) Actor. XIII. 45. 50.
[6]) Ibid. XIV. 2.
[7]) Ibid. XVIII. 12.
[8]) Matth. XXIV. Cf. Instit. H. Eccl. per me. Pestini 1840. edit. Tom. 1. §. 32. pag. 293 et s.

§. 62.

Odium Gentilium in Christianos.

Gentiles quoque crudelissime saeviebant in Christianos, facem praeferentibus Romanorum Augustis, eorumque ministris. Neque minuebat odium hoc dilaudata illa Romanorum tolerantia religiosa, quae cum eorum polytheismo et civili organisatione intime conjuncta, ad Religionem Christianam extendi non posse videbatur. Nam 1) Religionem Christianam non spectabant ut antiquum patriae cultum, velut Religionem Judaicam, aut ceteras polytheismo faventes sectas verum directe ut defectionem a religione status, et ut seditionem contra securitatem publicam [1]. 2) Religio Christiana celerrime ab omni classe hominum adoptata, publicam extrudere, imo et ipsi civitati cum religione arctissime conjunctae ruinam minari videbatur. 3) Christiani a principio nulla templa nullas victimas publicas habentes, externo oraculorum, festorum, ceremoniarum et rituum adparatu carentes suspicionem excitabant, quasi nullum Deum, nullam providentiam divinam admitterent [2], atheos autem ipsis gentilibus exosos fuisse constat. 4) Christiani a gentilium diis vélut malignis daemonibus abhorrentes, eorum spectacula, convivia, sacra certamina, ceremonias declinantes in gentilibus ideam excitarunt, quasi humani generis osores, irreligiosi in Caesares, et hostes populi Romani essent [3]. 5) Augebat odium gentilium in Christianos augurum, aruspicum, mercatorum, et opificum metus, ne si Religio Christi dominatum obtineret, illi auctoritate, honore et commodis [4], hi vero vitae mediis et emolumentis orbentur, quod exemplo ostendit Demetrius aurifaber, plebe contra S. Paulum Ephesi concitata [5]. 6) Malevola indoles sacerdotum gentilium, qui cunctas calamitates populi, uti bella, fa-

---

[1]) Cels. III. 117.

[2]) Cels. VIII. p. 200. Justin. M. Apol. I. c. 6. 16. Atheang. Apol. p. 30. 36 et s. edit Rechenberg Arnob. adv. Gent. L. 1. p. 20.

[3]) Minuc. Felix. in Octaviano Cap. 12. Tertull. de corona milit. cap. 11. Origen. contra Cels. VIII. p. 427.

[4]) Plinius lib. X. epist. 97. p. 458.

[5]) Act. XIX.

mem, terrae motum, luem inde repetebant, quod cultus deorum ob multos Christianos conversos negligatur, sicque dii patrii toti nationi infensi reddantur. Rem clare exposuit Tertullianus his verbis: Si Tiberis ascendit in moenia, si Nilus non exscendit in arva, si coelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim Christiani ad leonem ducuntur [1]). Ex his aliisve similibus causis omnes, qui Christum primitus sequebantur, gentilium odio acerbissimo exponebantur.

§. 63.

Religionem Christianam impugnarunt Philosophi.

Philosophi ethnici ceteris sapientiores videri volentes et sophismata quaepiam contra coelestis doctrinae veritatem in publicum proferentes, eam impugnare, ac risui exponere conabantur. Ad hos spectat 1) Celsus circa annum 138. florens medicus, qui plura opera edidit, quibus Religionem impugnavit. Praecipuum inter ea erat sub titulo: αληθης λογος, in quo primum contra Judaeos velut Christianorum stipitem, postea contra Christianos processit; illos objurgat, quod Christo nomen dederint, hos quod tantas lites et dissentiones inter se foveant, ut illis nihil praeter nomen commune sit. Celsum Origines magno ingenii acumine refutavit [2]). 2) Crescens philosophus cynicus. Hic sub Antonino Pio floruit, et Christianos atheismi insimulavit, atque effecit ut Justinus M. capite plecteretur [3]). 3) Fronto Cirtensis Afer, oratoriae artis magister, qui calumniam de incestis Christianorum epulis in publicum sparsit. 4) Lucianus Samosatenus, qui Epicuro addictus, omnia maledicta Christianis adjunxit, ac eorum fidem in Christum, spem vitae futurae, et reciprocam charitatem explosit. 5) Plotinus ex Aegypto oriundus neoplatonicae scholae addictus, qui cultores Christia-

[1]) Tertull. Apol. c. 40.
[2]) Vid. Origenis VIII. libri contra Cels. edit. a G. Spencer Cantabrig. 1677. 4. vers. a Mosheim Hamburg. 1745.
[3]) Tatian. Orat. ad Graecos cap. 32. p. 71. edit. Worthii. Euseb. l. IV. Eccl. Hist. cap. 16. p. 191. Justin. M. Apol. II. c. 8. p. 21.

nismi conviciis, atque sarcasmis quavis occasione proscindere conabatur. Scripta ejus teste S. Augustino in omni ferè pagina fanaticum ejus ingenium, et Christianis infensum manifestant [1]. 6) Porphirius Syrus circa an. 262. vivens, prioris discipulus, vir subtilis ingenii, qui non solum scripta magistri contra Christianos probavit, verum eos novo opere in 15 libris edito impetiit. In vita Pythagorae pariter vulgata, ostendere conatur Pythagoram Christo et doctrinae et miraculorum ratione adeò aequari, ut ovum ovo similius dici nequeat, imo illi proedriam adscribit. 7) Hierocles Bythiniae praefectus, qui publicatis antilogiis e S. Scriptura collectis, falsitatem Religionis Christianae inde probare volebat. Christum Apollonio Tyaneo ita prout Philostratus [2] comparavit, imo praetulit. Ceterum calumnias cunctas per citatos. Philosophos publicatas Apologetae Christiani magno ingenii adparatu refutarunt, uti Minucius Felix, S. Cyprianus, Origenes, Methodius et alii plures. vid. Instit. nostr. Hist. Eccl. cit. pag. 290. §. 34.

§. 64.

Religionem persequitur Nero.

Quamvis impedimenta Religionis Christianaė hucdum recensa ejus promotionem multum morarentur, nihilominus persecutiones atrocissimae ab imperatoribus Romanis contra Christianos excitatae ejus progressus magis adhuc sistere pergebant. Primus edictis et poenis anno 64. ae. v. in Christianos vulgatis saevire coepit Nero imperator, hominum fere crudelissimus, qui omni humanitate exuta, matri, fratri, tutori, magistro, multisque senatoribus et civibus necem intulit. Causam persecutionis hujus partim incendium Romae anno citato exortum, quod 10 urbis regiones consumpsit, et Neroni ut auctori adscribebatur, assignant [3], partim inde derivant, quod ab adventu S. Petri Romam multi a gentilismo defecerint, ac Christo nomen dederint [4].

[1] Vid. S. August. lib. VIII. de civitate Dei c. 12.
[2] Vid. Instit. Hist. Eccl. per me Pestini edit. 1840. Tom. 1. pag. 289. et seq.
[3] Tacitus annal. lib. XV. c. 44. Sueton. in Nero. cap. 16.
[4] Lactantius de mort. persecutor. c. 2. p. 30.

Nam et primum, seu suspicionem excitati incendii a se remotum, et secundum seu ulteriorem propagationem Religionis Christianae impeditum iri putabat, si Christianos, quos incendii auctores fuisse cavillabatur, persequeretur, eosque velut incendiarios crucis supplicio afficiendos, pellibus insutos canibus dilaniandos, pice illitos in vicem nocturni luminis succendendos, aliisque poenis e medio tollendos juberet [1]. Duravit persecutio usque mortem Neronis, quam sibi vel solus, vel miles turmae praetorianae anno 68. intulisse fertur. In hac tempestate occumbentes et martyrii palmam referentes, praeter alios magno numero Christianos, vel maxime memorandi sunt principes Apostolorum Petrus et Paulus; prior in crucem actus, posterior autem qua civis Romanus securi percussus anno Christi 67.

§. 65.

Persecutio Domitiani.

Neronis vestigia anno Ch. 95. pressit Domitianus imperator, tantae crudelitatis vir, ut muscas stylo confoderet, ac lutum sanguine maceratum fuisse diceretur [2]. Narrat Eusebius Domitiano innotuisse Christianos quosdam ex stirpe Davidis ortos, Christique cognatos (ex priori Josephi conjugio) superesse; hos sibi ratione successionis et throni periculosos fore suspicatus e medio tolli jussit, invidiamque suam et furorem ad omnes Christianos extendit, ut eo certius omne periculum a se amoliri possit. Persecutionem hanc cruentam fuisse e pluribus constat [3]. Cum attamen Domitianus comperisset, quod Davidicae stirpis descendentes sint homines pauperes, sibi haud periculosi, eos teste Hegesippo liberos dimisit [4], ac persecutionem sistere jussit. Tertullianus narrat [5] Joannem Apostolum Epheso ab Asiae proconsule Romam expeditum, jussu Domitiani in ferventis olii dolium mis-

[1] Tacit. ibid.
[2] Tertull. apol. 5. cf. Euseb. Chronicon p. 164.
[3] Brutius apud Euseb. in Chronic. p. 164. Dio Cassius in Xiphilini excerptis p. 236.
[4] Apud Euseb. H. E. l. III. C. 19.
[5] Tertull. de praescript. adv. haeret. C. 36.

sum, sed protectione divina inde salvum eductum, ad insulam Pathmos unam e sporadibus deportatum fuisse. In hac insula S. Joannem apocalypsim suam scripsisse notum est.

§. 66.

Persecutio Trajani et Hadriani.

Trajanus imperator anno Ch. 68. imperii fasces consecutus, legem sic dictam hetaeriae (societatis) publicari fecit, vi cujus omnes privati hominum conventus, ne quo casu in illis aliquid contra securitatem publicam cuderetur, prohibebantur [1]. Quia vero Christiani convicti erant, conventus suos religiosos, in quibus cultum religionis summo Deo exhibebant, lege imperatoris haud comprehendi, eos in pace porro quoque continuabant. Res haec imperatori alias optimo tam atro colore per aethnicae superstitionis amicos descripta fuit, ut is Christianos velut infideles turbulentos, atque reipublicae inimicos spectaverit, sicque in eorum persecutionem facile consenserit. Furor autem persecutionis per magistratus civiles, aruspices et tumultuantem plebem excitatae tantus fuit, ut ipse Plinius junior Bithyniae proconsul sorti Christianorum ingemiscens, consilium ab imperatore petierit, an non forte ratione aetatis aut tenerae vel robustioris complexionis discrimen in ipsis puniendis faciendum esset? [2]. Trajanus Plinio rescripsit: Conquirendos non esse Christianos, sed si deferantur et arguantur, puniendos esse [3]. Quod autem ex hac confusa et vagae significationis lege sequi aliud non potuerit, quam afflictio Christianorum, quisque perspicit. Inter celebriores martyres hac in persecutione enatos S. Ignatius Antiochenae ecclesiae episcopus, utpote bestiis objectus, et Simeon filius Cleopae, episcopus Jerosolymitanus 120 aetatis suae anno in crucem actus, commemorandi sunt [4]. Trajanum in imperio excepit Hadrianus, qui non in regimine tantum, verum et in persequendis Christianis eun-

---

[1]) Plinius in Epist. 97. lib. X. collat. cum 43 ejusdem libr.
[2]) Plin. Epist. 97.
[3]) Ibidem Ep. 98.
[4]) *Euseb. H.* E. lib. III. c. 32. p. 138.

dem secutus est. Odium suum erga Christianos tanto justius exerere semet posse putabat, quod Judaei et aruspices ipsis diversa crimina publice adscripserint, uti quod in conventibus suis infantes occidant, ac manducent, quod luminibus extinctis luxuriae ac promiscuae libidini indulgeant. Calumnias has ex male intellecto mysterio SS. Eucharistiae, et vigente inter fideles osculo pacis ortas fuisse, quisque perspicit. His igitur e causis indignati gentiles, nonnunquam etiam ab aruspicibus concitati, Christianos ad judices rapiebant, eorum mortem magnis clamoribus postulabant et facile impetrabant tum ideo, quod inter magistratus multi Christianis infensi essent, tum quod furenti populo resistere non auderent, cui ceteroquin juxta vetustum morem nihil denegari poterat eorum, quae durantibus spectaculis petiissent. In hac persecutione multi, speciatum Telesphorus papa, Dionysius Areopagita, Alexander et Sixtus pontifices, Hero Antiochenus episcopus, Exuperius et Zoe conjuges, Symphorosa et 7 ejus filii martyrii palmam retulere. Vid. Ruinart Acta prim. martyr. p. 23.

Sub Trajano imperatore anno Ch. 101. Joannes quoque Apostolus et dilectus Christi discipulus ex insula Pathmos redux 90. aetatis annum agens Ephesi morte naturali extinctus est. Ejus sepulcrum tempore S. Augustini adhuc videbatur. De reliquorum Apostolorum ultimis fatis vid. Instit. H. E. per me Pestini 1840. edit. Tom. I. §. 37. pag. 297 et s.

§. 67.

Antonini Pii, Marci Aurelii et Commodi persecutio.

Antoninus Pius ob virtutes suas sic nominatus, erga Christianos quidem se longe mitiorem ac praedecessores exhibuit, illos attamen nec sub hoc principe a vexationibus et aerumnis plene liberos fuisse putandum est. Sacerdotes enim gentiles existimantes sibi detractum iri totum id. quod Christianis accederet favoris, tam populum, quam magistratus contra eos omni virium intensione exasperare conabantur. Succollabat vero instigationes eorum gravis terrae motus eodem recte tempore pagos et urbes in Asia demoliens [1]), quem illi a diis immissum esse spargebant,

[1]) Capitolin. in vita Antonin. P. c. IX. p. 268. T. I. scriptor. Hist. Augustae.

quod Christiani impune inter ipsos tolerentur. Populus itaque furentis instar belluae in Christianos irruebat, eosque omni acerbitatum et afflictionum genere insectabatur. Ut adeo nemini mirum videri debeat, quod multi Christiani hac in persecutione mortem pro Christo oppetierint [1]). Gravior attamen cervicibus Christianorum imminebat procella sub Marco Aurelio dicto Philosopho, qui priori succedens ab anno 161—181. imperii fasces tulit. Legibus praedecessorum quidem statutum erat, Christianis nullas molestias facessere, nisi criminis accusarentur, at quia accusasse sufficiebat, eos atheismi, epularum thiestearum, et promiscuorum concubituum per gentiles insimulatos undique ad metalla trahebant. Ut autem facta sua auctoritate publica tuerentur, imperatorem medio philosophorum eum cingentium Crescentis et Peregrini eo permoverunt, ut persecutionis edictum adeo crudele contra Christianos ederet, quale teste Melitone Sardensi [2]) neque adversus barbaros decuisset sanciri. Edicto hoc gentiles ad affligendos et spoliandos Christianos ubique fere locorum animati 1) Romae crudelissime eos circa annum 168. tractarunt, ut adeo Ptolomaeus, Justinus Martyr, aliique plurimi martyrium subiverint [3]). 2) Smyrnae in Asia eosdem cruciatibus et morte affecerunt. Inter hos Polycarpus episcopus medias inter flammas pugione confossus est [4]). Reliquos recenset Eusebius [5]). 3) In Gallia anno 177. eosdem diversissimis tormentis afflixerunt, alios quippe ardentibus laminis concremantes, alios bestiis objicientes, aut alia morte sufferentes. Hic martyrii coronam Pothinus episcopus Ecclesiae Lugdunensis; Sanctus diaconus Viennensis, Maturus neophytus et plures alii reportarunt [6]). De Commodo denique praecedentis Marci Aurelii filio mirari deberemus, eum non duriorem sortem

---

1) Justin. M. Apol. II. cap. 3. et 4.
2) Melitonis Apolog. apud Euseb. H. E. l. IV. c. 26.
3) Just. M. Apol. 2. Euseb. H. E. l. IV. c. 17.
4) Acta s. Polycarpi in Ruinart. Act. martyr. item Epist. Eccles. Smyrnens. de martyrio Polycar. apud Euseb. H. E. lib. IV. c. 15.
5) Ibidem p. 176. et lib. V. c. 1 et s.
6) Euseb. H. E. l. V. c. 1. et seq. ubi refertur Epist. encycl. Eccles. Viennens. et Lugd. ad eccles. Asiae et Phrygiae de passion. martyr. suor.

parasse Christianis, nisi constaret Marciam concubinam ejus naturali compassione erga afflictos ductam imperatori beniginora consilia inspirasse. Fuere tamen et sub illo nonnulla occisorum Christianorum exempla, ita inter alios referri meretur Apollonius senator, capitis supplicio affectus. Vid. H. E. Eusebii l. V. c. 21. pag. 261. et S. Hieronym. Catal. viror. illustr. c. 42.

§. 68.

Persecutio Septimii Severi et Maximini Thracis.

Septimius Severus ab anno 195—211. imperium tenens initio benignum se erga Christianos exhibebat, verum antiquae calumpiae, quibus illi atheismi, et eo ipso civitati perniciosi describebantur, item transitus Judaeorum ad Christianismum in partibus Syriae et Palaestinae, denique factum militis Christiani, qui lauream castrensem velut ritum gentilem assumere detrectavit, animos gentilium nimiopere irritarunt, ac crudelissimam persecutionem excitarunt, quae in Aegypto, Africa, Gallia, Italia, aliisque ditionibus furens ingentem numerum Christianorum e medio sustulit. Martyres notabiliores in eadem persecutione Christo nati sunt Leonidas pater Origenis, Plutarchus, Serenus uterque, Potamina virgo et ejus mater Marcella [1]) ac Irenaeus Lugdunensis episcopus [2]). Alexandro Severo ob favores Christianis impensos interempto milites anno 235. Maximino Thraci fasces submisere. Hic veritus, ne Christiani caedem Alexandri Severi, ad quam ille milites disposuerat, ulciscerentur [3]) edictum persecutionis contra Christianos publicavit. Persecutio attamen haec furorem suum maxime in Cappadocia et Ponto exeruit. Nam terrae motus, qui hicce integras urbes absorbsit, et Christianis ob contemptum deorum Romanorum cultum tribuebatur, populum in talem rabiem concitavit, ut non solum praecones, sed et populum Christianum e medio sufferre constituerit. Et profecto

---

[1]) Ruinart. in act. primor. martyr. pag. 92. et seq.
[2]) Gregor. Turon. Histor. Francor. lib. 1. §. 27.
[3]) Euseb. H. E. libr. VI. c. 28. p. 224.

non paucae furoris hujus victimae ceciderunt. Tales erant Pontianus Pontifex et ejus successor Antherus, S. Ursula et ejus sociae [1]).

§. 69.

Persecutio Decii.

Rei Christianae pax, quae per aliquot annorum tempus viguerat, a Decio imperatore rursus perturbata fuit. Odium ejus erga Christianos vel maxime propter auctum Christianorum et imminutum gentilium numerum adeo increvit, ut is edicto cunctos praesides et magistratus imperii severissima sub poenae comminatione obstrinxerit, quo Christianos omni possibili suppliciorum genere et metu ad aethnicae religionis cultum reducant [2]). Magistratus itaque quo scopum suum facilius, ut putabant, consequerentur primum carcere et exilio fideles mulctabant. ad graviora tardius solum prolapsi. Et reapse Carthagine martyres non prius ad supplicium ducebantur, quam gravissimis cruciatibus affecti, imo eo crudelitatis deventum, ut Christianis inflicta prius vulnera sanarentur, quo novis tormentis exponi queant. In Ponto magistratus vix aliud tractabant, quam quaestiones fidei, ut tanto facilius Religionem Christianam ejusque cultores exstirpent. Neocaesarea similis erat urbi per barbaros occupatae, expilatae et dirum in modum devastatae. Quamvis autem furente hac persecutione Christiani omnis conditionis, aetatis et sexus territi ad praesides et magistratus confugerent, seque promptos ad deos gentilium colendos declararent, in cunctis tamen imperii Romani ditionibus copiosissimi erant fideles, qui Religionis Christianae veritatem morte sua confirmarent, aut in fuga ad montes et deserta salutem quaererent. Ad illos spectat Fabianus Pontifex anno 250. martyrio coronatus aliique plures [3]). Ad hos vero S. Cyprianus, Gregorius Thaumaturgus et Dionysius Alexandrinus.

---

[1]) De his plura leges in Instit. Hist. Eccl. per me Pestini 1840. edit. Tom. I. §. 39. pag. 305 et s.

[2]) Gregor. Nyssen. in vita Gregor. Thaumaturg. tom. II. oper. pag. 565.

[3]) Ruinart Acta prim. martyr. p. 201. et seq.

§. 70.

Persecutio Galli, Valeriani, Gallieni et Aureliani.

Quanquam Christiani persecutione Decii sufficienter afflicti, ac ex tepore suo religioso excitati fuerint, permisit tamen Deus eosdem adversitatibus velut aurum igne porro quoque probari. Nam Gallus Decii successor licet edictum nullum contra eos publicaverit, constat tamen eos etiam sub illo in variis Romani imperii provinciis afflictos fuisse. Causam adsignant: cum nempe pestis in ditionibus Romanis diu grassans magnam stragem ederet, ac imperator ad placandam deorum iram sacrificia iis offerri juberet, Christiani autem ex principiis Religionis suae iisdem interesse nequirent, gentiles eos variis afflictionibus affecerunt, ac multos etiam vita privarunt, tales erant Cornelius Pontifex et ejus successor Lucius. Gallum in imperio excepit Valerianus, qui auctore Macriano belli duce sibi charissimo persecutionem Christianis intentavit. Cum enim hic putaret auguria, quibus plurimum deferebat, a Christianis turbari, Valerianum eo disposuit [1], ut edicto episcopis et presbyteris, qui religionem Romanorum sequi nollent, exilium dictaret, omnesve conventus religiosos prohiberet. Quia vero episcopi conventus suos porro quoque frequentarent, aliud ferale edictum publicavit [2], quo Christiani, praesertim autem episcopi et presbyteri supplicio mortis affici, aliisque crudelissimis poenis plecti jubebantur. Occubuerunt hac in persecutione Sixtus II. Pontifex in crucem actus [3] et ejus diaconus Laurentius in ferrea craticula lento igne consumptus; ac Cyprianus episcopus Carthaginensis, capite plexus [4]. Valeriano successit filius ejus Gallienus anno 260. qui pacem Christianis concedens, eorum episcopis et presbyteris jus fecit, cuncta munera sua libere obeundi, ac oratoria, fundos, et caemeteria ipsis a Valeriano adempta restituit [5]. Verum

---

[1] Dionys. Alexandr. in epist. ad Hermam. cujus pars legit in Euseb. H. E. l. VII. c. 10. p. 13. et seq. edit. Venet.
[2] Cyprian. ep. 82. pag. 165.
[3] Cyprian. ibid.
[4] Ruinart. Actor. primor. martyr. p. 230.
[5] Edictum refert Euseb. H. E. l. VII. c. 13.

praesides et magistratus imperii mandata imperatoris parum curasse, exempla plurium martyrum sub ejus imperio vita privatorum satis ostendunt. Aurelianus denique imperator esto 4 primis imperii sui annis Christianos pace frui siverit, quinto attamen et ultimo regiminis sui anno per superstitionem gentilismi, cui nimium addictus erat, devictus, edictum contra Christianos edidit, ac eosdem affligi et religionem eorum exstirpari jussit, diu tamen eosdem insectari nequivit, statim cum initio furoris sui a quibusdam copiarum suarum antesignanis interfectus. Vid. Euseb. H. E. lib. VII. c. 30. Lactant. de mort. persecutor. c. VI. pag. 61.

§. 71.

Persecutio Diocletiani.

Persecutio haec sub Diocletiani imperio contingens non tam crudeli ejus indoli, quam adhaesioni gentilismi et superstitioni ethnicae adtribuenda venit. Nam initio imperii sui, seu a 284. adeo benignum se exhibuit Christianis, ut eos provinciis suis praeficeret, ac in ipso palatio suo ipsis religionis suae exercitium concederet, novos denique socios Ecclesiae adoptare, ac templa aedificare permitteret [1]. Verum cum in partibus Orientis constitutus, diis suis gentili more litaret, atque in animalium oblatorum intestinis expectata signa haud reperiret, causamque sinistri eventus Christianis forte praesentibus, et crucis signo se munientibus adscriberet, ira correptus non tantum sacrorum ministros, sed cunctos, qui in palatio erant, sacrificia offerre, secus flagris dirum in modum caedi jussit, tardius milites quoque ad idem praestandum coegit, qui vero a nefandis deorum sacrificiis horrebant, e militia dimissi fuere [2]. At longe gravius afflixit Christianos Herculius, in imperii socium anno 285. assumptus, Mediolani residens, ac partes occidentales gubernans. Causa fuit conatus ejus cultum deorum restituendi, et Religionem

---

[1]) Euseb. H. E. l. VIII. c. 291.
[2]) Euseb. H. E. lib. VIII. c. 1. et 4. Chronic. p. 170. Lactant. de mortib. persecutor. c. 10. p. 85.

Christianam exstirpandi. Initium vero factum cum caede martyrum Agaunensium, seu legionis Thebeae, quae e Christianis composita mortem potius oppetere, quam diis sacrificare maluit [1]). Adhuc deterius steterunt res Christianorum, ex quo Diocletianus fine melius administrandae reipublicae in socium Galler i-um generum suum, quem Orienti praefecit, adoptaverat. Hic enim superbus et a natura crudelis Diocletianum tamdiu ursit, donec anno 303. edictum de persequendis Christianis publicasset, quo Christianorum templa cuncta demoliri, et libri eorum sacri flammis devoveri jubebantur; ipsi autem Christiani omnibus privilegiis et dignitatibus exuebantur, liberis eorum in servitutem rursus redactis [2]). Edictum hoc Christianis asperrimas afflictiones procuravit et tormenta. Cum enim libros sacros fine combustionis magistratibus tradere recusarent, cruciatibus ac supplicio mortis afficiebantur. Qui autem libros sacros cruciatuum metu tradiderant, velut apostatae spectabantur, nomine Traditorum insigniti. Accessit huc, quod in palatio Nicomediensi incendium, in Armenia et Syria autem seditio contra Romanos exorta sit, cum vero haec cuncta Christianis, ut auctoribus tribuerentur, Galerius imperatorem eo permovit, ut suos domesticos aeque ac urbis incolas crudelissime jugulari, comburi, et aquis mergi mandaret [3]), episcopos et presbyteros, velut reliquorum duces carceribus mancipari, et qui sacrificare nollent exquisitissimis tormentis affici juberet [4]). Mandato autem hoc anno 304. ad omnes sine discrimine Christianos extenso persecutionem omnium hactenus atrocissimam generavit. Nonnulli enim ex Christianis ungulis ferreis ad ossa usque dilaniati, alii candentibus laminis aut facibus ustulati, aliorum vulnera immisso aceto et sale exasperata, alii in craticulis assati, alii post recentia vulnera in testarum acutarum fragminibus volutati, aliorum pedibus suspensorum capitibus lentus ignis substratus,

---

[1]) Vid. Instit. Hist. Eccl. per me Pestini 1840 edit. tom. 1. §. 42. pag. 312 et s.
[2]) Euseb. H. E. l. VIII. c. 2. et seq.
[3]) Lactant. de mortib. persecutor. c. 14. pag. 949.
[4]) Euseb. H. E. l. VIII. c. 2.

aliorum unguibus aculei aut acutissimae arundines suffixae, aliorum crura distantium arborum ramis vi sibi invicem admotis ac deinde dimissis alligata, sicque misere discerpti sunt. Quanti et quot numero martyres sub persecutionibus his facti fuerint, vel ex dictis sufficienter clarescit. V. Euseb. H. E. lib. VIII. c. 7 — 13. item libr. de martyrib. Palaestinae c. II. pag. 320.

§. 72.

Martyres, confessores, eorum honores.

Quantas adversitates Religio Christiana statim a principio suo experta sit, quantaque impedimenta propagationi ejus opposita fuerint, ex dictis constat. Verum providentia divina, quae sola ex malis bona elicere novit, persecutionum vindictam in finem bonum convertit, ac fidelium suorum exiguum coetum fervente etiam tribulationum aestu in numerosam familiam augeri, doctrinaeque suae semen, initio paucis sparsum, velut granum sinapis in amplissimam arborem excrescere fecit, nec portis inferi adversus eam praevalere queuntibus. Nam Christiani imminente persecutione vel fuga se salvabant, vel crudelissimam mortem pro Christo subibant. In fuga constituti totidem agebant Apostolos, qui per diversas orbis partes dispersi coelestem doctrinam praedicabant. Mortis autem supplicio affecti, suum de fide Christi testimonium sanguine obsignarunt, ac splendidissimum Religionis triumphum reportarunt. Illi qui propter fidem mortem passi sunt martyres, qui jacturam honoris, fortunarum, aut tormenta, non tamen mortem subivere, confessores nuncupantur [1]. Mature invaluit apud Christianos memoriae martyrum honores amplissimos sacrare, sicque eos partim laudare, partim aliorum imitationi proponere. Huc faciebat consuetudo nomina eorum in diptycha seu tabulas ecclesiasticas referendi et recitandi occasione cultus divini, acta illorum singulari cum attentione literis consignandi, preces illorum et monita instar mandatorum divinorum considerandi, illorumque memoriam

[1]) Euseb. H. E. l. VIII. c. 4. Tertull. libr. ad martyres. Origen. exhortatio ad martyrium. Cyprian. in Epistolis.

anniversariis festis devote celebrandi [1]). In colligendis actis ss. martyrum genuinis plurimum excelluere Benedictini congr. S. Mauri, praesertim Theodorus Ruinart in Gallia, qui sincera martyrum acta juris publici fecit.

PARS SECUNDA.

Historia Status interni Ecclesiae Christianae.

Caput I.

De Gubernatione Ecclesiae et Hierarchia.

§. 73.

Apostolorum potestas.

Apostoli non solum Christi doctrinam praedicarunt, sed fideles, seu coetus sibi commissos etiam rexerunt, ac ad finem hunc necessarias leges condiderunt. Potestate tali eos a Christo ornatos fuisse haec ostendunt verba ejusdem ad ipsos prolata: Amen dico vobis, quaecunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in coelo, et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in coelo [2]). Hinc est, quod jam ab Apostolis latas leges hujus tenoris legamus: ut pro regibus et magistratibus fiant orationes et gratiarum actiones [3]), ut mulieres in Ecclesia taceant [4]) et domesticae filiorum educationi intendant [5]), ut conjuges mutua conjugii officia impleant [6]), fideles ab idololatria, fornicatione, suffocatis ac sanguine abstineant [7]), die Domini panem frangant [8]), nullus indigne panem aut vinum eucharisticum sumat [9]); tales sunt leges de proprietatibus episcoporum,

[1]) Euseb. ibid. Cyprian. ep. 12 et 39. edit. Brem. Gregor. Nyss. in vit. Gregor. Thaumat. Christ. Kortholt de martyr. natalit. in primit. Eccl. Francof. 1696. 4.
[2]) Matth. XVIII. 18. XVI. 19. Joan. XX. 23.
[3]) I. ad Timoth. c. 2.
[4]) I. Cor. XIV. 34.
[5]) I. Timoth. V. 8.
[6]) I. Cor. VII.
[7]) Actor. XV. 20.
[8]) Act. XX. 7.
[9]) I. Cor. XI. 28.

presbyterorum et diaconorum [1], seu de irregularitate neophytorum, bigamorum, illiteratorum, et criminibus obnoxiorum [2]. Apostoli attamen hanc rectoriam potestatem summa cum demissione exercebant, ab omni coactione aut dominandi specie abstinentes, acre principum temporalium imperium vitantes, cum charitate docebant, monebant, et gravioris momenti negotia in concursu fratrum decidebant [3]. Ut adeo potestas haec Apostolis concessa vel maxime ad felicitatem internam, animarum quippe salutem tetenderit, seu spiritualis fuerit.

§. 74.

S. Petri Primatus.

Quanquam Apostolis omnibus aequalis et in solidum data fuerit ab ipso Christo potestas (§. 72.) inter ipsos tamen S. Petrum primatus praerogativa conservandae unitatis gratia distinguere voluit. Nam potestatem illam, quam Christus omnibus Apostolis aequalem contulit, Petro singulari quadam et eminente ratione attribuit his verbis: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni coelorum, et quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quodcunque solveris super terram erit solutum et in coelis [4]; porro singulariter dixit Christus Petro: Pasce agnos meos, pasce oves meas [5]. Nemo autem est, qui prudenter dubitare possit, sermonem hic fecisse Christum de Ecclesia, potestatemque pascendi Petro datam, ad eam relatam fuisse, cum familiare fuerit Salvatori Ecclesiam suam cum ovili asseclas vero suos cum ovibus comparare [6]. Et profecto apud veteres vox imperare aut regere rarius occurrit, sed loco ejus verbum

[1] I. Timoth. 3. ad Tit. I. 10.
[2] Vid. Enchirid. Jur. Eccles. per me Posonii 1848. edit. Tom. II. §. 8. et 9. pag 8. et s. edit. III.
[3] I. Timoth. C. V. 1. 19. 20.
[4] Matth. XVI. 18. 19.
[5] Joan. XXI. 15—17.
[6] Joan. X. 16.

pascere legitur ita, ut Israelitarum, Persarum, Graecorum, aliorumque regentes populorum pastores nominarentur. Quod clarescit ex Davide, de quo dicitur: Tu pasces populum meum Israel [1]), et ex Cyro, de quo scribitur: Pastor meus es [2]). Munus itaque pascendi relate ad Ecclesiam continet potestatem rectoriae prorsus aequalem, sensuque metaphorico exprimit vigilem gregis curam seu sollicitudinem Ecclesiae, quam quis sine praerogativa honoris et jurisdictionis nullatenus exercere potest. Expositio haec tum sapientissimo Christi consilio respondet, de quo nulla ratione supponere possumus, quod Ecclesiam suam absque capite quopiam visibili fundare voluerit, tum etiam factis ipsius S. Petri confirmatur. Nam ille primus in festo Pentecostes, Spiritu S. in Apostolos effuso, praedicationis munus suscepit, ille negotia primae Ecclesiae communia, uti electionem Apostoli alterius in locum Judae, primus moderabatur [3]), ille in synodo Jerosolymitana de non observanda a gentibus lege ceremoniali [4]) primus mentem suam declarabat, ac in sententia pronuncianda primas partes tenebat. Denique Evangelistae quotiescunque sermonem de Apostolis faciunt Petrum semper primo loco memorant, uti Marcus [5]) et Lucas [6]), Matthaeus vero illum et primum compellat, et primo loco recenset [7]). Ex quibus cunctis clarescit S. Petrum ab ipso Christo constitutum fuisse Caput totius Ecclesiae visibile, eidemque conservandae unitatis gratia primatum, seu praerogativam tam honoris quam jurisdictionis collatam fuisse. Et cum S. Petrus Romanam Ecclesiam ad finem vitae usque rexerit, ibidemque in crucem actus, martyrio coronatus sit (§. 63), primatus praerogativa cum Ecclesia Romana conjuncta mansit. Idem ipsum constantissima traditio docet. Vid. Instit. H. E. per me Pestini edit. 1840. Tom. 1. §. 45. pag. 323.

---

[1]) Isai 44. 28. cf. II. Paralip. X. 16. Psalm. 77. 71. Jerem. 23. 1—4.
[2]) II. Reg. V. 2. VII. 7. cf. Ezech. 34. 23.
[3]) Actor. I. 15.
[4]) Actor. XV. 7.
[5]) Marc. I. 36. III.
[6]) Luc. VI. 14.
[7]) Matth. X. 2.

§. 75.

Doctores ab Apostolis constituti, eorum discrimen a laicis.

Cum Christus Ecclesiam suam in omne aevum conservandam constituerit, opus fuit ministris, qui ejus fidem et morum praecepta aliis constanter praedicarent, ac fideles in vera ejus Ecclesia ac officio continerent. Quare Apostoli doctores et ministros ecclesiarum ordinarios et perpetuos constituerunt, ac eandem qua ipsi praediti erant potestatem ipsis contulerunt. Ita Apostolos constituisse episcopos clarescit ex his verbis: Ministrantibus autem illis Domino et jejunantibus dixit illis Spiritus S. Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes et orantes, imponentesque eis manus dimiserunt illos [1]. Sic Paulus et Barnabas constituerunt per singulas ecclesias presbyteros [2]; ita Apostoli septem diaconos constituerunt, et orantes manus eis imposuerunt [3]. Ex quibus et illud clarescit, quod jam in Ecclesia Apostolica fuerint doctores et auditores, sicque vulgarem illam distinctionem inter clericos et laicos antiquissimam esse.

§. 76.

Episcopi superiores presbyteris.

Insignem et praeeminentem in Hierarchia ecclesiastica dignitatem tenent episcopi, veri Apostolorum successores; a Spiritu S. positi regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo [4]. Episcopos jure divino superiores esse presbyteris pluribus evincunt Canonistae [5]. Hoc ipsum paucis ita probatur: 1) S. Paulus monet Timotheum episcopum Ephesinum, ne adversus presbyterum accusationem recipiat, nisi sub duobus aut tribus te-

[1] Act. XIII. 2. 3.
[2] Act. XIV. 22.
[3] Act. VI. 6.
[4] Actor. XX. 28.
[5] V. Enchirid. Jur. Eccl. Tom. 1. §. 127. pag. III. edit. 3. Poson. 1848.

stibus [1]), jam autem admonitio haec nullatenus dari potuisset, nisi S. Paulus judiciariam antistitis in presbyterum potestatem supposuisset. 2) Idem Apostolus ad Titum, quem Ecclesiae Cretensi praefecerat, scribit: Ideo te reliqui Cretae, ut ea, quae desunt, corrigas, et constituas per civitates presbyteros [2]), alibi autem eidem Tito praecipit, ut fideles arguat cum omni imperio [3]), ex quibus perspicue lucet: Titum fuisse in illis partibus rerum ecclesiasticarum moderatorem, seu episcopum, qui constituebat per civitates episcopos et presbyteros in locis cunctis, ubi opus erat [4]), ac supra hos et fideles eminentem potestatem habebat. Ut adeo hinc clarum fiat, episcopos superiores esse presbyteris. Hoc idem probatur invicte constantissima patrum traditione. Vid. Instit. H. E. per me Pestini 1840 edit. Tom. 1. §. 47. pag. 327 et seq.

§. 77.

Potestas Episcoporum, Metropolitae.

Praecipui pastores et rectores ecclesiarum erant Episcopi, hi ab initio majori ex parte intra angustos limites suorum coetuum fideles regebant, licet in universali quoque Ecclesiae regimine salvis Primatus juribus partes haberent. Cum autem Episcopi fuerint et hodie quoque sint Apostolorum successores [5]), ac doctrinae apostolicae traduces, quisque agnoscet illis competiisse, hodiedumque competere jus, et potestatem doctrinam Christi praedicandi, latiusque per se aut per subordinatos suos propagandi, sanctum novae legis sacrificium offerendi, sacramenta administrandi, catechumenis confirmationem largiendi, ministris Ecclesiae s. ordines conferendi, cultum divinum ordinandi, fidei ac moribus cleri ac fidelium invigilandi, bona ecclesiastica administrandi, universum deniquae coetum curae suae commissum

---

[1]) I. Tim. I. 19.
[2]) Tit. I. 5.
[3]) Tit. II. 15.
[4]) Calmet Comment. Tom. 8. in hunc loc. et Tirini interpr. s. script. in eund. loc.
[5]) Vid. Enchirid. Jur. Eccl. per me Posonii 1848. edit. Tom. I. §. 115. pag. 99. et s. edit. 3.

salutaribus legibus regendi. Cum porro numerus Episcoporum, et pastorum subsidiariorum cum numero fidelium pari passu cresceret, negotia publica synodorum convocationem exigerent, conventus hi praesidem postularent, qui deliberationis materiam proponeret, difficultates solueret, vota colligeret, et decretorum executionem procuraret, gravius hoc officium metropoleos episcopo delatum, originem dedit Metropolitis. Inter omnes metropolitas praecipui erant Romanus, qui etiam Primas universae Ecclesiae erat (§. 73) Alexandrinus et Antiochenus.

§. 78.

Diaconi, diaconissae, ministri inferiores.

Cum fideles Jerosolymitani ex Hellenistis conversi querelas moverent ideo, quod viduae ipsorum Hebraeorum viduis postponerentur in distributione eleemosynarum, Apostoli fidelibus convocatis ad ministrandum mensis pauperum viros septem spiritu s. et sapientia plenos elegerunt [1], qui ministri seu diaconi Ecclesiae dicebantur. Morem hunc aliae quoque ecclesiae imitabantur, sicque munus eorum quod praeter ministerium mensarum et altaris, administrationem sacramentorum, praedicationem verbi divini, aliaque exigebat [2], ordinarium ac perpetuum evasit. Diaconissae erant matronae provectioris aetatis, morum sanctimonia et pietate conspicuae, uti Phoebes, quae catechumenas ad baptismum digne suscipiendum instruebant, in susceptione baptismi, dum per immersionem conferebatur, assistebant, et aegrotis auxilio erant [3]. Increscente successu temporis majori fidelium numero ministrorum inferiorum quoque numerum augeri oportuit, sicque enati sunt 1) subdiaconi. Hi in Ecclesiam Romanam sub Cornelio Pontifice introducti [4], notariis praefecti sunt, ut instrumenta et tabulas ecclesiae custodirent, ac ab iis acta martyrum genuine conscribi cu-

---

[1] Act. VI.
[2] Actor. VI. 2. 3. 7. et s. Cap. VIII. 12.
[3] Ziegler de diacon. et diaconiss. c. 19. p. 347. item. S. Epiphan. haeres 79.
[4] Cornelii Epist. ad Fabian. Antiochen. episcop. apud. Euseb. H. E. lib. VI. cap. 43. pag. 244. et S. Cyprian. Ep. II. p. 7. Ep. III. pag. 8.

rarent, in subsidium diaconorum essent, martyres visitarent [1]), et literas ad alias ecclesias deferrent. 2) Acolythi hi episcopis, presbyteris et diaconis inserviebant; tardius cereos in Ecclesia deferebant, vasa sacra munde servabant [2]). 3) Exorcistae, qui energumenis durante malo inserviebant, malos spiritus depellentes super illis exorcismum pronunciabant [3]). 4) Lectores, ad quos spectabat libros ecclesiasticos custodire, et Sacram Scripturam in conventibus sacris legere. 5) Ostiarii, qui aedes sacras claudebant et aperiebant, in ecclesia fidelibus locum assignabant, ac modestiae et silentio servando invigilabant [4]). Plura vid. in Instit. H. E. per me edit. et cit. §. 49. pag. 335—336.

§. 79.

Modus perveniendi ad dignitates ecclesiasticas.

Veteres vel maxime id curabant, ut ministerio sacro virtutis et doctrinae laude conspicui praeficerentur [5]). Modus autem pro ratione temporis variabat. Ab initio Ecclesiae nulla determinata methodus in constituendis ministris vigebat, cum nec Christus de hoc objecto legem tulerit, nec Apostoli eandem semper methodum observaverint. Hoc unum certum est Apostolos ab ipso Christo electos fuisse [6]). Post ascensionem Christi in coelos undecim Apostoli convenientes in unum duos ab integritate vitae insignes viros, Barsabam, et Mathiam ut dignos pronunciantes, eorum posterior sortibus missis in locum Judae suffectus est [7]). Diaconi septem in numerosa discipulorum synodo sub Apostolorum directione eligebantur [8]). Aucta autem fidelium multitudine Apostoli ipsi pro ratione adjunctorum praesules propria auctoritate nominabant. Ita S. Paulus ecclesiae Cretensi Titum praefecit [9]); S. Joannes epis-

[1]) S. Cyprian. Ep. 78. p. 261.
[2]) Baronius Annal. ad an. 58. num. 70.
[3]) Joan. Bona rer. liturg. l. 1. c. 25. n. 17. p. 519.
[4]) Bingham orig. Eccl. lib. III. c. 6. vol. II. p. 35.
[5]) Cypr. ep. 74. p. 141. ep. 68. p. 118.
[6]) Joan. XIII. 18.
[7]) Act. c. I. 23.
[8]) Act. VI. 5.
[9]) Ep. ad Tit. I. 5.

copos Asiae designavit [1]; S. Petrus idem Jerosolymis, Antiochiae et in aliis ecclesiis fecit [2]; de reliquis Apostolis testatur Clemens Romanus quod praedicantes per regiones et urbes episcopos, et diaconos constituerint [3]. Tardius episcopi velut Apostolorum successores presbyteros, diaconos et reliquos Ecclesiae ministros constituebant, ita tamen, ut quemadmodum alia graviora negotia, ita haec quoque interveniente clero et audito nonnunquam etiam populo absolverent.

Caput II.

De scriptoribus ecclesiasticis.

§. 80.

Eorum diversitas.

Cum de scriptis Evangelistarum et Apostolorum nonnulla jam §. 53. pertractaverim, nunc solum scriptores ecclesiasticos recensebo. Inter hos ante reliquos cunctos sancti Patres memorandi veniunt. Nomine Patrum stricto sensu veniunt illi, qui per sex prima secula in orientali aeque ac occidentali ecclesia Religionem Christi scriptis suis exposuerunt, atque illustrarunt. Requiritur autem, ut quis in classem Patrum referatur 1) conveniens antiquitas, 2) doctrina eminens in fidei ac morum praeceptis, 3) vitae sanctitas, 4) ecclesiae adprobatio. Requisita haec characteres Patrum dicuntur. Qui post Gregorii M. aetatem iisdem qualitatibus praediti servitia Ecclesiae praestiterunt, Patres sensu latiori solum dici solent [4]. Inter Patres Ecclesiae alii Doctorum nomine veniunt, quos nempe Ecclesia honore hoc condecoravit [5]; alii vero, quia cum Apostolis conversati sunt, et doctrinam suam ex ore Apostolorum hauserunt, Patres Apostolici nominantur. Quare primo de his, postea de illis loquendum.

---

[1]) Tertull. lib. de praescript. c. 32. et lib. adv. Marcion. c. 5.
[2]) Euseb. Hist. Eccl. lib. II. cap. 1. et lib. III. c. 36.
[3]) Clem. R. epist. 1. ad Corinth. num. 42. Tom. I. P. P. A. Cotelier p. 170.
[4]) Láng Patrologia Tom. 1.
[5]) Cap. 1. de reliquiis et vener. Sanct. coll. cum cap. un. Tit. eod. in 6.

§. 81.

Patres Apostolici seculi I.

Ad patres apostolicos refertur 1) Clemens Roma- Apostolorum socius et discipulus [1]), tertius post etrum Romanae Ecclesiae antistes. Ad genuina ejus a spectant duae epistolae ad Corinthios, quarum prima ine Ecclesiae Romanae ad componendum dissidium in- Corinthios scripta. Haec in antiqua ecclesia jam tanti ii fuit, ut 70 annis post auctorem defunctum instar libri nici apud Corinthios adhuc praelegeretur. Alteram ejus tolam nonnulli docti viri impugnant [2]). Quia tamen il- veteres jam noverunt, contextusque ejus et cetera ad- ta cum epistola prima perfecte conveniunt, nullum latum dubium esse potest, quin illa Clementis R. s genuinum sit [3]). 2) Barnabas probabilius unus ex 70 ipulis Christi, familiaris et individuus comes S. Pauli. m eximios labores in praedicanda fide vera praestitit [4]), onnulli eum inter Apostolos stricto sensu referendum eant. Extat epistola una Barnabae nomine insignita. s authentiam alii negant [5]) eam adstruunt alii [6]). Quidquid x his tenendum, certum tamen est, eam esse opus an- issimum et fortassis primi seculi. 3) Hermas, non- i post S. Hieronymum putant hunc eundem fuisse illo, quem S. Paulus discipulum habuit et saluta- [7]), ac proinde alium esse ab Herma, quem veteres I. P. fratrem vocant. De authentia operis hodie nul- jam dubitat. Opus continet 4 visiones, 12 praecepta 0 similitudines, quibus doctrina morum exponitur. Ex- apud J. B. Cotelier in Patrib. Apost. Paris 2. et alibi.

Epist. ad Philipp. IV. 3.
Jon. Ern. Grabius spicil.
Vid. Dodwellii dissertationes ad S. Irenae. p. 53. item Jo. Morini exercitat. bibl. lib. 1. exercit. 9. c. 4.
Actor IX. 26. 27. XI. 22. et seq. XIII. 1. 2. 4. 5. 13. XIV. 12. 20. XV. 37 et s.
Euseb. H. E. lib. III. c. 25. lib. VI. c. 14. S. Hieronym. de vir. illustr. c. VI. Natalis Alex. H. E. sec. I. cap. 12. art. 8. pag. 43.
Jo. Christ. Ern. Schmidt Kirchengesch. I. Th. pag. 437.
Epist. ad Rom. XVI. 14.

§. 82.

Patres Apostolici seculi II.

Ad seculi 2^{di} patres apostolicos spectat 1) S. Ignatius Martyr familiaris S. Joanni Apostolo, Evodii in sede Antiochena successor Θεοφορος compellatus [1]), ac martyrio coronatus §. 65. Possidemus 7 epistolas in itinere Romano ad Smyrnenses, Polycarpum, Ephesios, Magnesios, Philadelphios, Trallianos, et ad Romanos scriptas [2]), quas eruditi authenticas esse probant [3]). 2) S. Polycarpus discipulus S. Joannis Apostoli, ecclesiae Smyrnensi ab Apostolis, cum quibus familiaris fuit [4]) ut episcopus praefectus, pro fide pariter vitam obtulit. §. 66. Ex operibus, quae plura edidit, unice superest epistola una ad Philippenses. De hac S. Hieronymus scripsit, eam valde utilem esse, ac usque suam aetatem in Asiae conventibus legi [5]). 3) Papias coaevus Ignatio et Polycarpo, discipulus S. Joannis Apostoli [6]) et episcopus Hierapolytanus in Phrygia. Scripsit V libros de interpretatione oraculorum dominicorum, quorum tamen fragmenta solum habemus [7]). Scripta Apostolorum male intelligens, errorem de regno millenario concepit, et publiçavit, ideoque Eusebius eum mediocri ingenio praeditum fuisse ajebat. Nonnulla de Papia recenset etiam S. Hieronymus lib. de vir. illust. çap. XVIII. pag. 845 et seq.

§. 83.

Apologetae.

Nomine Apologetarum christianorum veniunt viri, qui publicatis apologiis non tantum veritatem Religionis Chri-

[1]) Vid. Acta martyrii ejusd. graece et latine in Cotelerii PP. Apostol. Tom. II. p. 156. item Joan. Albert. Fabricii biblioth. Graec. lib. V. c. 1. p. 41.

[2]) S. Polycarpus eas collegit. Euseb. l. III. H. E. c. 36. S. Hieronymus de vir. illust. c. 16. recenset.

[3]) Petavius de eccl. hierarch. lib. V. c. 8. tom. IV. Theol. Dogm. p. 161. et alii.

[4]) Euseb. H. E. lib. V. c. 24. S. Hieronym. de vir. ill. c. 17.

[5]) Hierony. de vir. ill. c. 17. Iren. lib. III. advers. haeres. p. 204. Euseb. H. E. l. IV. c. 14.

[6]) Irenaeus lib. V. adv. haeres. c. 33.

[7]) Grabius in spicileg. patrum secul. II. tom. 1. p. 31. fragmenta collegit.

stianae defenderunt, et maledicta omnia ac probra Christianis objecta refutarunt, verum etiam populares superstitiones tunc regnantes falsas et malesanas insigniter reprobarunt. Tales erant 1) Quadratus episcopus Atheniensis, vir eloquentia conspicuus, qui fervente adversus Christianos persecutione Apologiam pro illis Hadriano imperatori obtulit. Hodie ejus fragmentum tantum existit in Eusebio [1]. 2) Aristides ex ethnico Philosopho conversus, pariter Atheniensis, apologiam pro Christianis eidem imperatori tradidit. 3) Justinus M. circa annum 103. in civitate Samariae florens etiam ex gentilismo conversus, philosophiae addictissimus, sub Marco Aurelio gladio caesus. Apologias duas utpote Antonino Pio, et Marco Aurelio imperatoribus pro Christianis obtulit [2]. Eidem adscribuntur porro dialogus cum Triphone Judaeo, seu colloquium de religione; Parenaesis et oratio ad Graecos; Liber de monarchia, seu unitate Dei. 4) Athenagoras conversus philosophus Atheniensis, et scholae Alexandrinae magister [3]. Adsunt du^ ejus opera: Legatio pro Christianis [4], Marco Aurelio et ejus filio Commodo oblata, et Liber de resurrectione mortuorum [5]. 5) Melito Sardensis episcopus in Lydia, qui apologiam Marco Aurelio imperatori pro fidelibus obtulit, ejus fragmentum legimus in Eusebio [6]. 6) Theophilus episcopus Antiochenus, auctor multorum operum. Ex his supersunt solum tres libri graece scripti ad Autolicum, quem ad fidem convertere conatur. 7) Tatianus syrus opera Justini M. ad fidem conversus, qui ad Encratitas tardius defecit. Ex operibus ejus solum apologetica oratio ad Graecos [7] et concordia 4 Evangelistarum supersunt. 8) Hermias philosophus christianus. Hic publicavit Irrisionem gentilium philosophorum, in qua eorum absonas opiniones de

[1] Euseb. H. E. Lib. IV. c. 13. pag. 154. et Galland biblioth. PP. tom. 1. p. 330.
[2] Bibl. vet. PP. Gallandii oratorii presbyt. tom. 1. p. 413. et 595.
[3] Methodius apud S. Epiphan. haeres. 64. §. 21. tom. 1. oper. p. 544. Photius in codic. 234. pag. 907.
[4] Tillemont memoires tom. II. p. 2. pag. 556.
[5] Edid. Rechenberg Lips. 1685. 8.
[6] Euseb. H. E. lib. IV. c. 26.
[7] Galland. tom. II. bibl. vet. Pat. p. 636.

rerum principiis, Deo, et anima refellit. Dommer opus publicavit Halae 1764. 8.

§. 84.

Scriptores Ecclesiastici seculi III.

Inter hos recensendi veniunt 1) S. Irenaeus Sm oriundus, S. Polycarpi discipulus, episcopus Lugdu sis [1]). Ex pluribus ejus operibus ad nos pervenere s V libri adversus haereses, quorum versionem latinam sidemus. 2) Hippolytus prioris discipulus. Edidit o plura uti: Demonstrationem de Christo et Antichristo, monstrationem adversus Judaeos; allegoricam expos nem Susannae etc. quorum solum fragmenta supersun 3) Quintus S. F. Tertullianus Carthaginensis, gentilismo conversus, ex causidico presbyter ibidem, senectute ad Montani errores prolapsus. Plura ejus o supersunt uti α) liber apologeticus, β) de testimonio mae, γ) de spectaculis vitandis, δ) de idololatriae di mine, ε) de corona militis, ς) de poenitentia η) de tione, quam jam post lapsum vulgavit [3]). 4) Clem Alexandrinus ex ethnica superstitione ad fidem C sti conversus, scholae Alexandrinae doctor et dein epi pus Alexandrinus. Opera ejus sunt *a*) exhortatio ad ge qua gentiles ad Philosophiam Christianam amplecte provocat. *b*) Libri VIII stromatum seu tapes structur VIII libris depictus ita dictus, quod ex omni erudi varie contextus sit [4]). 5) Minucius Felix gente causidicus ad fidem conversus. Scripsit Dialogum Christianum et Gentilem sub titulo Octavius [5]). 6) genes ingenii ac eruditionis portentum, ob indefe studium adamantinus dictus. Opera plura publicavit. ad aetatem nostram pervenere sunt *a*) Biblia veteris fo ris Polyglotta id est tetrapla, hexapla, octa

---

[1]) S. Iren. l. III. c. 3. Euseb. H. E. lib. V. c. 5.
[2]) Alb. Fabrici edit. Hamburg. 1716. fol.
[3]) Reliqua opera vid. in Instit. H. E. per me Pest. edit. 1840. t pag. 352.
[4]) Reliqua vid. ibid.
[5]) Vid. Le Nourry adparat. ad bibl. PP. Tom. II.

quibus diversae veteris testamenti versiones lectorum oculis sistuntur, ut hae facilius inter se conferri, ac verus earum sensus erui possit [1]. b) Quatuor libri περὶ ἀρχῶν seu de principiis fidei. c) Homiliae, et commentarii ad libros Scripturae S. illustrandos. d) Octo libri contra Celsum [2]. 7) S. Cyprianus ex Africa ethnicorum parentum filius, dein ad Christum conversus et episcopus Carthaginensis factus. Opera ejus sunt a) epistolae permultae de Religionis veritatibus et disciplina Ecclesiae. b) Libellus ad Donatum de gratia Dei. c) Liber de unitate Ecclesiae [3]. 8) Dionysius Alexandrinus, qui ad Christum conversus et presbyter ac scholae Alexandrinae magister factus, postea in ejus Ecclesiae episcopum nominatus est. Ex pluribus ejus operibus solum fragmenta supersunt. Notabilior est ejus epistola ad Basilidem episcopum Pentapolitanum canonica nuncupata, quod ejusdem cum canonibus Ecclesiae auctoritatis esse putaretur; de disciplina Ecclesiae tractat [4]. 9) Gregorius Thaumaturgus, episcopus Neocaesaraeensis. Nomen illi a miraculis, quae patrasse veteres scribunt, adhaesit. Opera quae supersunt, recensentur: πανηγυρικὸς εὐχαριστίας stylo eleganti exaratus. Paraphrasis in Ecclesiastem. Expositio fidei in SS. Trinitatem. 10) Methodius episcopus Tyri eruditione celebratus. Opera ejus sunt libri adversus Porphirium. Dialogus de captivitate. Opus de libero arbitrio etc. 11) Hippolytus episcopus forte Portuensis martyrii palma coronatus, diversus a priori. Plura opera edidit, quae tamen aetatem haud tulere. Supersunt liber de Antichristo, canon paschalis [5]. 12) Julius Africanus Nicopoli Palaestinae episcopus. Ex operibus ejus praesertim notari merentur Libri quinque de Chronographia ab Orb. condito usque anno Ch. 221. et Epistola ad Origenem de historia Susannae, quam impugnat, propterea que ab Origene refutatus et casti-

---

[1] Euseb. H. E. lib. VI. c. 16.
[2] Reliqua vid. in Instit. H. E. per me edit. et cit. pag. 356.
[3] Reliqua vid. ibidem.
[4] Editiones ejus plures existunt cum Balsamonis Commentario.
[5] Edidit Fabricius 2. vol. 1716. Martyrium illius descripsit Prudentius. S. Hieronymus testatur eum fuisse episcopum, De vir. ill. c. 61. et Euseb. H. E. l. VI.

gatus. Plura de eo scribit Fabricius in biblioth. graeca l. V. c. 1. vol. V.

Caput III.

De Doctrina Catholicorum.

§. 85.

Notitia fontium Christianae Religionis.

Cognitio operum a s. Patribus et scriptoribus ecclesiasticis editorum, quae breviter attigimus, maximo usui nobis inservit, cum ex iis perspicimus, qualiter Christi et Apostolorum doctrina tribus primis seculis intellecta, explanata, ac singulorum fidelium indigentiis adcommodata fuerit. In magno errore versantur, qui integram fidei primitivae summam e sola novi foederis Scriptura desumendam censent, cum nec ipse Christus quidquam scripserit, nec Apostolis mandatum scribendi dederit [1]). Et alioquin doctrina Christi per varias orbis partes orali praedicatione celerius, quam scriptis Apostolorum diffundi poterat. Ad eam proinde probe perspiciendam necessaria nobis sunt opera s. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum. Maximam autem his in adjunctis attentionem merentur Ecclesiarum symbola seu complexus articulorum fidei. Ea vel sunt publica, quae integris communitatibus auctoritate Ecclesiae proposita sunt, vel privata, quae singularium fidelium professionem fidei exhibent. Ad illa refertur imprimis symbolum Apostolorum, postea Romanum, Aquilejense, Orientale. Ad ista vero spectant, quae in scriptis s. Irenaei [2]), Tertulliani [3]) aliorumque leguntur.

§. 86.

Norma Religionis Christianae.

Religionis Christianae norma jam primis seculis erat Scriptura S. et Traditio. Nam antiquissimi Ecclesiae Patres

---

1) S. Irenaeus adv. haereses l. III. c. 4. Tertull. de praesc. haeret. c. 13. Clemens Alex. Stromat. lib. VI. Origen. de principiis praef. opp. Tom. 1. p. 47.
2) Advers. haeres. lib. I. c. 10.
3) Lib. de veland. virg. c. 1. adv. Praxeam c. 2. de praescr. c. 13.

idipsum tenuerunt et docuerunt. S. Clemens Romanus Corinthios hortatur, ut inspiciant scripturas, Spiritus S. vera oracula eosquehortat ur ut S. Pauli epistolas ad illos scriptas diligenter legant [1]). Clemens Alexandrinus de S. Scripturis scribens eas divinitus inspiratas compellat. Divinam S. Scripturae originem, ejus auctoritatem et lectionem Tertullianus [2]), Cyprianus [3]), Origenes [4]) aliique commendant. Porro de traditione ut norma fidei tractat S. Irenaeus, dum gnosticos, qui errores suos comprobare volebant, traditione refellit, ac ipsis opponit traditionem maximae, antiquissimae ab omnibus cognitae, a duobus gloriosissimis Apostolis Petro et Paulo fundatae Ecclesiae Romanae [5]). In eundem sensum loquitur Tertullianus: Contra haereticos, ait, non est ad Scripturas S. provocandum, sed quid docuerint Apostoli per Ecclesias ab ipsis conditas est probandum [6]). Idem asserunt Clemens Alexandrinus, Origenes et alii. Ex quibus clarescit a primaevis Ecclesiae Patribus verbum Dei tam scriptum, quam viva voca traditum, ut fontem et normam spectatum fuisse, unde Religionis Christianae dogmata hauriantur.

§. 87.

Doctrina de Deo et Trinitate.

E duplici fonte utpote S. Scriptura et Traditione Patres Ecclesiae dogmata sua fidenter deducebant. Ita S. Cyprianus unitatem Dei docuit his verbis: Unus omnium Deus est [7]). Idem exprimunt symbola cuncta antiquitatis Irenaei, Origenis [8]) etc., cantica, orationes, et hymni Ecclesiae. Cum porro hanc de Deo uno doctrinam divinorum eloquiorum auctoritate probarent, simul tamen tres

---

[1]) Clem. Rom. L. ad Corinth.. c. 45.
[2]) Apolog. c. 31. de anima c. 28.
[3]) De unitate Eccles. p. III.
[4]) Lib. περι αρχων Proem. et lib. IV. c. 1. opp. Tom. 1. pag. 156.
[5]) Irenaeus lib. III. adv. haeret. c. 3.
[6]) De praescript. adv. haeret. c. 19. 21. 25.
[7]) De idolor. vanit. p. 14.
[8]) Origen. περι αρχων L. 2. c. 4.

in una natura Divinas personas expresse profitebantur. Ignatium Martyrem omnium loco ad hunc scopum citamus, qui scripsit [1]. Studete igitur, ut conformemini in dogmatibus Domini et Apostolorum, ut omnia quae facitis, prospere vobis succedant, carne et spiritu, fide et veritate in Filio, Patre et Spiritu Sancto. Philosophiae usum tardius in fide Christi facientes dogma hoc terminis technicis, uti sunt, Trinitas, persona brevius et facilius ad refutandos errores haereticorum exprimere coeperunt.

§. 88.
De Christo.

Patres antenicaeni jam unanimi consensu fidem faciunt Jesum Christum non esse pure hominem seu Josephi et Mariae filium carnalem, sed verum ac proprium Dei filium, ejusdem cum Deo Patre naturae et potestatis, seu verum ac perfectum Deum. Certe jam Clemens Romanus scribit: Christum esse sceptrum majestatis Dei, qui non venerit in jactantia arrogantiae, neque superbiae, cum potens sit; sed in humilitate [2]. S. Ignatius auditor S. Joannis Apostoli ait: Glorifico Jesum Christum Deum [3] item Christus Deus noster in Patre existens [4]. Similia proferunt Justinus M. [5], Irenaeus discipulus Polycarpi [6] et alii. Denique Divinitatem Christi universali praeconum ecclesiasticorum consensu agnitam fuisse in Ecclesia primorum seculorum manifeste probat insignis praesulum fervor, quo cunctis veritatis hujus impugnatoribus aut corruptoribus uti Simoni Mago, Cerintho, Ebioni, Artemoni, Theodoto coriario, Paulo Samosateno anathema dixerunt, eosque non resipiscentes velut degeneres Ecclesiae filios e communine sacrorum ejecerunt. Vid. Dob-

---

[1] Epist. ad Magnes. c. 13.
[2] Clem. R. ep. 1. ad Cor. Cotelier V. 1. p. 156.
[3] Epist. ad Smyrnens.
[4] Idem epist. ad Roman.
[5] Apolog. 1.
[6] Theophil. Antioch. l. II. ad Autolic. et l. III. item Clemens Alexandr. in Protreptico nec non in Paedag. l. 1. c. 5.

mayer Syst. Theol. Cathol. Tom. VI. c. II. §. 36. et seq. Brennerii Katholische Dogmat. etc.

§. 89.
De origine peccati et Satisfactione.

Originem peccati omnes doctores christiani S. Paulum [1]) secuti, e protoparentum infelicissimo lapsu deducunt, huicque lapsui vim eam tribuunt, ut non solum ipsorum primorum parentum, verum et posterorum, quicunque ab illis continua serie generationis carnalis procedunt, naturam depravaverit. Id clare docet S. Cyprianus dum dicit: A baptismo non esse prohibendum infantem, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquae prima nativitate contraxerit [2]). Porro similiter ait tota antiquitas scopum, seu causam ob quam Christus in mundum venit, et naturam humanam assumpsit, nullam aliam fuisse, quam ut noxam nobis a nativitate jam inhaerentem tolleret, nosque ad amissam peccato salutem recuperandam habiles redderet. Ita Clemens Romanus insigne mortis dominicae pretium describens ait: Sanguis Christi propter nostram salutem effusus toti mundo poenitentiae gratiam obtulit [3]). Terminum Satisfactio primus quidem adhibuit Tertullianus, quem reliqui Theologi postmodum adoptarunt, at rem ipsam vetustissimam fuisse vel e dictis clarescit.

§. 90.
De sacramentis.

De sacramentis in scriptoribus ecclesiasticis hujus periodi eandem doctrinam aevo apostolico viguisse legimus, quam hodiedum Ecclesia tenet, nempe esse salutaria ac efficacia media divinitus instituta, quae gratiam Christi sanctificantem nobis conferunt vel augent, ut salutis aeternae

---

[1]) S. Paulus Ep. ad Rom. c. V. v. 15.
[2]) Epist. 64. ad Fid. p. 161. item de oper. et elemos. p. 196. de vanit. idolor. p. 13. Arnob. adv. gentes l. II. p. 76 et lib. 1. p. 15.
[3]) Clemens R. ep. I. ad Cor. c. 12. 49.

participes fieri voleamus. Ita Irenaeus vocat baptismum regenerationem [1]), Justinus M. remissionem peccatorum [2]). Porro dogma de vera et reali Christi praesentia in Eucharistiae sacramento jam primis Ecclesiae temporibus commune fuisse patres cuncti testantur. S. Ignatius velut haereticos perstringebat [3]) eos, qui sacram coenam et orationem non frequentabant eo, quod non confiteantur Eucharistiam carnem esse Servatoris nostri Jesu Christi. Sed Eucharistiam etiam ut sacrificium frequentatam fuisse clarescit e Tertulliano, qui eam oblationem nuncupat [4]). De sacramento Poenitentiae velut saluberrimo ac summe necessario medio gratiam Dei per peccatum amissam recuperandi patres hujus periodi perspicue loquuntur, praesertim ii, quibus seculo II. cum Montanistis et seculo III. cum Novatianis tractandum, ac dogma remissionis peccatorum etiam a lapsis post baptismum obtinendae contra eosdem vindicandum erat [5]). Porro ad sacramentum poenitentiae praeter alia imprimis confessionem peccatorum etiam ocultorum spectare doctores Christiani manifeste annunciant. Nam S. Cyprianus ait: Confiteantur singuli delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in seculo est, dum admitti confessio potest, dum satisfactio et remissio facta per sacerdotem apud Deum grata est [6]). Sacramentum confirmationis ab episcopis administratum fuisse patrum opera clare indicant. Tertullianus dicit: Caro ungitur ut anima consecretur; caro signatur, ut anima muniatur, caro manus impositione adumbratur, ut anima spiritu illuminetur [7]). Extremam Unctionem infirmis graviter decumbentibus collatam fuisse, ut speciale Dei adjutorium infirmo per Dei gratiam praestetur, ex Origene constat, qui scripsit: In

---

1) Lib. adv. haeres. cap. 18. et lib. 3. c. 19.
2) Apolog. I. p. 94. opp.
3) Ep. ad Smyrn. c. 7 et epist. ad Philad. c. 4.
4) De cultu faemin. c. 11.
5) Tertullian. de poenitent. c. 9.
6) S. Cyprian. de lapsis Cf. Origen. homil. XI. in psalm. 37. Lactant. lib. IV. institut. c. 17.
7) Tertul. de resur. carn. c. 8.

quo compleatur et illud quod Apostolus dicit: si quis autem infirmatur, vocet presbyteros Ecclesiae, et imponentes ei manus, ungentes eum oleo in nomine Domini, et si in peccatis sit remittentur ei [1]. Per sacramentum ordinis ministros Ecclesiae solemniter ad munus suum initiatos fuisse impositione manuum et oratione Episcopi quisque in antiquitate versatus agnoscit. Nam sicut Christus Apostolos et discipulos elegit [2], ita etiam Apostoli ex mandato Christi successores suos elegerunt [3], ac eadem, quam ipsi tenebant, potestate instruxerunt. Divinitus autem illos mitti atque eligi clare nunciat Clemens Alexandrinus dicens: Presbyterum non ab hominibus ordinari, dum illi manus imponuntur, sed a Deo [4]. Denique Matrimonium ad Sacramenti dignitatem elevatum fuisse a Christo tota antiquitas testatur. Unicum ex ea testem audiamus S. Ignatium, qui dicit: Decet, ut sponsi et sponsae de sententia episcopi conjugium faciant, quo nuptiae sint secundum Dominum, et non secundum cupidinem. V. Ignatius M. Ep. ad Polycarp.

§. 91.

De resurrectione carnis, extremo judicio, praemiis, suppliciisque aeternis, purgatorio, angelis et cultu sanctorum.

Cuncta haec dogmata a Christianis primae periodi credita fuisse, constat ex SS. Patribus ejus temporis. Et quidem Justinus M. ita de his scribit: Duos Christi adventus praedixerunt prophetae, unum quidem, qui jam exhibitus est, tamquam despecti et passibilis hominis, alterum autem, quando cum gloria e coelis una cum angelis adventurus praedicatur, quando et corpora resuscitabit omnium. Quicunque extiterunt

---

[1] Origen. hom. II. in Levitic.
[2] Joan. XV. et XX. Matth. XVIII. XX. VI. 26. Marc. I. 17.
[3] Act. VI. 6. XIII. 2. 3. XIV. 22. I. Timoth. IV. V. II. Timoth. 1. 6. Tit. I. 5.
[4] Clem. Alexandr. l. Stromat VI. §. 13. Tertull. de praescript. c, 22.

hominum, ac dignorum quidem corpora induet incorruptione, iniquorum autem in perpetuo sensu cum pravis daemonibus in ignem aeternum mittet [1]). S. Irenaeus autem ad fidem Ecclesiae per universum orbem dispersae hoc quoque spectare ait [2]), quod Jesus Christus e coelis in gloria Patris adventurus sit ad omnia instauranda, et excitandam omnem totius humani generis carnem; ad impios justo judicio in aeternum ignem mittendos, justos autem vita et gloria aeterna donandos. Tertullianus denique inquit: Animae pro merito aut cruciatui aut refrigerio destinantur utrique sempiterno [3]). Quod purgatorium attinet, certissime tenemus ex patribus illius temporis, quod fideles pro defunctis oraverint, et Missae sacrificium pro iis obtulerint. Tertullianus enim scribit: Oblationes pro defunctis annua die facimus [4]). Cyprianus vero de eo, qui non obstante prohibitione clericum tutorem in testamento suo constituit, sic scribit. Sacrificum pro ejus dormitione non celebretur [5]). Jam autem Christiani preces pro defunctis certo non obtulissent, nisi eos in quodam indigentiae statu, quem purgatorium vocamus, detineri creditissent *). Angelis porro bonis cultum detulisse Christianos Justinus M. in apologia prima claris verbis declarat, de angelis malis vero idem scribit: Nihil aliud contendunt, nisi ut homines a Creatore et Christo abducant [6]): De his Tertullianus in apologetico eadem ferme ratione loquitur: Operatio eorum est hominis eversio, atque sic a primordiis auspicati sunt ejus exitium. Cultum vero sanctorum hujus aevi discimus ex epistola encyclica Christianorum Smyrnensium [7]), de martyrio praesulis sui Polycarpi, qua significant se in loco, ubi ossa ejus quiescunt anniversariam diem mortis

1) Justinus M. in apologia I.
2) Irenaeus adv. haeres. l. 1. c. 2.
3) Tertullian. Lib. de Anim. c. 4.
4) Idem libr. de corona milit. c. 3.
5) Cyprianus epist. 9.
6) Justin. M. in apol. I.
7) Apud. Euseb. H. E. l. IV. c. 15. p. 174. et seq.

ejus cum laetitia celebraturos, tum ad memoriam ejus recolendam, tum ad se in fide confirmandos. In eadem epistola suam quoque erga reliquias Sanctorum venerationem testantur, cum dicunt: Se Polycarpi ossa, quae gemmis pretiosissimis pluris faciunt, collegisse et decenter condidisse. Christianos denique tenuisse sanctos in coelo pro fidelibus in terra apud Deum intercedere, eorumque intercessionem utilem esse, ac vel maxime peccatorum remissionem operari, doctores omnes hujus aetatis consentiunt. Ita Origenes ait: Sancti altari coelesti non adstant frustra, sed praecipue peccantibus remissionem peccatorum ministrant [1]. Similiter Cyprianus loquitur: Credimus plurimum posse martyrum merita et opera [2]. Ex quibus concludere licet, fideles hujus periodi sanctorum apud Deum intercessionem reapse etiam implorasse.

*) Miram doctrinae hujus cum ratione, et indigentiis hominum consensionem quisque perspiciet, qui serio perpenderit, jam in schola Pythagoreorum et Platonicorum opinionem viguisse: Animas hominum hac in vita nondum plene purgatas, post mortem lustrationis ignem subivisse, donec mundatae in consortium divini numinis reciperentur. Sententiam hanc ex principio suo de praeexistentia animarum deduxisse videntur, nam si (juxta illos) animae corpori praeextiterunt, illae apud numen supremum saltem mundae et omnis maculae expertes existere potuerunt, a quo, ut rursus recipiantur, pariter mundas esse oportebat.

§. 92.

Ecclesia Catholica verbi Divini custos.

Cum primis jam Religionis Christianae initiis Ecclesiam Christi velut genuinam ac sinceram verbi divini magistram speciali Spiritus S. assistentia protectam, omnes fideles agnovisse et coluisse, illiusque decisionibus in rebus fidei, et morum irrefragabilem vim et auctoritatem tribuisse paucis ostendimus. Et quidem jam in symbolo Apostolico, quod primi fideles summo honore prosequebantur, et velut regulam fidei spectabant, haec continentur: Credo in

---

1) Origenes contra Celsum.
2) Cyprianus epist. 9.

Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam (Catholicam*). Praeter haec omnes illius aevi doctores Christiani Ecclesiam Catholicam summis laudibus ornant, ejusque doctrinam et traditionem apostolicam pro regula fidei adoptandam esse dicunt. Omnium loco audiamus S. Irenaeum, qui scripsit: Fides quam perceptam ab Ecclesia custodimus, semper a Spiritu Dei, quasi in vase bono eximium quoddam depositum, juvenescit, et juvenescere facit ipsum vas in quo est. — Ubi enim Ecclesia ibi et Spiritus Dei, et ubi est Spiritus Dei, illic Ecclesia et omnis gratia [1]. Ex quibus clarescit antiquissimos jam Ecclesiae Catholicae doctores magisterium ejus velut summum credendi principium spectasse.

*) Vocem: Catholicam pleraeque ecclesiae graecae' seculo II. Romana autem seculo IV. addiderunt symbolo.

§. 93.

Controversia de regno millenario.

Nonnulli ex doctorum coetu publice docebant: Christum post resurrectionem mortuorum hanc in terram rediturum, et Jerosolymis novam societatem conditurum, justos cum ipso regnaturos ac omnis generis gaudiis perfruituros esse. Opinio haec vulgo Chiliastica nuncupata inter Judaeos, qui crassiores de regno Messiae conceptus fovebant, videtur primum inventa, sensim magis evoluta, ac in quibusdam modificata per Judaeos Christianos Ecclesiam ingressa fuisse. Quamvis autem Apostoli post Spiritus S. adventum meliora edocti, errores Judaeorum de Messiae regno terreno refutaverint, doctrina attamen haec altiores radices fixerat, quam ut facile exstirpari potuisset. Fortissimum asserti sui argumentum Chiliastae desumebant ex illis S. Joannis locis, quibus diabolus per mille annos alligandus, et sancti cum Christo mille annis regnaturi dicuntur [2]. Errorem hunc ubi Montanistae suum fecissent, eumque varia ratione

[1]) Irenaeus lib. 3. c. 6. n. 1. c. 16. n. 6. c. 24. n. 1.
[2]) Apocal. XX. 2. 3. 4.

deturpassent doctores Christiani oppugnare coeperunt. Ex his primus erat Cajus presbyter Romanus maximus Montanistarum hostis, qui probare nitebatur doctrinam Chiliasmi absurdam et S. Scripturae oppositam, at in alium errorem lapsus est, cum authentiam ipsius Apocalypseos, quam Cerintho haeretico adscripsit, negaverit. Chiliasmi vanitatem et absurditatem fundate probavit Origenes [1]) et Dionysius episcopus Alexandrinus ejus discipulus, qui Nepotianos aliosque ejus fautores ad saniora reduxerunt [2]). Et certo si paralella loca Scripturae S. excutiamus, in quibus dicitur: regnum Dei non esse escam aut potum, nec nuptias locum ibi habituras, quisque perspicit, Chiliasmum vanam solum et infundatam opinionem fuisse. De Chiliasmo scripserunt Heinr. Codori Kritische Gesch. des Chiliasmus. 2. Aufl. Zürich 1794. 4. Th. 8. et Wünscher Handb. der christl. Dogmengesch. Marburg. 4. B. 1798.

§. 94.

Lis de tempore celebrandi Paschatis.

Veteres Christiani duplex pascha celebrabant, nempe pascha passionis, et pascha resurrectionis. Nomine illius antiqui Christiani in memoriam passionis Christi tale festum intelligebant, quod tum illi simile erat, quo Christus cum discipulis suis feria V. seu die Jovis ultimam coenam celebravit, tum illi, quod Judaei servabant, dum agnum paschalem manducarunt. Nomine hujus autem seu nomine paschatis resurrectionis fideles Christi resurrectionem celebrabant. Pascha passionis tam orientales, quam Romani et reliqui occidentales celebrabant cum illa tamen distinctione, quod orientales illud cum Judaeis luna 14ta mensis Nisan, resurrectionis pascha autem die 3tia post illud, in quamcunque diem incideret, servarent; occidentales vero pascha passionis seu epulam antepaschalem die sabbati noctu, seu sub aurora diei Dominicae, resurrectionis pascha autem die Domini, seu ut hodie solemus, die sabbati vespertino

---

[1]) Origen. Lib. II. de princip. c. 11. Tom. 1. pag. 104.
[2]) Euseb. H. E. l. VII. c. 24.

tempore celebrarent. Cum itaque orientales cum Judaeis servantes pascha passionis seu epulam paschalem 1) Sacrum quadragesimae jejunium frangerent. 2) Pascha passionis luna 14ta cum Judaeis celebrarent. 3) Passim die feriali non autem die Domini pascha servarent, Victor Papa anno 196. Policratem episcopum Ephesinum medio literarum provocavit, quo tum ipse, tum reliqui orientales a priori consuetudine sua desisterent, ac morem occidentalium, adoptarent, qui videlicet pascha die Domini insequente lunam 14tam, quae in aequinoctium vernum incidit, aut illud proxime sequitur, celebrare solent. Hac enim ratione fieret, ut et illas anomalias, quae cum more ipsorum conjunctae sunt, evitarent, et cum Romana Ecclesia, aeque ac cum ceteris occidentalibus uniformitatem tenerent. Hoc tanto securius postuare poterat Victor Papa, cum mos hic post S. Petrum et Paulum in Ecclesiam introductus fuerit, ac plura concilia id ipsum statuerent [1]). Policrates attamen cum orientalibus Ephesi pariter Synodum celebravit, et ex hac Pontifici nomine suorum respondit, quod penes veterem consuetudinem suam traditione pariter Apostolica utpote Philippi et Joannis innixam permanere velint. Responso hoc percepto Pontifex parabat quidem orientales excommunicationis poenae subjicere, verum Irenaeus, aliique graviora mala metuentes, eum a proposito prudenter dimoverunt. Quare utraque pars porro quoque pristinae consuetudini suae inhaesit, quoad controversia in concilio generali Nicaeno juxta sententiam occidentalium definita fuisset, ac pascha Dominica insequente lunam 14tam post aequinoctium vernum in tota Ecclesia celebrari juberetur.

§. 95.

Controversia de baptismo ab haereticis collato.

Cum Seculo II. ex coetibus haereticorum in Ecclesia Christi jam ortorum conplures ad veram Ecclesiam redirent, enata est quaestio, utrum hi, qui ad ovile Christi redeunt, novo baptismo initiandi sint, nec ne? De hoc objecto, de

---

[1]) Euseb. H E. lib. V. c. 22.

quo nulla data fuit in primaeva Ecclesia loquendi occasio, diversi in diversas abiere sententias. Orientales et Afri tales, qui in sinum Ecclesiae redibant, rebaptisandos statuebant. Europaei vero cunctos ab haereticis baptisatos, validum baptismum obtinuisse docebant, ac ideo haereticis in Christi ovile reversis, manus solum imponebant [1]. Quantacunque autem vigeret hac de materia discrepantia inter doctores Ecclesiae, nullum tamen in Ecclesia dissidium usque ad Cyprianum Carthaginensem inde enatum fuit. Imo et ipse Cyprianus praeter voluntatem suam in litem hanc inductus est. Cum enim anno 256. Carthagine concilium celebraret, et Numidiae episcopi inter se disceptantes, ab ipso quaererent, an Novatiani ad Ecclesiam sine novo baptismo admitti queant, ac quid de toto argumento hoc tenendum sit? nomine Synodi rescripsit: Neminem foris extra Ecclesiam baptisari posse — ac proinde redeuntes ad Ecclesiam baptisari debere [2]. Imo et alteram synodum celebravit, in qua eandem quaestionem rursus proposuit deliberandam, et 71 episcopi praesentes communi consensu declaraverunt: Unum baptisma esse, illudque in Ecclesia existere — proinde cunctos extra Ecclesiam positos foris non baptisari, verum in Ecclesia baptismo initiandos esse [3]; quam sententiam propugnavit etiam contra Jubajanum [4], qui dubia nonnulla ipsi opponebat. Decreta secundae hujus synodi Carthaginensis Cyprianus prolixis literis Stephano Pontifici communicavit, eo probabilius consilio, quo is ratione baptismi ab haereticis collati sententiam ipsius consensuo suo firmaret [5]. At quod sperabat, minime obtinuit. Nam Pontifex aegerrime ferens, Afros illis adsociari, quos ille velut hostes Ecclesiae Catholicae spectabat, Cypriano, ceterisque Africae episcopis rescripsit, se improbare eorum

[1] Tertullian. de baptism. c. 15. Cyprian. ep. 70 et 73.
[2] Cyprian. ep. 70. p. 124.
[3] Idem ep. 73. p. 129.
[4] Ibidem.
[5] Extat epistola nomine concilii ad Steph. data inter Cypr. Epistol. Nro. 72. p. 129.

de baptismo haereticorum sententiam, quae nempe tam Ecclesiae Romanae fidei, quam toti traditioni contraria esset, ac nunciat, se in ecclesiasticis nec communicare velle cum iis, qui haereticorum baptismum renovandum esse dicerent [1]. Perlectis Stephani Pontificis literis nec Cyprianus, nec ejus asseclae sententiam suam mutarunt, verum potius missis ad Stephanum novis literis sententiae suae originem ad ipsum Christum retulerunt [2]. Literae hae Stephanum Pontificem adeo commoverunt, ut acerbius adhuc quam antea rescriberet, Cyprianum Pseudo-Christum, Pseudo Apostolum et dolosum operarium compellaret, imo cunctos Afros eidem sententiae adhaerentes ex sinu Ecclesiae excludere pararet. His auditis Cyprianus Africae, Numidiae, et Mauritaniae episcopos anno 256. ad tertiam synodum convocavit, qui sententiam Cypriani rursus confirmarunt. Qualiter successu temporis lis haec terminata fuerit, defectu documentorum, quae perierunt, durum est determinare. Nonnulli ejus sunt opinionis, quod Dionysius Alexandrinus apud Stephanum Pontificem pro parte Afrorum se interposuerit, ac pacem et concordiam reduxerit [3]. Alii censent Afros aliquamdiu errorem suum porro quoque defendisse, sensim tamen ad frugem rediisse, ac in plenario quodam concilio sive Arelatensi, sive Nicaeno omnes Romanae Ecclesiae morem adoptasse. In reliquo exemplum Cypriani docet, quantum halucinari possint, qui neglecta traditione fidei quaestionem quampiam ratiociniis definire praesumunt.

§. 96.

Modus docendi, origo Theologiae Christianae.

Nec Apostoli, nec eorum successores proximi in docendo subtilitates philosophorum sequebantur, verum Christi methodum secuti captui et ingenio eorum se adcommodabant, quos instruebant, parvulis lac, parfectis solidum cibum praebentes [4]. Cum attamen circa medium seculi II.

---

[1]) Epistola haec perivit at argumentum ejus constat e Cypriani ad Pompejum epistola 74. et ex Firmiliani literis ad Cyprian. ibidem contentis.
[2]) Firmilian Caesaraeens. epist. ad Cyprian. p. 143.
[3]) Euseb. H. E. l. VII. c. 2.
[4]) I. ad Cor. III. 2. Hebr. V. 13. 14. VI. I.

plures philosophi Graecorum Christi Religionem amplecterentur, uti Justinus M., Athenagoras, Theophilus et alii, atque nonnulla religionis dogmata perspicacius evolverent, ac plures haereses ex nimio quorumdam philosophandi studio orirentur, Doctores quoque Christiani secundum systema quodpiam philosophicum dogmata verae fidei explicare et tueri cogebantur. Hac in parte attamen ita caute versabantur, ut licet novas loquendi formulas adsciscerent, eis nihilominus non novam, sed antiquam significationem inderent, sicque prima quodammodo stamina Theologiae systematicae fundarent. Ut adeo falso supposito laborent ii, qui tristem inde doctrinae Christianae mutationem illatam, illiusque puritatem et integritatem nimiopere corruptam fuisse lamentantur [1]. Verum quidem est nonnullos periodi hujus Doctores prae aliis Platonis sententias de Deo, anima humana, mundo etc. adoptasse, ac cum doctrina Religionis Christianae conjunxisse, plura subtilius de Patris, Filii et Spiritus s. natura atque inter se relatione docuisse [2], scripturam sacram non literaliter sed mystice et allegorice majori, quam par erat, studio interpretatos fuisse. At totam Christi et Apostolorum doctrinam philosophica hac dogmatum Christianorum explanatione corruptam, aut perturbatam fuisse, nulla ratione probari potest. Et alioquin nullus, nisi desipiat, Philosophiam, quae hominem recte cogitare docet, et homini profundioris sapientiae amorem instillat, velut malum depinxerit.

Caput IV.

De Haeresibus.

§. 97.

Notio haereseos.

Cum primis statim rei christiane temporibus reperiebantur luxuriantia ingenia, quae licet sacra Christiana non

---

[1]) Mosheim dissert. de turbata per recentior. Platon. Ecclesia. Inter ejus dissert. ad H. E. pertin. V. 1. pag. 89. Jacob. Brucker Instit. H. Philosophiae per 2. pag. 443—473. Schroeckh. H. E. p. 81.

[2]) Justin. M. dial. cum Triph. Athenag. legat. pro Christ. Tatianus orat. ad Graecos.

aversarentur, non tamen cuncta fidei dogmata amplectebantur, nec Christi et Apostolorum instituta, ut oportuisset, sequebantur, verum nova potius opinionum commenta seminabant, atque ita vel simpliciores in errores suos inducebant, vel scandalis, litibus et contentionibus occasionem praebebant. Novatores tales charitati christianae inimicos et auream Ecclesiae aetatem perturbantes, usus loquendi ecclesiasticus haereticos compellavit, ut adeo vox haeresis delectum doctrinarum verae fidei adversarum exprimat. Porro ut quis sensu Ecclesiae nomine haeretici compellari possit, requiritur 1) Ut externe saltem semet Christianum profiteatur, per quod haereticus ab atheo, ethnico, Muhamedano, et Judaeo distinguitur. 2) Ut veritatem divinitus revelatam et ab Ecclesia fidelibus ad credendum propositam pertinaciter neget. Igitur si quis ex bona fide, simplicitate, aut ignorantia erret, vel intentionem habeat in veritatem inquirendi, eaque apprehensa resipiscendi, haereticorum numero inscribi nequit.

§. 98.

Gnosticorum philosophia.

Ut haeresum gnosticarum characterem rite cognoscere valeamus, quaepiam attingere oportet de nova philosophandi methodo, quae ab imperio Macedonum in Oriente e syncretismo philosophematum graecorum cum Orientalibus §. 44. et ex tardiorum inter se conjunctione exorta est. Porro licet cuncta haec philosophemata quaepiam sibi propria haberent, id tamen omnibus commune erat, ut quaestionem solvere conarentur: Unde malum exortum [1]? Ad eam solvendam sequens systema adoptarunt: Numen divinum in immenso quodam et splendido spatio (πληρωμα) ab infinito tempore existens, seriem jam longiorem, jam breviorem aeonum seu naturarum maximae dignitatis, quae ex illius substantia emanaverint, sibi subjectam habere. Cum ente hoc perfectissimo inde ab aeterno simul extitisse materiam crassam (ὕλην), quae per se vitiosa omni ordine carebat, ac omnis mali et corruptionis fons erat. Huic ma-

[1]) Tertullian. de praescript. haeret. c. 7. Euseb. lib. V. H. E. c. 27.

teriae aliquem ex aeonibus aut per se pravum, aut lapsu corruptum, qui Demiurgus dicebatur, ordinem et formam indidisse, sicque mundum hunc aspectabilem una cum hominibus condidisse. Christum aeonem praestantissimum fuisse dicebant, Deo tamen inferiorem. Homini tres partes constitutivas adscripsere: corpus e vitiosa materia conglutinatum, animam aliam sensitivam (ψυχη) a Demiurgo e materia formatam, aliam rationalem (πνευμα) e substantia Dei supremi eductam. Salutem animarum rationalium in eo consistere dixerunt, ut e Demiurgi et materiae vinculis liberentur, ad supremam Dei cognitionem pertingant, sicque post mortem corporis ad amissam felicitatem redire valeant. E quibus clarescit gnosticos statuisse Dualismum seu duplex principium boni et mali, ex quorum uno aut altero praevalente bonum aut malum provenire dicebant [1]). Quia vero Gnostici perversum hoc philosophicum systema Christianae Religioni admiscebant, sanctissima illius dogmata uti creationis, divinitatis Christi etc. contaminabant, aut plane negabant.

§. 99.

Gnostici judaizantes: Cerinthiani, Nazaraei, Ebionitae.

Quamvis cum ortu Religionis Christianae ceremoniae veteris foederis cessare debuerint, reperiebantur tamen Christiani e Judaismo conversi, qui et eas et philosophiam orientalem cum doctrina Christi conjungendam esse statuebant. Ad hos spectant I. Cerinthiani a Cerintho sic dicti, contra quos jam S. Joannes Evangelium suum vel maxime direxisse constat. Cerinthus Alexandriae in Aegypto moratus principia philosophiae Chaldaeorum, Persarum et Aegyptiorum secutus, ea prout et legem veteris foederis, in qua natus erat, Religioni Christianae admiscens docuit: 1) Jesum fuisse purum hominem, sed sapientia et vitae innocentia reliquos cunctos superesse. 2) In eum postquam in Jordane baptisatus fuisset, descendisse Christum seu aeonem praepotentem λογον in forma columbae, a quo is sapientia et facultate miracula patrandi imbutus fuerit. 3)

---

[1]) Augustin. de haeresib. c. VI. p. 19.

Christum a Jesu, ubi hic cruci affixus fuisset, recessisse ac ad coelum redivisse, sicque Jesum ut solum hominem passum, mortuum, a morte tamen resuscitatum fuisse [1]. 4) Christianos ad legem Mosaicam praesertim vero ad circumcisionem obstringi [2]. 5) Ex novo testamento unice Evangelium Matthaei recipiendum [3]. 6) Doctrinam de regno millenario suis tradebat crassionem, seu homines probos post resurrectionem mortuorum cum Jesu, quo cum Christus novitus conjungendus esset, hac in terra per mille annos voluptatibus carnis et omnis generis deliciis fruituros esse [4].

II. Nazaraei, quorum nomine quondam omnes Christi cultores a Judaeis opprobrii causa nuncupabantur, postea vero sectam propriam constituerunt. Cum enim Christiani sedes suas Jerosolymis ob imminentem Vespasiani obsidionem transtulissent Pellam, postea vero instaurata per Hadrianum Jerosolyma (Aelia Capitolina) alii ex Christianis illuc rursus redivissent, alii vero Pellae et in Perea remansissent, hi se ab illis separarunt, et in propriam sectam ab Ecclesia separatam coalescentes Nazaraeorum nomen tulerunt. Licet autem eorum errores ob diversam de iis eruditorum sententiam, recensere durum sit, certum tamen est eos tenuisse, legem Mosaicam a Christianis quoque observandam et rejecto novo testamento unice Evangelium Matthaei, quod proprium habuerunt, amplectendum esse [5].

III. Ebionitae, qui nomen suum probabilius ab Ebione sortiti sunt. Is e familia Nazaraeorum descendens sectam suam Cocabe in pago Bazanitidis collegit. Errores illorum fuere: 1) Jesum purum hominem fuisse [6]. 2) Legem Mosaicam observandam esse, sicque circumcisionem, sabbatum, aliosque ritus cum doctrina Christi conjungendos esse [7]. 3) Libros novi foederis omnes rejecerunt, et loco

[1] Iren. l. I. c. 26. Theodoret. haeret. l. II. c. 3. Tom. IV. fab. opm. p. 219.
[2] Epiph. haeres. 28. §. 5. Philastrius de haeres. c. 36. Augustin. de haeret. c. 8. pag. 27.
[3] Epiphan. ibid.
[4] Epiph. l. c. Cajus et Dionys. Alexandr. apud. Euseb. H. E. l. III. c. 28.
[5] S. Hieronym. lib. de vir. illust. c. 3. p. 819. Tom. II. opp.
[6] Tertull. l. cit. Augustin. haeres. c. 10. Epiph. haeres. 30. pag. 125.
[7] Iren. l. I. c. 26.

Evangeliorum aliud secundum Haebraeos adoptarunt [1]. 4) Doctrinam Chiliasmi (regni millenarii) eam, quam Cerinthus tenendam docuerunt. Hieronym. Comment. ad Jesaiam c. 6. Tom. III. opm. p. 51 Petr. Fritz Ketzer-Lexic. Tom. II. Art. Gnostiker, Würzb. 1838.

§. 100.

Gnostici eclectici, Simon Magus, Carpocrates eorumque discipuli.

Gnostici eclectici nuncupantur illi, qui ex aliorum religionibus uti Christianorum, Judaeorum, Samaritanorum et Gentilium placita sua concinnarunt. Illorum vulgo parens dicitur fuisse Simon Magus, origine Samaritanus, cui nomen Magi inde adhaesit, quod incolas Samariae fictis prodigiis adeo deluserit, ut omnes summi aeque ac infimi in maximam illius admirationem raperentur [2]. Docebat vero Simon M. 1) Dari Deum unum supremum, qui omnibus excelsior sit, et diversis nominibus insigniatur, variisque ritibus pro arbitrio cujuslibet coli et adorari possit [3]. 2) Patrem, Filium et Spiritum S. non esse tres distinctas personas divinas, sed solum tres agendi vires unius personae, quae Samaritanis ut Pater, Judaeis ut filius, et gentibus ut Spiritus S. adparuit [4]. 3) Totius mundi spiritualis matrem esse ideam seu intelligentiam numinis divini ex essentia Dei exortam, ex qua rursus progenitae sint sublimiores naturae, seu angeli, qui hunc mundum condiderint. 4) Simoniani resurrectionem mortuorum negarant. 5) Actiones omnes indifferentes esse statuerunt. Discipulus Simonis Magi fuit Menander aeque Samaritanus, qui a magistro in eo recessit, quod se ipsum virtute Dei instructum, ad salvandos homines in mundum hunc missum fuisse dictitaret, ac suis discipulis, quo felicitatem aeternam consequerentur, baptismum conferret [5]. Ad hos gnosticos spectabat porro Carpocrates, qui morum perversitate

---

[1] Iren. ibid. Epiphan. ibidem.
[2] Actor. VIII. 9. seqq.
[3] Irenaeus l. 1. advers. haeres. c. 23.
[4] Epiph. haeres. 2. c. 2.
[5] Justin. M. Apolog. 1. c. 34. Euseb. H. E. l. III. c. 26. Epiph. haeres. 22.

cunctos superavit, siquidem flagitia plane praescripserit [1]). Patria erat Alexandrinus et systema ex meris ideis platonicis et gnosticis cum christianis conjunctum spargebat. Discipuli ejus erant Epiphanes filius, Prodicus [2]) et Marcellina Romana. Primus patris vitia auxit et Samae (in insula Cephalonia) plane divinos honores sibi deferri passus est. De Prodico refert Clemens Alexandrinus [3]) eum fuisse auctorem veterum Adamitarum, qui Adami innocentiam imitari volentes in conventibus suis nudi comparuisse dicuntur [4]), Marcellina denique Romae pestiferas magistri sui doctrinas tempore Aniceti Pontificis disseminare studebat. V. S. Irenaeus lib. 1. adv. haeres. c. 24. et alii.

§. 101.

Sectae Gnosticorum majores in Aegypto.

Ad sectas majores Gnosticorum referuntur 1) Basilidiani, eorum auctor Basilides fuit, qui circa annum 125. Alexandriae natus [5]) varia Aegypti loca perversa doctrina sua corrupit. Docebat autem 1) Deum supremum septem ex se progenuisse substantias seu aeones. 2) Horum duos σοφιαν et δυναμιν produxisse angelos, qui sibi coelum supremum condiderint, et alios inferioris ordinis angelos secundi coeli conditores procreaverint, sicque sensim coelos 365 constructos et totidem angelorum ordines progenitos fuisse, quibus omnibus praefuerit supremus et potentissimus Dominus Αβραξας et Αβραξαξ nominatus. 3) Ab angelis in ultimo coelo contentis, quorum ultimus fuit Judaeorum Deus, ἀρχων mundum hunc ex materia ab aeterno existente creatum fuisse, productosque homines anima sentiente instructos, quibus Deus supremus animam rationalem instillaverit. 4) Angelos a Deo defecisse et hominibus multa mala intulisse 5) Ad homines salvandos Deum supremum misisse aeonum principem Νυν seu Christum, hunc semet cum homine Jesu, dum in Jordane baptisare-

---

[1]) Iren. lib. 1. adv. haeres. c. 24. 25. Clemens Al. l. III. Strom. c. 2.
[2]) Clem. Al. ibid. c. 37.
[3]) Clem. Alexandr. Strom. 1. c. 3. 7. Theodoret. haeret. fabul. lib. 1. c. 6.
[4]) Epiph. haeres. 52.
[5]) Euseb. H. E. l. IV. c. 7.

tur, conjunxisse, verum passionis et mortis tempore eum deseruisse ac ad coelum rediisse. Licet porro Basilidiani morum doctrinam scandalosissimam sequerentur, usque finem seculi III. tamen superstites fuere.

2) Valentinus etiam Aegyptiacus, qui circa annum 140. Alexandria, ubi artes et scientias delibuerat, Romam profectus est, at cum homines falsa doctrina seduceret, ab Hygino Pontifice excommunicatus est, ideoque in insulam Cyprum semet transtulit, ubi heresim suam spargere coepit. Docebat autem *a*) Deum ab aeterno extitisse. *b*) Deum ex substantia sua diversi sexus aeones genuisse utpote Νεν et ἀληθειαν, λογον et ζωην, ανθρωπον et εκκλησιαν et sic porro usque 30. qui in octoadem, decadem et dodecadem divisi unum pleroma efficiunt [1]). *c*) Aenonum postremum σοφιαν edidisse substantiam informem femineam, quae extra pleroma oberrans vires vitales materiae tribuerit, tres substantias spiritualem, materialem, et animalem, atque ex hoc Demiurgum mundi conditorem pepererit. *d*) Ad harmoniam in pleromate interea turbatam restituendam aeones duos novos Jesum et Spiritum S. genitos esse. Illi dum baptisaretur in Jordane semet junxisse servatorem, ideoque literam doctrinae a Jesu promulgatae hominibus animalibus (ψυχικης) Spiritum vero ejusdem doctrinae spiritualibus (πνευματικοις) observandum esse [2]). Discipulorum ejus praecipui erant Heracleon, Ptolemaeus, Marcus, Theodotus et alii. Erroribus eorum respondebant mores, nam dicebant ad fidem et bona opera obligari solum homines animales, perfectos autem nec quidem peccare posse [3]).

3) Ex Valentini principiis Ophitarum doctrina promanasse putatur. Nam commenta de pleromate et diversis emanationibus simillima iis sunt, quae Valentinianis propria erant. Singulare tamen illis erat cultum serpenti (οφις) exhibere, unde nomen ipsis adhaesit. Nonnulli statuunt eos vivum quemdam serpentem in spelunca conservasse, qui magicis incantationibus evocatus ad altare ve-

---

[1]) Tertull. advers. Valentinian. c. 4.
[2]) Valentinus psalmos edidit, quos memorat Tertullian. de carne Christi c. 20. p. 375. item epistolas et homilias e quibus fragmenta solum supersunt apud Clement. Alexandrinum in libr. Stromat.
[3]) Iren. adv. haeres. lib. 1. c. 1. n. 12.

nerit, ibidem oblata ipsorum lambendo ita sublimaverit, ut ad celebrandam Eucharistiam apta fieri putarent [1]). Ophitae, more Valentinianorum inter Jesum et Christum distinctionem faciebant et Jesum psychicum, Christum pneumaticum Messiam dicebant, illum e virgine natum, hunc de coelis in ipsum descendisse fingentes [2]). Ceterum Ophitae semet mox in alias minores subdiviserunt sectas. V. Instit. H. E. per me Pestini 1840. edit. Tom. 1. p. 423. §. 79.

§. 102.

In Syria.

Ad gnosticos Syriae referuntur 1) Saturninus Antiochenus Basilidi coaevus. Docuit dari Deum supremum omni cognitioni humanae imperviam, ex cujus substantia angeli, archangeli, virtutes et potestates emanaverint. Ex his infimos mundum hunc visibilem ex prava et aeterna materia fabricasse, et ab iis conditos fuisse etiam homines. Angelos a Deo defecisse ac satanae junctos multis malis afflixisse homines. Quare Christum umbra corporis (Docetismus) indutum adparuisse, tum ut illorum dominium everteret, tum ut his animarum salutem adferret [3]), ad quam consequendam suos parce vivere, a carnibus, et conjugio abstinere jussit.

2) Bardesanes Edessae christianis parentibus natus, Valentini doctrinae, quam amplexus est, etiam propria addidit. Plerisque videtur eum duo principia aeterna, sibi contraria, nempe lucis et tenebrarum statuisse [4]), originem mali a materia prava derivasse, hominis corpus e crassiori fuisse materia compositum, cui anima rationalis velut sepulcro inclusa sit, unde nec resurrectionem corporum admisit, nec Christo verum, sed aethereum tantum sensibus destitutum corpus adscripsit.

3) Tatianus gente Assyrius, priori coaevus, Romae ad fidem Christi conversus opera Justini martyris. Hujus initio socius fuit in defensione Religionis Christianae, sed post

[1]) Augustin. de haeres. c. 17. p. 51.
[2]) Theodoret. haeret. fabul. l. 1. c. 2.
[3]) Irenaeus lib. advers. haeres. c. 24. Tertull. de anima c. 23. Theodoret. l. 1. haeret. fab. c. 3. Epiph. haeres. 23.
[4]) Origen. Dialog. contra Marcionitas sect. III. p. 71.

mortem illius in haeresim lapsus [1]. Docuit autem a carnibus, vino [2] et conjugio [3] abstinendum, Christum non vere sed ad speciem tantum hominem factum fuisse, ac corporis umbram tantum habuisse [4], et Adamum protoparentem nostrum ad regnum coelorum haud pertigisse. Tatianus et sectatores ejus ob severam continentiam etiam encratitae et hydroparastatae nuncupantur [5]. Hinc aliae minores sectae originem traxere. Vid. Clem. Alex. lib. stromat. c. 13. Tillemont memoires pour servir à l'hist. Tom. II. p. 190.

§. 103.

Cerdo. Marcion.

Peculiarem γνωσιν secutus est Cerdo, qui sedente in pontificatu Hygino e Syria Romam delatus, ibi perversissima principia publicavit. Hujus causa ex Ecclesia ejectus est [6]. Majorem tamen attentionem excitavit illius discipulus Marcion Sinope oriundus [7], episcopi Catholici filius, qui ob crimen carnis virgini per vim illatum ex ecclesia per patrem ejectus [8], Romam refugium sumsit. Verum spe reconciliationis ecclesiasticae excidens ad partes Cerdonis transivit. Docuit unum Deum supremum, eumque bonum invisibilem [9]; alterum mundi creatorem non quidem bonum, sed justum, eumque visibilem Demiurgum; a quo etiam hominem conditum, corpusque illi ex materia prava, animam tamen subtilem datam fuisse; Demiurgum etiam Deum Judaeorum fecit. Quia tamen et ipse limitatus homines felices reddere non posset, Deum misisse Christum λογον in hanc terram, umbra corporis instructum, ut legem Mosis, prophetas, et cuncta Demiur-

---

[1] Hieronym. de vir. illustr. c. 29.
[2] Epiph. haeres. 47. n. 1.
[3] Irenae. et Theodoret. ibid.
[4] Hieronym. commentar. in epist. ad Gal. c. 6. Tom. IV. opm. part. I.
[5] Theodoret. haeret. fabular. c. 20.
[6] Iren. l. 1. c. 26. III. c. 4. Euseb. l. IV. H. E. c. 11. Tillemont. Tom. II. p. 125.
[7] Epiphan. haeres. 42. num. 1.
[8] Epiphan. ibid.
[9] Clem. Alex. lib. strom. III. p. 425. Tertull. contra Marcion. l. 1. c. 7—15.

gi opera emendaret, et homines de Deo veras cognitiones doceret. Ex odio erga materiam suis animalium, conjugii et vini usum interdixit; metempsychosim docuit, et sabbato omnem cibi usum interdixit. Mosem et prophetas contempsit, ex novo testamento Lucam solum et epistolas Pauli admisit, ex illo genealogiam Christi resecuit, has vero ad lubitum corrupit [1]). Licet autem sectam hanc omnibus viribus exstirpare conarentur, ea tamen usque seculum V. perduravit. Vid. Dr. Gratz Kritische Untersuchung über Marcion's Evangel. Tübing. 1818. 8. Petr. Fritz Ketzer-Lexicon Tom. 3. et Tom. 2.

§. 104.

Antitrinitarii Seculi II.

Imminutis aliquantulum sectis gnosticorum, mox alii sectarii caput erexerunt, qui SS. Trinitatis mysterium explicantes, in errores gravissimos lapsi sunt. Tales erant 1) Praxeas e Phrygia ortus, qui confessoris gloria tumidus Romam profectus est. Ibi Montani errores emendare volens, in graviores delapsus est. Nam unitatem Dei ita propugnavit, ut omne personarum discrimen tolleret, patremque ipsum in B. V. Mariam descendisse, ipsum ex ea natum, passum, mortuum, ac resurrexisse et in coelos ascendisse diceret [2]). Tres Divinas personas in Trinitate dicebat esse tres existendi et agendi modos, ita ut solum appellativum discrimen personarum adstruxerit [3]).

2) Theodotus coriarius, priori coevus, Byzantinus, in scientiis versatus. Is divinitatem Christi negans et propterea patria exclusus [4]) Romam petiit. Verum et hic propter eandem causam impetitus, in sui exculpationem dicebat: Se non Deum, sed hominem Christum negasse [5]); ob quam impietatem Victor Pontifex eum sacris interdixit [6]). Discipuli ejus erant Natalis [7]) et Theodotus argentarius.

[1]) Iren. adv. haeres. l. 1. c. 27. Tertull. contra Marcion. l. IV. c. 7. Epiph. haeres. 42. num. 9.
[2]) Tertull. adv. Praxeam. c. 1. pag. 634. Auctor append. ad Tertull. de praescr. c. 51. Philastr. de haeres. c. 54.
[3]) Pet. Wesseling probabilit. lib. c. 26. p. 223.
[4]) Epiph. haeres. 54. c. 1. 23.
[5]) Theodor. l. II. haeret. fabul. c. 5.
[6]) Euseb. H. E. l. V. c. 28.
[7]) Euseb. l. V. c. 28.

3) Artemon seu Artemas, qui circa finem seculi II. ob gravissimos errores in Romana synodo una cum Theodoto et Ebione condemnatus est. Docuit Jesum Christum nudum hominem esse, sed natum ex virgine et prophetis eminentiorem [1]). Scripturam S. ad lubitum corrupit, et placitis Aristotelis errores suos obstinate defendit, cui plus justo addictus erat. Petr. Fritz Ketzer-Lexicon. Würzburg. 1838.

§. 105.

Antitrinitarii Seculi III.

Seculo III. mysterium SS. Trinitatis impugnarunt: 1) Noëtus Smyrnensis, juxta alios Ephesinus. Scriptores testantur illum eo dementiae lapsum fuisse, ut semet Mosen, fratrem vero suum Aaronem esse spargeret, seque ambos a Deo electos esse, ut Christianos ab erroribus ad veritatem perducerent [2]). Erravit autem quod sicut Praxeas unicam tantum divinam substantiam, seu personam admiserit. De Trinitate speciatim docuit Patrem, Filium, et Spiritum S. tria esse unius personae nomina. Unde fluebat patrem passum, mortuum ac resurrexisse, sicque Noëtanis etiam patripassianorum nomen adhaesit [3]). In concilio Smyrnensi Noëtus ad preces cleri ex Ecclesia ejectus est.

2) Sabellius gente Afer, presbyter, juxta alios episcopus doctrinam suam erroneam Ptolemaide Pentapoleos urbe seminavit. Negávit vero Sabellius omne personarum divinarum discrimen, docens, unum tantum Deum, ac unam personam vere divinam existere [4]). Nomine filii porro intelligendam esse virtutem, quae, pro operanda hominum salute a Deo missa instar radii ex sole emanavit, ac iterum ad solem reversa est. Quod ipsum etiam de Spiritu S. praedicavit [5]), sicque mysterium SS. Trinitatis reapse negavit.

3) Paulus Samosatenus episcopus Antiochenus, vir doctus, at superbia inflatus, avaritia, aliisque vitiis nota-

---

[1]) Euseb. H. E. l. V. c. 28. Nicephor. H. E. lib. IV. c. 21.
[2]) Philastrius de haeres. c. 53. Hippolyt. c. 1. commentar. contr. Noët.
[3]) Noëtanor. historiam insigniter. illustravit Natalis Alexand. H. E. sec. III. diss. 25. som. IV. p. 192.
[4]) Theodoret. haeret. fab. l. II. c. 9. Gregor Naz. orat.. IV. p. 221.
[5]) Epiph. haeres. 26.

tus, et a patribus Antiochenis propterea castigatus [1], docuit, dari Deum unum absolute, exclusa nempe Filii et Spiritus S. divinitate et personalitate [2]. Nam de λογο ita locutus est, ut eum unice Dei attributum videlicet rationem et sapientiam Dei esse diceret. Christum nudum hominem quidem esse, metaphorice tamen Dei filium dici posse, cum Deus eum peculiaribus donis instruxerit. Spiritum S. autem Paulus Somosatenus pariter solum gratiam Dei, aut atributum ejus esse dictitabat, proptereaque in conciliis Antiochiae celebratis, cum errores suos revocare nollet, depositus, et Domnus loco ejus episcopus constitutus est [3].

4) Beryllus Bostrensis in Arabia episcopus, vir in munere suo aliquamdiu bene versatus, at postea in devia actus docuit, Christum ante suum ad homines adventum non substitisse in persona propria, sed in persona Patris. Origenes eum in synodo Bostrensi circa annum 244. celebrata de errorae convicit, et ad veritatem reduxit. V. Euseb. H. E. l. VI. c. 33. pag. 327.

§. 106.

Manes et ejus Secta.

Manes seu Manichaeus ex Persia oriundus, fuit quidem in scientiis utcunque versatus, at elatus, superbus, et ad dementiam usque fraudulentus, doctrina ejus fabulam potius, quam philosophema redolet; nam duo aeterna et ingenita principia fingebat, sibi contraria; horum unum Deum bonum, et principem lucis, alterum Deum malum et principem tenebrarum nominabat; Christum umbratili corpore indutum e sole, habitaculo suo descendisse, ut verbis et pactis animas e corpore liberaret, et ad felicitatem perduceret. At insidiis principis tenebrarum in crucem actum, aut potius agi visum fuisse, et tandem absoluto munere in solem rediisse, promisso paracleto; hunc autem paracletum in Manete persa comparuisse, ut mundum de peccato et injustitia argueret [4]. Discipuli ejus insuper tenebant: 1) re-

---

1) Epist. Synodic. PP. Antiochenor. apud Euseb. H. E. l. VII. c. 30.
2) Epiph. haeres. 65.
3) Euseb. H. E. l. VII. c. 29. S. Hieronym. de vir. illust. c. 71.
4) Augustin. haeres. 46. S. Cyrill. Jerosolym. catecheb. VI. c. 14. Acta disput. Archelai. c. XIII. p. 24.

pudiato veteri testamento, solum novum amplectendum esse, verum et hoc pro arbitrio adulterarunt, ejus loco Erteng evangelium Manetis substituentes [1]. 2) Baptismum rejecerunt, velut superfluum. 3) In Eucharistia corpus et sanguinem Christi adesse negarunt, et ex odio vini sub unica specie solum communicarunt. 4) Resurrectionem corporum, utpote ex prava materia conflatorum repudiarunt. Porro doctrinam morum rigidissimam sequebantur, a vino et carnibus abstinentes, nulla animalia, nec ad victum necessaria, mactantes, in summa paupertate absque omni labore victitantes, ac ab ipso matrimonio abstinentes. Alii eorum erant catechumeni, seu auditores, alii electi, seu perfectiores. Baptismum et S. Coenam electi velut arcana mysteria conferebant, at occasione hac multa obscoena et impia sibi indulgebant [2]. Perversa haec secta torrentis instar Africam proconsularem, inde imperium Romanum penetravit, ac occiso etiam Manete tristem utrique reipublicae stragem intulit. V. Petr. Fritz Ketzer-Lexicon loc. conv.

§. 107.

Sectae aliae minores.

Ad has spectabant: 1) Hieracitae auctore Hieraca ex Manichaeis originem ducentes [3]. Hi resurrectionem corporum negabant, a matrimonio, vino et carne abstinebant, seculo III. exstirpati sunt. 2) Arabici incerto auctore in Arabia orti [4]; hi excidium animae cum corpore docebant, at utrumque tempore resurrectionis rursus reviviscere putabant. Origenes eos convertit, ac ad veritatem reduxit [5]. 3) Valesii, a Valente, incertae originis viro, orti. Scriptores referunt eos, discipulos suos, imo et hospites ad illos conversos evirasse, putantes semet Deo hac ratione obsequium praestare [6]. 4) Angelici, de quibus Epiphanius nihil aliud, quam nomen recenset [7].

---

[1]) August. de haeres. et in libr. contr. Manichaeos. item lib. 17 co t Faustum.
[2]) Augustin. Lib. II. De morib. Manich. c. 18.
[3]) Epiph. haeres. 67. Num. 1.
[4]) Euseb. H. E. L. VI. c. 37.
[5]) Euseb. ibidem.
[6]) Epiph. haeres. 58.
[7]) Epiph. haeres. 60.

Nonnulli putant nomen ipsis inde adhaesisse, quod se i numerum angelorum propria ambitione recensuerint. Hypsistarii, nomen inde sortiti, quod summum Deu esse dicerent τον ὕψιςον, huncque ut omnipotentem adora rent. Gregorius Nazianz. de iis, refert, quod sabbatu peculiariter coluerint, et a cibis quibusdam abstinuerin idolis quidem et sacrificiis caruerint, lucernas tame et ignem coluerint. Unde clarescit, eos religionem natu ralem intermixtis Judaismi placitis secutos, vix Christiane fuisse, adeoque infidelibus potius, quam haereticis adjun gendos esse. V. Gregor. Naz. orat. 19. Petr. Frit Ketzer-Lexicon. loc. resp.

Caput V.

De ritibus ecclesiasticis, moribus Christianorum et disciplin ecclesiastica.

§. 108.

Necessitas rituum, dies Domini, Pentecostes, Paschatis etc.

Cum Deus homines animo, corporeque constare voluerit, ad gratitudinem ei exhibendam animi corporisqu facultates concurrant, necesse est. Unde ritus eadem incunabula habent cum Religione; haec enim est, quae, ut Tullius dixit, superioris cujusdam naturae, quai divinam vocant, curam, ceremoniamque affert [1]. Ipsae quippe cogitationes hominum quodam velut schemate vestiendae sunt, ut in aliorum aures vel oculo incidant, vimque in mentes eorum optatam exerant. Equidem vera Religio recta potius de Deo sententia, piaqu venerantium voluntate, quam externo ceremoniarum ad paratu contineri, haud inficiamur: verum, ne memorei homini non minus naturale esse, internam illam religionei externis indiciis prodere, quam conceptus mentis explicare sapienter observavit S. Thomas, quod se homines ess non meminerint, qui sensibilium sibi repraesentationem necessariam non judicant ad interiorem cognitionem et aedi

---

[1]) M. T. Cic. de invent. R. l. 2.

ficationem [1]). Tanta cum sit rituum, externique cultus divini necessitas, mirari nullus debet jam in Ecclesia Apostolica ritus et ceremonias ad publicum Dei cultum spectasse. Cum incunabulis rei Christianae fideles quidem juxta morem Judaeorum fere quotidie ad preces et alia sacra peragenda confluebant [2]), postea vero diem hebdomadis primam, seu diem solis in memoriam resurrectionis Domini ritu solenni obire coeperunt. Viguisse hoc jam aevo Apostolorum satis compertum est, cum prima sabbati ad frangendum panem convenerint [3]). Idem memorant Justinus M. [4]) et Tertullianus [5]). Diem Pentecostes [6]) quoque celebrabant primi statim Christiani. Diem tamen hanc diverso sensu acceperunt fideles, nam quandoque per eam exprimebant totum 50 dierum spatium a paschate usque pentecosten [7]), quod fideles cum laetitia spirituali utpote jejuniis et baptismi collatione transigebant, spectacula et comoedias vitabant, preces non flectendo sed stando absolvebant [8]). Pentecostes attamen significabat etiam diem singularem memoriae illapsi in Apostolos Spiritus S. dedicatam, seu diem post pascha 50am [9]). Praeter dies hos celebrabant fideles antiqui diem παρασκευῆς, quae apud Judaeos praeparationem ad festum paschatis, apud Christianos autem exprimebat memoriam passionis Domini, seu diem quo Christus in crucem actus, salutem humano generi adtulit. Diem hanc jejuniis, precibus, et luctu summo servabant. Porro festum paschatis seu resurrectionis Domini cum peculiari devotione antiquissime celebratum, ac velut coronam reliquorum festorum spectatum fuisse certo constat [10]), siquidem tunc ipse episcopus peculiariter fidei doctrinam exponeret [11]) fideles

[1]) S. Thom. Aquin. l. 3. contr. Gentil. c. 119. vid. Tompa Instit. de s. ritib. Tom. I. §. 3. p. 4. et 5.
[2]) Actor. II. 42.
[3]) Act. XX. 7.
[4]) Justin. M. Apol. I. pro Christian.
[5]) Tertull. Apol. c. 16.
[6]) Act. XX. 16.
[7]) Bingham origin. eccles. vol. IX. p. 120. Tertull. de idololatriae crim. c. 14.
[8]) Tertull. lib. de baptism. c. 19. p. 264.
[9]) Gregor. Naz. Hieronym. ad Fabiol. §. 7.
[10]) Gregor. Nyss. homil. II. S. Ambros. de mysterio paschae Tom II c. 2—5.
[11]) Chrys. Gregor. Nyss. et Naz. homiliae.

Alleluja canerent [1]), a jejuniis abstinerent, ad sacram communionem accederent, captivos redimerent etc. Praeter dies festos dictos primi fideles servabant natales martyrum, seu dies martyrii ipsorum. Hoc clarescit ex exemplo Smyrnensis Ecclesiae, quae memoriam S. Polycarpi ad sepulcrum ejus omni anno celebrabat [2]). Idem testatum fit ex Cypriano, qui ait, martyrum passiones et dies per Africam recoli [3]). Cessantibus persecutionibus corpora eorum in urbes transferebantur, ac saepe supra tumulos eorum splendidae ecclesiae, martyria dictae, erigebantur.

§. 109.

Tempora et loca conventuum religiosorum.

Primi fideles diebus Domini et festis in unum locum convenire et sacra sua peragere solebant, diversis tamen pro ratione adjunctorum temporibus. Furente persecutionum crudelitate cum de die absque vitae periculo conventus religiosos servare nequirent, horis plerumque antelucanis, nocturnis, ac vespertinis cultum divinum absolvere solebant [4]), quam tamen consuetudinem ad calumniandos Christianos, quasi contra salutem reipublicae conspirarent, aut scelera nefanda perpetrarent, saepe pro causa sumserunt gentiles. Loca autem pro cultu divino ob persecutiones gentilium et Judaeorum solum occulta esse poterant, utpote domus privatae, catacumbae, et caemeteria martyrum [5]). In talibus locis continebatur adparatus simplicissimus, utpote mensa lignea, lucernae, thus, et quaepiam imagines [6]). Circa initium seculi III. jam etiam sacras aedes habebant [7]), quales et ipse Gregorius Thaumaturgus diversis in locis erexit [8]). Imo ante tempora Diocletiani fideles Christiani fere in quavis urbe jam amplas

---

1) Tertull. de corona mil. c. III.
2) Euseb. H. E. l. IV. c. 15. Tertull. de cor. mil. c. 3.
3) Cyprian. epist. 34. p. 47.
4) Plin. jun. l. X. ep. 97. Tertull. apologet. c. 2. p. 24. de coron. mil. c. 3. ad uxor. lib. 2. c. 4.
5) Origen. contr. Cels. VIII. Minuc. Felix octav. cap. 10.
6) Hierony. cont. Jovin. Claud. de Vert explication. des cerem de l'eglise.
7) Lamprid. in vita Alexand. Sever. c. 40.
8) Gregor. Nyss. in vit. Greg. Thaum.

aedes sacras et templa habebant, quae tamen solo aequavit **Diocletianus**. Vid. **Fleury** de ritib. et morib. Christianor. vers. in linguam patriam per Jos. Kopácsy 1801. Veszpr. Tom. II. art. 13. pag. 120.

§. 110.

Partes cultus divini, agapae.

Partes cultus divini, quem Christiani suis in conventibus Deo exolvebant, varias fuisse testatur **Justinus** M. his verbis: **Die solis omnes sive in civitate sive ruri habitent, in unum locum convenimus. Ibi scripta Apostolorum et Prophetarum leguntur, quamdiu ratio temporis admittit. Cessante lectore, qui congregationi praeest pro concione dicit, et ad ea, quae lecta sunt opere complenda populum hortatur. Tunc surgimus omnés, ad orationem vertimur, quam sequitur panis, vini et aquae sacrificium, et praelatus preces, et gratiarum actionem perficit, toto populo respondente** Amen. **Tum Sanctificata inter praesentes distribuuntur, et absentibus per manus diaconorum deportantur** [1]. Idem refert **Tertullianus** [2]. Ad Sacra spectabant quoque preces, quibus hymni et psalmi jungebantur [3] Ritus sub ipsis precibus varii erant, fideles enim jam stabant, jam flectebant genua, facie versus orientem versi [4], manus componebant, aut expandebant [5], oculos ad coelum elevabant, et post preces exclamabant Amen [6]. Finitis precibus varias faciebant oblationes, priusquam mysteria corporis et sanguinis **Christi** celebrarentur. Offerebant autem panem et vinum, lac, mel, ova, oleum, odoramenta, ceram, farinam. Imo diebus Domini et festis pecunias quoque offerebant, ut inde clerici pauperes alerentur, captivi redime-

[1] Justin. M. Apol. 1. §. 87.
[2] Tertull. apol. c. 39.
[3] Plin. l. X. epist. 97.
[4] Tertull. apol. c. 16.
[5] Tertull. de orat. c. 11.
[6] Justin. M. apol. 1. §. 87.

rentur et utensilia Ecclesiae curarentur [1]. Postquam oblationes receptae fuissent, ad aram ponebantur, nomina offerentium perlegebantur et preces pro illis ad Deum fundebantur [2]. Post oblationes sequebatur actus solemnis sacrificii, quem episcopus aut presbyter perficere solebat. Absoluta oblatorum consecratione praepositus cum populo dicebat orationem Dominicam, sacram communionem sumebat, et Eucharistiam vel ipse, vel per manus diaconorum praesentibus distribuebat [3], illis, quibus ob defectum aetatis ad S. Eucharistiam accessus non patebat, e v l o g i a e seu panes benedicti porrigebantur. Eucharistia in Ecclesia jam antiquissimo tempore asservabatur, quo ea pro quovis eveniente necessitatis casu adsit [4]. In majoribus Ecclesiis e. g. Carthaginensi fideles quotidie ad usum Eucharistiae admittebantur [5]. Cum s. communione semper conjungebantur agapae seu convivia charitatis ad alendos pauperes servata. Imitari forte volebant primi Christiani epulis his exemplum Christi, qui priusquam sacram coenam instituisset, convivium paschale cum discipulis suis celebravit [6]. Convivia haec ipsi Apostoli jam commendarunt, cum in Ecclesiae primis initiis oblationes hunc in usum factas fuisse constet. V. I. Corinth. XVI. 2.

§. 111.

Ritus baptismi, catechumenatus et alii.

Baptismum olim administrabant episcopi et presbyteri, vel ex horum delegationi diaconi ita tamen, ut nemo sine episcopi mandato functionem ullam in sacris obire auderet [7]. In casu necessitatis etiam laicus baptismum conferre valebat. Initio baptismus omni tempore administrari poterat [8], ubi tamen ecclesiae magis ordinatae fuissent, determinatis temporibus, uti in pervigilio paschatis et pen-

[1] Tertull. Apol. c. 39.
[2] Cyprian. epist. 60.
[3] Clem. Alex. l. II. Paedag. c. 2. S. Cypri. de orat. can. App. 9. 10. Origen. in Exod. homil. 13. Tertull. de coron. milit. c. 3.
[4] Optat. Millev. in hist. Donatist.
[5] Cyprian. de orat. Domin. p. 209.
[6] Matth. XXVI. 26.
[7] Tertull. de baptis. c. 17. Ignat. M. ad Ephes. c. 6. ad Magnes. c. 6.
[8] Act. VIII. 36. Act. X. Tertull. De baptis. c. 19.

tecostes administrabatur [1]). Ante susceptionem baptismi institutio servabatur, ad quam admissi dicebantur Catechumeni, qui initiabantur per impositionem manuum episcopi aut presbyteri ab illo delegati, qui eos insuper cruce signabat et medio precum praescriptarum ipsis benedicebat. Catechumenatus tres gradus erant audientium, qui sermones solum audire, genuflectentium, qui precibus fidelium interesse, et competentium aut electorum, qui judicio episcopi baptismum recipere jam poterant. Plerumque autem conferebatur baptismus trina immersione in nomine SS. Trinitatis facta, ceterum etiam per aspersionem conferebatur lecto affixis, aut aliis infirmis (baptismus clinicorum) [2]). Baptisati porro sacro oleo ungebantur, seu per unctionem et manuum impositionem episcopi, precesque consuetas Spiritus Sanctus seu sacramentum confirmationis ipsis conferebatur. Tandem corona et veste candida cincti domum petierunt. Porro praeter unctionem sacram confirmationis vigebat etiam unctio s. infirmorum, quae juxta modum a S. Jacobo Apostolo publicatum, aegris administrabatur [3]). Ad ritus hac periodo vigentes spectant benedictiones nuptiales, quae, dum sacramentum Matrimonii administratur, observari jubentur; osculum pacis, aut osculum sanctum, quod ceu signum communionis ecclesiasticae spectabatur, et nonnisi inter aequalis et ejusdem sexus personas obtinebat [4]); signum crucis, quod Christiani in memoriam crucis Christi, et ut a gentilibus distinguerentur, frequentissime adhibebant. V. Tertull. de corona milit. c. 3. Cyprian. l. II. testimon. adv. Judaeos c. 21. 22.

§. 112.

Jejunia. Antepaschale.

Quamvis Christus Apostolis et discipulis suis jejunia Judaeorum haud praescripserit, illa tamen nunquam reprobavit, aut interdixit, verum potius proprio exemplo

---

[1]) Tertull. ibid.
[2]) Cyprian. ep. 76. p. 156.
[3]) Jacob. V. 14.
[4]) Constit. Apostol. l. 2. c. 57.

suo roboravit, et discipulos suos jejunaturos disertis verbis praedixit, dum Joannis B. discipulis quaestionem hanc ponentibus: quare nos et Pharisaei jejunamus discipuli autem tui non jejunant? respondisset: Num quid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus et tunc jejunabunt [1]. Neque dubium est, quin Apostoli praedictionem Christi prae oculis tenentes, illis diebus, quibus oblatus est sponsus, in sancti moeroris sui indicium, aliisque occasionibus rigida jejunia observaverint [2]. Eorum exemplum secuti fideles semet frequentissime jejuniis exercebant, nam et catechumeni, et graviores peccatores jejuniis, aliisque pietatis operibus subjiciebantur [3], et in calamitatibus publicis, uti peste, persecutionibus, bellis jejunia et poenitentia per ecclesiarum praesules publicabantur [4]. Quod jejunium antepaschale seu quadragesimale attinet, illud jam antiquissimis temporibus in memoriam passionis et mortis Jesu Christi a cunctis Christianis religiosissime observabatur. Jejunii hujus antiquitas clarescit ex verbis Irenaei ad Victorem P. sic sonantibus: Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma jejunii. Quidam enim existimant, unico die sibi jejunandum, alii duobus, alii pluribus nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque haec in observando jejunio varietas non nostra primum aetate nata est, sed longe apud majores nostros coepit [5]. Quod autem jejunium antepaschale per 40 dies duraverit, inde videtur probabile, quod nomine jejunii quadragesimalis jam olim audierit, et salvator noster Jesus Christus pariter 40 diebus jejunaverit. Antiquitatem jejunii antepaschalis vel hoc indicat,

---

[1] Matth. IX. 14.
[2] Matth. VI. 16—19.
[3] Tertull. de poenit. c. 9.
[4] Tertull. de jejun. c. 13.
[5] Iren. epist. ad Victor. apud Euseb. H. E. l. V. c. 24.

nulli SS. Patrum illud ex traditione et institutione rum deducant. Vid. S. Hieronym. epist. ad m et Leo M. serm. 42. qui est 6. de quadrag.

§. 113.

Jejunia hebdomadalia.

ieter jejunium antepaschale observabantur etiam dalia die Mercurii et Veneris. Haec jejunia dir stationes, semijejunia, et jejunia feriae quarsextae. His nempe diebus Christiani ad sepulcra m confluebant et summo mane orationes absolac jejunia religiose custodiebant usque horam qua post Eucharistiam et osculum pacis termina-[1]). Distinguebantur vero haec jejunia ab antepaartim tempore, qvum illa usque ad horam 9[am] seu meridianam, hoc autem usque ad vesperam seu casum duraret, partim modo, quia stationes non dae erant, quam jejunium quadragesimale [2]). De sabbati primis tribus seculis pauca aut nulla vestigia nt, prima ejus mentio fit in concilio Illiberitano [3]). tes autem abstinebant non solum a carnibus, sed vino. Nam jam S. Basilius scripsit: carnes dis, a vino abstines, vesperam expec- cibum sumas [4]). Cum tamen lex generalis de te hac necdum lata esset, varios observabant abie gradus, nempe nonnulli ομαφαγιαν servabant a ctis abstinentes, alii ξηροφαγιαν, seu cibos siccos, es, amygdala cum pane et aqua manducabant. V. l. de jejunio c. 13. c. 9. Irenae. apud Euseb. V, c. 24.

§. 114.

Mores Christianorum religiosi.

ima Ecclesiae secula puro sanctitatis et innocentiae excellunt adeo, ut omnino auream Ecclesiae Christiaatem constituisse dici possint. Ex ipsis enim Sacris

---

1) ull. lib. de jejun. c. 13. p. 711.
2) ull. lib. de jejun. C. 1. 11. 13.
3) cil. Illiber. can. 26.
4) l. homil. 1. de jejun. Theoph. Alex. epist. paschal. ad. episcopos ypt.

Literis constat, qualesnam fructus pietatis, amoris fraterni et beneficentiae fides Christi produxerit, quam sancta communionis studia foverit, quantumve fervorem sacrum, constantiam et patientiam in cultoribus suis protulerit [1]. Primorum enim seculorum fideles cultum internum et externum omnibus exemplarem praeseferebant, mandata divina exacte implentes, sola beatitudinis coelestis spe animabantur. Testes horum sunt Athenagoras, Irenaeus, Origenes, qui calumnias et criminationes a gentilibus aut Judaeis ipsis adpictas egregie refutarunt. Conviviis charitatis pauperes suos alebant, ac in iis praemissa ad Deum oratione edebant, quantum esurientes capiebant; bibebant quantum pudicis erat utile, ita saturabantur, ut meminerint, sibi etiam per noctem Deum adorandum esse [2]. Non deerant conjuges, qui adeo moderate vivebant, ut diebus festis aut esurialibus sibi usum conjugii interdicerent [3]), alii perpetuae castitati mutuo consensu semet obstringerent [4]). Mulieres et virgines lasciviam adeo horrebant, ut adversis quibuscunque semet subjicere, quam contra pudicitiam aliquid admittere mallent [5]. Fideles tanto amore sibi juncti erant, ut semet velut fratres et sorores spectarent, pauperes, pupillos et viduas protegerent, hospites libenter reciperent ac providerent [6]). Imperatoribus quamvis ethnicis et magistratibus cum summa demissione suberant, omnem honorem, non tamen cultum divinum eis praestantes [7]). Licet vero pro innata fragilitate humana nonnulli etiam reprehensione digni inter illos reperirentur, malum tamen reliqui cito suffocabant, ultro serpere non permittentes. Ut adeo certum sit, primaevorum Christianorum plerosque virtutem et Religionis Christianae dignitatem multo felicius quam successores vita sua manifestasse.

---

[1]) Justin. M. cohort. ad Graec. c. 36. p. 120.
[2]) Tertull. Apolog. c. 39.
[3]) Clemens Alex. l. II. paedag. c. 10.
[4]) Tertull. lib. ad uxor c. 5. de resur. car. c. 8.
[5]) Euseb. l. VII. H. E. c. 14.
[6]) Cypriau. ep. 36. p. 49.
[7]) Theophil. Antioch. l. 1. ad Autol. c. 16.

§. 115.

Ascetae et Anachoretae.

:rant jam in prima Ecclesia Christiana tales, qui quoddam perfectionis genus sectantes, austeram ducebant, jejuniis, precibus dediti alterum sexum ınt, sicque ad intimiorem cum Deo conjunctionem bant. Hi ascetae, vita autem eorum ασκησις [1]) nunatur. Jam Athenagoras illos indicavit, dum scri-, multos fuisse in utroque sexu, qui in libatu consenescerent [2]); abstinentes a et animalibus esculentis [3]). Et quamvis ;stus severiora et heroica pietatis exercitia nec ascetis, aliis fidelibus praescripserit, ea tamen illis, qui ad nioris perfectionis studium tendebant, verbo et exemcommendavit, dum manum vel pedem scandantem abscindendum esse [4]) dum ex eunus illos, qui se ipsos castraverunt propter num coelorum [5]) vel maxime laudaret. His coniter etiam S. Paulus sensit, qui licet matrimonium prohibuerit, innuptis tamen et viduis coelibatum comlavit his verbis: Dico autem non nuptis et uis, bonum est illis, si sic permaneant, ut et ego. Qui sine uxore est, sollicitus, quae sunt Domini, quomodo placeat Deo. i autem cum uxore est, sollicitus est, quae ıt mundi, quomodo placeat uxori, et dius est [6]). Ut adeo quisque perspiciat, recte agere lesiam, dum ascetarum originem non aliunde, quam ex ngelio repetendam esse docet. Sub persecutione Decii scetae et multi alii Christiani metu tormentorum se ad ites Aegypti et eremos receperunt, pietati et vitae conplativae vacantes. Haec vivendi ratio multis adeo pla-., ut cessante etiam persecutionis procella ibidem pererarent, ac vitam solitariam ducerent dicti propterea

Canon. Apostol. can. 51. (50).
Athenagor. Apol. c. 28.
) Tertull. de velan. virg. c. 3.
) Matth. XVIII. 8.
) Matth. XIX. 12. XII. 48.
) I. Corinth. VII. 8. 32. 33.

Anachoretae, aut Eremitae. Veteres scriptores S. Paulum ex Thebaide circa anno 228. ortum primum eremitam fuisse testantur [1]. Is nempe detecta ampla specu palmis obumbrata et limpido fonte irrigata, ibidem usque finem vitae suae permansit coelestium contemplationi, continuis precibus et Dei laudibus devotus, victum in palmae fructibus, vestitum vero in ejus foliis reperiens. Paulum secutus est Antonius in Aegypto superiori nobili e stemmate natus circa annum 251. Hic literis quidem non fuit ita excultus, sicut prior, at perfectionis moralis cupidissimus. Contemplationi rerum divinarum intentus, vitam una cum discipulis, quos plures numeravit, labore manum sustentavit. Vixit autem 105 annis. Haec anachoretarum vita originem dedit instituto monachorum, quod seculo IV. innotuit.

§. 116.

Quorumdam vitia; poenae ecclesiasticae.

Ecclesiam Christianam scandala perpessuram esse jam ipse Christus praedixit, dum eam sagenae missae in mare et omne genus piscium congreganti [2] aut agro, bonum triticum et zizania ferenti [3], compararet. S. Paulus gravissime exprobrat Hymenaeo, Phileto et Alexandro, quod a veritate exciderint, illiusque verbis restiterint [4]; Corinthios perstringit, quod incestuosum in medio sui paterentur [5]. Et profecto cum defectus et vitia viros et sacros et profanos nonnunquam pervaderent, Ecclesiae autem finis sit fidem Christi integram servare, et homines bene moratos formare, necesse etiam erat eos, qui errorum auctores, aut vitiosi et flagitiosi comperirentur, e sinu Ecclesiae excludere, ut ceteros fideles non corrumpant. Jam ipse Salvator jussit similes homines e gremio Ecclesiae excludendos, dicens: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus [6]. Mandato huic Christi jam Apostoli obsequebantur,

---

[1] S. Hieronym. vit. S. Pauli c. 1. et epist. XVIII. ad Eustochium.
[2] Matth. V. 47. et s.
[3] Matth. XIII. 24. et s.
[4] Epist. II. ad Tim. II. 18. IV. 15.
[5] I. Corinth. V. 1. et s.
[6] Matth. XVIII. 15—16. Enchirid. Jur. Eccl. nostr. Tom. 1. §. III. edit. 3. Poson. 1848.

raedictos flagitiosos e sinu Ecclesiae excluserunt [1]). m vestigia secuti tardiores Ecclesiae antistites id ipsum obstinatis peccatoribus fecere. Erat autem excommunio (ἀφορισμος) exclusio peccatorum a communione Ecae. Jus hoc episcopo competebat, qui velut supremus cesis suae in ecclesiasticis judex unitatem fidei ac discie inter omnes subordinatos suos conservare, proinde m punire obligabatur [2]). Minoris momenti vitia excomicatione partiali seu minore, et aliis poenis vapulabant. his vide Enchirid. Jur. Ecclcii citat.

§. 117.

ciplina Poenitentiae publicae, ejus gradus et rigor.

Qui censuram ecclesiasticam incurrerunt, seu ab Eccle- communione exclusi sunt, non recipiebantur prius in m Ecclesiae, quam semet poenitentiae publicae subrent. Ex Tertulliano discimus tales intra tempus nitentiae cineribus conspersos, sacco (veste luctus) inos, suspiriis, lacrymis, gestibus interni moeroris poenitena egisse [3]). Ex epistola canonica Gregorii Thaurgi; discimus poenitentes per quatuor gradus seu states transivisse [4]); hae dicebantur fletus, auditio, bstratio, et consistentia. Flentium locus in ticu templi ad fores erat, ubi poenitentes lacrymis interabant intrantes Ecclesiam, ut preces pro illis ad Deum derent. In hac statione constituti ab omni aliorum contio arcebantur [5]). Audientes locum intra Ecclesiae thecem interiorem et exteriorem habebant. Isti jam ad tum psalmorum, S. Scripturae lectionem, et sermonem scopi admittebantur, exire tamen jubebantur una cum echumenis et aliis, qui generaliter audientes vocabantur, n preces communes inchoabant. Substratis locus er audientes et fideles assignatus post portam speciosam ambonem usque, ubi flexis genibus morabantur. In hac tione poenitentes vigilando, jejunando, aliisque absti-

[1]) I. Timoth. 1. 20. I. ad Corinth. V. 5 Gal. V. 12. II. Cor. II. 6.
[2]) Enchirid. Jur. Eccl. nostr. loc. cit.
[3]) Tertull. l. de poenit. c. 9. Cypr. in lib. de lapsis ad finem.
[4]) Can. XI.
[5]) Natal. Alex. H. E. diss. secul. III. art. 1. Tom. IV. pag. 87. edit. Ven.

nentiis corpus castigando preces suas fidelium precibu jungere poterant, sed flexis genibus, etiam dum reliqu stando precabantur. Consistentium locus intra ambones et sanctuarium erat. His etiam videre licebat, qua ration oblationes et sacrificii mysteria perficiebantur, quin tamen et ipsis oblationem facere aut Eucharistiam sumere licitum esset. Qui autem poenitentiam publicam subibant feria IV e manibus episcopi in Ecclesia cineres et cilicia recipiebant dein ad terram prostrati manebant, quoad episcopus et fideles flexis genibus preces pro ipsis ad Deum absolverent. Post sermonem episcopi ex aedibus sacris exire jubebantur, et e consortio hominum exclusi rigori poenitentiae subjiciebantur, quae nonnunquam per plures annos durabat. Tertullianus refert non omnia peccata, sed solum canonica crimina uti idolatriam, homicidium et moechiam poenitentiae publicae obnoxia fuisse [1]). Ceterum et alia, quae leges civiles sub poena mortis vetabant, eidem subjecta fuisse, certum est.

§. 118.

Reconciliatio, poenitentiae minister, indulgentiae.

Reconciliatio poenitentium duplex erat, minor et major. Illa dabatur poenitentibus a tertia ad quartam stationem (§. praeced.) euntibus. Poenitens absolvebatur a peccatis, et concedebatur illi communio ecclesiastica in rebus omnibus excepto Eucharistiae et oblationum usu. Major autem reconciliatio consummato integro poenitentiae tempore concedebatur, tribuens jus plenum communionis ecclesiasticae. Haec dabatur cum fine Quadragesimae. Feria nempe VI. majoris hebdomodae conveniebant ad fores Ecclesiae poenitentes, quos Episcopus precibus praemissis intrare jubebat, postea in sermone misericordiam divinam explanabat, et eos ad perseverantiam in bono hortabatur facta emendationis promissione eos ad sinum Ecclesiae recipiebat his verbis. Accedite ad id quod perfectum est [2]). Pronunciata hac majoris reconciliationi

---

[1]) Tertull. lib. de pudicit.
[2]) Optat. Millevit. l. H. p. 57. Hieronym. dial. contr. Lucifer. c. II. Ambros. ep. 33. ad Marcellin. Soror.

nula, lugubres vestes deponebant poenitentes, et reliorum fidelium consortio restituebantur. Poenitentiae pune ministri ordinarii erant episcopi, qui ob auctum iam fidelium numerum presbyteros imo et diaconos quocertis in adjunctis loco sui deputare solebant. Hinc inem coepit presbyter poenitentiarius, qui nitentium sacram confessionem excipiebat, et poenarum pus et speciem designabat [1]. Episcopus porro ut priius poenitentiae publicae minister quandoque rigorem nitentiae temperabat, tempus ejus imminuendo, aut eam aliam convertendo, dum infirmitatem, aut fervorem et um peculiarem in poenitente observabat, dum persecuis aut apostasiae periculum subversabatur, dum mares aut confessores pro poenitentibus intercedebant [2]. ligatio haec poenarum jam tunc nomine indulgentiae niebat. De hoc vid. plura in Instit. H. E. per me Pestini 49 edit. Tom. I. §. 100. p. 491 et seq.

§. 119.

Coelibatus Clericorum.

Quamvis plerique Historiae Ecclesiasticae scriptores coelibatu Clericorum prima periodo parum aut nihil perctare soleant, cum tamen Ecclesia Catholica principium: iod semper retentum est, nonnisi auctotate apostolica traditum esse creditur [3], aor ad disciplinam, quantum adjuncta permittunt, applire soleat, tuto asserere possumus, originem et existenm coelibatus Clericorum inde a primis statim rei Chrianae initiis repetendam esse. Nam Salvator ipse vitam elibem omnibus iis, qui majoris perfectionis studio ferun:, vel qui semet ministerio hominum totos concrare intendunt, vel denique iis, qui sublimioribus ientiis singulariter se devovere pergunt, commendat [4]; S. Paulus autem haec scripsit: Qui sine xore est, sollicitus est, quae Domini sunt,

[1] Cyprian. epist. 13.
[2] Augustin. epist. 54. ad Macedon.
[3] August. lib. de Baptism. contra Donat. cap. 23.
[4] Matth. XIX. v. 9. cf. Schnappinger H. Schrift in hunc loc.

quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est, quae sunt mundi, quomodo placeat uxori et divisus est [1]. Item volo enim vos omnes esse sicut meipsum [2], seu vellem vos omnes esse continentes, sicut ego sum, virgines nempe. Porro: Dico autem non nuptis bonum est illis, si sic permaneant, sicut et ego [3]. Denique: Igitur et qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit, et qui non jungit, melius facit [4]. Quis porro ignorat non solum Apostolos, qui matrimonio juncti erant, uti Petrum, Andream, aliosque, sed et ceteros omnes viros, qui altaris munere in veteri Ecclesia initiabantur, ab uxoribus suis mutuo consensu abstinuisse, siquidem eas dicente Clemente Alexandrino non ut uxores sed ut sorores spectarent [5]. Similia referunt Epiphanius [6], Hieronymus [7] et alii. Unde jam Thomasinus scripsit: Quanta Ecclesiae, tanta et continentiae inter majores clericos legis antiquitas [8]. Ut adeo nullum dubium esse possit coelibatum clericorum e mente Christi et Apostolorum in Ecclesiam invaluisse. Qualiter autem jam majores jam minores modificationes coelibatus hic clericorum passus fuerit, semper tamen in Ecclesia Catholica viguerit, quavis Historiae Ecclesiasticae periodo recensebimus. Reliqua testimonia hoc de objecto refert Thomassin in vet. et nov. Eccl. discipl. part. 1. l. 2. c. 60. Cf. etiam nostrum Enchirid. Juris Ecclci. Tom. 2. a §. 20—25. edit. 3. pag. 19. et seq. 1848.

§. 120.

Montanistae.

Quamvis disciplina ecclesiastica periodo hac satis severa vigeret, reperiebantur tamen nonnulli, qui adhuc

[1]) I. ad Cor. VII. 32. 33.
[2]) Ibidem 7.
[3]) Ibidem 8.
[4]) Ibid. v. 38.
[5]) Clemens Alex. lib. Strom. III. §. 6.
[6]) Epiph. in epist. fid. Cath. num. 21.
[7]) Hieronym. lib. adv. Vigil.
[8]) Thomass. vet. et nov. Eccles. discipl. part. 1. l. 2. c. 60.

rigidiorem optabant. Talis erat Montanus Pepuzae in Phrygia parentibus ethnicis natus. Licet autem homo obscurus et debili ingenio praeditus esset, quia tamen futura ad speciem praedicebat, ac duas mulieres Priscillam et Maximillam aeque fatidicas sibi adhaerentes habebat, moresque austeros praeseferebat multos sectatores habuit, qui Montanistae vocabantur [1]). Eusebio teste Montanus et Maximilla insano spiritu correpti laqueo vitam suam finiverunt [2]). Errores eorum erant: 1) docebant Montanum velut paracletum venerandum esse, utpote, qui divinitus missus fuerit, ut Christi et Apostolorum doctrinam in plurimis adhuc defectuosam emendaret [3]). 2) Nuptias secundas damnabant, et matrimonii vinculum pro lubitu solvebant, quod Maximilla et Priscilla facto suo probarunt, viros suos deserentes et Montano adhaerentes. 3) Jejunia plura et severiora, ac eâ Ecclesiae fuerint, suis imponebant. 4) Idololatras, homicidas, adulteros, aliosque ab omni prorsus reconciliatione excludendos esse statuebant. 5) Mulieres quoque ad presbyteratum et episcopatum promovebant. Sectam hanc, ad quam Tertullianus ob naturalem sibi ingenitam austeritatem lapsus est, et potestas ecclesiastica et civilis ut perniciosam proscripsit. Vid. Cod. lib. 1. de haeretic. Num. 5. Natalis Alex. H. E. Secul. II. diss. IV. art. 1. Tom. 3. p. 329 et s.

§. 121.

Novatus. Felicissimus.

Novatus Carthaginensis ecclesiae presbyter se ab episcopo suo separans schismate pacem Ecclesiae turbavit [4]). Is quippe praesulis sui Cypriani severitatem contra lapsos improbavit, cupiens, ut illi sine poenitentia contra morem Ecclesiae in communionem reciperentur [5]). Tam hoc, quam turbulentum ingenium, avaritia et parricidium Novati, S. Cyprianum permoverunt, ut

---

[1]) Epiph. haeres. 48. Num. 14. haeres. 49. Num. 1.
[2]) Euseb. H. E. l. V. C. 16.
[3]) Tertull. lib. de pudic.
[4]) Hieronym. de vir. illust. c. 70. *Euseb. Chronic.* 228.

eum gravissimis verbis perstringeret. Imo propter di crimina, quibus pupillos spoliaverat, viduas defraudavei pecunias ecclesiae subtraxerat, a Cypriano ad preces fi trum in jus vocandus, et communione ecclesiastica priva dus, Episcopum suum praevenit, ac ab illo et ecclesia Cartl ginensi semet separavit, et socios Felicissimi diaconum et presbyteros quosdam nactus in mont secessit, ibique proprios conventus coegit. Schisma l auxit praedictus Felicissimus. Cum enim S. Cypi anus sub persecutione Deciana ab ecclesia sua distı quosdam Carthaginem deputasset, ut velut vicarii illius pa perum necessitatibus consulerent, ac in merita, aetate et conditionem eorum inquirerent, qui ad munera eccl siastica aspirabant, Felicissimus contra pauperum pr visionem indecenter excepit, dictitans, sibi velut diaco pauperum curam competere. Hoc inaudito Cyprianı episcopis et presbyteris aliquot commisit, ut et Felici simum et ejus asseclas ex ecclesia excluderent [1]), tan magis cum Felicissimus non schismatis tantum aucl extiterit, verum et adulterii reatum commiserit [2]). Volu tas Cypriani quidem effectui mancipata, sed matum exasp ratum fuit. Nam Felicissimus plures socios ad part suas pertraxit, atque lapsos nulla poenitentia purgat cum ruina disiplinae ecclesiasticae in communionem recep

*) Sub furore persecutionis Decianae Christianorum multor zelus adeo remisit, ut plures apostasiae crimen metu torment rum comitterent, dicti propterea lapsi. (§. 68). Ex his alii teste S. Cypriano [3]) cum ingenti fidelium scandalo sacrifi idolis offerebant, alii thus adolebant, alii oblata pecunia libı los a magistratibus redimebant, in quibus testimonium contin batur, eos diis sacrificasse et Christum negasse, quamvis ne trum fecissent. Hinc nomen sacrificatorum, thuril catorum, et libellaticorum originem traxit [4]). Ce sante persecutionis igne quaestio in Ecclesia praesertim C thaginensi orta est, an cum lapsis ad Ecclesiae sinum redeu tibus, antequam poenitentiae subjicerentur, communicand sit, nec ne? Post longam disceptationem in eo conventum, libellatici, cum reipsa non sacrificassent, sine omni ulteri

---

[1]) Cyprian. ep. 38.
[2]) Cyprian. ep. 55.
[3]) Cyprian. lib. de lapsis p. 190. et Ep. 31. p. 43.
[4]) Dionys. Alex. apud Euseb. H. E. l. VI. c. 39. 41. 42.

poenitentia in communionem Ecclesiae recipiantur; reliquis vero integra poenitentia imponatur, ita tamen, ut in discrimine vitae absolutio concederetur.

§. 122.

Novatianus.

Eodem tempore, quo Carthaginensis ecclesiae pax succutiebatur, Novatianus Romanam quoque Ecclesiam in partes scindebat. Is ex philosopho stoico Christianus factus, ac cito, in lecto quippe propter infirmitatem baptisatus [1], perfidus et rerum novarum magnus sectator fuit [2]. Schismatis autem illius haec fuit occasio: Cessante Decii persecutione in Ecclesiae Romanae antistitem cleri et populi maxima ex parte suffragiis anno 251. electus est Cornelius, utpote lenioris circa lapsos disciplinae fautor. Huic electioni Novatianus, qui interea in presbyterum ordinatus fuerat, potenter se opposuit, ac Novati, qui Romam advenerat, ac aliorum quinque presbyterorum, multorumque laicorum suffragiis adjutus Ecclesiam Romanam turbis replevit. Collisio haec tantam attentionem excitavit, ut Carthagine venerint deputati litis componendae gratia. Verum ubi legati observassent electionem Cornelii legitimam esse, eandem etiam nomine ecclesiarum suarum confirmantes domum reversi sunt [3]. Sed hoc non obstante Novatianus contra Cornelii electionem porro quoque factiones concitabat. Quare Cornelius anno 251. Romae synodum celebrans et Afrorum sententiam circa lapsos confirmavit, et Novatianum ejusque gregarios condemnavit. Hoc Cornelii facto Novatiani magis adhuc exacerbati eum diversis calumniis adfecerunt, et tres obscuros Italiae episcopos Romam evocatos et arcte custoditos, eo per vim disposuerunt, ut Novatiano manus imponerent, ac eum ceu antistitem Ecclesiae Romanae praeficerent [4]. Hac ratione antipapa factus Novatianus ad omnes partes expediebat literas, quibus significabat se invitum electum fuisse, ac mendacio detestandum schismatis crimen excusa-

---

[1] Cornel. epist. ad Fabian. apud Euseb. H. E. l. VI. c. 43.
[2] Scripta Novat. recenset S. Hieronym. de vir. illust. c. 70.
[3] Cyprian. epist. 48. ad Cornel.
[4] Theodoret. L. III. haeret. fabular. cap. 5.

bat [1]), quod usque seculum V. perduravit. Secta haec nimi lenem disciplinam poenitentiae a Cornelio probatam velut causam defectionis suae allegabat, statuens lapsos communione Ecclesiae in perpetuum excludendos esse [2]). Ceterum Novatiani praeter hunc errorem adhuc docebant: secundas nuptias illicitas, et bigamos nunquam in Ecclesia communionem recipiendos esse; coetum suum ab omni peccato immunem, eosque qui ad ipsos accedebant, novo baptismo abluendos, ut adeo se catharos seu puros vocarent [3]); denique Novatianum auctorem suum martyrio coronatum fuisse [4]). Sectam Novatianorum latissime diffusam nemo mirabitur, si perpenderit, eos rigidissima disciplina sua erga lapsos singularis pietatis famam consecutos, ac it comparatos fuisse, ut nonnulli propter fidem etiam vitae discrimen subiverint.

Caput VI.

De Conciliis.

§. 123.

Conciliorum notio et origo.

Conventus plurium personarum ad deliberationem super negotiis Ecclesiae communi consensu instituendam coactus concilium dicitur. Est autem concilium aliud generale, aliud particulare. Illud dicitur conventus praelatorum ex toto orbe catholico convocatorum ad decidenda Ecclesiae universae negotia celebratus [5]). Ad concilii generalis celebrationem requiritur. 1) Ut legitime convocetur. 2) Ut tot episcopi conveniant, quot necessarii sunt ad Ecclesiam Catholicam vere repraesentandam. 3) Ut rerum omnium pertractatio libera talisque decisio obtineat, quae judicium Ecclesiae omnino dici possit. Quod si unum aut alterum ex his requisitis desit, tunc primum constabit, utrum pro legitimo acceptandum

---

1) Euseb. H. E. l. VI. cap. 37. S. Hieronym. catal. Scriptor. eccles.
2) Socrates H. E. l. IV. 28.
3) Cyprian. ep. 73. Ambros. lib. 1. de poenit. c. 6.
4) Quod falsum esse ostendit Pacianus ep. 2. ad Sympron.
5) Gratian. Decret. dist. XV. c. 1. Melchior Can. de Loc. Theolog. 146. Natal. Alex. H. E. Secul. 3. diss. 24.

sit, quum ab universa Ecclesia Catholica receptum fuerit [1]). Particulare concilium audit, quod intra limites provinciae, nationis, aut dioecesis cujusdam celebratur. Concilia generalia, seu oecumenica siquidem Ecclesiam Jesu Christi repraesentent, in rebus fidei et morum definiendis infallibilia esse, ac vel ideo decisiones eorum ab omnibus fidelibus cum fidei obsequio recipiendas esse, et dogmatici et canonistae evincunt [2]). Ad concilia generalia ordinarie vocantur episcopi omnes, quibus jus hoc ex institutione divina competit, cum positi sint a Spiritu S. regere Ecclesiam Dei [3]). Jure tamen recentiori etiam Cardinales non episcopi, Praelati, Abbates et Generales ordinum, quibus nempe jurisdictio quasi episcopalis competit, votum habent in conciliis. Imo etiam presbyteri et doctores virtute et scientia conspicui, qua testes ad concilia vocari solent. Jus concilium generale convocandi Pontifici Romano ceu Vicario Christi ac visibili Ecclesiae Capiti competit. Conciliorum usus in Ecclesia antiquissimus et a primis Ecclesiae Christianae initiis repetendus est ita quidem, ut et ipsi Apostoli jam concilia celebraverint, prout ex dictis §. 52. et §. 124 clarescit.

§. 124.

Concilium Jerosolymitanum.

S. Paulo et socio ejus Barnaba Antiochiae morantibus, quidam ex fratribus Judaea egressi, magnum ibi tumultum excitarunt, nullum salvari posse dictitantes, qui circumcisus non esset, ac legem Mosaicam non observaret. Tumultus hos, quorum maximus incentor Cerynthus fuisse dicitur [4]), omni qua valebant opera, tollere conabantur Paulus et Barnabas, omni virium intensione docentes: Jesum Christum ideo carnem humanam assumsisse, ut fideles suos a duro veteris legis, jugo absolveret, atque beneficia illius vilipendi ab iis, qui assererent circum-

---

[1]) S. Athanas. epist. ad Eppos Africae S. August. lib. de baptis. c. 18. et l. VII. c. 35.

[2]) Fejér. Instit. Theol. Dogm. §. 89. Enchirid. Juris Ecclci. nostrum Tom. 1. §. 79. et 139. edit 3. 1848.

[3]) Actor XX. 28.

[4]) Epiphan. haeres. 28. Philastrius de haeresib. c. 36.

cisionem, celeraque Mosis legalia praecepta ad salutem ne cessario requiri. Cum tamen his non obstantibus motus l porro quoque perdurarent, ad eos compenendos anno poi S. Pauli conversionem 14to seu circiter 50. aerae v. Apos toli et seniores Jerosolymis convenientes, synodum cele brarunt [1]. Cum utraque ex parte de objecto controvers multum disputassent, S. Petrus Apostolorum princeps ant omnes sententiam suam in concilio pronunciavit, illudqu praesertim postulavit: ut gentilibus recens conversis on circumcisionis, legisque Mosaicae non imponatur. Petr sermonem suum finiente, Paulus et Barnabas relatio nem fecerunt, quanta Deus miracula per eos apud exter nationes patrasset, His finitis Jacobus loqui coepit, Pe tri sententiam prophetarum oraculis probans, ac de mate ria controversa votum suum sic pronuncians: Non esse ii qui ex gentibus convertuntur ad fidem aliud oneris impo nendum, quam ut abstineant ab idolorum immunditiis, for nicatione, sanguine victimarum, et animalibus suffocatis Terminato et adprobato omnium suffragiis hocce concili Paulum et Barnabam, item Judam Barsabam e Silam Antiochiam miserunt cum literis, quibus litis deci sionem, decretique tenorem significarent. Ex quibus cla rescit, Apostolos hoc in concilio ita versatos fuisse, ut illu omnium futurorum conciliorum norma et exemplar jure me rito dici possit.

§. 125.

Concilia seculi II.

Apostolorum consuetudinem communi consensu negoti ecclesiastica definiendi deinceps quoque retentam fuisse an tiquitatis testimonia clarissime probant. Primum exemplu conciliorum, ad quae plures episcopi convenerint, in caus Montanistarum datum fuisse constat. Vetus scriptor apu Eusebium [2] narrat: Montani novam doctrinam in plu ribus Asiae conventibus, ejus causa celebratis, examinatan velut profanam et impiam damnatam, ejusque sectator communione sacrorum exclusos fuisse. Similiter auctoı

[1]) Actor. 15. 12. 22. 23.
[2]) H. E. l. V. c. 16. Scriptorem hunc nec Apollinarem, nec Apoll nium, nec Miltiadem fuisse ostendit Vallesius in notis ibidem pag. 24

libelli synodici constat [1]), quod Apollinaris Episcopus Hierapolitanus cum aliis viginti sex anno 173. in synodum convenerit, ac Montanum, Maximillam et Theodotum condemnaverit. Porro de aliis conciliis in ecclesia veteri jam celebratis plane nullum dubium esse potest. Ita I. memorandum venit concilium Romanum, quod Victor Pontifex anno circiter 197. contra ecclesias Asiae diem paschatis luna 14. mensis Nisan cum Judaeis solemni ritu agentes, celebravit, ubi decretum est, ut pascha nonnisi Dominica post Martii lunam 14tam et post aequinoctium vernum e Romanae Ecclesiae, omniumque occidentalium ecclesiarum usu celebretur [2]). Acta tamen hujus concilii perivere. II. Concilium Ponticum ab episcopis Ponti provinciae Asiaticae pariter circa annum 197. celebratum, cui Palmas episcopus Amastriacus vir aetate et experientia conspicuus [3]) praesedit. III. Concilium Corinthiacum in Graecia sub Bachyllo urbis episcopo [4]), IV. Osdröense in Asia, V. Lugdunense in Gallia sub S. Irenaeo [5]) celebratum. Haec tria eodem anno circiter 197. in causa paschatis coivisse traduntur. Contra haec VI. celebravit concilium Ephesinum Policratès urbis episcopus, in quo Blastus quidam semi Judaeus cum Episcopo communem causam agebat. In hoc concilio statutum, ut pascha cum Judaeis luna 14ta celebretur contra mentem Victoris Pontif. [6]). Epistola synodica a Policrate ad Victoriem Pontificem ex hac synodo missa, eum adeo commovit, ut acta concilii Ephesini condemnaret, et Asiaticos ex communione ecclesiastica excludere pararet. §. 93.

§. 126.

Concilia alia seculi III.

Frequentiora adhuc concilia seculi III. de valore baptismi ab haereticis collati cellebrata fuisse veterum monumenta testantur. Ad haec spectat Carthaginense de anno 215. sub Agrippino urbis episcopo, in quo Africae et Nu-

[1]) In Voëllii et Justelli bibl. Jur. Canon vet. Tom. II. p. 1166. cap. 5.
[2]) Euseb. H. E. l. V. c. 23.
[3]) Eusebius ibidem.
[4]) Eusebius ibidem.
[5]) S. Cyprianus epist. 71. ad Quint. et 73. ad Jubajanum: item Vincent. Lirincus l. 1. in commonit.
[6]) Auctor libelli synod. num. VIII. Euseb. Hist. Eccl. L. V. c. 23. 24. 25.

midiae episcopi simul congregati decreverunt: Neminem in Ecclesiam admittendum esse, qui ab haereticis baptismum suscepit, nisi novitus in Ecclesia baptisetur [1]). Hujus sententiae concilia celebrata fuere Iconii sub Firmiliano Caesarensi in Cappadocia, item Sennadae, utrumque anno 256. celebratum prioris decretum confirmavit [2]). Porro idem decretum fuit in aliis tribus conciliis Carthaginensibus sub S. Cypriano celebratis [3]). An vero S. Stephanus Pontifex cum erronea praedictorum conciliorum particularium doctrina in synodo Romana anni 256. etiam personas proscripserit, satis eliquatum non habetur §. 95. et [4]). Porro S. Cyprianus contra Novatum, Felicissimum et Novatianum pacis Ecclesiae turbatores (§. 121. 122.) synodum anno 201. Carthagine celebravit, in qua eorum facta et doctrinam condemnavit, ac missa ad Cornelium Pontificem epistola synodica sententiam synodi eidem communicavit [5]). Hac percepta Cornelius Pontifex anno 252. Romae concilium convocavit, in quo decreta synodi Carthaginensis adprobavit, ac inter alia circa lapsos e clero decisum est, episcopos, presbyteros, et clericos sive sacrificatores, sive libellaticos poenitentia peracta quidem ad Ecclesiam admittendos esse, sed ita tamen, ut locum inter laicos capiant, et ab oblatione ac omni alia functione ecclesiastica removeantur. Hoc in concilio Novatianus aeque condemnatus et ex Ecclesiae communione exclusus est. V. Euseb. H. E. l. VI. 43. Cardinal Baron. ad an. 254. §. 90. Tillemont. Tom. III. p. 348.

§. 127.

In causa lapsorum.

Cum pax ecclesiastica, morte Decii imperatoris non pridem restituta, rursus cessare, novaque persecutio adpropinguare videretur, episcopi Africani sexaginta sex anno 253. sub praesidio S. Cypriani [6]) synodum Car-

---

[1]) Eusebius ibidem.
[2]) S. Cyprian. epist. 71. ad Quint. et 73. ad Jubajan. item Vincent. Lirin. l. 1. commonit.
[3]) S. Cyprian. epist. 70. et 71. ad Quint. item 72. vid. Jo. Pearson. in annal. Cyprianic. ad an. 255. et 256.
[4]) Conf. Walch Historie der Kirchenversammlungen p. 109.
[5]) S. Cyprian. epist. 40 et seq.
[6]) Fleury Histor. Eccles. Tom. II. p. 238. edit Parisiens.

thagine rursus celebrarunt, et loco decreti praecedente §. attacti, alterum, idque longe mitius decretum ob imminentem persecutionis procellam condiderunt. Fecerunt quippe distinctionem inter illos, qui in Ecclesia remanserunt, et inter veri nominis apostatas, qui ad vitam ethnicam rediverant, aut ad haereticos et schismaticos transeuntes Ecclesiam infestaverant, ac priores sine ulla dilatione ad Ecclesiae communionem admiserunt, licet totum poenitentiae tempus non exegissent, dummodo peccata sua dolore sincero lugerent, et veniam a Deo humiliter precarentur, ut sic ad subeundum martyrium apti redderentur [1]. Ex quo non obscure patet, disciplinam prioris synodi statuentis, ut communio ecclesiastica nonnisi post diuturna poenitentiae exercitia concedatur, notabiliter mitigatam fuisse. Discussa quoque fuit hac in synodo quaestio a Fido Africae episcopo proposita: Utrum videlicet infantibus ante octavam a nativitate diem baptismus conferri valeat, sicque soluta, ut omnes affirmativam sententiam ferrent, cum nemini nato Deus misericordiam suam et gratiam deneget, neque aetatis aut personae ullam rationem habeat; ac ipsa circumcisio veteris testamenti nihil aliud, quam mysterii Jesu Christi adumbratio fuerit. Decretum hoc S. Cyprianus episcopo Fido medio epistolae, suo et reliquorum patrum nomine submissae statim nunciavit [2]. Hanc epistolam etiam S. Augustinus et Hieronymus saepe memorant.

§. 128.

In Causa Basilidis et Martialis.

Basilides Legionensis, et Martialis Asturicensis, ambo Hispaniae episcopi ad idololatriam, aliaque gravissima crimina lapsi, sponte muneribus suis renunciarunt. Cum autem illi Sabinus, huic Felix suffectus fuisset, Basilides Romam profectus Stephanum Papam ob loci distantiam de tota re parum informatum, subdole ita sibi devincire scivit, ut eum Pontifex in communionem reciperet, litterasque pacis eidem daret. His redux Basili-

---

[1] Epistol. Synod. S. Cypriani ad Cornel. 54. n. 77. edit. Baluz.
[2] S. Cyprian. epist. ad Fidum num. 59. pag. 97.

des episcopatum suum repetiit. Causam cum eo communem egit Martialis, episcopatui suo renunciare nolens, suique repositionem fervidissime urgens. Motus istos Hispani S. Cypriano significarunt, litteras illi per Felicem et Sabinum transmittentes, quibus compertis S. Cyprianus anno 253. synodum episcoporum triginta sex Carthagine convocavit, ubi perlectis et discussis ecclesiarum Hispanicarum Legionensis, Asturicensis, Emeritanae, et Caesaraugustanae literis decretum tulerunt: Ordinationes omnes Sabini et Felicis non obstante sententia Stephani Pontificis validas esse, et Basilidem recursu suo ad sedem Romanam facto, nihil aliud effecisse, quam delicta delictis cumulasse; utrumque igitur episcopum velut libellaticorum crimine notatos, poenitentiae subjiciendos, omnique honore privandos esse [1]). Factum hoc si maturo judicio, et a praejudiciis libero spectetur, quemque facile persuadebit, jam tunc temporis summam venerationem Sedi Romanae delatam fuisse. Nec obstat id, quod Cyprianus et reliqui Africae episcopi S. Stephano Pontifici refragati sint, cum hi non alio ex fundamento restiterint, quam quod Basilidis depositionem et Sabini ordinationem legitimam putaverint.

§. 129.

Concilia alia Africana.

Expositis conciliis subjungenda sunt adhuc duo Africana, quorum primum nescitur ubi aut quo praecise anno decrevit, ne quis Christianorum personam ecclesiasticam liberorum suorum tutorem, aut curatorem testamento constituat; sicque eam ab officio suo avellat [2]). Cum autem decreto hoc non obstante Furnis Africae urbe quidam Geminius Victor ultimae vitae diebus presbyterum Faustinum vi testamenti tutorem constitueret, S. Cypria-

---

[1]) S. Cypriani epist. ad fratres Hispanos hoc de objecto concilii nomine missa num. 60. p. 117. edit. Baluz. Res Basilidis et Martialis integra dissertatione pertractavit D. Aquirre concilior. Hispanic. Tom. I. Huc facit etiam ejusdem notitia concilior. Hispanic. p. 34. et Ludov. El. Dupin de antiq. Eccles. disciplin. p. 152.

[2]) S. Cyprianus epist. 66. ad presbyteros, diaconos et plebem Furnis degentes.

nus, episcopi, pluresque presbyteri simul constituti, relatione facti hujus perculsi in synodo Carthaginensi anno 249. in conformitate praecedentis synodi decreverunt; pro eo nec esse faciendam oblationem, nec pro ejus salute preces persolvendas [1]). Verum leges hae ecclesiasticae parum impediebant, quominus magistratus gentiles cunctis promiscue Christianis tale onus tutelae curatoriae injungerent, cum illi diversitatem religionis velut legitimam exceptionis causam non agnoscerent, et secus etiam Judaei relate ad alterius religionis cultores onus tale ferre tenerentur [2]). Neque concilium hoc tutelas legitimas parentelae jure delatas, vel tutelas, quas vocant dativas per magistratus impositas, exclusit; sed tantum tutelas testamentarias a privatorum dispositione pendentes. Denique decretum concilii hujus clarissime pandit, preces et sacrificium pro defunctis in antiqua Ecclesiae praxi fundari.

§. 130.

Concilia diversis in causis convocata.

Concilia aliis in causis celebrata ordine chronologico sic se excipiunt: 1) Concilia duo Alexandriae contra Origenem convocata. Cum enim is Athenas proficisceretur et a Demetrio episcopo Alexandrino literis commendaretur, ac per Palaestinam transiens a Theoctisto Caesarensi, et Alexandro Jerosolymitano antistite presbyteratus ordine initiaretur, per hoc offensum se sensit Demetrius putans, nefas fuisse, ut Origenes ab extraneae provinciae episcopis in ordinem presbyterorum reciperetur. Quare concilium episcoporum et presbyterorum anno 230. celebravit, eo patres disponens, ut decernerent Origeni Alexandria discedendum esse. Ast Demetrius nec hac re contentus aliam paulo post synodum Alexandriae congregavit, in qua sententia lata fuit: Origenem sacerdotii dignitate privandum esse [3]). Sententiam

---

[1]) Ibidem et Ceiller hist. des auteurs Tom. III. p. 579.

[2]) Spadon. 15. §. 6. πανδεκτ. de excusat. tutor. Libr. 27. Tit. 1.

[3]) Eusebius H. E. L. VI. c. 8. et 23. S. Hieronym. de vir. illust. c. 54. 62. Huetius Origen. Lib. I. c. 2. §. 12.

hanc Fabianus Pontifex in coacto Romae concilio [1]) con firmavit. 2) Lambesitanum, quod anno 240. aut 24: episcopi nonaginta in colonia Africae Lambesitana degen tes celebrarunt contra Privatum incertae haereseo auctorem, et schismatis adversus S. Cyprianum prima rium incentorem, qui se astute in Ecclesiae Romanae com munionem intrudere [2]) tentavit. 3) Concilia duo Arabica quorum unum contra Beryllum, alterum contra haere ticos Arabicos habitum. Cum enim Beryllus episcopu Bostrorum Arabiae Jesu Christi divinitatem negaret plures episcopi errorem ejus oppressuri Origenem evo carunt, qui eum in synodo Bostrensi anno circiter 247 aut 249. dogmaticis concertationibus devicit (§. 105.) e ad fidem Ecclesiae Catholicae revocavit [3]). In altero con cilio Arabico de animae immortalitate prave sentientes a episcopis praesentibus damnati, et ab Origene fundate [4] erroris convicti sunt. 4) Concilium contra Nepoten Aegypti episcopum in provincia Arsinoitica initum. Cum quippe is fabulam de regno millenario instauraret, Dionysius Alexandriae episcopus, cum presbyteris et fratrum doctoribus convenerunt et Nepotem [5]) condemnarunt. 5) Denique concilium Romanum in Dionysii Alexandrini episcopi causa assumpta est. Hic enim Sabellianos in superioris Lybiae terris morantes vulgata epistola ab errore suo revocare intendens, a nonnullis fratribus ita intellectus est, ac si filium Dei opus ac creaturam ex nihilo factam esse diceret, quare Dionysio Pontifici in synodo Romana, quae tunc Romae convenerat, delatus, et fidem suam exponere jussus, semet editis quatuor libris legitimavit et

---

[1]) Rufinus Lib. II. invectiv. in S. Hieronym.

[2]) S. Cyprian. epist. 55. p. 84. edit. Baluz. ubi narrat illum ob multa et gravia delicta 90 episcoporum sententia condemnatum fuisse. Vid. ejusd. Cyprian. epist. 30. pag. 41.

[3]) Eusebius H. E. lib. VI. c. 33. illius Synodi acta et Origenis cum Beryllo disputationes, et Berylli ipsius documenta quaedam ad suam usque aetatem conservata fuisse dicit. Eandem synodum recenset auctor Libelli Synodici.

[4]) Eusebius H. E. L. VI. c. 37. Nicephor. L. V. H. E. c. 23. Joan. Damascen. de haeres. c. 90. Tom. I. oper. pag. 108. Le Quien. Baronius ad an. 249.

[5]) Eusebius H. E. L. VII. c. 24.

Sabellianos §. 105. refutavit. Cardinalis Baronius synodum hanc ad annum 263. refert, alii tamen plures assignatum a nobis annum 260. praeferendum esse statuunt.

§. 131.

Concilia Antiochena contra Paulum Samosatenum.

De numero conciliorum contra Paulum Samosatenum celebratorum scriptores non conveniunt. Sunt, qui unum tantum concilium contra illum convocatum fuisse contendunt [1]). Alii duo, unum anno 264. alterum anno 270. congregatum [2]). Alii denique tria contra eum collecta concilia allegant [3]). Praeferenda tamen illorum sententia est, qui duo habita fuisse statuunt. In primo cui Firmilianus Caesareensis in Cappadocia, et Gregorius Thaumaturgus Neocaesarensis in Ponto episcopus, et hujus frater Athenadorus cum pluribus aliis interfuerunt, Paulus vir vaferrima indole praeditus, astuta simulatione patres decepit, iisque talem fidei professionem elicuit, qualem optabant, at fictam et ementitam [4]). Ingravescente mox Pauli errore, quem simulate occultaverat tantum, non autem ex corde ejuraverat, altera synodus Antiochiae celebrata est. Confluentibus ad hanc ingenti numero episcopis Paulus vel maxime per Malchionem Ecclesiae Antiochenae presbyterum, virum eruditione ac subtilitate ingenii praeditum erroris et haereseos convictus est. Quare episcopi eum sacrorum communione excluserant, et episcopi dignitate privarunt, sedem ejus Domno conferentes (§. 105.) Fragmenta epistolae synodicae conservarunt Eusebius H. E. L. VII. c. 30. et Leontins Byzantinus L. III. contra Nestorium apud Henricum Canisium Lection. antiquit. Tom 1. p. 594. Conf. etiam S. Hieronym. de vir. illustr. c. 71.

---

[1]) Joann. Pearson. oper. posthumor. p. 160. Christ. Wormius Hist. Sabell. cap. 3. p. 154.
[2]) Baronius in annalib. ad an. Chr. 266. Nro. 2. et 272. Nro. 1. Pagius critic. Annal. Baron. Tom. I. p. 128.
[3]) Al. Fabricius biblioth. Graec. vol. XI. p. 346.
[4]) Theodoret. Hist. Haereticar. fabular. Lib. II. c. 8. Philipp. Labbeus concilior. Tom. I. p. 843. et collect. concilior. Tom. I. p. 543.

§. 132.

Concilia dubia.

De conciliis dubiis fusius scribere non vacat, qu eadem vel memorasse sufficiat: talia erant Alexand num contra haereticum Ammonium sub Heracla Ephesinum contra Noëtum [2]), concilium in Ach contra Valesianos [3]), Narbonense in Gallia contra d diaconos, qui episcopum suum de intemperantia subsu bant [4]) et colloquium Archelai Cascarensis in Meso tamia episcopi cum Manete, de quo tamen omnes v res altissimum silentium tenent.

Chronologica Series

Romanorum Pontificum et Imperatorum R manorum, Graecorum et Latinorum.

1. S. Petrus Romae rexit Ecclesiam ab An. Christ. 42—67.	Tiberius Caligula Claudius Nero	ab Anno „ „ „
2. S. Linus electus Anno 67. fungebatur 11 An. 2 mens. 23 diebus.	Galba Otto Vitel Vespasianus	„ „ „
3. S. Cletus e. Ann. 78. fungebatur 12 Ann. 7 mens. 2 diebus.	Titus Domitianus	„ „
4. S. Clemens I. electus An. 91. functus 9 Annis. mens. 6 dieb.	Nerva Trajanus	„ „
5. S. Anacletus elect. Anno 101. funct. 9 Ann. 3 mens. 10 diebus.	Hadrianus	„
6. S. Evaristus electus An. 110. (100) functus 9 Annis 3 mens.		
7. S. Alexander I. elect. Anno 119. (109) functus Ann. 10 mens 5. diebus 20.		

---

[1]) Mansi collect. concil. Tom. I. p. 762.
[2]) Epiphanius haeres. 57.
[3]) Auctor Praedestinati L. I. 37.
[4]) Gallia Christiana Tom. V. p. 5.

8. S. Sixtus I. elect. Anno 130. (119) functus ann. 9. mens. 10. diebus 8.	Antoninus Pius ab anno	138
9. S. Telesphorus elect. An. 140. (127) functus annis 11 mensisibus 8 diebus 29.		
10. S. Hyginus electus Anno 152. (139) functus annis 4 dieb. 28.		
11. S. Pius I. elect. Anno 156 (142) functus annis 9, mensib. 5, diebus 27. (15 A.)	Marcus Aurel. „	161
12. S. Anicetus elect. An. 165. (157) functus annis 7, mensibus 8, diebus 24. (11 A.)		
13. S. Soter electus Anno 173. (168) functus Annis 3, mensib. 11, diebus 21. (9 annis aliquot mens.)		
14. S. Eleutherius electus An. 177. functus annis 15, diebus 23.	Commodus „	180
15. S. Victor electus Ann. 192. (193). functus annis 9, mense 1, 28 diebus.	Pertinax „	193
	Septimius Sever. „	194
16. S. Zephyrinus electus Anno 201. (202) functus annis 18, diebus 18 (circiter 17 annis).	Caracalla „	211
	Macrinus „	217
	Heliogabalus „	218
17. S. Callistus I. elect. Anno 219. functus an. 5, mens. 1, dieb. 12. (fere 4 ann.)	Alexander Sever. „	222
18. S. Urbanus I. electus Anno 224. (223) functus annis 6, mensib. 7, diebus 3. (ultra 7 ann.)		
19. S. Pontianus elect. Anno 231. (230) funct. annis 4, diebus 6. (ultra 5 annos).	Maximinus „	230
20. S. Antenus electus An. 235. functus mense 1.	Gordianus „	238
21. S. Fabianus electus An. 236. functus annis 15, dieb. 5 (circiter 14 annis).	Philippus „	244
22. S. Cornelius electus Anno 251. funct. ann. 2. mensib. 4, diebus 17. (1 a. 3 mens. 10 diebus).	Decius „	250
23. S. Lucius I. elect. anno 253. (252). functus 1 ann. 4 mens. (aliquot ultra 5 mens).	Valerianus „	253

24. S. Stephanus I. electus anno 255. (253) functus an. 2, mens. 3. diebus 22.		
25. S. Sixtus II. electus Anno 257. functus mensib. 11, diebus 13.		
26. S. Dionysius electus An. 258. (259) functus annis 12, mensib. 3, diebus 14. (10 an. 5 mensib. aliq. dieb.)	Gallienus Claudius	ab ann „
27. S. Felix I. electus Anno 270. (269) functus annis 4, mensibus 4, diebus 29. (circiter 5 annis.)	Aurelianus	„
28. S. Eutychianus electus Anno 275. functus annis 8, mensib. 6, diebus 4. (8 ann. 11 mensibus, 1 die),		
29. S. Cajus electus Ann. 283. functus annis 12, mensibus 4, diebus 5 (. . . 17 dieb.)	Carus	„
30. S. Marcellinus electus An. 296. functus annis 7, mensib. 11, diebus 26 (8 an. aliq. mens.)	Diocletianus et Maximianus	„
31. S. Marcellus I. electus An. 304. (308) functus annis 4, mense 1, diebus 25 (1 an. 7 mens. 20 dieb.)	Gallerius et Constantius Chlorus	„
32. S. Eusebius electus Anno 309. (310) functus annis 2, mensib. 8, diebus 21. (4 mens. aliquot diebus).	Constantinus M.	„

Periodus Secunda
Historiae Ecclesiasticae N. F.
a
Constantino M. usque ad Carolum M.
seu
ab anno 306. ad annum 800.

PARS PRIMA.
Historia Status externi Ecclèsiae Christianae.
Caput I.
De propagatione Religionis Christianae.
§. 1.
Status imperii Romani.

Constantinus M. post obitum Constantii Chlori patris militum votis anno 306. in Britannia successor electus est [1]. Et quamvis Galerius imperator initio solum Caesaris titulum eidem cederet, insequente tamen anno Augusti nomen ab Herculio socero suo consecutus est. At electione hac Romam delata milites praetoriani ibidem existentes Maxentio filio Herculii et Galerii genero imperii fasces obtulere [2]. Contra hunc Galerius copias Severo duce expedivit. Quare ut Maxentius partes suas tueri valeat, patrem suum Herculium, qui deposito imperio in Campania degebat, novitus purpura ornat, ac cum Severo congressus eum capit ac vita privat [3]. Verum Galerius eidem Licinium Augusti titulo ornatum sufficit, ut adeo sex essent eodem tempore sive Augusti sive Caesares [4] *). Ceterum paulo post Herculius in Galliam redux de perfido et nefario erga Constantinum generum suum animo semel atque iterum convictus, anno 310. mortis poena affectus est [5]. Post annum unum etiam Galerius foedum in morbum incidens vitam finivit. Circa

[1] Lactant. de mort. persecut. c. 24. n. 8. Julian. orat. 1. p. 7.
[2] Lactant. ibid. c. 44. n. 4.
[3] Anon. Vales. p. 657. 658. Zozim. l. II. c. 10. n.. 1—6. Aurel. Vict. de caesarib. c. 40. n. 6. 7. Eutrop. I. 10. c. 2. n. 6.
[4] Zozim. l. II. c. 11. n. 1. Victor de caesarib. c. 40. Hieron. in Chron.
[5] Lactant. l. c. cap. 29. 30. Euseb. H. E. l. VIII. c. 13.

idem fere tempus Maxentius bello Constantinum petiit, verum posterior illum ad pontem Milvium profligavit totamque Italiam et Africam anno 312. in potestatem suam redegit [1]. Bello hoc feliciter confecto unicus tantum ex persecutoribus Ecclesiae superfuit Maximinus, qui Licinium et Constantinum adgressus est, sed per primum victus ex Illyrico in Asiam fugiens ad Tarsum Ciliciae occubuit [2]. Constantinus tandem ultimum quoque aemulum Licinium devicit [3], imperium solus anno 323. consecutus [4]. Defuncto Constantino M. imperium ejus inter se diviserunt ita, ut Constantio oriens, Constanti autem et Constantino occidens obtigerit. His successere alii, donec circa finem seculi IV. Theodosius M. imperium in orientale et occidentale divisisset [5]. Occidentis imperium gentes barbarae praesertim germanicae anno 476. occuparunt, pluraque regna ex ejus ruderibus condiderunt. Carolus M. illud anno 800. instauravit [6]. Imperium orientale esto non paucioribus fortunae adversitatibus tum per easdem, tum per Asiaticas gentes imo et bella intestina jactaretur, perstitit tamen victoriis quoque inclaruit Justiniano imperium tenente [7] Ast seculo VII. nobilissimas Asiae et Africae ditiones occuparunt Saraceni, qui eodem tempore etiam regnum Persarum demoliti sunt, et cum initio seculi VIII. Hispaniae quoque partem in suam redegerunt potestatem. V. Scriptor. rer. Byzantinar. Theophan. Cedren. et alii. Elmacinus Histor. Saracen. Abulpharajus Histor. Dynastiar.

*) Galerius, Herculius, Constantinus, Maxentius, Licinus et Maximinus.

§. 2.

Nova regna Visigothorum, Vandalorum, Burgundionum

Primi erant Visigothi, qui per factiosum Stilicone[m] provocati, sub rege suo Alarico Romam insultu ador[ti]

1) Lactant. ibid. c. 44. Nazarius ibid. c. 28.
2) Zozim. l. 2. c. 17. n. 6. 7.
3) Theodor. L. 1. c. 1. Chronic. Alexandr. Tillemont. vit. Constant. §. 50.
4) Idacius in fastis Schütz allgem. Weltgesch. Tom. 3. pag. 64.
5) Zozim. l. V. c. 1. Socrates H. E. VI. c. 1.
6) Aurel. Vict. de Caesar. c. 41. n. 1. Eginhard in vita Carol. M.
7) Scriptor. rer. Byzant. a. Prisco et Procopio.

sunt, et ejus cives famo pressos, magna auri argentique summa pacem anno 408. mercari coegerunt [1]), imo sequenti anno urbem Romanam coeperunt [2]). Eodem tempore vicinas Italiae provincias inundarunt Alani, Vandali et Suevi, qui Galliam depopulati ac montes Pyrenaeos emensi, Hispaniam quoque anno 409. juris sui fecerunt [3]). Alarici successor Ataulphus, ex Italia egressus Tolosae sedem suam fixit, ac novum ibidem regnum constituens, illud devictis Suevis ad totam Hispaniam extendit [4]). Sub Valentiniano III. Africa graviorem adhuc calamitatem subivit. Cum enim Bonifacius comes proditionis ab Aëtio dolose incusatus, Vandalos anno 429. in subsidium vocasset, hi duce Genserico cum 80 millibus copiarum Africae adpropinguarunt [5]), ac devastata Carthagine florentissimum ibi regnum condiderunt. Ad initium seculi V. Burgundiones duce Marcomiro terram Galliae Rheno adjacentem occuparunt, ejusque filium Pharamundum anno 420. regem proclamarunt [6]). Successores Pharamundi tardius Francis succubuere. V. Prosper in Chronic. ad annum 406. Paul. Oros. L. VII. c. 32. 38. Gregor. Turon. L. III. c. 11.

§. 3.

Anglo-Saxonum, Herulorum, Francorum.

Britanni ante Romanorum imperium proprios reges habebant. Ubi autem Romanos oppressissent barbari, reges rursus elegerunt. At Pictis et Scotis eos anno 446. horrende vastantibus Anglo-Saxones in subsidium vocarunt [7]). Quare tres Germaniae populi Saxones Albi et Rheno inferiori adjacentes, Angli supra illos ad Slesvicum, et Juti in Jutia degentes ducibus Hengisto et Horsa Britannis opem adlaturi eorum regnum intrarunt, incolas et regnum

[1]) Zozim. L. V. c. 35—42. Sozomen. H. E. L. 9. c. 6.
[2]) Paul. Oros. L. VII. c. 39—40. Idacius in Chron.
[3]) Hieronym. epist. 123. cap. 16. Gregor. Turon. Hist. Francor. L. II. c. 2.
[4]) Orosius Lib. VII. c. 43.
[5]) Procop. de bello Vandalor. l. 1. c. 3. Victor Vitens. de persecut. Vandalor. L. 1. c. 1.
[6]) Gesta Francor. epitomata c. 4. in Freheri corpore Hist. Franc. vet. Tom. 1. p. 58.
[7]) Gildas de excidio Britanniae p. 506. Beda H. E. l. 1. c. 14. 15. Vitichind Annal. L. 1. p. 639. apud Maibom.

subjugarunt, ac Britanniam nomine Angliae compellan eam in septem minora regna (heptarchiam) subdiviserunt Tandem Odoacer Herulorum rex, conjunctis sibi Turci gis et Sciris Augustulum occidentis ultimum imperi rem solio privavit, atque imperio occidentali circa an 476. finem imposuit [2]. Francorum porro prima menti Historia anno 238. reperitur. Hi Rhenum inferiorem i et Visurgim habitantes, trajecta Visurgi semet ad A usque extenderunt. Chlodoveus Merovingicae sti auctor Galliam subintravit, ac Syagro devicto et privato Romanorum in Galliâ dominationi finem impo anno 486. [3]. Ultro progressus Thuringos devicit [4], A mannos victoria ad Tolbiacum relata compescuit [5], B gundiones subjugavit [6] et caeso Visigothorum rege A rico [7] regnum ejus ad angustiores limites restrinxit. S cessores Chlodovei initio Galliam florentem reddider at tardius in ignaviam lapsi regnum per Majores domus praefectos palatii gubernabatur. Ex his Majoribus do memorari maxime meretur Carolus Martellus, qui racenos pluribus in proeliis, praesertim vero Pictavi fundens, tanto inter Francos nomine inclaruit, ut filius Pipinus solium Franciae, detruso in monasterium Cl derico, ultimo ex domo Merovei rege anno 752. conso dere permitteretur. Ex ejus posteris Carolus M. im rium occidentale restituit. V. Gregor. Turon. in His Franc. Eginhard. in vita Carol. M.

§. 4.

Ostrogothorum, Longobardorum, Hunnorum.

Theodoricus Ostrogothorum rex a Zenone peratore in subsidium vocatus Odoacrem Herulo regem iterata clade affectum Verona Ravennam fugere c

---

1) Beda Hist. E. L. 1. c. 14.
2) Cassiodor. Chronic. Jornand. de reb. Get. c. 46. Schütz allgem. W Tom. 3. p. 92. et s.
3) Gregor. Turon. L. II. c. 9. et 27. Histor. Graecor. epitom. c. 1 in Gestis Francor. apud Freher. c. 9.
4) Gregor. Turon. L. II. c. 9. et 27.
5) Ibid. c. 29. 30.
6) Ibidem L. III. c. 11.
7) Ibid. L. II. c. 37.

git. Imo et hic eum obsidione cinctum, ac ad partes suas allectum anno 493. e medio sustulit [1]. Ab hoc tempore Ostrogothi regnum in Italia fundarunt, quod Thedoricus insigniter quidem administravit, verum successoribus ejus ignave regnantibus Narses dux Justiniani armis Italiam revindicavit, finemque dominatui Gothorum imposuit [2]. Longobardi origine Germani feroces et bellicosi [3] ad Albim habitantes Rugorum provincias occuparunt, postea Noricum et Pannoniam in praemium a Justiniano obtinentes sub Audoino rege ad Istri adversam ripam in vicinia Gepidarum se illocarunt [4]. Alboinus prioris filius contra Venetos processit, ac Liguriam fere totam occupavit [5]. Capto Mediolano et Ticino viam ad Italiam superiorem sibi subjugandam paravit [6]. Longobardorum regem ultimum Desiderium rex Francorum Carolus M. anno 773. devicit, ac in Gallias abduxit. Stirps originalis Hunnica ex Asia septemtrionali, ubi ad limites Sinensis imperii nomadicam vitam agebat, et contra quam magno muro se muniverant Sinenses originem ducit. Extensus hic populus jam ante Christum natum memorabilis dominabatur Mogolis, et magnam partem Asiae septemtrionalis ad mare Caspium et Tibetum usque possidens, periculosus Sinensibus vicinus erat, donec ab his partim anno aer. v. 93. partim tardius devictus sedes suas mutavisset, ac multis erroribus actus tandem in Bashkiriae provincia sedes collocavisset. Successu temporis ad Volgam et Tanaim consederunt, unde circa anno 374 conscripto ex centum et octo tribubus exercitu duce Balambere rege suo in Europam transivere [7]. Hic Moldaviam, Valachiam, Transylvaniam et partem Hungariae occuparunt, unde devictis nationibus in societatem armorum assumtis contra Romanos processerunt [8]. His pariter superatis [9] regnum in Pannonia sub Balimiro rege

---

[1] Excerpta de Theodor. pag. 664. Cassiod. in Chron.
[2] Warnefrid. L. 1. c. 10.
[3] Barbeir antiquit. foede. part. II. §. 199.
[4] Tacit. de morib. Germ. c. 40.
[5] Procopius Goth. bell. L. III. c. 33.
[6] Warnefrid. L. II. c. 9. 10. 12. 14. 25.
[7] Deguignes Hist. des Huns.
[8] Pray in Annal. p. 1. p. 63.
[9] Turocz. in Chron. p. 1. c. 11. cui et Bonfin. ex Olah. consentiunt.

fundarunt. Regnum hocc successu temporis praesertim sub Attila tam potens evasit, ut omnibus gentibus inde periculum exurgeret [1]). Nam omnes Germaniae populos, imo Orientis et Occidentis imperatores sibi tributarios reddidit. Tandem per Gallias, et Italiam copias suas ducens Romae substitit. Huic tamen eloquentia S. Leonis Papae, qui cum legatione obviam illi processit, reconciliatus, pepercit, ac in Pannoniam recessit [2]), ubi anno 454. sanguine e naribus in fauces illapso extinctus est [3]). Post mortem Attilae regnum ejus inter filios Ellacum, Deugesicum et Irnachum divisum, discordias protulit. Primis duobus caesis superstes mansit Irnachus. At periculum ab hostibus suis imminere videns, sibi et suis in minore Scythia ad Boristhenem fluvium domicilium elegit. Hunnorum posteri erumpentibus tardius ex Asia Avaribus conjuncti Pannoniam rursus armis invaserunt. Vid. Prosper in Chron. et de Guignes in Histoire des Huns.

§. 5.

Arabum. Persarum.

Durantibus his motibus in occidente, oriens quoque gravissimis bellis turbabatur. Inter periculosissimos orientis hostes Arabes referendi veniunt. Illi Nomadum species bellorum gerendorum periti, et libertatis studiosissimi, plures orientis provincias duce Muhamede occuparunt [4]). Successores Muhamedis Syriam et Palaestinam subjugarunt, Bassoram aedificarunt, Bagdadum ad splendorem reposuerunt, Judaeis et Christianis Orientis tributum imposuerunt. Quod Persas attinet, hi sub rege Hormisda cum Arabibus congredientes, horum potentia opressi sunt [5]). Fortuna hac animati Arabes Aegyptum invaserunt, et hac in potestatem redacta anno 711. versus Hispaniam processerunt, ubi

---

[1]) Musant. in tab. Chron. p. 250.
[2]) Jornandes de reb. Get. c. 42. Procop. l. 1. Musantius Tab. Chron. p. 385.
[3]) Jornand. ibid. c. 49. Theophan p. 93.
[4]) Abulfeda c. 51. 61. 62. 63. Elmacinus L. 1. c. 1. p. 5—9. Abulphrajus dynast. IX. p. 160—164. Prideau vita Muham. pag. 138. 148.
[5]) Elmacin. l. 1. c. 4. p. 32. Ockley Histor. Saracen. P. 1. p. 364—367.

devictis pulsisque Visigothis potentissimum regnum fundarunt, quod ad seculum XV. usque firmum perstitit.

§. 6.

Constantini M. conversio. Religionis Christianae liberum exercitium.

Ad religionem Christianam per imperium Romanum seculo IV. propagandam plurimum contulit Constantinus M. qui patris successor (§. 1.) nihil antiquius habuit, quam ut Christiani in cultu suo relinquerentur. Quare anno 312. edictum vulgavit, quo Christianis potestatem fecit Deo suo ad lubitum serviendi [1]). Libertatis hujus usum Christiani occidentales, qui Constantino parebant, liberalius fecerunt, quam illi, qui Licinio in oriente suberant. Et profecto hic, qui alias persecutor Christianorum erat, edicto Constantini M. solum ex aemulatione subscripsit. Persecutori tamen huic devicto et clade interfecto finem imposuit Constantinus M. pacemque Ecclesiae restituit. Porro veteres testantur Constantinum rerum divinarum cognitione sensim ita profecisse, ut ab anno 324. Christianis se addictissimum exhibens, legibus et factis Christum professus fuerit. Motivum varii varie describunt [2]). Eusebius narrat [3]): Constantinum de superando aemulo suo Maxentio sollicitum, cum exitum belli dubium censeret, hostisque sui potentiam formidaret, contemtis diis gentilium veri Dei opem implorasse, horisque diei meridianis crucis tropaeum in coelo ex luce, conflatum soli superpositum vidisse cum inscriptione: τȣτῳ νικα in hoc vince, cumque dubius haereret, quidnam visio haec significaret, dormienti Christum eodem cum signo adparuisse, ac praecepisse, ut militari signo ad similitudinem ejus, quod in coelo vidit, tanquam salutari praesidio in bellis uteretur. Porro continuat Eusebius Constantinum primo statim diluculo arcanum hoc communicasse amicis et convocasse auri et

---

1) Euseb. H. E. l. X. c. 5.
2) Franc. Balduin. Constantinus M. lib. II. Basileae 1556. Martini über die Einführung der christl. Religion als Staats-Relig. durch den Kaiser Constantin Monachii 1813. Manso Leben Constant. des Grossen. Bresl. 1817.
3) Euseb. Lib. de vi Const. c. 28. 29.

gemmarum fabros, signumque cruci simile ex auro et lapillis formari, ac illud tanquam munimentum adversus qualescunque hostes exercitui praeferri jussisse. Signum hoc in formam labari constructum juxta Eusebium constabat oblonga hasta, auro contecta, quae instar crucis habebat transversam antennam, in cujus summitate corona erat affixa, gemmis et auro contexta, duas exhibens literas graecas, utpote literam X, quam mediam litera P dividebat, hanc in formam ☧ ad exprimendum nomen Christi. Ex antenna transversa velum dependebat textum videlicet purpureum pretiosis lapidibus ornatum et multo auro intertexta fulgens, ac supra veli summitatem imperatoris et liberorum ejus imagines pectore tenus depictae visebantur. Monogramma hoc ☧ Constantinus postea galeae suae, militumque clypeis adplicari curavit. Admirabili signo hoc viso et intellecto Constantinus nihil differendum ratus, solum Christianorum Deum colebat, sacros Christianorum libros legebat, episcopos in consilium vocabat, eorum consortium fovebat, bellumque contra Maxentium prosecutus de eo victoriam in vicinia urbis Romanae reportavit. Cum enim Maxentius clade affectus in urbem se recipere vellet, per pontem Milvium transire volens Tiberim, ruina pontis oppressus, ac demersus periit, sicque Constantinus urbem gloriose ingressus est. V. Eusebius L. 1. de vita Constant. imp. c. 37. et 39.

§. 7.

Constantini sincera conversio factis probatur.

Multi curiosius scrutantur, quonam ex motivo Constantinus M. Religionem Christianam amplexus fuerit. Nonnulli ex iis putant, Constantinum unice rationibus ex politicis Religionem Christianam externe professum, interne nihil minus, quam Christianum fuisse [1]. Nam, dicunt illi, Constantinus M. cum imperium solus possidere cuperet, perbene autem sciret, se militum Christianorum auxilio

[1]) Gottfr. Arnold. H. E. Tom. 1. l. IV. c. pag. 143. et s.

id consequendum carere non posse, Christianum si-
lavit, quo sic etiam Christianorum militum favore fretus, facilius scopum suum attingere possit. Firmant porro sertum suum dicendo, imperatorem egisse vitam homine ristiano indignam, qui nempe filium suum Crispum et njugem Faustam vita privaverit. Licinium affinem um et ejus filiam contra datam fidem interfecerit; superliosa instituta foverit; Arianos protexerit; titulo Poncis maximi porro quoque usus fuerit; atque passionibus riis utpote superbia, vanitate, imo et voluptate abreptus erit; denique baptismum usque ad finem vitae distulerit. rum haec cuncta conjecturis solum nituntur. Et quidem ud, quo statuunt Constantinum eo scopo Christum prossum fuisse, ut adjutorio militum Christianorum imperium nsequerentur, fundamento caret, cum Constantinus copum suum etiam qua gentilis obtinere potuerit, siquidem rtum sit, milites tempore Constantini multo plures isse gentiles, quam Christianos. Et alioquin ex Zozimo nstat exercitum, quem contra Maxentium, Maximium et Licinium duxerat Constantinus, plerumque t barbaris et gentilibus conflatum fuisse. Nec plus ponde- s inest reliquis contra Constantinum adductis argumentis, m lapsus illius et vitia etiam gravissima id solum indicant, m non illico gentilismi omnes passiones exuisse, nec sta- n perfectum Christianum evasisse, licet veritatem et divilatem Religionis Christianae agnoverit. Nec obstat, quod rium ejusque asseclas toleraverit ex ratione politica, cum otentem eorum factionem metuerit, quin eorum tamen perersam doctrinam probaverit. Quantum vero ad dilationem ptismi reponimus, eum voluisse fortassis inmitari morem nc vigentem, quo multi baptismum in Jordane ex reventia erga Salvatorem oportuno tempore suscipere solebant; m et ipse in oratione ad episcopos fassus fuerit, se olim ud animum suum constituisse [1]), ut baptismo in Jordane exemplum Christi lustraretur. Profecto Constantim ex animo et convictione suscepisse Religionem Christianam plura ejus facta, leges, consilia et instituta testan-

) Apud Euseb. de vit. Constant. M. L. IV. c. 62.

tur. Nam illico ut Maxentium superavit, Religionem Christianam tantopere sibi cordi sumsit, ut superstitiosum et impium idololatriae cultum impedire, et in hujus locum illam ubique implantare, conaretur [1]. Plurima idolorum templa uti Veneris juxta Libanum montem, et fluvium Adonin, Aesculapii fanum ad Aegaeas Ciliciae urbem solo aequavit [2]. Judaeorum furorem in Christianos decretis compescuit. Religionis Christianae ministris ecclesiasticis amplissima jura, et privilegia concessit, confessores, qui fidei causa exilio, infamiae, aliisque calamitatibus exponebantur, ab his cunctis injuriis liberavit, opes, et dignitates ademtas Christianis restitui jussit [3]. Deorum templa in usum Christianorum convertit, et nova suis expensis erexit [4], immunitatibus providit, tributum remisit, et sanxit, eisdem pia legata fieri posse [5]. De cleri sustentatione sollicitus statuit, ut ex singularum civitatum proventibus pars quaepiam eidem dependatur [6]. Episcoporum dignitati multum consuluit permittendo, ut, qui vellent, episcoporum arbitrium in causis civilibus interpellare, et judicia forensia praeterire valeant [7]; denique cunctos ministros ecclesiasticos a publicis muneribus gerendis liberos declararit V. Euseb. H. E. lib. X. c. 5.

§. 8.

Status rei christianae post mortem Constantini M.

Fatis humanis erepto Constantino tres illius filii superstites Constantinus, Constantius et Constans imperium Romanum inter se dividentes omnia impenderunt, quae ad Religionem Christianam firmandam ac propagandam proficua videbantur [8]. Nam residua gentilium fana destrui, simulacra tolli et sacrificia penitus abrogari praeceperunt. Bella tamen in imperio tunc vigentia et

1) Euseb. ibid. lib. II. c. 48. et seq.
2) Sozom. H. E. L. II. c. 5.
3) Euseb. ibid. lib. II. c. 20. et seq. c. 30. et seq.
4) Euseb. ibid. l. II. c. 45. Socrat. H. E. L. 1. c. 8. Theodoret. H. E. L. 1. c. 15.
5) Ciampianus de sacris aedificiis Constant. in Synopsi historica Romae 1693.
6) Sozomen. H. E. lib. 1. c. 2.
7) Sozomen. l. cit. cap. 9.
8) Eusebius probos eorum mores laudat. lib. IV. de vita Constant. c. 67-70.

n turba multa impedimenta Ecclesiae Christianae Constantio mortuo Julianus, Constantini re nepos in imperio solus successit. Hic cum initio perii Constantii adhaerentes cunctos partim rtim exilio punivit, et licet qua juvenis jam princi- ianae Religionis edoctus, ac cum fratre Gallo assumptus fuerit [1]), inimicissimum attamen se s exhibuit, eosque non suppliciis quidem, ipsos e et dolo ad deficiendum sollicitavit, graviora in ı, nisi belli persici dubius exitus illum retraxisset [2]). haec id resultati habuere, quod sacra Christia- per aliquod tempus periculo exposita fuerint. no in pugna contra Persas occumbente Jovin- ıilitum suffragiis anno 363. imperium consecutus, Christianae pristinam libertatem addixit. Confecta ı Persis pace episcopos exules revocavit, templa laudi remque Christianam in integrum restitui jus- : successoribus ejus Valens Eudoxii episcopi A- ıiliis in devia actus, Arianorum partes zelosissime [4]), episcopos a Joviniano sedibus restitutos rursus t, gravemque persecutionem Christianis intentavit, durantem, quoad Gothi Thraciam invadentes eum ;ionem imperii orientalis evocassent. Contra eos feliciter pugnans captus [et vivus a barbaris com- ; [5]). Feliciorem sortem res Christiana experta est sub ı o imperatore, qui anno 375. patris Valentiniani tus post mortem Valentis fratrem suum Valen- m II. in imperii socium assumsit [6]) et orientis impe- ›odosio cessit. Gratianus donec regnavit, tem- um evertit, episcopos et presbyteros per Valen- :xilium pulsos revocavit, et cunctas Christianorum ne Donatistis, Manichaeis, Photinianis et Euno- xceptis religionem suam exercere permisit [7]).

ipse Julianus in epist. ad Eccles. Alexandr. fatetur. Gregor. z. orat. III.
›ret. H. E. l. III. c. 25.
es H. E. lib. III. c. 24.
Malala part. II. hist. chron. p. 28.
. H. E. l. IV. c. 14. Sozom. H. E. lib. IV. c. 12.
ianus Marcell. L. 31. c. 11—13. Zozim. lib. IV. c. 21—24.
r in Chronic. apud Canis. tom. 1. p. 294.
es H. E. lib. V. c. 2.

Valentinianus II. Arianis favit initio, dein conversus Christianis addictus mansit. Verum e medio sublatus totum imperium Theodosio reliquit. Hic omnigena virtute praeditus ethnicorum superstitioni finem imposuit, postquam eorum templa everti, idola in lebetes et ad alia utensilia converti [1]), sacrificia et ritus gentilium interdici jussisset, ac gentiles plane urbibus exulare fecisset, infamia notatos [2]). Imo ad lites ejus temporis componendas et disciplinam ecclesiasticam tum condendam, tum stabiliendam concilium Constantinopoli indixit. Theodosius ante mortem imperium suum inter Honorium et Arcadium filios dividens, illum occidenti, hunc autem orienti praefecit, Arcadius decretis patris fideliter inhaesit. At sub Honorio et successore ejus Valentiniano III. atroces Italiae invasiones a barbaris factas, gentiles a diis iratis propter toleratum Christianismum derivabant, fidemque apud multos inveniebant, unde potestas civilis ob defectum virium silentium ipsis imponere non valuit [3]), hincque factum, ut per occidentem idololatria saltem occulte adhuc persisteret.

§. 9.

Conversiones barbarorum seculo IV.

Providentia Divina Religionem Christianam periodo hac adeo insigniter protexit, ut gentilismo ultimus interitus imminere videretur. Nam et in orientali et in occidentali imperio Religio Christi cunctos hostium impetus non solum superavit, verum etiam plures barbarae gentes ad eam conversae sunt. Et quidem

1) In Armenia, ubi Religionem Christi prima periodo implantatam (§. 57. per I.) altioribus firmatam fuisse radicibus nunc jam comperimus. Plurimum ad id cooperatus est Gregorius (φωτηρος) illuminator dictus. qui non solum plurimos e populo, verum etiam Tiridatem Armenorum regem et ejus aulae familiares doctrinae coelestis lumine illustravit [4]), ideoque Leontius Cappadociae praesul

1) Socrat. H. E. lib. V. c. 16.
2) Sozomen. H. E. lib. VII. c. 12.
3) Sozomen. H. E. lib. IX. C. 6
4) Sozomen. H. E. L. II. 8. Mosis chorensis Hist. Armenor. L. III. quam edid. Guil. et Georg. Whistoni filii. Lond. 1736. 4. p. 256. Joan. Joach. Schraeder Thesaur. ling. Armen. p. 149.

eum in praemium laborum primum Armenorum episcopum nominavit. Seculo V. Miesrob Armenos alphabeto et bibliorum versione providit.

2) In Abyssinia circa medium seculi IV. Religionem Christianam plantatam fuisse inde clarescit, quod incolae metropoleos Auxumis opera Aedesii et Frumentii praeconum Aegypti ad fidem Christi conversi fuerint. Aunitae postea reliquis Aethiopibus incitamento conversionis evaserunt, praesertim ubi duo iidem praecones Athiopiae regis gratiam lucrati, muneribus aulicis praeficerentur, regem ipsum et familiares Christo lucri facerent, ac templum in Christianorum usum aedificari curarent [1]). Novellum hunc agrum Domini S. Athanasius Alexandria saepe invisit, in bono confirmavit, semenque verbi divini ultro propagavit [2]). Unde factum ut ecclesia Aethiopica velut filia Alexandrinae spectata suos inde episcopos acciperet.

3) Iberi, qui hodiernam Georgiam Asiae incolebant, circa idem fere tempus ad veram Evangelii lucem pervenerunt, occasionem dante muliere quadam Christiana, quae apud ipsos in captivitate constituta, tam insigni in pauperes charitate, virtute et morum sanctitate semet distinguebat, ut ipse Iberorum rex ac conjux exemplo ejus permoti Religionem, quae tam insignes effectus in cultoribus suis produceret, amplecterentur, civesque suos ad idem faciendum stimularent, imo et Ecclesiam Christo erigerent [3]).

4) Homeritae vel Sabaei extremae Arabiae felicis incolae, legi circumcisionis, cultui solis, lunae, aliorumque idolorum addicti, ad fidem Christi conversi sunt sub Constantio imperatore. Hic enim missis ad eos legatis, quorum praecipuus Theophilus episcopus erat, primo regem eorum Christo lucrari conabatur. Quo viso populus exemplum regis sui secutus, ad sacra Christiana illico transivit. Quo autem conatus Theophili porro quoque fru-

[1]) Ruffinus H. E. Lib. 1. c. 9. Socrat. H. L. 1. c. 19. Sozom. H. E. L. II. c. 24.
[2]) Hiobi Ludolfi histor. Aethiop. l. IV. Francof. 1681. f. l. 3. c. 2.
[3]) Ruffin. H. E. Lib. 1. c. 9. Socrat. H. E. lib. 1. c. 19. Sozom. H. E. lib. II. c. 24. Theodoret. H. E. l. 23.

ctus bonos producerent, rex ecclesias tres in usum Christianorum extrui jussit, sicque coronidem operi imposuit.

5) Gothi, quos jam periodo I. §. 57. conversos recensuimus, longe majores progressus in Religione Christiana fecerunt, ubi Constantinus M. Gothiam et Sarmatiam in suam redegisset potestatem. Nam licet exorto inter Gothos et Visigothos bello intestino circa finem seculi IV. posteriores duce Fritigerne regi suo auxilium a Valente imperatore Arii sectatore sub illa solum conditione impetrarent, ut Arianam doctrinam profiterentur, Gothi tamen in vera fide permanserunt. Ultimum tandem tentamen conversionis Gothorum factum est, dum Hunni eos undique extruderent, ac illi Valentem imperatorem interpellarent, ut ipsis in Moesia et Thracia considere liceret. Nam Valens imperator petito eorum detulit, ea tamen sub conditione, ut sacra Christiana amplecterentur. De eo solum dolendum, quod ipse imperator Ariana haeresi corruptus, eos pariter Arianorum errore imbui permiserit [1]. Notabilis inter Gothos est Ulphilas (Wulphilas) episcopus, qui et literas ipsos docuit, et Scripturam Sacram fere totam in Gothicum sermonem vertit, in eo solum castigandus, quod et ipse Arii castra secutus, gentem suam in errore confirmaverit [2]. Minus felices progressus fecit res Christiana apud Ostrogothos, quorum rex Athanaricus non paucos ex suis plane ad metalla damnavit, quod religionem Christianam professi fuerint [3]. Tandem ubi Wisigothi 200 annis et ultra Arianos errores tenuissent, Reccaredus rex circa annum 587. Toleti in Hispania eos ad fidem veram Christi convertit. Gregorii M. dialog. lib. III. c. 21.

§. 10.

Seculo V. et VI.

Aliae quoque barbarae gentes Religionem Christianam epocha hac susceperunt, uti sunt:

---

[1]) Socrates H. E. libr. IV. c. 33. 34. Sozomen. H. E. libr. VI. c. 37. Theodoret. H. E. lib. IV. c. 33. Jornand. (episcop. Ravennat.) de reb. Geticis (in Muratorii rer. Italicar. Scriptor.) Tom 1. p. 187. c. 25.

[2]) Ulphilae versionem public. G. Ch. Zahn Weiseufelsae 1805. 4.

[3]) Socrat. H. E. lib. VII. c. 30.

1) Burgundiones, quorum conversionem Socrates sic recenset [1]: cum illos Hunni anno 417. nimiopere devastarent, ut contra eos potentioris Christianorum Dei adjutorium impetrarent, ex vicina Gallia episcopum fine institutionis sibi expetierunt, qui illico ad servitia paratus, eos septem dierum instructioni et jejunio subjecit, ac die octavo aqua salutis initiavit. Verum mox odio Francorum ad Arianismum defecerunt, quod eo facilius accidere potuit, quia in vicinia Visigothorum partem imperii occidentalis tenebant, saepe cum illis conveniebant, sicque eorum errore imbuti sunt. Donec tandem post annum 534. studio Aviti episcopi Viennensis sub rege suo Sigismundo ad Catholicam Christi fidem redivissent.

2) Suevi Hispaniae incolae, per ignotum quempiam [illegible]em instructi, ad Ecclesiam Christi seculo V. ac[illegible]t. Hi licet parum constantes fuerint in suscepta fide, cum eodem seculo jam, utpote circa annum 470. per Visigothos ad Arianam haeresim perducti sint [2]; ad fidem tamen catholicam redivere opera Reccaredi Visigothorum regis, qui omnem conatum adhibuit, ut non solum Suevos, verum et suos ad resumendam pristinam Christi fidem persuaderet.

3) Franci, apud quos majora, quam alibi incrementa fecit Religio Christiana, occasionem dante Chlodoveo rege. Hic a Christiana conjuge Clotilde Burgundionum regis filia persuasus et a S. Remigio episcopo Rhemensi stimulatus, fidem fecit, se nomen suum Christo daturum, si in bello, quod ipsi contra Alemannos gerendum erat, victoriam retulerit. Eo autem feliciter eveniente, ut anno 496. Alemannos et Bojos invocato in auxilium Christo ad Tolbiacum clade affecerit, et Alemanniam ac Bojoariam in suam redegerit potestatem, conspicuam hanc victoriam adjutorio veri Dei adscribens, Rhemis ab episcopo urbis solemniter baptismum suscepit, fidemque Christi professus est. Exemplum regis, tantique ducis optimates et

---

[1] Socrat. H. E. lib. III. Cap. 30.
[2] Gesch. des Arianism. unter den deutsch. Völkern in Walchs Ketzerhistorie p. II. p. 553. et Petri Fritz Ketzer-Lexicon sub voce Arianism.

populus mox secutus [1]), numerum Christianorum insigniter auxerunt.

4) Hiberni. Quaecunque de horum conversione recensentur, satis incerta sunt, et ex tardioribus solum auctoribus desumuntur. Id tamen extra omne dubium situm est, quod in Hibernia seculo V. jam plures episcopi at diaconi fidem Christi propagare et stabilire conati sint, licet laboribus eorum non semper aequalis successus responderit. Felices in praedicando apud eos Evangelio fructus reportavit Patricius, vir integerrimae vitae, ac omnibus molestiis et periculis muneris sui superior, qui Gallias, Italiam ac maris Tyrheni insulas peragravit, ac tandem anno 432. Hiberniam adivit, ejusque incolas post toleratas multas aerumnas ab idolorum cultu ad Christi fidem convertit. Quo autem recenter plantata Religio in futura quoque tempora conservaretur, ac contra omnia extirpationis fortuitae pericula firmaretur, Armacanum episcopatum Pontificis Romani facultate condidit [2]), ideoque S. Patritius hodiedum ceu Apostolus Hiberniae colitur.

5) Bavari, horum nonnullos S. Valentinus ad fidem Christi sequendam disposuit, postquam Romanorum castellum Castra Batava subintrasset et fidem Christianam praedicasset. Quamvis vero plures praecones in Bavaria inferiori ad Osterhofium fine apostolici operis prosequendi constituisset, exiguus tamen fructus conatibus his respondit, pulso per adversitates et persecutiones Valentino; qui in montana Rhaetiae se recepit, ubi praedicato feliciter Evangelio supremum diem in claustro obiit [3]).

6) Austriaci, hos cum finitimis Bavaris, qui ambo ad Norici incolas spectabant, ad Christi fidem convertit S. Severinus, Norici Apostolus. Is ab anno 454. integrum fere Noricum ripense bellicis Attilae incursionibus vastatum, praedicando, consolando et benefaciendo

---

[1]) Gregor. Turon. histor. Francor. Lib. X. usque ad an. 591. in Dom. Mart. Bouquet rer. Gallicar. scriptorib. Tom. II. Paris 1739. fol.

[2]) Acta Sanctor. Tom. II. Martii p. 517. Tom. III. Februar. p. 131. 179. Jacob. Varraeus Hiber. Sacra p. 1. Dublin. 1717. f. in David. Wilkins conciliis M. Britanniae et Hibern. legunt. synodi a Patritio servatae Tom. 1. p. 1790.

[3]) Acta Sanctor. Tom. IV. Februar.

agravit, et locum Commagenis (Haimburg) ingressus, ci cum successu praedicavit [1]), inde Vindobonam (Fa-la) [2]) cum fame et egestate luctantem evocatus, in-is ad poenitendum disposuit, ac ut eo facilius spirituali um solatio adesse queat, domicilium in vicino mona-io, quod ipse fundaverat, fixit. Vir hic tanta sancti-s celebritate inclaruit, ut Cucullum, Juvaviam, Laurea-i, et Batavim evocatus, cunctis afflictis, miseris, et ibus tam spirituale, quam corporale solatium adferret. verini vestigia discipuli ejus Lucillus, Marcia-s et Eugippius zelose sequebantur, at mox incur-sibus barbarorum et jussu Odoacris solum mutare cti, sacras defuncti Severini abbatis sui exuvias in transtulerunt, et Neapoli tumulo honorificentissime erunt.

7) Longobardi, qui pariter deposito vetustiorum porum furore Christum praedicante Authari rege fessi sunt. Licet vero primo Arianos sequerentur, sub ilulfo attamen prioris successore Catholica sacra am-xi sunt, postquam Theodelinda regina, et filia Ga-aldi Bavariae ducis maritum suum Gregorii M. Pon-cis suasu eo permovissat, ut Arii errorem deponeret.

8) Anglosaxones Cantii inhabitatores sub rege helberto Christo nomen dederunt. Rex enim accepta conjugem Bertha regis Parisiensis filia, hujus et scopi Luidhardi, quem in aula sua fovebat, consiliis, ere Religioni Christianae coepit. Cum autem anno 596. egorius M. Pontifex monachos quadraginta cum ab-e Augustino fine praedicandi Evangelii in Britanniam sisset, ac hi ad insulam Tanetanam advenientes a rege, o nondum Christiano, libertate Christum praedicandi arentur, missionarii hi in metropoli Cantuariensi ser-nibus, et labore apostolico per reginam succollato non tum proceres et regem, verum etiam magnam populi par-a Christo lucri fecerunt. Indefessos hos conatus prae-aturus Gregorius Pontifex Augustinum Ecclesiae

---

1) Eugippius in vita S. Severini.
2) A Cohorte Fabiana sic compellata. V. Jos. B. ab Hormayer Wien, seine Gesch. und Denkwürdigk. Wien 1823. Tom. 1. pag. 39.

Cantuariensis Archipraesulem constituit. August successit Laurentius, qui Religionem Christianam tius propagavit, cujus conatus regum uxores Christo dictae zelose juvabant. Ita Edvinus Northumbrorum uxoris Edelburgae filiae regis Cantii influxu, et P lini episcopi Eboracensis adjutorio anno 627. baptis suscepit [1]. Similiter Penda filius regis Marciorum fil Northumbrorum regis Osivii ea sub conditione in uxo obtinuit, ut Christi fidem amplecteretur. Idem in aliis q que heptarchiae ditionibus factum fuisse nullus dubitat.

§. 11.

Seculo VII.

Verbi divini praecones seculo hoc plures e Brita Scotia, Hibernia et aliunde in terrae continentis provi egressi, non paucas gentes ad Christi fidem converter Ex illis celebriores sunt

1) S. Columbanus abbas Luxoviensis, ori Hibernus, qui plures discipulos in consortium sumens in Gallia et vicinis oris solum, sed etiam in Suevia, rinthia et Marchia Vindorum doctrinam coelestem prae cavit. In Italiam inde profectus non procul Neapoli ma sterium Bobiense fundavit, ubi supremum vitae d obiit [2].

2) S. Gallus prioris discipulus et viae comes, ae Hibernus, magistri vestigia egregie secutus, in Helv et Suevia Religionem Christianam propagavit. Nam viam in societate Columbani Italiam versus inchoa morbo correptus, in vicinia Brigantiae remansit. San restitutus provinciae incolas fide Christiana imbuit, et leberrimum S. Galli monasterium condidisse dicitur [3].

3) S. Kilianus etiam Hibernus, natalium splend conspicuus, Francis orientalibus fidem Christi praedica Is nempe disponente Pontifice Romano Conone cum d

---

[1]) Ven. Beda H. E. Lib. II. Cap. 10. et seq.

[2]) Columbani biograph. descripsit. Jonas abbas, ejus successor L viae; in Mabil. Act. Ord. S. Bened. Tom. II. pag. 3. et seq.

[3]) Walafrid Strabo in vit. S. Galli quae legit in Mabillon. actis SS. Bened. Tom. II. p. 228. Henr. Canis. Lect. antiquae To p. 783. Goldastus rer. Aleman. Tom. I.

is urbem Herbipolitanam ingressus, Apostoli munus
m fervore et zelo executus est, ut et populi ma-
artem, et ducem Gosbertum salutari aqua lu-
t. Eo tamen contingente, ut Gosbertum serio
ret, quo is Geilanam fratris sui viduam, quam
nitatis impedimento sibi adsociaverat, dimitteret,
n sociis anno 689. artibus ejusdem concubinae vita
, martyrii palmam emeruit [1]).

S. Willebrordus Anglo Saxo anno 690. ad-
consortium undecim sociis ad Bataviam e regione
iae locatam Frisiorum convertendorum gratia navi-
et ibidem cum facultate Pipini, ducis, qui Rad-
Bataviae rege devicto Frisiae partem juris sui fece-
ngelium praedicavit [2]). Labori ejus tam felix even-
ondit, ut intra breve tempus magnum Christianorum
n colligeret, ac idem Apostolus per Sergium I.
em in Archiepiscopum Trajecti nominaretur.
li ejus fidem Christi in Westphaliam, aliasque fini-
tiones intulerunt, et eorum unus Willebaldus
ebratam Trajecti synodum episcopatus Eichstadien-
er Marcellinus partium trans Isalam positarum
onatus est.

S. Emeranus episcopus Pictaviensis, qui Hun-
Avares Pannoniae ad Christum convertere volens
ogallia Ratisbonam usque pervenerat, verum dux
e Theodo eundem invitum detinuit, quo is no-
Bavariae ecclesiam extenderet, firmaret, ac ad or-
educeret. Quare is muneri apostolico ibidem semet
ns, agrum Domini a restantibus adhuc zizaniis
it, et Ratisbonae aedem sacram erigens ejusdem
um egit. Labores S. Emerani in Bavaria conti-
S. Rupertus episcopus Wormaciensis, quem
lo II. dux anno 696. invitaverat. Et profecto is
elo fidem Christi in eadem provincia annunciavit, ut
roceres et dux ipse cum tota familia baptismum ad-

S. Kilian. in Lectionib. antiq. Henr. Canis. Tom. III. p. 171. et
oan. Petr. Ludewig Script. rer. Würzburg. p. 966.
H. E. Anglor. L. V. c. 12.

peterent. Ratisbona Laureacum transiens ubique praedicavit; inde in Stiriam penetrans Slavos barbaros Christo lucrifecit, ac eorum idola dissipans, et templa evertens vero Deo aedes novas posuit. Ultro progressus Juvaviam (Salisburgum) a duce sibi donatam e ruderibus suscitavit, et episcopatu Salisburgensi fundato basilicam S. Petro dicatam extruxit, pluraque monasteria erexit. Supremum vitae diem anno 718. obiit [1]). S. Rupertum imitatus est S. Corbinianus origine Carnotensis, qui Frisingae et alibi optimo successu praedicans, ibidem episcopalem sedem fixit, ac ad mortem usque anno 730. secutam eidem praefuit [2]).

6) Judaeos quoque tum in oriente, tum in occidente sacra Christiana amplexos fuisse constat. Ibi Justinianus imperator zelum suum ad convertendos facto ostendit, dum eos, qui Borium Lydiae urbem inhabitarent ad baptismum suscipiendum disposuit [3]). Hic reges Galliae et Hispaniae, Gregorius M. Pontifex, nec non Avitus episcopus Claromontanus Judaeos ad fidem Christi converterunt. Vid. Gregor. M. epistol. lib. 1. ep. 47. Tom. II. opp. pag. 542. edit. Benedict.

§. 12.

Seculo VIII.

Quamquam Religio Christiana tam felices progressus faceret, prout e dictis clarescit, in Germanicis attamen provinciis multa idolatriae vestigia seculo VIII. adhuc supererant. Causa hujus in penuria sacerdotum, et bellicosis Germanorum moribus quaerenda est. Laetior tamen facies opera Winfridi inter Frisios, Hassos et Thuringos Religioni Christianae tempore hoc illuxit. Is enim anno 715. natali Angliae solo valedicens e claustro suo in Frisiam delatus, fidem Christi ibidem praedicavit. At paulo

---

[1]) Monumenta Salisburg. in Basnage Thesaur. monum. P. II. p. 281. Historia Rudberti ibid. p. 317. Noviss. Chron. antiq. monasterii ad S. Petr. Salisburg. p. 36. Sterzinger Zustand der Baiersch. Kirche unter Theodo II. in der Abhandl. der Baiersch. Akadem. der Wissensch. Tom. X. p. 137. Dallham dissert. de hierarch. Salisb. ortu etc. ante concil. Salisburg. p. 3.

[2]) Meichelbeck Hist. Frising. Tom. I. p. 1. in vit. Corbiniani.

[3]) Procopius de aedificiis Justiniani L. VI. c. 2.

ost Radbodo rege fidem Christi amplecti detrectante, mum reversus est. Mortuo rege Winfridus a Greorio II. Pontifice animatus iterato Frisios convertere tenvit [1]). Et reipsa a S. Willebrordo Archiepiscopo ajectensi benigne acceptus et in socium praedicationis optatus, mutua opera gentilem superstitionem feliciter tirparunt, novas aedes Deo vero posuerunt, et magnum merum barbarorum ad sacra Christiana perduxerunt. regorius Pontifex Winfridum in praemium laborum Episcopum sub nomine Bonifacii consecravit, et ndatis ac decretis provisum, Regibus et Episcopis velut aedicatorem fidei apostolicum commendavit [2]). His firatus directe Hassiam petiit, ibidem fana idolorum evertit, ercum Jovi prope Gismariam dicatam prostravit, ac ex gno ejus sacellum in honorem S. Petri erexit. Hinc Thuingiam ingressus, Religionem Christianam, quae jam deerat, instauravit, templa nova aedificavit, vetera colpsa reparavit, monasterium condidit ac fidem Christi priino flori restituit [3]). Sub Gregorio III. Pontifice in praeium laborum archiepiscopali dignitate ornatus est, ejusie consensu Bavariam in 4 episcopatus Salisburgensem, risingensem, Ratisbonensem et Pataviensem distribuit [4]). ox anno 740. episcopatum Neuburgi ad Danubium funivit, cum Augustano dein conjunctum [5]). Similiter in rancia orientali Würceburgi et Eichstadii, in Hassia Birrgi (Barburg), et in Thuringia Erfordiae episcopatus exit [6]). Tandem Bonifacius, sub Zacharia Pontifice di Moguntinae anno 746. velut Archiepiscopus praefectus l jure metropolitae in ecclesias Franciae orientalis, titulo l jurisdictione Primatis autem in totam Germaniam conde-

---

[1]) Gregorii II. ad Bonifacium Epistol. edit Würdtw. Wilibaldi episcop. Eichstädt. Lib. de vit. S. Bonif. M. in Basnag. thesaur. monum II. 227. Gudeni diss. de S. Bonifac. Germanor. Apost. Helmstadt 1720.
[2]) Epist. 5—10. edit. Würdtwein 119—124. edit. Serrar.
[3]) Gudeni diss. de S. Bonif. Germ. Apost. Helmstadt 1720.
[4]) Bonif. epist. 46. edit. Würdtw. 43. Serrar. item Dalham diss. de Salisburg. hierarch. ante concil. Salisburg. p. 48.
[5]) Michstein Von dem ehemal. Bisthum Neuburg in den neuesten hist. Abhandl. der Baier. Acad. d. Wiss. T. 1. p. 383.
[6]) Bonifacii ad Zachar. et Zachariae ad Bonif. epist. 51, 52. Sagittarii antiqq. Thuring. p. 168. 249.

coratus est [1]). Verum necdum sufficientia conversion exempla praestitisse sibi visus, sedem suam Lullo adı nistrandam commisit [2]), semet interim providendae (clesiae Trajectensi devovens [3]). Cum autem ad villam D kum (Doccum) praedicationis munere fungeretur, una c sociis per Frisiorum agmen obrutus, martyrium sub anno 755. sepultus est in monasterio Fuldensi, quod i fundaverat. Merita sancti hujus viri relate ad eccles praesertim Germanicam tanta sunt, ut merito Germanor Apostolus dicendus, atque dignum fuerit, ut aliquot hinc annis eidem in Altemberg Thuringiae, ubi pri coetum Christianorum collegit, monumentum poneret

Porro notabiles omnino sunt conatus Caroli propaganda Religione Christiana exantlati [5]). Postquam is anno 771. post fata Carolomanni fratris sui reg solus consecutus fuisset, et ditiones suas per Longob diam, Hispaniae partem, Noricum, Frisiam, Bojoari et Saxoniam extendisset, Religionem Christianam quo longe lateque dominantem reddidit. Licet vero nonn e. g. Saxonibus fides Christiana etiam coacte imposita fi rit, postquam tamen eorum duces Widikindus et A bion baptismo initiati fuissent, populus quoque eorum exe plum secutus Christi fidem sponte sua assumsit [6]). hoc tempore Religio Christiana inter Saxones firma pen tit, cum novi episcopatus ibidem fundati, eandem v arces quaepiam custodiverint. Episcopatus vero fun fuere sequentes: Osnabrugensis, Paderbornensis, Mind sis et Monasteriensis in hodierna Westphalia; item B mensis, Verdensis, Halberstadiensis et Hildesiensis Saxonia inferiori [7]). Quod in Saxonia fecit Carolus id ipsum in aliis quoque ditionibus suis in emolumen Religionis Christianae effectuare studebat.

---

[1]) Bonif. epist. 70. 83. edit. Würdtw.
[2]) Concil. Mogunt. anno 752.
[3]) Bonifac. epist. 105. edit Würdtw. 97. Serrar.
[4]) Jos. Fr. Ch. Loefler Bonifac. Gotha 1812. 8.
[5]) Eginhard. vit. Carol. M. Reginon. Chronicon. Annales Metens Gail Hist. de Charl. M.
[6]) Köhler de transpos. Saxon. a Carol. M. facta. Götting. 1748. 4.
[7]) Adami Bremens. H. E. l. 9. et anonym. narratio de Eccles. prim in Saxon. positis in Leipnitzii script. rer. Brunsvic. III.

Caput II.

De fatis Ecclesiae Christianae adversis.

§. 13.

ligio Christiana scriptis impugnata per Ethnicos.

Prospero huic Religionis Christianae progressui, quem dum vidimus, magna impedimenta posuere hostes pri- i, qui partim operibus vulgatis, partim calumniis Chri- nam Religionem saltem reliquorum odio exponere co- antur, cum eam penitus tollere non valerent. Inter los hujus temporis inimicos crucis Christi aliquos sal- a notasse sufficiet. Tales erant 1) Hierocles philo- phus, Bythiniae proconsul, qui in duobus libris λογων φι- λαληθεις contra Christianos publicatis, Appollonium aneum, non secus ac Porphyrius, et alii periodo ma §. 62. Christo comparavit, imo praetulit, dicens, ostolos et Evangelistas, qui facta Christi scriptis com- ssi sunt, homines incultos ac deceptores fuisse, Apol- nii gesta vero philosophos, veritatis amicos recensuisse. uper antilogias e sacris libris colligere et vulgare co- us est. Eusebius illum publicato opere refutavit [1]). Himmerius, de quo Photius dixit, eum in oratio- us suis ad formam canis latenter mordentis Christianos atrasse [2]). 3) Libanius sophista origine Antioche- s, edidit varias orationes et declamationes, quibus vi- entum suum erga Christianos animum abunde probavit. Eunapius, cujus liber de vitis philosophorum et so- starum [3]) sat superque manifestat, quam infensam Chri- nis mentem possederit. 5) Quint. Aur. Symachus iatoris et praefecti munus Romae gerens. Hic in relatione ara Victoriae ad Valentinianum imperatorem

---

[1]) Tillemont. memoires eccles. vol. V. persecution de Dioclet. art. 18. vid. Pearson in prolegom. quae Hieroclis opusculis praemisit Londin 1654.

[2]) Vid. Fabricii bibl. Graec. L. IV. c. 30. §. 12. vol. IV. p. 413. et L. V. c. 38. §. 165. vol. I. p. 407. Wolf Anecdot. Gr. Hamburg. Tom. II. p. 331.

[3]) Fabricii biblioth. Gr. l. V. c. 5. §. 2. vol. VI. p. 232.

missa, non gentilismum tantum strenue defendit, sed Christianismum quoque fortiter impugnavit. Eum S. Ambrosius [1]) fundate refutavit. 6) Olympiodorus [2]) et Zozimus [3]), qui in historicis operibus suis Christianos liberrimme sugillant. Reliquos vero nominis Christiani obtrectatores S. Augustinus, Orosius, et Salvianus sat superque refutarunt.

§. 14.

Persecutio Juliana.

Gravior cervicibus Christianorum pernicies imminebat sub Juliano apostata, qui ceu filius Julii Constantis fratris Constantini M. post obitum filiorum hujus solus rerum potitus (§. 8) est. Violenta media quidem contra Christianos non adhibuit, experientia doctus, quod persecutiones veteres eo magis fidem Christi promoverint, quo crudeliores fuerint, sed arte potius et consilio eam impediebat. Primis nempe imperii sui initiis eo statim conatus suos convertit, ut vacua et frigida gentilismi principia Neoplatonismi formis renovaret, sicque idololatriam plerumque jam extirpatam reveheret [4]). Quod ut eo securius effectui manciparet, consilia Maximi, Jamblici, et Libanii philosophorum gentilium, qui eum seduxerant [5]), secutus, cultum idolorum restitutis templis et sacrificiis praecepit, solusque sacrificia in horto et palatio suo offerens, exemplum praebuit eorum, quae a populo exigeret. Restituendo porro sacerdotibus ethnicis proventus, privilegia et honores, Christianos, quos ex contemtu Galilaeos vocabat, adeo pressit, ut cunctas leges a Constantino M. in commodum clericorum, viduarum et virginum latas abrogaret, clericis forum aut judicia frequentare prohibuit, omnia officia interdixit, ac plane a docendis aut discendis literis humanioribus removit. Ut

---

[1]) Ibid. Lib. III. c. 14. p. 631. vol. III. p. 710.
[2]) Sozom. H. E. L. V. c. 3. Amian. Marcell. H. L. XX. c. 5. 7. Cramer in Bossuet. Gesch. Fortsetz. II. p. 404.
[3]) Mosheim Inst. H. E. p. 132. 147. et s.
[4]) Sozom. L. v. c. 15. et 16.
[5]) Socrat. H. E. L. II. 2. 14. Theodoret. H. E. L. III. c. 7. Sozom. H. E. L. v. c. 15. 16.

argumenta Christianos plectendi reperiret, statuam inter simulacra idolorum poni praecèpit, ut Christia- vel crimen laesae majestatis adpingere, sicque poenam tare, vel cultum simulacro imperatoris deferentes ido- triae participes redderet [1]). Porro licet nulla ipse aut sima Christianis supplicia dictaret, eorum tamen perse- res tolerabat, aut levissimis solum poenis afficiebat. Ad n Daphne sacra Apollinis reduci jussit, ejectis inde ylae martyris et episcopi reliquiis [2]). Judaeos adver- hristianos potenter protegens, Christique prophetiae rpetua templi Jerosolymitani ruina insultare volens, tibus ad prodigalitatem usque profusis, ejus reaedifi- tem inchoavit, verum ignei globi e fundamentis pro- tes, horrendi turbines, ac terrae motus Judaeos ab hoc opere dispulerunt, ac tantum eis metum incus- t, ut coeptum opus cum pudore relinquere debue-). Infaustis his moliminibus finem tandem imposuit contra Persas susceptum, ubi nempe post semial- imperii sui annum accepto sagittae jaculatoriae ictu 363. corruens vitam finivit. Plura de Juliano apo- vid. in Institut. H. E. per me Pestini 1840. edit. 2. §. 16. p. 43. et seq.

§. 15.

Persecutiones Christianorum in Persia.

Inimici crucis Christi ejus cultores etiam armis per- i sunt, Sapore Persarum rege signum praeferente. uam enim Judaei et Magi Persarum potestatis suae am metuentes, Simeonem Seleuciae et Ctesiphon- chiepiscopum regi velut proditorem patriae detulis- is contra omnes Persiae Christianos persecutionem lissimam movit, qua non tantum archiepiscopus sed ni alterius quoque conditionis Christiani mortis poe-

---

regor. Nazianz. orat. 1. adv. Julian.
ieodoret. H. E. l. III. c. 11. et 12.
e quo objecto vid. Chrysosth. orat. II. adv. Jul. Gregor. Nazianz. at. II. in Julian. Socrat. H. E. L. III. c. 20. Theodoret. H. E. l. III. 17. Sozom. H. E. l. V. c. 22. imo et Scriptor ethnic. Marcellin. XXIII. idem fatetur. Scriptores Judaeos vid. in Wagenseil in lib. Tela nea satanae p. 231. et seq.

nam subivere. Initium persecutionis factum anno 330. eaqu 10 annis duravit teste Theodoreto [1]. Altera procell contra Christianos Persiae excitata est anno 414. nam cu Abdias episcopus Susae, quondam Persarum metropoli templum igni dedicatum seu Pyreion flammis deleri fecisset Isdegerdes I. rex ira correptus, atrocem contra Christianos persecutionem movit. Furore ejus tum Abdias episcopus, tum alii Christiani gravissima tormenta et mortem ipsam passi, martyrii palmam reportarunt, eorumque aedes sacrae dirutae, et solo aequatae sunt. Persecutionem hanc Theodosius II. indicto Persis bello [2] anno 422 suppressit. Isdegerdis exemplum secutus Vararanes filius, tum Magorum consiliis, tum Romanorum contra quos bellum susceperat, odio, non secus ac pater crudelissimam in Christianos persecutionem suscitavit Suspicabatur enim Christianos favere Romanis, patriaeque proditores esse, unde maximus numerus Christianorum supplicio adfectus est [3], quoad pax Persas inter et Romanos anno 427. coaluisset. Cunctos tamen hucdum reges Persarum crudelitate et barbarie superavit Chosroës tanto odio in Christianos inflammatus, ut ingentem copiam eorum diversis tormentis e medio sustulerit, ac palam edixerit, semet non contra Justinianum imperatorem, sed contra Christianorum Deum arma stringere velle. Neque prius extincta est haec persecutio crudelissima, quam Heraclius Graecorum imperator suscepto contra Persas bello eosdem sex annis lacessivisset, ac anno 627. in Persidem demum penetrans, regem ad tantas redegisset angustias, ut filius ejus Siroës pacem petere coactus fuerit. Hanc sub ea conditione solum obtinuit, ut crucem Domini anno 616. a Chosroë in Persiam ablatam, restitueret. Quo obtento Heraclius cum victor curru triumphali Constantinopolim profectus, ac lignum crucis propriis manibus servans, urbem intravit Unde eam postmodum depositis imperatoriae dignitatis insignibus summa cum devotione Jerosolymam transtulit, ibi-

---

[1] Theodoret. H. E. L. v. c. 30. Socrates H. E. L. VII. c. 18—21.
[2] Theodoret. ibid. Socrat. ibidem.
[3] *Procop.* de bello Persico L. II. c. 26.

xit, et exaltavit, condita lege, ut quovis anno festum tionis S. Crucis die eadem celebretur. V. nian. de festis Christianorum pag. 143.

§. 16.

tiones ab Arianis, et aliis intentatae Catholicis.

ıerantes plures reperiebantur, qui erroribus Arii ıersecutiones contra Catholicos excitarunt. Ex eoıero erat Constantius, qui S. Athanasium, episcopos Arianorum doctrinae adversos exulare ; Liberium Pontificem, quem nec minis, nec proıducere potuit, ut Athanasium proscriberet, ı Thraciae aeque in exilium misit [2]). Idem Osio quem in Sirmium relegavit. Crudelius adhuc tracholicos Valens imperator; nam monachos Arippugnatores tanta injuria adfecit, ut in eorum celes suos expediret, quo eos verberibus et vi adhin Nicaenam ejurare, et mutatis vestibus militiam serent. Porro episcopos Meletium Antiochenum, ium Samosatenum et Gregorium. Nyssenum privavit, Lucium autem Arianum loco Athanapiscopum nominavit, facta militibus suis potestate, os ut luberet, affligendi, quo comperto virgines satabantur, templa et monasteria spoliabantur omneietatis genus in Catholicam fidem ejusque cultores atur. Hoc idem Catholicis in Africa ex parte regum rum contigit. Primus ex illis, qui eos persecutus nsericus erat, qui redacta in potestatem suam ine eos ita crudeliter tractavit, ut Religio Catholica Africa extirpanda esse videretur, ac plurimi Cathomartyrium subirent. Vestigia patris Hunnericus cutus, Catholicos ab omnibus officiis exclusit, bona orum decedentium in fiscum retulit, novos creari os vetuit prius, quam quingenti solidi deponerentur, sque fidei praedicatores in exilium abegit, fideles

ınas. Hist. Arian. ad monach. T. 1. 360. et. s. Apolog. Athanas. onstantium p. 312. Socrates H. E. L. II. c. c. 28.
odoret. H. E. L. II. c. 16.

vero ultimo supplicio affecit [1]. At non Ariani solum, verum et alii tempore hoc Catholicos opprimebant. Ita Anglo-Saxones Britanniam subjugantes, quaquaversus atrocitatis signa dederunt, episcopos, clericos et fideles igne et ferro vastantes. Religionem Christianam tuto sequi jam tantum in Vallia, in montibus Northumbriae et Cornubiae ubi Britones domicilium quaesierant, licitum erat [2]. Ita praeter alios memorandus est Attila Hunnorum rex, qui anno 451. e Pannonia in Galliam copias suas ducens, urbem Metensem in vigilia paschatis attigit, quam igne consumsit, ejus sacerdotes e medio sustulit, et altaria Christianorum evertit, quam stragem aliis quoque Galliae urbibus intulit [3], donec eum Aëtius in campis Catalaunicis clade affectum Gallia excedere fecisset. Jacturam hanc reparare volens Attilla versus Italiam movit, pluribusque provinciis devastatis, Romae substitit. Huic tamen parcens (§. 4), in Pannoniam recessit. Denique etiam Judaei Christianos multum afflixerunt. Crudelissimi vero fuere Arabiae felicis incolae, eorumque Patriarcha Gamaliel, quos tamen Theodosius II. imperator anno 415. compescuit. Vid. Cod. Theodos. Tom. VI. p. 268.

§. 17.

Muhammedis ingenium et vita.

Inter omnes hujus epochae persecutores maximam Religioni Christianae stragem intulit Muhammedes, Meccae in Arabia patre Abdalach et matre Emina anno 571. natus. Forma venustus, moribus facetus, ingenio acutus, at versipellis, literarum parum peritus. Licet autem e principum Coreischitarum genere descenderet, orphanus et paupertate pressus, in juventute mercaturae operam navare coepit. In Syria cum aliquo Nestorianarum partium monacho notitiam contrahens, primas plani sui lineas duxit. Postmodum a divite vidua Khdijah, cujus do-

---

[1] Prosper in Chronic. Evagrius L. 1. c. 10. Victor Vitensis eppus cujus opus Histor. in Ruinartio extat Paris. 1694. 8. Venet. 1732. 4. Neanders Denkw. Tom. 3. Sect. 1. p. 3. et seq.

[2] Ven. Beda in H. E. gent. Anglor. l. V. per Jos. Smith. novit. edit. Cantabrig. 1722.

[3] *Gregor.* Turon. H. E. L. II. c. 6 et 7.

im initio gerebat, in thalami socium assumtus, lidiorem sortem devenit [1]). Usque 40. vitae suae boribus et contemplationibus se impendit, fanaticis suis inter montes Meccae saepissime vacans. In autem ne minimum quidem dubitabat, se a Deo nissse, ut ethnicam superstitionem extirparet, ac tem religionem hominibus traderet, quam seu ju- n Christiana esset [2]). Doctrinam suam primum in Arabiae metropoli proposuit, felicissimo cum , nam praeter familiares suos illico decem urbis striores eam adoptabant. Verum quanto magis una nova haec secta protegebatur, tanto magis altera ensium incolarum parte oppugnabatur ita, ut anno a Medinam salvare se debuerit [3]). Fuga haec apud edschra nuncupata, Europaeorum Hegirae nomen aerae Muhammedanae initium fecit [4]). Ab hoc tem- cipis et sacerdotis munus affectans doctrinam suam is solum, sed armis quoque propagare coepit tam successu, ut vicinas Arabum tribus imo et reges Per- ethiopiae superans, ad magnam potentiam eluctare- m Meccam cum templo (Caaba), quod per Abra- et Ismaelem aedificatum credebatur, occupa- jectis inde idolis, sanctissimum constitueret reli- ae locum. Postea ubique feliciter pugnans exerci- ubjugandas reliquas Arabum tribus eduxit, Hera- mperatorem fugavit, atque Syriae partem sui ju- Mortuus est Medinae anno Hegirae 11. aetatis 63. onstituto Abubeker socero Muhammedis su- potestatis moderatore, sub eo et Omare illius re Palaestinae, Syriae, Aegypti et Persidis domini t. Quidam statuunt Muhammedis corpus ad Meccense delatum, tumbae ferreae vi magnetica

da de vita Muham. ed. J. Gagnier Oxonii 1723. fol. La vie am. par. J. Gagnier. Amstelod. 1732. 2. vol. 8. in German. vers. tterlein. Köthen 1802. Schlosser Weltgesch. Tom. II. Francof. hem Gesch. des Mittelalt. T. I. Marburg. 1821. p. 359. et s. n. Reland de relig. Muham. L. II. edit. Ultraj. 1717. 8. David. diss. de Mohammedism. ante Moham. in ejusd. diss. select. Traj. . Chr. Kortholt de enthusiasm. Moham. Götting. 1745.
ger Hist. Orient. edit. II. Tigur. 1600. p. 429.
astit. H. E. per me Pestini 1840. editar. Proleg. Cap. III. §. 72.

in templo pendenti, impositum, atque lapidibus pre
ornatum esse.

§. 18.

Doctrinae praecipua capita et propagatio.

Muhammedis religio mandato ipsius in s
tum redacta, originem dedit Korano, per Abube
successorem ejus collecto. Quantam reverentiam Mu
medani Korano testentur, quanta diligentia eum vo
quo animi affectu eum plane ad castra deferant, magi
randum, quam imitandum! Totum systema Korani
Islam dictum in credenda Iman, et agenda D'in di
tur [1]). In illis continetur: 1) Unus existit summus
(Allah) ab omnibus mortalibus colendus, qui statutis
poribus legatos seu prophetas, quales erant Noac
Abrahamus, Moses, David, Christus ad doc
homines deputaverit, horum tamen omnium princip
Christo jam pronunciatum Muhammedem esse,
scopus et munus esset religionem Mosis et Jesu Ch
partim male intellectam, partim vitiis hominum corru
emendare et perficere. 2) Deus mundum et homines qu
sapienter omnibus providet, ita tamen, ut cuncti ev
etiam fato ineluctabili regantur. 3) Deus supremus in
bernatione mundi et hominum adjuvatur per angelos
genii intermedii sunt. Ex iis principatum tenent Gab
qui cuncta revelat, Michael, qui Judaeos tutatur, Asr
qui mortis nuncius est, Israfil, qui mortuos resusci
denique Eblim, qui angelus reprobus nostro Diabol
milis est. 4) Electi per pontem super vasta inferni
structum, mollem et pilis subtiliorem in paradisum dedu
tur, ibidemque cibis aeternis, umbra suavissima, rivis l
vino, melleque abundantibus, imo et uxoribus formos
mis praemiabuntur; mali vero hoc ex ponte in infer
seu ignem perpetuum praecipitabuntur [2]). Ad agenda

---

[1]) Cramer in continuatione Bossueti Tom. IV. p. 502. et s. H
Claudius Muhammeds Religion aus dem Koran dargelegt — Alton. 1
Dissert. francogallica Jos. Hammer Tom. II. in Fundgruben des O
Amad. Wiessner der Muhammedanismus P. 1. Leipz. 1828. 8.

[2]) Hottinger Hist. Orient. L. II. c. 4. Forbesii Instruct. L. IV.
Wiessners Muhammedanismus. Geschichte und Lehre des Islam nac
Koran, der Sunna und anderen Quell. bearbeitet. Leipz. 1828. 8.

spectat oratio quinquies ad minimum per diem vultu versus Meccam verso absolvenda, eleemosyna, jejunium per totum mensem Ramadam, a quo excipiuntur infirmi, et in via constituti. Cuivis Muhammedano imponitur obligatio semel adminus Meccam proficiscendi, ac devotionem ibidem peragendi, quam tamen pauci exequuntur. Prohibita vero sunt: carnem porcinam manducare, suffocato, sanguine ac cibis immundis vesci, vino uti, pejerare, adulterium committere, etc. Polygamia, divortia, concubinatus, rapinae tempore belli licita esse putantur. Muhammedis cultores denique circumciduntur, non tamen 8va verum 13va die, eo quod etiam Ismael, quem ut patrem venerantur, die a nativitate 13va circumcisus fuerit. Causae autem celerrime propagatae religionis Muhammedanae erant. I. Quod illius praecepta populorum praesertim orientalium indoli, ac moribus adcommodata, et sensualitati nimiopere faventia sint. II. Quod diversarum confessionum ritus et cultum subdole conjunxerit. III. Quod vi et armis plurimos edomuerit et in officio continuerit. IV. Seculi ruditas, multitudo errorum et haeresum, quae ecclesiam orientalem tunc dissecabant, Christianorum lites, bella frequentia, Monophysitarum et Nestorianorum erga Catholicos odium, ac eorum cum Muhammedanis initum foedus religionem Muhammedis felicissimo successu donarunt. V. Renaudot Histor. patriar. Alexandr. pag. 163. 169. De his plura lege sis in Instit. H. E. per me Pestini 1840. edit. Tom. 2. §. 21. pag. 56. et seq.

PARS SECUNDA.

Historia Status interni Ecclesiae Christianae.

Caput I.

De Gubernatione Ecclesiae et Hierarchia.

§. 19.

Origo Patriarcharum.

Non tantum nomina quaepiam nova et dignitates inter clericos periodo hac enatae fuere, verum et gubernatio ecclesiastica civili illi, quam Constantinus M. introduxit, sensim sine sensu in quibusdam punctis adcommodata fuit. Inter metropolitas illos majores, qui Romae, Alexandriae

ac Antiochiae residebant (per. 1. part. II. cap. 1. §. 70.) inter reliquos metropolitas illud jam tunc vigebat discrim quod illi pluribus simul provinciis ac dioecesibus praeesse et non solum episcopos verum et metropolitas earum sibi su jectos haberent, omnesque causas ecclesiasticas decidere Ita narrat Epiphanius Meletium archiepiscopum in A gypto, qui Alexandro metropolitae Alexandrino subjec erat, totam controversiam Arii ad hunc detulisse [1]. Non p rum ad majorem auctoritatem eis conciliandam contulit o cialium praecipuorum, imo ipsius imperatoris hisce in urbil praesentia adeo quidem, ut episcoporum horum influ plane ad negotia civilia semet extenderet. Prima tamen qu tuor Ecclesiae secula nulla nobis titulorum vestigia perhibe quibus ab aliis distinguerentur, sed simpliciter Ἔξαρχοι Ἀρχιεπίσκοποι vocabantur, neque notum erat patriarcha nomen, quod seculo primum V. tempore concilii Calced nensis in usum venit [2]. Primi enim erant patres Calced nenses, qui Leonem I. Pontificem totius Ecclesiae Pat archam salutarunt [3], sicque sensim vox haec in Ecclesi introducta est, qua ordinarie designabantur metropolit qui et plures episcopos et integras nationes velut patres sp rituales regebant, eisque praeerant. Qua in re Ecclesia sem divisioni imperii civilis accommodavit. Cum nempe Co stantinus M. imperium Romanum in quatuor praefect ratus Orientis, Illyrici, Italiae et Galliae divideret, et qua vis praefectura dioeceses, dioecesis autem provincias co tineret, ac dioecesim proconsul in metropoli habitans reg ret, etiam Ecclesia in metropoli patriarcham vel exarch constituit. Et prout in qualibet provinciae metropoli praes reliquis provinciae magistratibus superior degebat, ita epi copus illius metropolis reliquis provinciae episcopis q Metropolita vel Primas praeerat. Negari attamen neq nonnullas ecclesias alio etiam ex respectu nempe antiquit tis, originisque apostolicae, cui specialim institutio p triarchatus Jerosolimitani originem suam debet, principe

---

1) Epiph. haeres. 69. nro 5.
2) Concil. Sardic. VI. Concil. Calcedon. act. XIV.
3) Sanctissimo et universali Archiepiscopo et Patriarchae magnae Rom *vid. Concil.* Harduin. Tom. II. coll. 257. et col. 321.

:um consecutas fuisse. Vid. Enchirid. Juris. Eccl. per Posonii 1848. edit. Tom. 1. §. 204. pag. 181. et seq. it. 3.

§. 20.

Numerus Patriarcharum.

Patriarchatus in Ecclesia inde a seculo V. extitisse Ronum, Alexandrinum et Antiochenum, quibus paulo post esserint Constantinopolitanus et Jerosolymitanus histoe certum est.[1]). Et quidem 1) Patriarcha Romanus erat clesiae Romanae praesul, qui hodiedum praeter Primatum versae Ecclesiae eandem dignitatem in Occidente exer: (§. 33. period I.) Jura tamen ejus patriarchalia a juribus matui inhaerentibus distinguenda sunt. 2) Patriarcha lexandrinus, qui per Aegyptum, Lybiam et Pentopolim exus fuit. (§. 33. period. I.) Mutationem is subivit, cum Mophysitae territorium ipsius occupassent, et Aegyptus in lipharum (successores Muhammedis) manus venisset, ac triarchatus, quem hodie Copti possident, Cahiram transtus fuisset, ubi hodiedum existit. 3) Patriarcha Antiochens, ad quem quindecim circiter provinciae, quas inter etiam laestina erat, spectabant (§. 33. per. I). Seculo V. parir collabi coepit, ubi Catholicos Monophysitae et Saraceni turbassent. Hodie ibidem Patriarcha Nestorianorum Caolicorum residet, Graeco Damasci habitante [2]). 4) Patriarla Constantinopolitanus. Is enatus est, ubi Constantius M. in eadem urbe residentiam suam fixisset. Cum enim perator urbem privilegiis distingueret, etiam antistites onstantinopolitani auctoritatem majorem ambire, ac se ex risdictione patriarchae Alexandrini eximere coeperunt. Liet autem factum hoc Pontifices Romani Leo. I. et Gelaius improbarent, auctoritate tamen imperatorum Graecoum suffulti praesules urbis patriarchalem jurisdictionem in Pontum, Asiam et Thraciam, imo et secundum in ordine

[1]) Socrat. H. E. L. V. c. 8. Joan. Guil. Janus de orig. patriarchar. Christianor. Mamachius antiquit. T. IV. p. 550. Bingham. orig. eccles. vol. 1. p. 206. et seq.

[2]) Stein Handb. der Geogr. und Statist. p. 234. Tom. III. edit 5. 1826. Lips. et Chronolog. Reihenfolge der Päpste. Würzb. 4. Auflage 1831. p. 755.

patriarcharum locum sibi vindicarunt. (§. 33. period. 5) Patriarcha Jerosolymitanus. Postquam Constantin M. et mater ejus Helena splendidissimam basilicam urbe sancta surgere fecissent, plurimique ex omni pa Christiani devotionis causa illuc proficiscerentur, tam urbs sa, quam et episcopus majorem celebritatem consecu est, quae in eo constitisse videtur, quod is a jurisdictio Patriarchae Antiocheni et Metropolitae Caesareensis exe tus fuerit. Ubi autem idem Metropolita ad Arianorum cas defecisset, Joannes episcopus, Jerosolymitanus jus dinandi et Palaestinam in ecclesiasticis gubernandi sibi vi dicavit. Ejus successor Juvenalis jurisdictionem suam p triachalem etiam ad Phoeniciam et Arabiam extendit; doi tandem in concilio Calcedonensi act. VII. causa haec ita fin fuisset, ut episcopus Jerosolymitanus tres habeat Palaestin Antiochenus autem Phoenicias duas, et Arabiam retineat quo decreto jura illius patriarchalia non solum confirmata, v rum etiam extensio patriarchatus descripta est. Plures tam episcopi erant, qui nulli horum patriarchatuum subera dicti propterea αυτοκεφαλοι [2]). Tales erant Carthaginen Primas, episcopi Galliae, Hispaniae, Germaniae, Aethiopi Persiae, Indiae aliique remotiores. Imo seculo VI. Itali pars cum vicinis Norici et Rhaetiae tractibus proprium s patriarcham Aquilejensem elegit. De his plura vid. in Ins tut. H. E. per me Pestini 1840. edit. Tom. I. §. 24. pag. 6 et seq. De juribus vero Patriarcharum legé Enchirid. J Eccles. Posonii per me 1848. edit, Tom. I. §. 206. et se edit. 3. pag. 180 et seq.

§. 21.

Jura et potestas ministrorum Religionis aucta in Oriente.

Religione Christiana inde a temporibus Constantini M. ad aulam evecta et per imperium Romanum dominatum obtinente suapte sequebatur, ut etiam ministri ejus juribus et fortunis donarentur, sicque auctoritatem majorem adipiscerentur. Jam Constantinus M. clericos fra-

---

[1]) Harduin concilior. Tom. II. col. 498.
[2]) Dupin de antiq. discipl. eccles. dissert. Tom. 1. pag 94.

mento, agris, et pecuniis ex aerario publico providit [1], et anno 321. lege sanxit, ut testatores secundum placita bona mobilia et immobilia ecclesiis titulo haereditatis legare possint [2]. Unde Ecclesia mox et proventus sufficientes acquisivit et bona immobilia, quae constantes fructus ferebant. Imo idem imperator ministris ecclesiasticis cujuscunque gradus immunitatem ab omnibus reipublicae oneribus concessit ita, ut nec militare, nec functiones publicas obire, nec tributum solvere tenerentur [3]. Porro cleri distinctio et reverentia tantum crevit, ut is sensim jurisdictionem quamdam politico-ecclesiasticam consequeretur, ac in plerisque causis a foro civili eximeretur. Imo idem princeps lege sanxit, ut litigantes causas suas episcopo ceu judici primae instantiae deferre valeant, si eas judici civili substernere nollent, magistratusque provinciarum cunctas judicum ecclesiasticorum sententias sine dilatione in executionem sumere jussit [4]. Justinianus imperator in gratiam monachorum, et monialium legem tulit, ut causas eorum non judices civiles, sed episcopi cognoscerent [5], quod privilegium exemptionis tardius ad omnes clericos extensum est [6]. Clerici porro obtinuerunt jus asyli ecclesiastici, quod in fuga constitutis et salutem in locis sacris aut ecclesiasticis quaerentibus securitatem tantam concessit, ut illi ex loco tali ad poenas saltem sanguinis tolerandas extrahi nequiverint. V. Bingham antiqq. eccles. C. VIII. c. 11. aut volum. III. p.355. et seq. Baumgarten Erläuter. der christl. Alterthümer p. 400. Schöne Geschichtsforsch. Tom. III. p. 213. et seq.

§. 22.

In Occidente.

Potestatem cleri etiam in occidentalibus regnis praesertim in Francia incrementa coepisse nullus mirabitur, qui locorum ac temporum adjuncta perpenderit. Esto enim barbari occidentales principes cunctos subjugarent, clerici

[1] Euseb. H. E. L. X. c. 6. Theodoret. H. E. L. I. c. 11.
[2] Codex Theod. L. XVI. tit. II. l. 4. Sozom. H. E. L. I. c. 8. L. V. c. 5.
[3] Cod. Theodos. L. XVI. tit. 2. l. 12. Euseb. H. E. L. X. c. 7.
[4] Sozom. H. E. L. I. c. 9.
[5] Novell. leg. 79. c. 1. 2.
[6] Novell. 83.

tamen, qui saepe arduum conciliatorum munus inter pri
cipes victos, et victores barbaros obeuntes, utramque pa
tem in unam quasi novam familiam conjungebant, utrobiq
gratum servitium praestantes, ambarum partium amor
lucrabantur. Inde factum, ut gentes hae barbarae in pl
risque negotiis tum religiosis tum secularibus episcopor
consilia expeterent, eorumque effata passim sequerent
Postquam itaque episcopi in conciliis congregati vetuisse
ne clerici fratres suos neglecto praeposito Ecclesiae cor
judiciis secularibus lite convenirent, aut laici clericos
forum civile deferrent [1]), Franci decretis talibus tant
ponderis tribuebant, quantum regulis fidei per episcop
publicatis [2]): Relate ad bona ecclesiarum Gothi et Fra
Hispaniam et Galliam occupantes valde indulgenter se e
hibuerunt, ac eadem sarta tecta reliquerunt. Longoba
tam parum bonis ecclesiasticis per Italiam inhiabant, u
Alboinus rex Tarvisinae (Treviso) ecclesiae omni
bonorum possessionem confirmaverit [3]). Unde Ecclesia
veterum bonorum usu indemnis perstitit, ac si etiam p
mis forte belli tumultibus damnum quodpiam eidem illat
fuisset, illud paulo post copiosissime refundebatur. Jam
Chlodoveo rege Franciae non pauca bona assignata su
S. Remigio inter pauperes ecclesias dividenda. Ejusde
regis filii et alii Francorum optimates tantam munificenti
ecclesiis exhibuerunt, ut rex Chilpericus plane m
corriperetur, ne fiscus regius ad nimiam paupertatem r
digatur [4]). In talibus adjunctis praesules maxime Franc
protectione regum tuti, in varia negotia etiam civilia i
fluebant, et causas publicas moderabantur, obligation
suae esse putantes cuncta adhibere, quae miseris aut s
latium aut lenimen adferre possent. Porro legationum m
nere fungebantur, ad comitia evocabantur, principum r
giorum educationi et institutioni praeficiebantur, reges u
gebant et coronabant. Et quamvis nonnulli eorum in gere

---

[1]) Concil. Anciran. II. Can. 2: Concil. Tolet. 1. Can. 13. Petr. de Mar
de concord. sacerdot. et imper. L. VI. c. 22.
[2]) Thomasin. vet. et nov. discipl. Eccles. P. II. L. 3. c. 105.
[3]) Vid. Lupi Histor. Diplom. eccles. Bergomat. Tom. 1. p. 135. et Pa
lus Diacon. L. II. c. 12.
[4]) Gregor. Turon. Hist. Franciae. L. VI. c. 46.

dis negotiis nonnunquam etiam aliquid humani paterentur, fateri tamen quisque cogitur, barbaros in regendis populis multo asperiores futuros, provinciasque subactas longe duriorem sortem sub illis experturas fuisse, nisi episcopi, ceterique ministri ecclesiarum influxum in animum, et actiones eorum habuissent. V. Thomasin vet. et nov. Eccles. discipl. P. II. L. III. c. 87. 88.

§. 23.

Archipresbyteri. Archidiaconi.

Praesules dioecesani mature sollicti erant de nexu cleri sui augendo, et vinculo subordinationis inter eum adstringendo, quo sic ecclesiae dioecesanae in unum corpus conjunctae ab Ecclesia cathedrali magis dependentes redderentur. Ortis enim seculo V. in Gallia, Hispania, Anglia, et Germania motibus politicis regimen Ecclesiae difficultates patiebatur. Quare et antiquae leges contra clericos vagantes instaurabantur [1], et novae circa stabilitatem cujusvis clerici in dioecesi tenendam ferebantur [2]. Episcopi dioeceses suas in districtus diviserunt, cujusvis districtus parochos ad minores consociationes seu capitula ruralia reduxerunt, et Archipresbytero subordinarunt, adjicientes ei Archidiaconum, qui canonum observantiae invigilaret. Utrumque hoc officium penes cathedrales quoque ecclesias viguisse, variaque jura exercuisse Jus Canonicum ostendit [3]. Archidiaconi sensim auctoritatem magnam in Ecclesia consequebantur, cum successu temporis cuncta fere negotia dioecesana Episcopi nomine moderarentur. Ubi tamen numerus eorum notabiliter augeretur, et potestas eorum non supra totum clerum dioecesanum tantum emineret, verum et episcopis praejudiciosa fieret, ad angustiores limites restricti, imo nonnullis in partibus sublati fuere, licet hodiedum quibusdam in dioecesibus cum emolumento Ecclesiae fungantur. Vid. Enchirid. Jur. Eccl. cit. Tom. I. §. 233. p. 204. edit. 3.

[1] Concil. Calced. c. 10.
[2] Concil. Arelat. an. 451. c. 13. Vernoriense de a. 755. c. 12. Valentin. de an. 524. c. 6.
[3] Vid. Enchirid. Juris Eccl. nostrum Tom. 1. §. 232. pag. 203. et seq. edition. 3. 1848. Posonii.

§. 24.

Potestas principum circa sacra.

Quamvis clericorum, praesertim episcoporum potest favoribus principum cresceret, ita ut ipsi principes episcoporum consiliis regerentur in multis, illi tamen etiam re late ad res ecclesiasticas et religiosas magna sibi jura reservarunt. Jura haec ex ipso principatus jure fluentia et ja jura advocatiae ecclesiasticae, jam inspectionis secular dicta, potestatem principum christianorum circa sacra constituunt. Cum enim Religio et Ecclesia sit efficacissimum medium etiam salutem civitatis temporalem promovendi, societatem constituat in civitate juribus variis et privilegi ornatam, principes seculares christiani mature jam potestatem quampiam circa sacra exercuerunt. Ita Eusebi teste Constantinus M. velut communis a Deo episcopus semet gessit, imo ipse episcopum se extra Ecclesia praedicavit [1], eo tamen intellecto, quod is nunquam po testatem in sacra seu in sacrorum determinationem exercere, sed unice in adjuvando Ecclesiae regimine extern suam auctoritatem adjungere voluerit. Hoc ex verbis ejus episcopos in concilio Nicaeno I. prolatis clarescit: „Deus vo sacerdotes constituit et potestatem vobis dedit, de nobi quoque judicandi [2].“ Quare concilia consentiente Eccle sia ille convocavit, illis externi ordinis causa interfui controversias varias datis ad episcopos literis complanavi clericis refractariis et haereticis poenas dictavit, judice pro causis ecclesiasticis nominavit, aliasque leges defen sioni Ecclesiae conducentes sanxit. Constantini M exemplum cuncti ejus successores in Oriente plus minu sequebantur. Idem ipsum occidentales quoque princip imitabantur. Ita concilium Aurelianense I. ad prece S. Remigii anno 511. per Chlodoveum regem fin decidendorum negotiorum Gallicanae ecclesiae convoca tum [3]. Ita Carolus M. in capitularibus suis electionu pristinarum formas, quas reges Franciae nominando episco-

---

1) Euseb. vit. Constant. M. L. I. c. 44.
2) Euseb. ibid. lib. IV. c. 24.
3) Ennod. Ticin. in apologet. pro Symach.

s transgrediebantur, restituit [1], et plurima circa ec- siias, episcopos, presbyteros, monachos, festos dies, mia, ritus et liturgiam complexus est. Ceterum et hoc edum est, quod principes quorumdam regnorum seu clesia indulgente, seu facto nonnunquam plus juris exer- riat, quam limites potestatis civilis admiserint. V. Ca- il. Reg. Francor. a Steph. Baluz. Parisiis 1677. Tom. II. . et Venet. 1772. Gallandi Syllogen. de vetust. canon. lect. diss. Tom. II. Mogunt. 1790. 4. p. 619 — 676. mk. Gesellschaftsverfass. Hannov. 1804. Tom. II. p. 111 seq.

§. 25.

Romani Pontificis auctoritas. Vicarii Apostolici.

Quamquam potestas Romani Pontificis ex se, suoque ncipio jam amplissima, et inde ab Ecclesiae primordiis semper, eademque fuerit, vario tamen modo eam pro tione adjunctorum a Pontificibus Romanis exercitam, et pore persecutionum minus, restituta vero Ecclesiae e magis extensam fuisse historice constat. Eam vero c periodo etiam ultro agnitam fuisse et scriptis et factis obare possumus. Nam Gregorius Nazianzenus binas undi faces existere scripsit Romam vetustam quippe et vam, prioremque esse mundi universi praesidem [2] di- l; Rufinus vero ait Romanam Ecclesiam omnium ec- siarum caput esse [3]. Hoc ipsum et alii patres et con- ia frequentissime declararunt. Justinianus imperator lem effatus est: Sanctissimum senioris Romae pam primum esse omnium sacerdotem [4]. cta porro talia adduci possunt hanc in rem, ut non do amplissima Primatus, verum et Patriarchatus jura in ntifice Romano agnita fuisse vindicent. Nam et ecclesiae rticulares et principes regnantes summam venerationem ntifici Romano velut capiti totius Ecclesiae deferebant, episcopi Galliae intimam cum Sede Romana conjunctio-

[1]) Capitul. Aquisgran. an. 803. c. 2. et an. 816. c. 2.
[2]) In carmine de vita sua.
[3]) Rufinus invectiva II. in S. Hieronym.
[4]) Tit. XIV. Novell. 131. Cap. II.

nem fovebant. Pontifices Romani vero communionem talem eo zelosius exigebant, quo magis perspiciebant, eam non solum ad unitatem fidei et unionem ecclesiarum, verum etiam ad tenue suum in Gallia patrimonium conservandum conducere [1]). Idem fecerunt Hispaniae praesules tanto magis Pontifici Romano adhaerentes, quanto fortius a principibus Gothorum Ario addictis premebantur; sperantes fore, ut auxilio ejus reliqui Catholici ipsis fideles manerent, imo fors etiam imperatorem Orientis lucrarentur, ac contra Gothos validum praesidium obtinerent. Spes haec episcopos Hispaniae vel maxime erigebat, cum sub Recaredo rege Catholica Religio in Hispania dominans fieret [2]). Idem fecere episcopi Britanniae, tanto libentius, quod Pontifices Romano auctores plantatae apud eos fidei christianae fuerint [3]). Crescente sic Romanorum Pontificum auctoritate, Vicarios Apostolicos in provinciis constituebant, eosque pallio donabant. Talis erat episcopus Thessalonicensis in Illyrico orientali, cui Pontifex Romanus vices suas deferens, et pallii usum concedens eundem obstrinxit, ut juribus Sedis Romanae, quae in Illyricum inde ab antiquitate exercebat, intenderet.

§. 26.

Controversia de appellationibus et titulo episcopi oecumenici.

Controversiae primae occasionem dedit. Apiarius presbyter Africae, qui anno 418. ab Urbano episcopo Siccensi ob diversa delicta excommunicatus et depositus ad Zozimum Pontificem refugium sumsit, ac simulata Romae contritione et emendatione ab illo in communionem receptus est, imo tres legatos ad Africam expedivit Pontifex, ut restitutio Apiarii effectum sortiretur. Episcopi Africae etsi difficiles fuerint in Apiario recipiendo ideo, quod

[1]) Hoc ipsum Pelagii epist. ad regem Childebertum et Gregor M. ad reges et proceres Francor. testautur. Vid. Ep. Greg. M. L. V. ep. 31. L. XI. ep. 14.

[2]) Cenni Antiquit. Hisp. Tom. I. p. 196. et seq. Tom. II. p. 140. Acta synod. Tolet. XV. an. 688. in con. cil. Tom. VI. p. 1297. et seq.

[3]) Bedae H. Angl. L. IV. c. 12. Wilkins concil. Britan. Tom. 1. p. 35. 41. 156. Anglia sacra Tom. 1. p. 489. Henry History of Great Britan. vol. II. p. 160.

es duo, ad quos Faustinus legationis caput velut ii Nicaeni canones statuentes, ut clericorum judicia timos episcopos deferri permittantur, allegaret, in o Nicaeno non deprehenderentur, Apiarium tamen imunionem suam ea sub conditione, ut non in dioe- iccensi, sed in alia quacunque fungeretur, recepe- Ubi tamen Apiarius successu temporis iterum denuo Romam recurrisset, ac cum Faustino Coe- ni Pontificis legato revertens speraret, se pristino i ejusdem influxu restituendum, Afri spectato eo, Apiarius viam ordinariam judicia experiundi secutus ierit, eundem condemnarunt, tanto a fortiori quod rea crimina objecta confessus fuerit. Rem attamen missis literis Coelestino Pontifici reverenter per- erunt, qui amore pacis causae supersedit. Ex dictis clarescit episcopos Africae non jus recurrendi ad icem Romanum, sed solum abusum, quo quis neg- judicibus ordinariis immediate ad Sedem Romanam rit, impugnasse [1]. Controversia altera enata est er titulum episcopi oecumenici (universalis), quem ines jejunator patriarcha Constantinopolitanus anno in synodo usurpaverat. Cum enim et ille et ejus suc- res aemulatione abrepti dominium quodpiam in totam siam sibi incompetenter arrogarent, ideoque titulum usurparent, Romani Pontifices mature evigilarunt, ue antiqua Primatus sui defenderunt. Ita Pelagius II. fex Joanni apocrisiario suo Constantinopoli degenti, i exaravit literas, in quibus non modo synodi acta ie hujus tituli condemnavit, sed apocrisiarium suum nni etiam sacrorum communione cum Joanne fo- i tamdiu cohibuit, quoad inauditum hactenus et pro- m titulum deposuerit [2]. Verum non parente Joanne, fex titulum Servi servorum Dei assumsit, i Pontifices in hodiernam usque diem retinent. Sed on obstantibus in proposito suo firmi persistiterunt et

---

id. Enchirid. Jur. Eccl. per me edit. Posonii 1848. Tom. 1. §. 151. 82. p. 129. et seq. edit. 3iae.
regor. M. L. IV. epist. 36. ad Eulogium Indict. 13. et epist. 38. ad psum Joan. item L. VII. epist. 69. ad Euseb. Thessalonic.

imperatores Orientis rei protectores et patriarchae Constantinopolitani, usque dum Phocas solium conscendisset [1]). Nam illico ut Gregorius M. Pontifex electionem Phocae comperisset, ad eum et uxorem ejus Leontiam suavissimas literas exaravit, sibi et Ecclesiae cuncta prospera ab imperatore pollicitus, imperatrici vero adversitates Sedi Romanae vividis coloribus depinxit, illamque ad hanc suo patrocinio tuendam exemplo S. Pulcheriae et S. Helenae nervose provocavit [2]). Tum his tum Bonifacii III. Pontificis literis de veritate rei persuasus Phocas decretum publicavit, quo patriarchae Constantinopolitano episcopi oecumenici titulum interdixit, simulque Ecclesiae Romanae veterem praerogativam confirmavit statuendo: ut Sedes Apostolica beati Petri ceu omnium ecclesiarum caput spectetur [3]). Quo decreto Phocas jura solum antiqua ab ipso Christo Pontifici Romano collata confirmasse, non vero nova contulisse, quisque rei peritus ultro agnoscit.

§. 27.

Pontifices Romani dominia civilia consequuntur.

Quamvis Pontifices Romani a longa jam annorum serie bona amplissima tenerent, illi tamen nec Romae nec aliis in locis, ubi agros et praedia tenebant, fruebantur potestate independente. Nam quoad exarchatus vigebat, imperatores Constantinopolitanos ut dominos venerabantur, et horum potestati non solum urbs Roma et ducatus Romanus usque ad seculum VIII. et ultra, verum et Italiae ditiones Apulia, Calabria, et Sicilia, in quibus pleraque Sedis Romanae patrimonia continebantur, subjectae erant. Has cunctas provincias imperatores medio exarchorum et praefectorum jure Majestatico regebant, quin Romani Pontifices ab eorum potestate se exemtos esse praetenderent. Tardius tamen ubi Orientis imperatores viribus adeo deficerent, ut Longobardorum progressus sistere non vale-

---

[1]) Chronic. Alexandr. p. 378. 379. Theophanes p. 241—244. Zonaras L. XIV. c. 14.
[2]) Gregor. Epist. 31. Lib. XIII.
[3]) Anastasius de vita Pontif. c. 67. Paul. Warnefrid. de gest. Longobardor. IV. 37.

rent, nihil jam supererat, quam ut defensionem harum ditionum ipsis incolis jam relinquerent, eosque promissis juribus et privilegiis amplissimis ad tantum onus portandum stimularent. Cum porro Pontifices Romani praedia multa possidentes, multis oneribus etiam portandis subjicerentur, suapte sequebatur, ut et jurium plurium participes redderentur, ac in civilibus quoque e. g. in vacantium magistratuum collatione etc. majorem prae ceteris influxum obtinerent. Porro Zacharias Pontifex Pipinum sibi in Francia valde obstrinxit, cum conatibus ejus regiam dignitatem adipiscendi nulla impedimenta ponere videretur. Postquam enim Childericus III. ultimus ex stirpe Merovingica rex adeo iners esset, ut Majores regiae domus supremam potestatem administrarent, regibusque ejusdem stirpis a longa jam aetate nihil quam nomen proprium maneret, proceres Galliae Pipinum virum fortem ac egregium, qui dudum jam rerum potiebatur, in locum Childerici regem anno 752. elegerunt, Childerico vitam monasticam professo [1]). Quae cuncta Pontifex dissimulare debuit, prudenter praevidens se nihil eorum impedire posse. Licet vero Pontifex in negotia haec Franciae nullum influxum activum exercuerit, Pipinus attamen gratum se erga Sedem Romanam exhibuit. Ubi enim Aistulphus Longobardorum rex toti Italiae inhians, ipsis Romanis excidium minaretur, Stephanus III. Pontifex precibus se ad Pipinum pro auxilio convertens, eum adeo promptum expertus est, ut is cum toto exercitu Alpes superans Longobardos devicerit, ac Ticino cincto regem ad pacem petendam coegerit. Pace confecta exarchatum Ravennatensem, cunctaque loca armis occupata medio solemnis donationis Sedi Romanae contulit [2]). Romani Pontifices tardiores id ipsum, quod praecedentes fecerunt, amicitiam quippe regum Francorum quavis occasione sibi emereri et conservare conabantur. Ita Hadrianus Pontifex Caroli M. auxilium contra Desiderium Longobardorum regem,

---

[1]) Continuatio Fredegarii c. 107. et Annales Bertiniani ad an. 749. una cum critica Antonii Pagi ad an. 751. n. 3. et seq.

[2]) V. Murator. rer. Italicar. P. II. Tom. II. et Annali d'Italia Tom. IV. p. 353

qui Umbriam et multa possessoria Pontificis invaser imploravit. Precibus ejus Carolus illico adfuit, supe tisque cum exercitu Alpibus Papiam et Veronam obsed imo transactis Romae festis paschalibus rursus contra D siderium processit, eumque una cum uxore et f captum abbatiae Corbejensi in Francia inclusum ten regnum ejus cum Francia conjunxit, ac finem impone pristinis regibus Longobardis se regem Franciae et Lo gobardiae scripsit [1]; denique non solum donationem Pipino patre factam confirmavit, verum etiam duc Spoletano auxit [2]. Hadriano Pontifice successit Leo II qui amicitiam Caroli M. pariter expertus est. Siquid imperator eum ab inimicis, qui vitae ejus insidiabantur, l beraverit [3], et in fugam conjectum Romam cum splend comitatu reduxerit. Gratitudinem autem suam Pontifex contestatus est, quod Carolum M. in festo Nativita basilicam S. Petri ingressum splendide exceperit, orantis capiti pretiosissimam imperatoris coronam imp suerit, populo integro adclamante: Carolo August a Deo coronato Magno et pacifico Roman rum imperatori vita et victoria [4]. Quo fac dignitas imperatoria anno 476. in occidente sepulta, an 800. resuscitata fuit.

§. 28.

Modus perveniendi ad dignitates ecclesiasticas.

Ecclesia etiam post obtentam a Constantino l pacem antiquum prorsus morem retinuit, ac conciliorum canonibus confirmavit, ut ecclesiarum praesules ab episco pis ejusdem provinciae, clero et populo eligerentur, re licto Metropolitanis jure confirmationis [5]. Verum quide

---

[1] Ex Eginhardo, Anastasio bibliothecario, ex Annalibus Fuld. Berti nianis et Metensib. ad an. 774. cuncta haec innotescunt.

[2] Anastas. in Leonis III. vita.

[3] Quod et epistola 59. Hadriani ad Carolum M. confirmat, et episto dedicatoria ab eodem Pontifice praemissa codici canonum, quem Carolo M. obtulit, dum Romam primario inviserat.

[4] Anastas. ibid. Eginhard in vita Caroli M. Annales Laurishamens et alii.

[5] Concil. Nicaen. 1. can. IV. Concil. Carthag. IV. can. 4.

est, quandoque populum ex electione episcopi exclusum fuisse, tunc videlicet, dum ecclesia quaepiam majori ex parte in haeresim aut schisma inciderat, nam secus haereticus aut schismaticus episcopus eligi debuisset. Sic grassante Arii haeresi et funesto schismate Donatistarum longe lateque patente, episcopi passim absque interventu populi eligebantur [1]. Nonnunquam imperatores propria auctoritate, cum viderent populum in factiones divisum, episcopos nominabant [2]. Donec tandem Justinianus imperator tumultuum noxiorum evitandorum causa vilem plebeculam ex tota electione episcopali exclusisset, jusque illud clero et optimatibus cujusvis ecclesiae adseruisset [3]. Idem observatum est in Occidente. Donec tandem res in Gallia eam formam induisset, ut universa cleri et civium communitas post mortem episcopi libellum supplicem ad imperantem adornaret, sibique determinatum virum episcopatu dignum in praesulem dari postularet [4], quem dein Metropolita consecrabat, et populo praesentabat. Consuetudo haec tardius in Gallia, Hispania et Germania in jus regibus proprium transivit, reliquis solum jure nominationem acceptandi relicto [5]. Quantum vero ad Pontificis Romani electionem Historia testatur, in eadem nullam stabilem normam observatam, sed eam pro adjunctis diversam fuisse. Primis Ecclesiae seculis Pontifex Romanus eadem prorsus ratione ac reliqui episcopi a clero Romano cum interventione populi eligebatur, et electus ab orbis Christiani fidelibus velut legitimus successor S. Petri agnoscebatur. At postquam imperatores, qui et Italiae domini erant, sacra Christiana amplecterentur, et in electione quorumdam simultates orirentur, necessitas exposcebat, ut et ipsi certae et indubiae electionis causa intervenirent. Ita cum Ursicinus in electione Damasi Pontificis anno 367. aliquos ad sui electionem pertrahens, scissionem fecisset, Valentinianus imperator auctoritate sua Ur-

[1] Collat. Carthag. c. 182. in Harduin Collect. Concil.
[2] Sozom. H. E. L. VII. c. 8. Socrat. H. E. L. VII. c. 29.
[3] Justin. novell. 123. c. 1. novell. 137. c. 2.
[4] Marculfi formulae apud. Baluz. Tom. II. Capitul. item Thomasin. discipl. eccl. part. H. L. II. c. 13. Sirmond de antiq. episcopor. promot. in append. ad Tom. II. concil. Gall.
[5] Petr. de Marca L. VIII. de concord. imp. et sacerd. cap. 9. 10.

sicinum antipapam et Roma exesse, et basilicam a schismaticis occupatam Damaso restitui fecit [1]. Idem fecere Valentiniani successores. Imperatores autem Orientis ordines tulere, ne Papa recens electus prius ordinaretur, quam decretum electionis consensu illorum firmaretur. Vid. Diurn. Romanor. Pontif. circa an. 715. edit. a Garner et Hoffman in Novor. Script. et monumentor. coll. Tom. II. et Cave Hist. Lit. p. 620. Fabricii bibloth. latin. med. Tom. II. p. 38. Mabillon commentar. in ord. Rom. c. 18. Tom. II. Musaei Ital. p. 113.

Caput II.

Status literarum.

Articulus I.

Artes liberales et Philosophia.

§. 29.

Artes liberales et Philosophia usque sec. VI.

Tempore Constantini M. aurea scientiarum et artium liberalium aetas multum jam collapsa erat, quemadmodum enim respublica civilis, ita literarum quoque cultura sensim decrescebat. Reperiebantur quidem inter gentiles adhuc viri, qui philosophiae, historiae, poesi, rhetoricae et dialecticae insignem operam navabant, scientias et artes magno ardore promovere studebant, at opera illorum, quae ad nos pertigerunt, cum praecedentium temporum monumentis comparari minime possunt [2]. In poetis enim ingenua simplicitas passim desideratur, in rhetoribus verborum ornatum potius, quam dictionis gravitatem aut solida argumenta reperies, historici veritatis amore, perspicuitate et styli puritate carent, jurisconsulti non legis spiritum, verum formalitates solum ac inanes distinctiones captant, philosophorum summa cura est, non exami-

---

[1]) Sozomen. H. E. L. VI. c. 23.

[2]) Jamblicus, Aedesius, Ammianus Marcellin. Ausonius, Claudian. Olympiodor. etc. eorumque opera dicta nostra confirmant vid. Bruckeri Hist. Crit. philos. T. II. p. 260. et sq. Fabricii biblioth. Graec. vol. IV. p. 282. et sq. Eunapius de vitio Sophistar.

nare veritatem, sed doctrinam Christianam omni virium intentione refutare. Causam vero eventus hujus assignant imperii orientalis bella civilia, discordias internas, et excessivum luxum adeo, ut ingenia et rem domesticam depopularetur. In reliquo omnis fatebitur literarum amorem et culturam inde a seculo IV. in gentilibus refrigescentem ad Christianos transivisse, hosque fere solos literas cum fructu tractasse [1]), licet Julianus imperator omni conatu eis impedimenta poneret, scholasque eorum claudi et philosophiae studium inde exulare praeciperet (§. 14.) et [2]). Sed omnino necessarium quoque erat, ut Christiani literas et artes liberales, omnium maxime philosophiam sibi familiarem redderent, quo ethnicorum nequissima tela retundere, eosque solide refutare valerent. Quantos progressus Christiani in profanis etiam scientiis seculo IV. et V. fecerint vel Athanasius, Cyrillus Jerosolymitanus, Basilius M. Gregorius uterque, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Leo M. satis evincunt. Nec imperatores partibus suis defuerunt, ut amorem erga litteras in Christianis augerent, cum scholas et bibliothecas in urbibus majoribus munificentissime conderent [*]), virosque litteratos stipendiis, commodis et honoribus distinguerent [3]). Inde factum ut praeter celeberrimam scholam Athenis et Alexandriae florentem etiam Constantinopoli, Nisibi et Edessae in Mesopotamia, Romae, Massiliae, Lugduni, Augustae Trevirorum, Carthagine et alibi scholae publicae ad altum perfectionis gradum eveherentur [4]). Et omnino fatendum inter ipsos episcopos et monachos fuisse non paucos, qui teneram juventutem litterarum et artium cognitionibus imbuere pergerent, quamvis et ipsi profanis scientiis cum anxietate quapiam, et eo ex motivo semet impenderent, ut gentiles confutare valeant. In Occidente praesertim in Gallia saeculum V. pluri-

---

[1]) Guil. Budaeus de transitu Hellenism. ad Christianism. Paris 1556. 4.
[2]) Jos. Petr. Ludvig. de edicto. Juliani contra philosoph. Christianos Hal. 1702. Theodoret. H. E. L. III. c. 8. Marcellin. XXI.
[3]) Jacob. Godofred. ad codic. Theodos. titulos de professorib. et artib. liberal. Franc. Balduin. in Constant. M. p. 122. Herm. Conring. diss. de Stud. Romae et Constantinop. ad calcem. antiq. academicar.
[4]) Launoi de scholis celebr. Brucker Hist. crit. philos. Tom. III. p. 556.

mos genuit viros doctos, quorum opera eminentem sciei tiam complectuntur. Ad eos Macrobius, Vincentii Lirinensis, Ennodius, Claudianus, Mamertu Sidonius, Apollinaris et alii referuntur. Verum irru tiones barbarorum florenti huic scientiarum aetati maxii impedimenta posuerunt, ut adeo artes elegantes et scienti pari cum republica strage concussae tristem in Occidente e hiberent faciem, earumque reliquias unice ecclesiarum prae sules et ministri conservarent. Septem artes liberales, qu in scholis publicis praelegebant, vix aliud, quam elemen prima mentibus instillabant **), magisque memoriam one rabant, quam intelligentiam acuebant [1]. Quod Graecos Orientales attinet, illi literis et artibus magno cum studi semet consecrabant; nam Beryti Phoeniciae collegia pro juri prudentia [2], Alexandriae pro arte medica, et chymia pate bant [3], in aliis locis eloquentia, poesis et philosophia juxt Platonem et Aristotelem, nec non aliae scienti publice tradebantur.

*) Celeberrimae bibliothecae jam seculo IV. notae erant Roma Alexandrina, Jerosolymitana cujus fundamenta Alexand episcopus posuit, Caesareensis in Palestina, quam Julius Afi canus inchoavit, Pamphilius Euzojus episcopus, et Gr gorius Naz. perfecerunt, item plures aliae, quas imperator et episcopi in residentiis suis passim erexerunt. V. I. A. Fabri Abriss einer allgem. Historie der Gelehrsamkeit. Leipz. 175 Tom. II. p. 403. seq. 4.

** Ex his scholis alumni non multo meliores ac doctiores pr diverunt, quam ad eas accesserint, nam doctrina sterilis arida in illis tradebatur, totusque orbis scientiarum trivio quadrivio comprehendebatur. Ad trivium spectabat Gramm tica (Lingua latina, Poesis et Historiae), Rhetorica, et Diale tica, quae inferiorum scientiarum nomine veniebant. Ad qu drivium vero pertinebat Arithmetica, Geometria, Astronom et Musica, quae superiores scientiae nuncupabantur. Simul a tem septem artes liberales nominabantur. Tradebantur ve

---

[1]) Claud. Fleury discours sur l'histoire eccles. depuis l'an 600 etc. §. p. 56. Histoire litt. de la France Tom. III. Introd. §. 35. p. 12. et Gregor. Turon. L. VI de c. 38. Conring. antiq. academ. p. 66—167.

[2]) Jacob. Hasaeus de Academ. jure consultor Berutensi.

[3]) Thomas. de discipl. eccl. Tom. 1. p. 1. L. 2. c. 10. p. 210. et J. G. Michaelis exercit. de scholae Alexandr. Catechet. origine Tom. I. Symbolarii literar. Bremens. pag. 195. Bingham antiq. ec L. III. c. 10. §. 5.

juxta Marcianum Capella Africanum, qui eas Romae anno 370. in Encyclopedia sua juris publici fecit. Satis jejune quidem eas explanavit, verum opus ejus non obstante sterilitate sua per mille annos monumenti classici auctoritate pollebat. Vid. Fabrici Abriss einer allg. Historie der Gelehrsamkeit. Leipzig 1752.

§. 30.

A seculo VI. usque ad VII.

Quanquam artes et scientiae lugubri omnino conditioni xpositae essent, ministri attamen Religionis Christianae tiam in magna hac scientiarum penuria eas per Occidentem ab interitu liberare conabantur. In plerisque enim ecclesiis cathedralibus reperiebantur scholae publicae, in uibus vel ipse episcopus, vel ex hujus delegatione alter x clero munus docendi obibat. Ita in monasteriis pariter stitutae erant scholae claustrales, ubi pueri et juvenes septem artes liberales discebant, sacrasque litteras sibi familiares reddebant. In claustris religiosorum maxime Benedictinorum ubi membra quotidie SS. Patrum lectioni interesse ligabantur [1]), nonnulli fratres etiam codices describebant, que initia bibliothecarum monasticarum ponebant [2]). Cerum et illud fatendum, quod ingens religionis ardor, quem ctores christiani praeseferebant, non parum hinc inde am ad minuendum scientiarum studium contulerit, cum fidentiam erga opera gentilium etiam classica foverent [3]), doctores convicti doctrinam philosophiae veteris Religio- Christianae nulla ratione aequiparandam, imo plerumie erroribus obnoxiam esse, dubiaque potius excitare, iam fidem firmare posse, scientias profanas imprimis phisophiam moderate et tunc solum colebant, cum eae cogninem Dei promoverent, et moralitatis subsidium agerent. eque infundate eos hac in re processisse vel illud osten-

---

[1]) Benedict. Anagniensis in concordia regular. L. II. p. 55. 64. 75. 77. 80. 100. Joan. Mabillon praef. ad secul. 1. Actor. SS. ord. Bened. Tom. 1. p. 44 et seq.

[2]) Benedict. Anagn. lib. cit. p. 232. Mabill. Act. SS. ord. Bened. T. I. p. 314.

[3]) S. Hieronym. opera gentilium codices seculares vocat et se per somnum ob Ciceronis lectionem divinitus punitum fuisse narrat. Epist. 22. ad Eustochium.

dit, quod Graecorum et Romanorum aetas respectu literarum aurea, respectu moralitatis deterrima et simulata fuerit. Inde factum, ut veteris philosophiae studium a seculo VI circiter, quo Religio Christiana longe lateque diffusa, jam dominabatur, a paucis coleretur. Ad hos spectat Boëthius Theodorici Ostrogothorum in Italia regis magister palatii et officiorum, qui Platoni quidem addictus, exemplo tamen recentiorum Platonicorum systema Aristotelis amplexus, et interpretatus est [1]; similiter distinxit se inter occidentales Cassiodorus, qui eodem tempore scientias vulgato opere de institutione divinarum literarum apud monachos aetatis suae et alibi promovere studuit [2]. Inter orientales bene meruit de scientiis Joannes Philoponus, qui magno fervore placita Aristotelis illustrabat. Studium artium et scientiarum non parum impedivere seculo VII. Muhammedanorum invasiones et pugnae, seculo VIII. autem funestissimae controversiae iconoclastarum. Circa finem attamen periodi hujus in Oriente Joannes Damascenus [3], in occidente autem Alcuinus artes liberales et scientias elegantiores aliquantum levarunt. Vid. Launoi de scholis celebr. a Carolo M. et tardius restauratis.

Articulus II.

De scriptoribus ecclesiasticis.

§. 31.

Scriptores Graeci seculi IV.

In recensendis scriptoribus ecclesiasticis periodi hujus sic procedere intendo, ut primum Graecos dein Latinos non tamen omnes, sed solum nomine et operibus insigniores adducam. Ad illos spectant

1. Eusebius Caesareensis in Palaestina episcopus, vir doctrina, praesertim historicis et antiquitatum sacrarum

---

[1]) Summa attentione digni sunt Boëthii libri de consolatione philosophiae.

[2]) Caveus scriptor. eccles. Hist. lit. vol. I. p. 501. Oudinus comm. de scriptor. eccles. Tom. 1. p. 14. 62. Fabricius biblioth. lat. med. aevi Tom. 1. pag. 993—996.

[3]) Brucker Hist. Crit. Philos. Tom. II. p. 534.

cognitionibus conspicuus [1]), in scribendo tamen non parum obscurus adeo, ut nec tanta adcurratione polleat, quanta ad dogmata adaequate tractanda requiritur. Scripta Eusebii sunt 1) Chronicon duobus libris comprehensum, in quo diversorum populorum origo, successio et aliae vicissitudines referuntur. Fragmenta solum supersunt. 2) Evangelicae praeparationis libri XV in quorum decursu veritatem Religionis Christianae contra philosophos ethnicos propugnat [2]). 3) Demonstratio Evangelica; Opus in XX libris deductum, at solum X priores supersunt [3]). 4) Liber contra Hieroclem, hic fuit Bithyniae praefectus et Diocletianum ad persequendos Christianos disposuit. 5) Libri duo contra Marcellum Ancyrae episcopum, quem a Sabellianismo reducere conatur. 6) Libri III de ecclesiastica Theologia contra eundem [4]). 7) De libris Hebraicis, seu descriptio urbium et locorum Scripturae Sacrae [5]). 8) Commentarii in psalmos. 9) Expositio in canticum canticor. 10) Vitae Prophetarum. 11) Historiae Ecclesiastici libri X. 12) Libri IV de vita Constantini M. 13) Liber de Martyribus Palaestinae. De his postremis §. 35. period. 1. mentionem jam feci. Reliqua ejus opera vide in Institut. H. E. per me Pestini 1840 edit. Tom II. §. 37. pag 113.

II. S. Athanasius circa annum 296. Alexandriae lucem primam aspexit, ejusdemque civitatis antistes factus, multa ab Arianis passus [6]). Ad opera ejus polemica spectant 1) orationes quatuor contra Arianos. 2) Orationes seu tractatus duo contra gentes. 3) Liber de Trinitate et Spiritu S. 4) Epistola ad Epictetum Corinthium episcopum. 5) Libri duo contra Apollinarem. Ad historica vero ejus opera referuntur 1) Historia Arianismi. 2) Epistola de synodo Ariminensi et Seleuciae. 3) Apologiae tres pro Christianis Ca-

[1]) Vossius de histor. latin. p. 98.
[2]) Optima editio est Fr. Vigeri Paris 1628. f.
[3]) Optim. edit. est Rich. Montacutii Paris 1628. f. Coloniae 1688. f.
[4]) Rössler in biblioth. excerpta Germ. P. V. p. 282—325.
[5]) Optima editio est ea Joan. Clerici sub titulo: Onomasticon urbium et locor. S. Scripturae Amstelod. 1707.
[6]) De illo prae ceter. scrips. Gregor. Naz. in orat. XXI. Montfaucon in vita S. Athanas. Tillemont in memoires eccles. T. VIII. p. 1—258.

tholicis contra Arianos. 4) Vita S. Antonii eremitae. 5) Epistola de decretis synodi Nicaenae. 6) Condemnatio Arii seu depositio ejus facta per Alexandrum episcopum Alexandriae. Nonnulli etiam symbolum vulgo Athanasianum ab illo compositum fuisse putant [1]), verum argumenta eorum rem non evincunt. Momenta contrariae sententiae sunt: *a*) Symbolum hoc in veteribus authenticae fidei codicibus Ms. Athanasii non continetur. *b*) Graeca symboli exemplaria, quae in manuscriptis praesto sunt, sibi non consentiunt, latina vero perfecte conveniunt, ex quo fluere videtur auctorem operis non fuisse graecum, sed latinum. *c*) Symbolum hoc nec Athanasius nec alii scriptores coevi memorant. *d*) In toto symbolo non reperitur vocabulum consubstantialis, quod praetermisisse Athanasium, fidei Nicaenae zelosissimum vindicem parum, probabile est. *e*) Denique in symbolo hoc refutatio Nestorianae et Eutichianae haeresis occurrit, quae tamen tardiores Athanasio ab eo refelli non poterant [2]). Quis symboli auctor fuerit, difficile est edicere, cum alii [3]) Vigilio Tapsensi in Africa seculi V episcopo, alii [4]) Vincentio Lirinensi, alii [5]) denique Venantio Fortunato illud adscribant.

III. S. Cyrillus Jerosolymitanus, qui multis litibus et adversitatibus propter jus metropoliticum Caesareense cum Acacio sedis hujus metropolita implicitus, ad annum 386. usque episcopatui Jerosolymitano praefuit [6]). Opera ejus sunt 1) Catecheses XVIII. 2) Catecheses mystagogicae V pro catechumenis. 3) Epistola ad Constantium de signo crucis [7]).

IV. S. Epiphanius episcopus Salaminae in Cypro.

---

[1]) Baron. in annal. ad 340. num. 2. Bellarm. de scriptor. Eccles. p. 63. Petau animadv. in Epiph. haeres 72.
[2]) De his et aliis rationibus scrib. Natalis Alex. H. E. secul. IV. c. 4. p. 110. Oudin. supplem. de scriptor. eccles. a. Belarm. omissis.
[3]) Paschasius Quesn. diss. 14. in Leon M. opp. p. 386. f. Tom. II. opp. Leonis Lugdun. 1700. f.
[4]) Jos. Antelug nova de symbola Athanas. disquisit. Paris 1693. 8.
[5]) Murator. Anecdot. T. II. pag. 212. et seq.
[6]) Socrat. H. E. L. II. c. 28. 40. Theodoret. H. E. L. II. c. 28. L. V. c. 9. Sozomen. H. E. L. IV. c. 25. Touttée dissert. Cyrill. de vita et gest. S. Cyrilli Hierosolym.
[7]) Optima edit. oper. per Touttée adornat. et a Marano contin, Paris. 1720. f.

Opera ejus sunt 1) Ancoratus seu expositio fidei contra haereses publicata. 2) Panarium, quo haereses recenset et refellit. 3) Anacephaleosis, prioris synopsis. 4) Liber de ponderibus et mensuris in Scriptura S. contentis, et alia, quae brevitatis causa non attingo.

§. 32.

Continuatio scriptorum Graecorum seculi IV.

V. Ephraem Syrus, natalium splendore insignis, plures haereses refutavit, presbyteratu initiatus episcopatum ad finem vitae usque acceptare recusavit [1]). Opera ejus supersunt: 1) Homiliae de virtutibus et vitiis ad monachos. 2) Commentarii in Scripturam S. 3) Refutatio Eunomianorum. 4) Oratio panegyrica de S. Basilio, et plura alia.

VI. S. Basilius M. Caesareae in Cappadocia episcopus tanto zelo fervens, ut rem christianam doctrina et exemplo insigniter promoveret [2]). Opera illius memorabiliora sunt 1) Homiliae in Hexaëmeron, seu historiam creationis. 2) Libri de baptismo. 3) Commentatio de vera virginitate ad Letojum Mitilenes episcopum. 4) Liber de Spiritu S. 5) Epistolae et sermones pro adjunctis temporum deducti. Tum haec, tum alia isthic non recensa opera virum insigni rerum divinarum cognitione et praeclara dicendi facultate praeditum manifestant [3]).

VII. Gregorius Nyssenus praecedentis frater et episcopus Nyssenus in Cappadocia, propter fidei Nicaenae defensionem jussu Valentis imperatoris in exilium missus, inde post toleratas adversitates sub Gratiano sedi restitutus, opera sequentia scripsit: 1) Libros XII adversus Eunomium haereticum. 2) Librum adversus Apollinarem. 3) Oratio catechetica. 4) Librum ad Harmonium, quo summam religionis in imitatione Dei positam esse statuit. 5) Tractatum de vera ascesi [4]), et alia homilëtica.

VIII. Gregorius Nazianzenus cui nomen a loco natali adhaesit. Per S. Basilium in episcopum Sasimorum

---

[1]) Gregor. Nyss. orat. paneg. de vita Ephr. Syr. opp. Tom. III. p. 595. et s. edit Paris 1638. f.
[2]) Gregor Naz. orat. XXII. Gregor. Nyss. orat. in Laud. Bassilii. Socrat. H. E. L. IV. c. 26.
[3]) Optima editio operum est Juliani Garnier III. Tom. Paris anno 1721.
[4]) Opera ejus edidit Fronton le duc 1615. Paris II. Tom. fol.

nominatus est, at episcopatum non adivit, verum fratri suo episcopo nempe Nazianzeno subsidiariam operam praestitit. Tardius contra Arianos, Novatianos, Apollinaristas tam strenue pugnavit, ut a Theodosio M. in episcopum Constantinopolitanum nominaretur. Cum attamen motus ob hanc sui premotionem ortos intelligeret, sponte se episcopatu abdicavit, et vitam suam devotioni et operibus poeticis sacravit [1]) Obiit anno 389. Opera reliquit: 1) Orationes contra haereticos aetatis suae. 2) Epistolas. 3) Carmina diversi objecti [2]).

IX. S. Joannes Chrysostomus ab' aureo eloquentiae flumine sic nuncupatus, circa annum 347. Antiochiae natus, post mortem Nectarii in Patriarcham Constantinopolitanum electus. At multas adversitates et exilium, in quo mortuus est, ab Eudoxia imperatrice, ob prohibitos per illum circa statuam ejus fieri solitos saltus et spectacula gentilia passus est. Opera Joanni Chrysostomo tanta inscribuntur, ut Tomos in folio repleant. Sunt autem homiliae, in quibus S. Scripturam explanat; commentarii in genesim, psalmos, Matthaeum, Joannem, Acta Apostolorum et Epistolas Pauli. Celebrantur insuper sex libri ejus de sacerdotio, in quibus adeo praeclarae leguntur observationes de dignitate, scopo, officiis ac difficultatibus sacerdotii, ut a nemine recentiorum perfectius quid editum fuerit [3]), Reliquos scriptores hujus epochae vid. in Institut. H. E. Pestini 1840. per me edit. Tom II. pag. 124. et seq.

§. 33.

Scriptores latini seculi IV.

Etiam Latina Ecclesia possedit viros, qui doctissimis operibus suis rem Christianam insigniter promoverunt. Ex his memoria digniores sunt:

I. Arnobius gente Afer, qui ex gentilismo conversus, Religionem Christianam strenue defendit. Vix enim

[1]) Gregor. presb. vita Gregorii Naz. Papebroch. in Act. SS. Maji Tom. II. p. 373. Hieronym. Catal. Scriptor. eccles. c. 17.
[2]) Optima edit. est a Fr. Morelli Paris. 1609.
[3]) Optima editio operum ejus est ea, quam Montfaucon Tom. XIII. Parisiis 1718. in f. procur. Venetiis recusa 1755.

in catechumenum assumtus praeter id, quod Siccae in Numidia Rhetoricam doceret, etiam septem libros contra gentes exaravit.[1].

II. Caecilius Lactantius magister Crispi filii Constantini M. Ex scriptis ejus notatu digniora sunt: 1) Septem libri institutionum divinarum, quibus Religionem Christianam philosophice defendit. 2) Liber de opificio Dei ad Demetrianum discipulum, cui bonitatem, sapientiam et potentiam Dei ex corpore et anima hominis probat. 3) Liber de ira Dei. 4) Tria carmina de phoenice, pascha, et de passione Domini.

III. Juvencus, qui natalium splendorem cognitionibus poeticis, quibus excellebat, ornavit. Matthaeum Evangelistam secutus historiam IV Evangeliorum versibus hexametris deduxit.

IV. Optatus gente Afer Millevitanus episcopus in Numidia, qui Donatistas omni virium intensione oppugnavit adeo, ut S. Augustinus eum venerabilis memoriae episcopum [2], Fulgentius vero Ruspensis episcopus eum Sanctum praedicaret [3]. Opera ejus sunt: Libri VII quibus de schismate Donatistarum tractat, et Parmenianum ejusdem schismatis sectarium redarguunt; ac causam Catholicorum egregie defendit.

V. Damasus ex Hibernia ortus, post mortem Liberii Pontificis ad Romanam Sedem non sine turbis ab Arianis excitatis promotus [4]. Scripta autem ejus sunt carmina XL sacri argumenti, epistolae XII et nonnulla fragmenta [5].

VI. S. Hillarius Pictaviae in Gallia natus, qui una cum uxore et filia Abra ex gentilismo conversus artes et scientias, quibus praeditus erat, ad Dei cultum augendum convertit. Eum Pictavienses velut in Religione ferventis-

---

[1]) S. Hieronym. de vir. illustr. c. 79. et in Chronic. ad annum Chr. 327. Joann. Trithem. de scriptor. eccles. c. 53. I. A. Fabrici bibl. latin. L. IV. c. 3. vol. 1.

[2]) Lib. I. contra Parmenian. c. 13.

[3]) Fulgentius L. II. ad Monimum c. 13.

[4]) Ammianus Marcell. L. XXVII. c. 3. Edidit Frid. Ubaldi sub titulo: Damasi P. opera, quae extant et vita Romae 1638. 4.

[5]) Hieronym. Catal. vir. illust. c. 100. Sulpit. Sever. H. L. II. c. 41. Fortunat. vita S. Hilar. in Act. SS. Ceiler histoire des auteurs eccles. Tom. V.

simum anno 350. in episcopum suum elegerunt. Propter zelum suum contra Arianos a Constantio in Phrygiam exilii provinciam relegatus, anno 367. exspiravit, inter sanctos relatus [1]). Ingenii monumenta sunt 1) Commentarii in psalmos. 2) Libri XII de Trinitate. 3) Liber de synodis orientalium. 4) Comentarius in Evangelium Matthaei. 5) Liber contra Auxentium, et alia brevitatis causa exmissa [2]).

VII. S. Ambrosius praefecti praetorio Galliae filius, circa annum 340. Augustae Trevirorum natus, et cum tempore ad Liguriae et Aemiliae praefectoratum promotus. Ubi Mediolani turbae propter electionem episcopi nascerentur, ad eas componendas expeditus est. Eas is tam prudenter complanavit, ut Mediolanenses eum licet catechumenum saltem invitum in episcopum eligerent. Qua in dignitate pro fide catholica contra haereticos fortiter se exposuit, et zelo Apostolico contra Theodosium M. quem poenitentiae subjecit, distinxit. Opera ejus sunt; 1) Hexaëmeron libri VI. 2) Libri de paradiso, 3) de Cain et Abel. 4) De bono mortis. 4) De fuga seculi, et plura alia [3]).

VIII. S. Hieronymus, qui ceu sidus inter scriptores hujus aetatis splendet. Circa annum 330. Sidone in Dalmatia natus, Romam studiorum causa profectus, in Romanorum et Graecorum literis, praesertim linguis orientalibus insignes progressus fecit. Galliam, Germaniam et Italiam perfectionis gratia peragrans ad orientem migravit, ubi in Syriae desertis quatuor annis vita monastica probatus, in presbyterum ordinatus est. Inde Romam reversus ad aulam Damasi Pontificis assumtus, epistolis conscribendis praeerat. Post mortem Damasi Pontificis in Palaestinam profectus, s. loca visitavit et vitam ooenobiticam Bethlehemii in coenobio duxit, ubi plenus meritorum anno 420. mortuus est. Praeter insignem operam, quam S. Hieronymus latinae sacrarum scripturarum versioni et veteri latinae versioni, quae

---

[1]) Optima edit. est a Scip. Maffei. 2. Tom. Veronae 1730. Venet. 1749.

[2]) Vid. Instit. H. E. per me Pestini 1840. edit. Tom. II. §. 41. pag. 131. et seq. optimam editionem oper. adornavit Friche et Nourry Bened. S. Mauri 2. Tom. Paris. 1686.

[3]) Optima editio opm. S. Ambrosii est ex, quam Jacobus Friche et Nicol. Le Nourry Ord. S. Bened. cong. S. Mauri adornarunt Parisiis 1687 — 1690.

ante eum extiterat, emendandae impendit [1]), plures s. libros commentariis exposuit. Opera quibus excelluit sunt 1) Dialogus adversus Luciferianos 2) adversus Jovinianum libri duo de virginitate, 3) Apologia contra eundem ad Pamachium, 4) Liber adversus Vigilantium, 5) Liber adversus Helvidium de perpetua virginitate B. M. 6) Libri III adversus Rufinum et alia plura, quae recensentur in Instit. Hist. Eccl. citat. pag. 133.

§. 34.

Continuatio scriptorum Latinorum seculi IV.

IX. S. Augustinus Tagastae in Numidia anno 354. Patricio patre ethnico, matre christiana et piissima Monica natus. Juvenis magno ingenio praeditus, non saltem morum licentiae indulsit, verum etiam castra Manichaeorum, in Africa tunc frequentium, anno aetatis 20 secutus est. Mediolani cathedram Rhetoricae tenens saepe interfuit sermonibus S. Ambrosii tali cum effectu, ut baptismum susciperet, piissimamque vitam deinceps duceret; cumque operibus et zelo suo innotesceret, quo haereticos, praesertim vero Manichaeos impugnaret, anno 395. Valerius episcopus Hipponensis eum s. ordinibus initiavit, et in coadjutorem assumsit. Hoc in munere adeo egregie versatus est, ut in defuncti episcopi locum sedi Hipponensi praeficeretur. Usque finem vitae invicta constantia fidem catholicam contra Donatistas, Pelagianos et Manichaeos defendit, et ceu primae magnitudinis sidus in Ecclesia Catholica splenduit [2]). Opera ejus sunt 1) Confessionum libri XIII quibus vitam et mores suos aliquando corruptissimos, postea vero cum gratia Dei castigatos cum animi candore depinxit. 2) Libri duo retratactionum. 3) De civitate Dei libri XXII. 4) Liber de catechisandis rudibus. 5) De doctrina christiana libri IV. 6) De Trinitate libri XV. 7) Liber de natura et gratia contra Pelagianos. 8) De gratia Christi et de peccato originali. Plura opera polemica contra Manichaeos, Pelagianos, Semipelagianos, Arianos, Priscillianistas etc. vulgavit. Ex qui-

[1]) Humfred. Hodius de biblior. textib. originalib. versionib. Graecis et Latina Vulgata L. III. c. 2. p. 350. Waltoni. adparat. bibl. p. 352.

[2]) Possidius vit. S. Augustini in Tom. X. oper. S. Augustini. Joan. Rivii vita D. August. Aurel. ex operibus ejus concinnata Lib. IV. Antwerpiae 1646. 4. Tillemont memoires Tom. XIII.

bus acumen ingenii, subtilitas et abundantia in disputando tanta elucet, ut plurimos aetatis suae viros superaverit, licet omni ex parte puram et claram scribendi methodum haud sequeretur [1])

X. Ulphilas Cappadox Gothorum in Moesia episcopus, qui ad arianismum defecit [2]). Celebritatem nominis consecutus, tum quod literas Gothicas invenerit, tum quod libros S. Scripturae in linguam Gothicam verterit. Ex opere autem hoc nihil aliud superest, quam versio quatuor Evangeliorum, quam Franciscus Junius ex codice argenteo descripsit et vulgavit [3]).

XI. Philastrius, hujus patria non noscitur. Is Religionem Christianam adeo strenue propugnabat, ut in ordinem presbyterorum assumptus, ubique in Romanorum ditionibus Judaeos, paganos et haereticos praesertim vero Arianos impeteret, magnis ideo aerumnis et persecutionibus expositus. Mediolanum delatus, Auxentio urbis episcopo Arianorum fautori se magno cum zelo opposuit, Romae autem multos disputationibus tum privatis, tum publicis de fidei Christianae veritate convicit. Tandem Brixiensis episcopus factus, fidem magis adhud propagavit, S. Ambrosio amicissimus. Possidemus opus ejus de haeresibus, quod fidei catholicae studio se commendat, at styli elegantia caret [4]).

XII. Rufinus Toranus Aquilejae fors natus, vir Graecis ac Romanis scientiis praeditus, Origenis doctrinam defendit, proptereaque ad magnas collisiones cum S. Hieronymo devenit. Presbyter factus Aquilejensis ecclesiae, cum Alaricus eandem urbem invaderet, in Siciliam concessit, ubi vitam finivit [5]). Opera ejus sunt 1) Versiones librorum diversorum in linguam latinam factae 2) Expositio symboli ad Laurentium episcopum, et commentarii in

[1]) Splendidissima editio oper. S. Augustini prodivit a Thom. Blampin et Pet. Constant Benedictinis. Parisiis in Tom. XI. f. 1676—1700.
[2]) Philostorg. H. E. lib. II. c. 5. Theodoret II. E. L. IV. c. 37.
[3]) Versionem ex codice argenteo, quae in bibliotheca Upsalensi existit, descripsit Junius filius et typis vulg. Dordraci an. 1665. et alibi.
[4]) Existit in biblioth. PP. et etiam separatim prodiit Basileae 1528. et Helmstadii 1611.
[5]) S. Hieronym. apol. Lib. II. c. 1. Palladius histor. Lausiac. c. 18. Pagi Crit. in annal Baronii ad annum 372. Tom. 1.

plures S. Scripturae libros [1]. Licet verò in dogmaticis libere senserit, in historicis tamen adeo credulus fuit, ut de judicii sufficientis defectu arguatur.

XIII. Paulinus Nolanus Burdigalliae splendida familia ortus anno 353. Scientiis praesertim rhethoricis et poeticis clarus, uxoris, aliorumque consiliis ad fidem Christi conversus, Scripturae S. lectione, vitae severionis disciplina opus inchoatum perfecit. In Hispaniam secessit, ubi relictis cunctis bonis vitae monasticae semet sacravit, ad presbyteratum dein promotus. Inde Romam et Nolam petiit, hicque in episcopum electus, tanta virtutis et pietatis fama inclaruit, ut maximorum virorum Ambrosii, Hieronymi, Rufini, aliorumque amicitia distingueretur. Mortuus anno 431. Supersunt Epistolae ejus quinquaginta et una, item poemata triginta [2].

XIV. Martinus vulgo Turonensis patria Pannonius Sabariae parentibus ethnicis natus, sub Constantio et Juliano imperatoribus castra secutus, anno 18. aetatis suae Christo nomen dedit quidem, verum porro quoque annis aliquot militavit, donec relicta militia ad S. Hillarium Pictaviensem devenisset. In Illyrico Arianos oppugnavit, Mediolani aliquamdiu moratus, verum injuriarum ab Auxentio Arianorum episcopo sibi illatarum pertaesus ad insulam Gallinariam transivit. Eo autem comperto, quod S. Hillarius e loco exilii domum rediverit, eundem rursus accessit, et in vicino oppido monasterium extruxit. Ad episcopatum Turonensem postea evectus, omnem operam et studia eo direxit, ut sublimi muneri suo responderet, et Religionem Christianam latissime diffunderet. Circa annum mortis ejus scriptores non conveniunt [3]. Extat sub nomine S. Martini professio fidei de Trinitate, de cujus tamen authentia scriptores propter stili diversitatem dubitant [4].

---

[1]) Opera ejus prodier. Parisiis 1580. et Romae anno 1470.
[2]) Opera illius edid. Le Brun Parisiis 1685. Tom II. in 4.
[3]) Sulpit. Sever. in vita B. Martin. Carol. le Cointe annal. eccles. Francor. Tom. 1. p. 202. et seq. Hist. liter. de la France T. 1. part. II. p. 413.
[4]) Reperitur sub nomine illius in biblioth. patr. et in concilior edit. nec non in Barthii not. ad Gallum confess. p. 180 et alibi vid. Fabricii bibl. lat. med. et inf. aetat. vol. V. P. III.

Reliquos scriptores ecclesiasticos huc spectantes legere licet in Instit. H. E. per me supra cit. Tom II. p. 139. §. 42.

§. 35.

Scriptores seculi V. et VI. Graeci.

Haec quoque epocha habuit viros, qui operibus judicio et doctrina refertis tum Religionis Christianae cognitionem, tum moralitatem in Ecclesia Graeca mirabiliter propagarunt. Tales erant

I. Cyrillus Alexandrinus nepos Theophili, cui in sede Alexandrina anno 413. successit. Vir hic et eruditione et zelo Religionem Christianam propagandi flagrabat, haereticorum praecipue Nestorianorum acerrimus impugnator et nomine Coelestini I. Pontificis in concilio Ephesino praeses. Opera multa reliquit, notabiliora sunt: 1) Liber thesaurorum de sancta et consubstantiali Trinitate. 2) Libri V adversus Nestorium. 3) Liber de recta fide in Christum Jesum Theodosio II. dedicatus. 4) Anathematismi 12 contra Nestorium, quibus 12 propositiones Nestorii condemnat. 5) Libri decem contra Julianum, quibus gentiles ab errore de Christianae Religionis mysteriis reducere conatur. Reliqua brevitatis causa non recenseo [1].

II. Sinesius Pentapoli oriundus ex ethnico philosopho conversus, a civibus Ptolemaidis in episcopum petitus anno 410. Epistolae ejus et orationes scientia et moralitate excellunt, salibus hinc inde ingeniosissimis perspersae [2].

III. Isidorus Pelusiota in Aegypto natus, monasterii Pelusiani monachus et abbas, S. Joannis Chrysostomi discipulus. A lectione et studio S. Scripturarum laudabilis. Post annum 431. e vita excessit [3]. Opera ejus sunt Libri quinque epistolarum, qui judicio, elegantia copiosos Theologiae locos communes, nec non insignia vitae Christianae principia complectuntur [4].

---

[1]) Omnia ejus opera vulgav. Joan. Aubert. Paris 1638. Tom. VII. f. Ceiller histoire des auteurs eccles. Tom XIII. p. 367. et seq.
[2]) Opera ejus vulgav. Petau Parisiis 1612.
[3]) Evagrius H. E. L. 1. c. 15. Nicephor. Callistus L. XIV. c. 53.
[4]) Continent. in edit. Parisi. anni 1638. f. recusa Venet. 1745. f.

IV. Theodoretus Antiochia oriundus, a tenera tate inter solitarios educatus, ideoque iis addictissimus vitae eorum imitator. In episcopum Cyri in Syria electus, diversas fortunae vicissitudines expertus est. Nam orta er Joannem Antiochenum et Cyrillum Jerosolymium controversia, contra 12 anathematismos Cyrilli ipsit, Joannis Antiocheni sententiam defendens, ideo de haeresi Nestoriana suspectus fuit. In concilio tamen cedonensi anathema dixit Nestorio, sicque in nmunionem patrum receptus est, scripta tamen ejus ltra Cyrillum publicata sententiam damnationis tuleit [1]. Opera ejus sunt 1) Historia Ecclesiastica a conio Nicaeno usque ad originem haeresis Nestorianae. Historia philothea seu biographia. 30 monachorum et mitarum orientalium. 3) Liber de fabulis haereticis. Commentarii in Scripturae S. libros. 5) Graecanicarum ritudinum curatio, seu evangelicae veritatis ex Graeica philosophia cognitio. 6) Orationes de providentia [2].

V. Palladius origine Galata vitae asceticae addictus civitatis Hellenopolitanae episcopus, qui edidit bioiphiam et historiam S. Chrysostomi, nec non histo sic dictam Lausiacam a Lauso imperatoris cubicuio, cui opus dedicaverat.

VI. Procopius Gazaeus, ab urbe natali sic comlatus, seculi VI. scriptor et rhetor. Opera ejus 1) Comntarius in Octateuchum seu primos 8 libros S. Scriptu. 2) Commentarius in Jesaiam prophetam. 3) Schoin quatuor libros regum et duo paralipomenon [3]. Epistolae 60 varii argumenti [4].

VII. Procopius Caesareensis sub Justiniano imatore regiae urbis senator, mentis liberioris, attamen vir iditus, et in historicis versatus seculi VI. scriptor. Opera iquit: 1) Descriptionem belli persici, vandalici, gothici;

---

[1]) Vitam suam majori ex parte descripsit ipsemet epistol. 81. ad Nomum consulem.

[2]) Opera Theodoreti edid. Sirmond. Paris 1642. vol. IV. f. Tomus V. adject. est a Joan. Garner. ibid. 1684. f.

[3]) Extant in biblioth. Gallandii.

[4]) Choricii Sophistae orat. in fun. Procopii in Fabricii biblioth. graec. vol. VIII. p. 841. Photius cod. 160.

2) Historiam Arianam, qua aulam Justiniani atris c loribus depingit. Juxta nonnullos Gentilis, juxta alios Ch stianus fuit [1].

VIII. Eulogius Patriarcha Alexandrinus, S. Gr gorio amicissimus, qui magnum zelum in refutandis convertendis haereticis exeruit. Scripta ejus sunt 1) l bri V contra Novatianos, quos ad saniora reducere co batur. 2) Libri duo contra Severum et Timothe haereticos. 3) Orationes, quibus de rebus diversis trac 4) Liber contra Theodosium et Severum [2].

IX. Joannes jejunator ex Cappadocia ortus, ind severae, et rigidissimae disciplinae ac jejuniorum exe tor. Is anno 585. ad patriarchalem sedem Constantino litanam promotus, notam moribus sanctis inussit per quod titulum Patriarchae oecumenici usurpaverit. (§. 2 Vitam anno 595. summa in paupertate finivit [3]. Ing sui monumenta sequentia nobis reliquit 1) Homiliam poenitentia [4]. 2) Poenitentialem canonem, qui tan Graecis ob nimiam lenitatem displicuit.

X. Anastasius Sinaita, montis Sina monachus, sacratioribus literis insigniter excultus, vitae exempl adeo, ut mirum non fuerit eum sedi Antiochenae anno 5 praefectum fuisse. Sub Justiniano juniore, quem absurdum dogma de Christi corpore incorruptibili ante r surrectionem (aphthartodoceticum) adstructum oppugnal in exilium pulsus, exactisque ibidem 23 annis ad sed suam reversus anno 595. mortuus est [5]. Opera An stasii sunt 1) Orationes V. de dogmaticis verit bus, nempe de Divina Trinitate, de Christi incarnati etc. 2) Sermones tres; duo de B. M. V. et tertius Transfiguratione D. N. J. Ch. Ad hos scriptores alii adl referendi veniunt, quos vide in Instit. H. E. per me I stini 1840. edit. Tomo II. p. 157. §. 45.

---

[1] Cave scriptor. eccles. Hist. lit. vol. V. p. 283. Grabius Spicil. T p. 313.

[2] Fabric. biblioth. Graec. Tom. IX. p. 437. 448.

[3] Isidor. de scriptorib. eccl. c. 26. Fabric. ibid. p. 164.

[4] Ad finem Tom. V. opm. S. Joann. Chrys. continetur.

[5] Evagr. H. E. L. IV. c. 20. L. V. c. 5. L. VI. c. ult. Nicephor. C list. II. E. L. XVIII. C. 41. Gregor. M. L. X. epist. 22.

§. 36.

Scriptores Latini seculi V. et VI.

Plures in Ecclesia Latina quám Graeca tempore hoc elluere scriptores ecclesiastici. Tales sunt

I. Aurelius Prudentius Clémens in Hispania sar–Augustae circa annum 348. natus, vir laicus qui–, at in sacra poesi versatissimus, qui plura vulgavit ·a. Ex his sunt 1) Liber de coronis, quo martyrum amina et triumphi depinguntur. 2) Liber de origine :ati, quo nobis egregium ingenii documentum reliquit [1]).

II. Joannes Cassianus post annum forte 350. Thracia natus, qua juvenis ad Bethlehemii quoddam asterium delatus, ibidem adolevit et vitae solita– tantus cultor factus, ut pluribus annis in eremo Scy– a et monasteriis montis Nitriensis moraretur. Romae resbyterum ordinatus. Verum Alarico anno 410. Ro– r oppugnante ad Gallias migravit, et prope Massiliam monasteria erigens, vitam monasticam insigniter pro– it. Mortuus est circa medium seculi V. Opera ejus t 1) Libri quatuor de institutis coenobiorum, quibus iachorum orientalium vestes, orationes et tota vitae o describitur. 2) Collationes patrum in eremo Scythica morantium libris XXIV seu colloquia, quibus abbates yptios instruit [2]).

III. Marius mercator, vir laicus, literis Graecis ae ac Latinis instructus, S. Augustino coaevus et cus, qui anno 429. Theodosio imperatori praesen– t commonitorium adversus Coelestium; librum sub– tionum autem contra Julianum Pelagii sectarium concilio Ephesino publicavit; denique Nestorii ser– aes, et epistolas quaspiam, Theodori Mopsue– ni fragmenta, S. Cyrilli apologetica adversus Orien– s et Theodoretum, item diversa ex libris ejusdem

---

1) Tillemont X. 560. et seq. Schröckh Kirch. Gesch. VII. 100 et seq. Opera vero ejus edid. Weitz Hanov. 1613. Nicol. Hemsius Amstelod. 1667. 12. In usum Delphini adornavit Chamilard Paris 1687. 4.

2) Gennad. de vir. illust. c. 61. Cassiodor. divinar. lection. c. 29. Photius cod. 197. Histoire liter. de la France Tom. II. p. 215. Opera ejus edid. Alard. Gazaeus Atrebati 1628. f.

Theodoreti excerpta ex Graeco idiomate in Latinum vertit [1].

IV. S. Hillarius Arelatensis in Gallia natus, qui splendorem natalium ingenio, eloquentia et virtute longe superavit, ad episcopatum Arelatensem promotus in officio implendo indefessus, pauperibus adjuvandis et captivis redimendis addictissimus. Scripta Hillarii sunt 1) Vita S. Honorati episcopi Arelatensis. 2) Homiliae, quibus doctrinam fidei et morum exposuit. 3) Expositio symboli. 4) Epistolae, quas ingenti numero de diversis objectis exaravit. 5) Carmina, quae in variis occasionibus composuit.

V. S. Leo M. Romae natus et ibidem Archidiaconus, qui tam egregias naturae et mentis dotes possidebat, ut post mortem Sixti III. Pontificis ad Sedem Romanam anno 440. promoveretur. Qua in dignitate adeo excelluit, ut nullus praecedentium Pontificum tantam auctoritatem et magnificentiam Sedi Pontificiae conciliaverit, nec unus ante eum haereticos tanta animi praesentia et fortitudine oppugnaverit ac ille. Mortuus est meritis et factis clarissimus anno 469. Opera ejus sunt 1) Homiliae et sermones. 2) Epistolae, quibus historiae illius aevi lux magna affunditur. 3) Libellus de communicatione idiomatum ad Flavianum scriptus, quo dogma de Christi incarnatione, una persona ex duabus naturis insigniter evolvitur [2].

VI. Claudius Mamertus in scientiis sacris non secus ac profanis versatus, linguae Graecae et Latinae aequaliter peritus, et a disputandi arte memorabilis, in Ecclesiae Viennensis presbyterum ordinatus. Reliquit tres libros de statu animae, quos adversus Faustum episcopum Rejensem ideo direxit, quod is animae spiritualitatem impugnaverit. Anno 474. vitam cum morte commutavit [3].

VII. Prosper Aquitanus, qui doctrinam S. Augustini in Gallia zelosissime propugnavit, et Leonis M.

[1]) Opera ejus vulgav. Jo. Gasner S. Jesu Professor Parisiis 1663. Steph. Balluz. ibid. 1684.

[2]) Paschasius Quesnell. edition. opm. insignem curavit Lugduni 1700. in 2. Tom. fol. et Fratres Ballerini anno 1753—1757. Vol. 3. fol. Venetiis.

[3]) Tillemont memoires XVI. 119. et seq.

Pontificis adjutor in expediendis literis. Semipelagianos Massilienses strenue debellavit, et obtrectatores doctrinae S. Augustini de gratia et praedestinatione refutavit. Opera ejus sunt: 1) Carmen de ingratis mille hexametris deductum. 2) Responsiones ad objecta capitula Gallorum, seu defensio Doctrinae S. Augustini. 3) Chronicon, seu historia ab origine primi hominis usque ad captam Romam a Genserico [1].

VIII. Sidonius Apollinaris Lugduni illustri ex stemmate anno 435. natus, ab officiis praefecturae et senatoriatus bene gestis memorabilis, postea vero ad episcopatum Avernorum Claromontanum promotus pietatem, humilitatem et constantiam in fide ad ultimum usque vitae finem anno 488. executus est. Ex pluribus operibus pauca haec ad nos pervenerunt: 1) Epistolarum libri IX. 2) Carmina XXIV, quae opera majorem laudem a styli elegantia, [illegible] ob acumine ingenii merentur [2].

IX. Salvianus presbyter Massiliensis divinarum et humanarum literarum aeque peritus, episcoporum magister vulgo nuncupatus, licet presbyter tantum esset. Insigne, [illegible] secundum aetatis hujus monumentum ab illo possidemus in libris VIII, de gubernatione Dei, qui fundatam apologiam Dei contra homines perversos et apostatas illius temporis complectuntur. Scripsit praeterea libros IV contra avaritiam, in his gravis ac severae indolis, qua pollebat, documenta reliquit. Denique extant ab illo epistolae IX [illegible] argumenti. Anno 485. mortuus est [3].

X. Vincentius natione Gallus, post officia civilia monasticam vitam ingressus in Lirino prope Massiliam, inde Lirinensis dictus, presbyter factus circa annum 450. vitam finivit. Possidemus ab illo Commonitorium adversus haereticos sub nomine Peregrini editum, opus breve succinctum, sed magni pretii, in quo traditionis necessitas et [illegible] ad cognoscendas et rejiciendas haereses exponitur [4].

[1] Gennad. de vir. illustr. c. 84. in S. Hieronym. opbus Tom. II. Veronae 1735. p. 993. Histoire literaire de France Tom. II. p. 369.
[2] Gennad. de vir. illustr. c. 92. Acta SS. Tom. IV. August. p. 597. Hist. literaire de la France Tom. II. p. 550.
[3] Tillemont XVI. 181. et s. Cave scriptor. eccl. hist. lit. vol. 1. p. 464. Ceiller Hist. des auteurs eccl. Tom XV. p. 473.
[4] Editionem meliorem procur. Joan. Salinas Romae 1731. 8.

XI. Magnus Felix Ennodius patria Arela quocum seculi VI. scriptores ordimur. Is primo ei clesiae Ticinensis diaconus, postea vero ab anno 49(scopus, vir insigni virtute et constantia clarus, qu machum Pontificem et synodum palmarem contra scl ticos obtrectatores egregie tuitus est, et ab Hormisd tifice iteratis vicibus ad Anastasium imperatorem, q gatus fine componendarum controversiarum Orientale et Occidentales missus, multas aerumnas passus anno 521. finem vitae imposuit. Opera ejus sunt: 1) logeticum, quod synodi Romanae V. adprobationen 2) Epistolarum libri IX. 3) Opuscula alia diversi menti [1].

XII. Boëthius patria Romanus (§. 30.) a T dorico rege Ostrogothorum ad gladium conden coram quo ab inimicis suis conjurationis insimulati Opera ejus sunt: 1) Libri V de consolatione philos 2) Liber adversus Eutychen et Nestorium. Arithmetica, Musica, Geometria etc. [2].

XIII. Fulgentius origine Afer anno 468. ex toria familia ortus, primum monachus dein Episcop pensis, opera ejus sunt: 1) Libri tres ad Monimu nachum. 2) Liber contra 10 objectiones Arianorum. ber ad Donatum [3].

XIV. Dionysius exiguus, ex Scythia oriundı bas Romanus in chronologia vel maxime excelluit, paschalem 95 annorum ab omni 525. anno incip detexit, aeram Dionysianam induxit, canones eccle cos, et Pontificum epistolas decretales collegit, ph opera ex Graeco in Latinum vertit [4].

XV. Caesarius patria Cabillonensis, qua j jam tanto beneficentiae studio laborabat, ut ingente suas inter pauperes distribueret, ipse autem monas intraret. Anno 502. ad episcopatum Arelatensem pro

---

[1]) Sirmond edidit Paris 1611. 8. et Tom IX. biblioth. patr. Lug
[2]) Opera ejus prodier. cura Martiani Rota Basileae 1570. fol.
[3]) Fulgentii opera edid. Mangeaut Paris 1684. 4.
[4]) Ceiller hist. des auteurs eccles. Tom. XVI. p. 220.

era nobis reliquit: 1) Homilias diversas. 2) Epistolas ares. 3) Regulam duplicem pro monachis et virginibus [1].

XVI. Benedictus Nursiae in Umbria circa annum 0. natus, taedio mundi tactus ad eremum discessit, dein am monasticam in solitudine Sublacensi secutus. Vir mortalis memoriae, qui in monte Cassino ordinis per um fere orbem celebrati fundamenta posuit, data ei rela speciali, et hactenus inaudita, quam paucis solum ceptis hodiedum plurimi religiosi observant. Regulam ac alibi eum de S. Benedicti instituto sermonem ferimus, uberius exponemus.

XVII. Aurelius Cassiodorus illustris familiae ius Scyllacii in Calabria circa annum 474. natus. Post mma officia gesta monachum professus, et qua talis vim pie finivit. Opera ejus sunt: 1) Liber de anima. 2) Expositio in psalmos. 3) Historiae tripartitae, quas ex Sorate, Sozomeno, et Theodoreto collegit [2].

XVIII. Gregorius Turonensis Averni natus, mo 573. ad Turonensem episcopatum promotus. A mul- virtutibus praesertim vero humilitate, amore religionis, ntemtu mundi et divitiarum ac beneficentia erga pauperes lebratur. Opera ejus sunt: 1) Libri X Historiae Eccle- sticae Francorum. 2) Libri VII miraculorum [3].

XIX. Gregorius I. sub nomine Magni celebratus : conspicua senatorum familia ortus, antea urbis Romae praefectus, deinde plura monasteria fundans, quorum um ingressus est, et vitam monasticam secutus, totum Deo consecravit. Tardius a clero populoque Romano vitus Sedi Romanae praefectus anno 590. Totam vitam am benefaciendo transegit; nam defensores trium Capilorum in sinum ecclesiae reduxit; Anglorum conversiom consummavit (§. 10.). Joannis jejunatoris fastum pressit (§. 26.), clericos et monachos ad disciplinam rexit, cantum et ceremonias sacras perfecit, donec me-

[1] Ceiller hist. des auteurs ibid. pag. 238.
[2] Opera ejus edid. Jo. Garet. Rothomagi 1679. vol. II. fol.
[3] Udonis vita S. Gregorii. Hist. literaire de la France Tom. III. p. 372. Fabrici biblioth. lat. med. et inf. aetatis L. VII. p. 294. et seq. Optim. edit. adorn. Ruinart. Anno 1699. fol.

ritis clarus animam suam sanctam Deo reddidisset anno 60 Opera ejus sunt: 1) Regulae pastoralis liber. 2) Libri moralium. 3) Homiliae et alia, quae brevitatis causa silentio praetereo [1]. Reliquos scriptores tum seculi VI. tum VII. videre licet in Instit. H. E. per me Pestini 1840 edi Tom III. p. 149. et 157.

§. 37.

Scriptores Graeci seculi VII. et VIII.

Secula haec paucos quidem genuere scriptores in Ecclesia Graeca, non tamen nullos. Ex iis praecipui sunt:

I. Joannes Moschus ex Palaestina monachus postea presbyter circa seculi VII. initium celebratus, a q possidemus: Pratum spirituale, opus, quo sanctorum monachorum facta, apophtegmata et prodigia referuntur [2].

II. Sophronius prioris discipulus, vitae monasticae primum addictus, postea Episcopus Jerosolymitanus, Monothelitarum maximus oppugnator. Is occupationi urbis Jerosolymitanae per Saracenos ipse interfuit, et illacrimatus e Obiit anno 606. Opera illius sunt: 1) Synodica ad Honorium epistola. 2) Orationes de variis objectis compositae 3) Vita S. Mariae Aegyptiacae, quae lacrymis et vita ascetica peccata sua in Aegypto expiabat [3].

III. Joannes Philoponus patria Alexandrinus qui Aristotelis doctrinam mysteriis fidei sinistre adcommodans, in absonas loquendi formulas de tribus naturis in divinitate lapsus, Tritheismi merito accusatus est. Opera ejus sunt: 1) Libri septem de creatione mundi. 2) Disputatio de paschate, quae opuscula licet brevia sint, omnium tamen adprobationem tulerunt [4].

---

[1]) Prima opm. Gregorii M. editio est Romana de anno 1588. VI. T. fol. vissima est Benedictinor. S. Mauri Venet. 1768—1775. fol. Tom. cum additamentis Galicioli.

[2]) Pratum spirituale edidit Graece et Latine Fronto-Duceaus in auct. bibl. pater. Tom. II. p. 1057. Coteler. monum. Eccles. Graecae Tom. II. p. 341.

[3]) Acta SS. Tom. II. p. 65. mense Martio. Le Quien in Orient. Christ. Tom. III. p. 217.

[4]) Utrumque opus vers. et edit. a Balthas. Corderio Jesuita Vindob. 1630. 4. edit. emendatius a Gallando T. XII. p. 47. et seq.

IV. Maximus illustri genere natus, primum Heraclii peratoris secretarius, postea monachus et abbas monarii ad urbem regiam siti, in Philosophia et Theologia versaet fervens Monotheletarum oppugnator, verum ut martyr rbitatibus eorum confectus, anno 662. mortuus est in ilio. Opera ejus sunt ascetica et polemica [1].

V. Theodorus Raythuensis monasterii presbyter; idit librum de incarnatione Christi contra Nestorianos.

VI. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, quon seriem scriptorum seculi VIII. inchoamus. Is iconomaorum perversam doctrinam acriter impugnavit, et impio eonis Isauri de abolendis ubique imaginibus decreto stitit, ideoque violente ex sede patriarchali deturbatus, rivatam vitam duxit. In Graecorum Menologiis inter sanctos relatus, opera reliquit: 1) Epistolas, 2) Homilias, et Orationes [2].

VII. S. Joannes Damascenus cui cognomen a patria adhaesit, illustri genere in Syria circa annum 760. natus primum a consiliis Caliphae Saracenorum, postea in lauram Sabae prope Jerosolymam se contulit, tardius ad presbyteratum promotus. Opera ejus sunt: 1) Libri quatuor de fide orthodoxa. 2) Liber de natura composita contra Acephalos seu Monophysitas. 3) Liber de duabus voluntatibus et operationibus in Christo. 4) Oratio demonstrativa de sacris imaginibus contra imperatorem Constantinum. 5) Orationes apologeticae tres de imaginibus. 6) Libellus de haeresibus [3].

VIII. Georgius monachus et abbas, qui simul Tharasii Patriarchae Constantinopolitani syncellus erat. Auctor Chronici ab Adamo usque Diocletiani tempora, quod tamen morte praeventus finire non potuit [4].

IX. Theophanes Georgius Constantinopoli ex nobili genere natus, licet matrimonio egregiae virgini junctus fuerit, ei tamen, quam ad perpetuam continentiam servandam verbo et exemplo disposuit, mox valedixit, et Sig-

---

1) Opera ejus colleg. Combefis. Paris 1675. II. vol. f.
2) S. Germani epistolae nonnullae extant in act. concil. Nicaeni II. Mansi concil. Tom. XIII. p. 90. et seq. reliquas alii referunt.
3) Optim. edit. adorn. Le Quien Paris 1712. II. vol. fol.
4) Fabricii biblioth. Graec. vol. X. p. 636. Chronicon ejus edidit Joan. Goar Paris 1652. f.

rianum coenobium extruens illuc intravit, ac a suis paulo pos in abbatem electus est. Propter cultum imaginum a Leone Armeno in exilium pulsus obiit. Chronographiam vulgavit ab anno Diocletiani primo, ubi Georgius syncellus cessaverat (Nro. praeced.) continuatam usque ad Michaelis et Theophilacti imperatorum annum 2., esto ordinem non satis systematicum in eodem secutus fuerit [1]).

X. Tharasius, qui gestis conspicuis civilibus offic ad patriarchatum Constantinopolitanum promotus, sub Constantino et Irene imperantibus in cultu SS. imagin restituendo bene meritus. In concilio Nicaeno II. dirige magnas partes habuit. Epistolas illius et apologeticum leg licet in Actis concilii Nicaeni II. Vid. Le Quien Orien Christ. Tom. 1. p. 240.

§. 38.

Scriptores seculi VII. et VIII. Latini.

Ex Latinis, qui inter ceteros hac aetate scriptis in ruerunt, notata digniores sunt:

I. Isidorus, qui Leandro fratri suo in Hispal si episcopatu circa annum 595. successit, ab eruditio longe celebratus, et seculi sui oraculum. Opera ejus sunt: Chronicon ab orbe condito ad annum 605. 2) Chroni Gothorum, Vandalorum, Suevorum. 3) Opus de scriptori ecclesiasticis. 4) Libri II de ecclesiasticis officiis. 5) Li XX etymologiarum. 6) Regula in usum coenobii Honori a se erecti scripta [2]).

II. Ildephonsus discipulus prioris vitam monastic qua juvenis jam secutus, primum abbas, dein anno 658. Arc episcopus Toletanus, cultui B. M. V. addictissimus. Op ejus sunt: 1) Tractatus de Virginitate B. M. 2) Liber scriptoribus ecclesiasticis. 3) Liber adnotationum de cog

---

[1]) Acta SS. Tom. II. Martii p. 213. et seq. Chronicon vulgar. Goar et Combefis Paris 1655. fol.

[2]) Ildephons. Toletan. ad script. eccles. c. IX. Antonii biblioth. script. vet. T. 1. p. 250. Ballerini de collect. canon. ante Gratian. T. III. c. 4. Opera autem omnia edid. inter reliquos Faustinus Arevalo Romae 1797. T. VII. 8.

me baptismi. 4) Sermones. 5) Missae, hymni. 6) Opuscula poetica et prosaica [1].

III. Fredegarius, quem aliqui seculo VIII. adscribunt; officio scholasticus (Advocatus). Scripsit Chronicon V libris ab orbe condito ad annum 641. Reliquit porro excerpta chronica seu Epitomen Historiae Francorum, a Gregorio Turonensi concinnatae §. 36.

IV. Aldhelmus ex stirpe regia Saxonum occidentalium in Anglia ortus, qui primum ordini S. Benedicti inscriptus, et abbas monasterii Malmesburiensis fuit, postea episcopus Schireburnensis apud Saxones factus. Opera illius sunt: 1) Liber contra errorem Brittonum, qui pascha luna XIV. celebrabant. 2) Carmen de laudibus virginitatis. 3) De octo principalibus vitiis. 4) Aenigmata et Epistolae [2].

V. Beda cognomine Venerabilis, qui in Britannia anno Christi 672 natus, jam qua juvenis monasterii Girvensis Benedictinis concreditus, ac totam vitam suam in ordine transegit. Cum in Theologicis, Philologicis, Mathematicis aliisque teoticis scientiis excellens, Anglorum ornamentum esset, Pontifex Romanus Sergius eum Romam evocavit, ad altiorem promoturus, verum mortuo interea Pontifice domi mansit et anno 735. vitam pie finivit [3]. Operibus multis claruit inter quae maxime notari meretur: 1) Historia Ecclesiastica gentis Anglorum in libris V. 2) Chronicon ab orbe condito usque ad annum 726. 3) Libri duo de tabernaculo et vestibus Hebraeorum. 4) Commentarii in psalmos in omnes libros N. T. etc. stylum clarum, non tamen purum nec elegantem sectatus; nimiaeque credulitatis arguitur [4].

VI. Bonifacius in Anglo-Saxonia natus, monachus, Germanorum Apostolus, Archiepiscopus Moguntinus, et monasterii Fuldensis abbas, vir in legibus ecclesiasticis versatissimus, Sedi Romanae addictissimus, nihil magis op-

---

[1] Mabillon. act. SS. O. Bened. sec. 1. p. 494. Ziegelbauer hist. lit. Ord. Bened. Tom. III. p. 39.

[2] Acta SS. Tom. VI. Maji p. 79. Mabillon act. SS. Ord. Bened. secul. III. P. 1. p. 22.

[3] Du Pin nouvelle bibl. des auteurs eccles. T. VI. p. 86. f. Rich. Simon crit. de la nouv. bibl. des auteurs eccles. de Du Pin T. 1. p. 279.

[4] Omnia Bedae opera publicata sunt primum Parisiis 1521. fol. et Basileae 1563. f. Tardiora illius opera vulg. H. Wharton Lond. 1693. 4.

tans, quam disciplinae ecclesiasticae executionem ac infidelium conversionem, episcopatus, monasteriorum aliorumque piorum institutorum fundationem [1]. Ad opera ejus referuntur epistolae, quas ad Gregorium II. et III. nec non Zachariam Pontifices, item ad proceres Francorum exaravit, quae judicii magnum acumen produnt [2].

VII. Paulus natione Lombardus Warnefridi filius, unde et ipse Warnefridi nomen tulit, ecclesiae Aquilejensis diaconus, et Desiderii regis Longobardorum secretarius, a Carolo M. una cum rege in captivitatem abductus. Dein monachus Cassinensis factus, vitam anno 799. finivit. Opera Pauli sunt: 1) Historia miscella, seu continuatio Eutropii: 2) Historia Longobardorum ad mortem usque Luitprandi regis. 3) Homiliarium. 4) Biographiae Sanctorum, epistolae et alia [3].

VIII. Paulinus miseris parentibus natus, primum agricola, dein ad artes et scientias animum adplicuit, ac ad doctoris munus adplicitus, Carolo M. acceptissimus, cujus protectione ad patriarchatum Aquilejensem elevatus est anno circiter 794. Scripta S. Paulini sunt: 1) Libellus de SS. Trinitate contra Felicem Urgelitanum et Elipandum Toletanum. 2) Tres libri contra eundem Felicem et ejus doctrinam [4].

IX. Alcuinus natione Anglus ecclesiae Eboracensis diaconus, in literis Latinis, Graecis et Hebraicis eruditissimus, in Eloquentia, Poesi, Philosophia ac Theologia supra reliquos seculi sui versatus, a Carolo M. pro filiorum suorum institutione in aulam vocatus, anno 781. regi familiaris, et moliminum ejus in ecclesiasticis auctor, melioris literaturae Galliae promotor, et scholarum fautor, tardius monasterii Turonensis membrum, ubi vitam anno 804. sancte finivit [5]. Ex operibus ejus notabiliora sunt: 1) Epistolae.

---

[1]) Basnage in thes. monimentor. T. II. p. 1. 227. Act. SS. Tom. Juni p. 450.

[2]) Prima editio Nicolai Serrarii Moguntiae 1605. recusa ibid. 1629.

[3]) Petrus diaconus de viris illustr. Cassin. c. VIII. Jagemann's Geschichte der Wissensch. in Italien III. T. p. 1. p. 56. Opera ejus historica edid. Muratori inter scriptor. rer. Italicar. T. 1. p. 1. p. 407. et seq.

[4]) Acta SS. T. I. Jun. p. 713. opera ejus edid. Madrisius oratorii presbyter Venet. 1737. fol.

[5]) Frobenii vita Alcuini praefat. oper. Alcuini T. 1. p. 13. Dupin nouv. bibl. T. VI. p. 120. et seq.

2) Expositiones et Comentarii in S. Scripturam. 3) Liber de virtutibus et vitiis. Scripsit vivide et pure, cum judicio et sat eleganter [1]).

X. Ambrosius Authpertus Gallus ord. S. Bened. abbas monasterii ad S. Vincentium in vicinia Vulturni fluvii. Mortuus anno 778. cujus laudes cecinit Paulus diaconus [2]). Opera ejus sunt: 1) Libri X in Apocalypsim S. Joannis, quos nomini Stephani III. inscripsit. 2) Liber de conflictu vitiorum. 3) Vita beatorum PP. Paldonis, Tatonis et Jasonis fundatorum monasterii ad S. Vincentium. 4) Homiliae, et expositiones S. Scripturae. Reliqua brevitatis causa missa facio. Vid. Chronicon monast. S. Vincentii de Vulturno et Ughelli Italia sacra.

Caput III.

De doctrina Catholicorum.

§. 39.

Norma Religionis a Christianis observanda et canon S. Librorum.

Fidei articuli, quos Ecclesia periodo hac exposuit et fidelibus observandos tradidit, non aliunde desumendi sunt, quam ex operibus doctorum ecclesiasticorum praecedenti capite recensis, aut ex temporum illorum symbolis [3]), quae vel a synodis, ut Nicaeno-Constantinopolitanum [4]), vel a privatis, uti Athanasianum [5]) condita sunt, aut denique ex conciliorum, quae extant, actis et decretis. Haec sane monumenta nobis pandunt, doctrinam Christi, singulari ejus auxilio et protectione integram et inviolatam in universali Ecclesia conservatam, ejusque doctrinae capita nonnulla enatis controversiis clarius et fusius ac antea exposita fuisse.

---

[1]) Recentiss. oper. edit. fecit Froberius princeps et abbas ad S. Emeran. Ratisbonae 1777. Tom. II. fol.

[2]) De gestis Longobardor. L. VI. c. 40. Chronicon S. Vincentii. Ughellii Italia sacra.

[3]) Vid. Symbola Romanum, Aquilejense, et Orientale apud Rufinum in Epist. symb. Apost. Caesareense apud Athanas. de decretis Synod. Nicaen. et Socrat. H. E. L. 1. c. 8.

[4]) Nicaenum apud Athanas l. c. et Socrat. l. c. Constantinopolitanum in act. concili. Harduin T. 1. p. 807.

[5]) Athanasii opm. T. II. p. 728. edit Montfauc.

De quibusvis doctrinae in Ecclesia Catholica vigentis capitibus distincta et insignia testimonia nobis perhibent scriptores et doctores ecclesiastici illius aetatis. Ita S. Scripturam et Traditionem divinam pro norma unica stabiliendae doctrinae Christi adoptandam et sequendam esse, jam hujus aetatis patres tenuerunt. Et quidem summam ac divinam auctoritatem tributam fuisse Scripturae Sacrae manifestum fit ex S. Athanasio, qui postquam originem divinam s. codicis probasset, et utriusque Testamenti libros canonicos recensuisset, tandem adjecit: Hi sunt fontes, salutares, ex quibus sitiens haurire possit eloquia. In his solis pietatis schola bene annunciatur [1]). Scripturam S. divinitus inspiratam esse, alibi testatur his verbis: Omnis sive nova, sive vetus scriptura numinis afflatu prodiit, et idonea est ad erudiendum sub ea forma, specieque verborum, qua concepta est [2]). Et haec fuit ratio, ob quam doctores et pastores hujus aetatis lectionem Scripturae S. fidelibus iis velut utilem commendarunt, qui majores civitates inhabitabant, aut monachis, nam reliquos ruri degentes vel ob defectum linguae haud aptos ad Scripturam S. intelligendam, ab ea legenda dehortabantur, tanto a fortiovi, quod eadem ad falsas prophetias, sortilegia et superstitionem imo et haereses abuterentur. Cum porro inde ab antiquitate fideles tantam deferrent Scripturae S. venerationem, facile est concipere, quare nam inde a seculo IV. sacrorum librorum collectiones sensim augerentur [3]) et eorum publicae recensiones tam a conciliis, quam a doctoribus fidei exactius instituerentur ita, ut cum initio seculi V. in canone librorum utriusque foederis concinnando omnes fere consentirent. Synodus enim Carthaginensis III. anni 497. jam cathalogum divinorum librorum 47 condidit, in quo psalmi ceterique libri canonici utriusque Testamenti recensentur, adjectis etiam libris Tobiae, Judith, Sapientiae, Ecclesiastici, duobus Machabaeorum et Apocalypsi. Ita Innocentius I.

---

[1]) S. Athanas. epist. fest. 39.
[2]) Idem epist. ad Marcellin.
[3]) *Euseb.* H. E. L. III. c. 25.

Gelasius I. Augustinus, aliique [1]) tradunt canonem veteris et novi Testamenti eundem a Latinis olim receptum fuisse, quem concilium Tridentinum tardius confirmavit et omnibus adoptandum decrevit. Praeter Scripturam S. a doctoribus aevi hujus etiam Traditionem velut alteram fidei et Religionis Christianae normam acceptatam et fidelibus propositam fuisse, testimonia eorum clarissime ostendunt. S. Basilius sic scripsit: Dogmata, quae in Ecclesia servantur ac praedicantur, partim ex conscripta doctrina, partim ex Apostolorum traditione ad nos delata in mysterio recepimus. Quae utraque eandem ad pietatem vim habent, et nemo his contradicit [2]). S. Augustinus vero ait: Quod universa tenet Ecclesia, nec a conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur [3]). Quod ipsum et praxis Ecclesiae docet, qua haereses et schismata provocando ad Scripturam S. et Traditionem refutavit. V. Natalis Alexand. dissert. in H. E. secul. II.

§. 40.

Doctrina de SS. Trinitate.

Cum unitatem Dei adversarii hujus periodi non negarent, vix unus aut alter ex scriptoribus de dogmate hoc, alioquin sufficienter evicto, tractavit. Verum eo majori cum virium intensione doctrina de SS. Trinitate seculo IV. et V. explicita ac propugnata fuit tum adversus Arium ejusque subtiles exceptiones, tum adversus calumnias sectariorum ipsius, qui Catholicos personas tres in Deo profitentes passim Tritheismi accusabant [4]). Tres in Deo personas easque divinas, atque a se invicem realiter distinctas esse ita, ut unus solum Deus existat, periodo hac credi-

[1]) Conferantur Cathalogi S. Athanas. in epist. fes. Hillarii Pictav. proleg. in psalm. S. Cyrilli Jerosolym. catech. IV.
[2]) S. Basil. de Spiritu s. ad Amphiloch. c. 22.
[3]) S. Augustin. lib. IV. de bapt. c. 24.
[4]) S. Basil. ep. 43. Gregor. Naz. 37. Ambros. L. 1. de fid. c. 1. August. lib. de Trinit. c. 4.

tas et declaratas fuisse, non solum acta conciliorum, utpote Nicaeni I., Constantinopolitàni I., horumque symbola et synodicae literae contra hostes mysterii SS. Trinitatis editae, verum et SS. PP. scripta luce meridiana clarius evincunt [1]). Imo dogma hoc adeo suspiciebatur, ut pro regula fidei haberetur, et edictis imperatorum vetitum esset, de eo vel disputare. Quantum vero ad divinitatem Christi, praecipuum de ea testimonium est, quod concilium Nicaenum edidit his verbis: Christum nempe esse filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero — consubstantialem patri. Duas porro in Christo naturas post unionem, nec invicem commutatas, et absorptas nec inter se commixtas et confusas, neque ex iis per unionem compositis communem quamdam naturam conflatam fuisse, contra Eutychetem decreverunt patres Calcedonenses actione V. Pari modo duplicem voluntatem in Christo, et operationem divinam et humanam credendam esse deciderunt patres concilii generalis VI. actione XVIII. contra Monothelitas. Divinitas denique spiritus Sancti, contra Macedonium insigniter confirmata est in concilio Constantinopolitano I. generali II. in quo symbolo Nicaeno addita sunt verba: Credo in Spiritum S. Dominum et vivificantem, qui ex patre, filioque procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Vid. S. Athanas. ad Serap. Tom. 1. opm. p. 207. Epiphan. haeres 74. Basil. M. L. V. adv. Eunom. Hillar. L. II. de Trinit. Didymus L. II. de Spir. S. quem latine reddid. S. Hieronymus.

§. 41.

De peccato originali et gratia Dei.

Doctrinam de peccato originali doctores ecclesiastici hac aetate majori cum zelo et pressius explicuerunt, quam antea, siquidem non solum id probarent, quod omnes homines noxae originalis participes sint, verum et naturam

---

[1]) Gregor. Nyss. l. 1. contr. Eunom. S. Athanas. T. 1. opm. edit. Montfaucon. p. 100. 103. 422. 429. etc.

ejus ac indolem describerent. Hac in materia prae reliquis omnibus desudavit S. Augustinus, qui vulgatis contra Pelagianos operibus primo evicit: omnes homines peccato huic obnoxios esse, postea vero peccati gravitatem et qualitatem inde probavit, quod non solum adulti libero virium exercitio gaudentes, verum et infantes a prima origine sua antequam vel liberas actiones ponerent, eodem infecti sint [1]. Idem docuere reliqui sancti patres et concilia [2]. Quod doctrinam de gratia Dei et libero arbitrio attinet, hanc propter lites Pelagianas diligentius et clarius exponere necesarium erat. Gratiam divinam necessariam esse tum ad fidem in Jesum Christum amplectendam, tum ad opera Deo grata inchoanda et perficienda, salvo tamen libero hominis arbitrio, clarissima PP. monumenta ostendunt [3]. Inter Latinae Ecclesiae doctores S. Augustinus hoc etiam in dogmate explicando multum praestitit, dum peculiari zelo Pelagianorum errores refutabat. Demum gratiae divinae necessitatem in tota Ecclesia aevo hoc agnitam fuisse, probant Canon Missae, Liturgiae, preces et collectae, quibus omnes pastores aeque ac fideles divinae misericordiae auxilium, ob merita Christi implorasse iisdem ex PP. monumentis conficitur.

§. 42.

De Sacramentis N. F.

Sacramentum Baptismi velut certum salutis a Christo reparatae medium cunctis necessarium esse, ejusdemque effectus salutares et amplissimos omnes periodi hujus doctores ecclesiastici unanimiter fatentur. Hujus mentis erat S. Augustinus, qui ministros e coetu Pelagii persecutionum metu dilapsos, antequam catechumenos baptisassent, ceu pastores religionis et pietatis perduelles explodit [4]. Ita scripsit S. Chrysostomus: Sine

---

[1]) Opera S. Augustini huc spectantia sunt Libri II. adv. Pelag. et Coelest. De gratia et de peccato orig. de nuptiis et concupisc. De anima. etc.

[2]) S. Hierony. lib. I. et IV. in Jerem. duo conc. Africana et Ephesin. in ep. ad Coelestin. et can. IV.

[3]) Epist. 180. ad Honorat.

[4]) Homil. III. in epist. ad Corinth.

baptismo impossibile est regnum coelorum consequi [1]. Hinc repetendum, quod paedobaptismus in universa Ecclesia viguerit [2], et haeresis Pelagiana universaliter proscripta fuerit. Sacramentum Confirmationis, quo baptisatis per manuum impositionem episcopi et orationem necessariam Spiritus S. robur confertur, hac periodo etiam in usu fuisse, tum doctorum ecclesiasticorum scripta, tum conciliorum decisiones, tum denique facta historica rem indubitatam faciunt [3]. Dogma de reali Christi praesentia in Eucharistia pariter traditum et ab omnibus Catholicis receptum fuisse SS. Patres luculenter testantur. Et licet vocabulum Transubstantiatio sensu ecclesiastico nondum adhiberetur, e verbis tamen, quibus scriptores ecclesiastici, et verbi divini praecones de hoc objecto contra hostes disseruerunt, transubstantiatio quoad rem ipsam sponte sequitur. Hanc certe intellexit Gregorius Nyssenus docens: Per verbum Dei et orationem statim in verbi corpus transmutatur (μεταβαλλεται) panis sanctificatus [4]. Eadem ratione docuerunt reliqui etiam doctores ecclesiastici. Eucharistiam porro ut sacrificium incruentum spectatum et frequentatum fuisse pariter clarissima PP. testimonia et conciliorum acta manifestant. S. Augustinus loquitur de sacrificii pretio, quod pro matre Monica oblatum est [5]. Sacrificium incruentum memorat Eusebius. Concilium Nicaen. c. 18. fatetur: Situm esse in sacra illa mensa agnum Dei, tollentem peccata mundi, incruente a sacerdotibus immolatum [6]. Denique Canon Missae ita conceptus est, ut verba illius nihil aliud, quam incruentum sacrificium exprimere valeant.

---

[1] Concil. Milevitanum an. 418. c. 2. Gerundense 517. c. 5. Braccarense an. 572. can. 7.

[2] S. Hieronym. dial. contr. Lucif. S. Augustin. L. XV. de Trinit. concil. Illiberit. a. 315. Laodicaen. a. 370. Arelat. an. 455. Claud. Fleury Hist. Ecc. T. VII. p. 90.

[3] Orat. catechet. c. 37.

[4] Libr. IX. confess. c. 12.

[5] Libr. 1. Demonst. Evangel.

[6] Gelas. Cyzicen. in Histor. concil. Nicaen.

§. 43.

Continuatio de Sacramentis.

Doctrinam porro Catholicam de sacramento Poenitentiae aetate hac creditam et ab omnibus Catholicis adoptatam fuisse, amplissima S. Patrum testimonia, et conciliorum acta extra dubium ponunt. Nam illud ceu alteram passi naufragii tabulam describunt, vi cujus illis, qui post baptismum in peccata relapsi sunt, praemissa vera contritione, confessione sacerdotibus solis facta et satisfactione reatus omnes peccati remittuntur, denique gratia per peccatum amissa recuperatur. S. Ambrosius contra Novatianos, qui potestatem dimittendi aut retinendi peccata sacerdotibus denegabant, scribit: Munus Spiritus S. est officium sacerdotis, jus autem Spiritus S. est in solvendis ligandisque criminibus [1]. Idem docuere reliqui PP. [2]). Sed etiam de confessione secreta sacerdoti ad aures facienda, doctores ecclesiastici satis clare se expresserunt, dum eam velut partem essentialem poenitentiae lege divina praeceptam, commendarunt. Gregorius Nyssenus sic scripsit: Audacter ostende (sacerdoti) quae sunt recondita, animi arcana, tamquam occulta vulnera Medico detege, ipse et honoris et valetudinis tuae rationem habebit [3]. Extremam unctionem collatam fuisse infirmis per sacerdotes, ut in agone ultimo divinum sacramenti auxilium consequantur, clarissime et prolixe hac etiam aetate tradunt PP. Omnium loco audiamus S. Augustinum, qui ait: Si aliqua infirmitas supervenerit, Corpus et Sanguinem Christi ille, qui aegrotat, accipiat, et inde corpusculum suum ungat, ut illud, quod scriptum est, impleatur [4]. Ordinis sacramentum, quo ministri Christi et

---

[1]) S. Ambros. lib. de poenitent.

[2]) Hieronym. ep. 1. de laude vit. solit. Augustin. L. XX. de civit. D. Gregor. M. hom. 26. in Evangel. etc.

[3]) S. Gregor. Naz. orat. in eos, qui alios acerbe judicant. Idem concil. Cabillon. 1. an. 650.

[4]) August. serm. 215. de tempore. Item Innocent. I. P. Epist. ad Decent. Eugubinens.

altaris per gratiae divinae collationem initiabantur, etiam frequentatum fuisse, clarissima doctorum ecclesiasticorum testimonia docent. S. Ambrosius sic de hoc objecto scripsit: Homo imponit manus, Deus largitur gratiam, sacerdos imponit supplicem dexteram, et Deus benedicit potenti dextra, Episcopus initiat ordinem, et Deus tribuit dignitatem [1]. Denique Matrimonii sacramentum a pastoribus et fidelibus periodi hujus creditum et administratum fuisse, testimonia luculentissima indicant. Sic Innocentius I. Pontifex nullum pronuncians Matrimonium vivente primo conjuge initum, scribit: Statuimus fide Catholica suffragante, illud esse conjugium, quod primitus erat, divina gratia firmatum [2]. Sicque de singulis sacramentis speciatim plures SS. Patres loquuntur, licet unum aut alterum solum brevitatis causa adduxerim. Vid. Instit. H. E. edit. per me Pestini 1840 Tom. II. §. 54. pag. 175—180.

§. 44.

Doctrinae Catholicae reliqua capita.

Doctrinam de poenis inferni et aeternis et summe gravibus hac aetate continuo et universaliter creditam fuisse, tum symbola cuncta et decreta Ecclesiae, tum perspicua doctorum ecclesiasticorum testimonia fatentur. Quamprimum enim doctrina Origenis, contrarium asserentis, innotuisset, illico is una cum doctrina sua in concilio Constantinopolitano II. oecumenico V. damnatus est. Praeterea S. Hieronymus doctrinam Origenis nuncupat dogma perversum et propugnaculum diabolicum [3]. Purgatorium vero aeque traditum et creditum fuisse, indicant scripta S. Patrum, qui hoc tempore vixerunt. S. Gregorius Nazianz. clare dicit: Non potest a corpore egressus divinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immixtas purgatorii ignis

[1] S. Ambros. de dign. sacerd. c. 5.
[2] Epist. IX. ad Probum.
[3] S. Hieron. in Cap. III. Jonae.

ulerit [1]). Dogma: Ecclesiam Christi esse unam, ;tam, catholicam, apostolicam et perpe-a seu infallibilem hac periodo constanter tradi-uisse, crebrae disputationes contra Donatistas ador-loquuntur. Optatus Millevitanus [2]), Augusti-[3]) et alii omnem conatum adhibuerunt, ut doctrinam n sollide refellerent, ostendentes: Ecclesiam esse licam, seu omni tempore et in cunctis locis visibilem, iquam loco uni aut genti alligatam, sed per totum or-diffusam; eam esse unam, perpetuam, infallibilem, am et sine macula, ex qua tamen minime excluderen-ac in vita peccatores, denique apostolicam, prout id oporum inde ab Apostolis successio et communio cum etri cathedra velut catholicae unitatis centro, clare at. Quod doctrinam de primatu Ecclesiae Romanae at-, hanc opera SS. Patrum aeque extra omne dubium ant. Ita S. Basilius vetustissimam illam Ecclesiae clarissime profitetur de S. Petro docens: Illum tum, qui ceteris praelatus discipulus fuit, claves regni coelestis commissae sunt [4]). tenuerunt PP. Ecclesiae Latinae. Omnium loco audia-S. Hieronymum, qui dicit: Unus inter duo-im eligitur, ut capite constituto, schis-is tollatur occasio [5]). Religiosum porro San-m cultum hoc tempore observatum et frequentatum, et auctum, variisque solemnitatibus ornatum fuisse, icua vetustatis documenta perhibent. Patres enim hu-evi tantopere convicti fuere de insignibus Sanctorum n Deo meritis, et de spirituali communione, quam cet absentes, nobiscum fovent, ut eos constanter ve-i, eorumque intercessionem implorare, quovis tem-pergerent. S. Gregorius M. pretium intercessio-Sanctorum praedicat dicens: Adsunt defensores tri Sancti Martyres, rogari volunt, atque

---

Gregor. Nazianz. Orat. pro mortuis.
Libr. II. contra Parmenian.
S. August. Libr. III. contra Pelagianos.
S. Basil. Sermo de judicio Dei.
S. Hieronym. Lib. I. adv. Jovinian. c. 14. vid. etiam S. Augustin. Lib. II. de baptism. c. 2. et ceteri PP.

quaerunt, ut quaerantur. Hos ergo adjutore vestris orationibus quaerite, hos protectores vestri reatus invenite [1]. Denique ss. reliquiarum cultum in Ecclesia hujus temporis viguisse, non obscura doctorum ecclesiasticorum testimonia et facta historica indicant. Ita S. Ambrosius de seipso narrat: Se Deo revelante SS. Gervasii et Protasii corpora invenisse [2]. S. Hieronymus perstringit Vigilantium eo, quod cultum reliquiarum improbet. Porro fideles s. lipsana Sanctorum ex uno loco in alium transferebant, uti Constantius imperator, qui sacras reliquias Andreae, Lucae, Timothei Constantinopolim transferri jussit [4]. Theodosius M. vero leges tulit, quibus omnes abusus fieri nonnumquam solitos, et sacrarum reliquiarum nundinationem severissime interdixit.

§. 45.

Status Theologiae.

Quemadmodum scientiae omnes pro ratione temporum et indole hominum mutationem quampiam subire solent, Theologia quoque diversam hac periodo formam induit, jamque magis aut minus exculta fuit, licet dogmata fidei eadem semper et integra perstiterint [5]. Ab initio periodi hujus cum Christiani adparatum illum scientiarum et artium Graecarum Romanarumque in usus suos convertere coepissent, erudita magis et subtilior religionem docendi et discendi methodus assumta fuit, praesertim in Oriente, ubi doctores quasi cogebantur, veritates fidei contra Gnosticos, Arianos, aliosque adversarios doctius et erudite magis propugnare, quo sic inimicos hos verae religionis iisdem armis confoderent, quibus eam ipsi impetebant. In Occidente simplicior methodus adhuc perdurabat, quia Ariani, Nestoriani et Monophysitae tam periculosas ibi turbas non excitabant, proinde necessitas tanta nec fuit

[1]) S. Gregor M. Homil. 32. in Evangel.
[2]) S. Ambros. XXII. Epist. ad Soror.
[3]) S. Hieronym. Lib. contra Vigilantium.
[4]) Idem contra Vigilantium.
[5]) Rem hanc extra dubium ponunt decreta Synodor. Symbola, et scripta SS. PP.

sas et subtiles materias scrutandas et enodandas inge- adplicandi. Subtilior haec religionem vindicandi me- is id ad minus commodi post se traxit, quod posteri ar- atis providerentur ad renovatos de tempore in tempus res refutandos. Quod Theologiam Dogmaticam attinet, doctores hujus temporis ita tractarunt, ut aliqua sal- revelatae religionis dogmata explanarent, et probarent, vero completum systema Theologiae Christianae con- arent. Profecto Cyrillus Jerosolymitanus in octode- catechesibus ad competentes, aut in quinque cateche- s mystagogicis nec omnia Theologiae Dogmaticae capita plectitur, nec eadem naturali, ut fluunt, serie exponit. Ad dum systematicam deinceps amplectendam non parum tit Philosophia Aristotelica, quae a seculo V. inter Chri- invalescens controversiis dirimendis, et subtilibus hae- rum exceptionibus refellendis longe aptior quam Plato- nat. Quibus subsidiis instructus Joannes Damascenus is systema theologicum perfectius edidit [1], quo et or- materiarum et moderamine se commendavit (§. 37.) Quantum a Theologiam polemicam, haec ennaratione itatione haeresum occupabatur, prout hoc evincunt Au- ini, Philastrii, et Epiphanii de haeresibus item aliorum patrum opera contra Judaeos et gentiles ata. Licet autem nonnulli eorum subtilitatibus etiam ophicis indulserint, eas tamen ad fidei veritates de- randas non adhibuerunt. Porro etiam Theologia exe- cultores suos habuit, qui summam diligentiam in libris retandis, in regulis hermeneuticis statuendis et in ver- us S. Scripturae adornandis, aut emendandis impende- Nam praeter multos alios solum Hieronymum imus, qui omnes veteres, dempto Origene, conatu ipturam interpretandi et illustrandi superavit (§. 33 [2]). ab aetate S. Hieronymi plures provinciam hanc as- runt, diversa licet fortuna et eventu. Reliquis tamen is hoc opus perfecit Theodoretus Episcopus Cy-

---

[1] ri IV. de fide orthodoxa.

[2] rsio Hieronymi a Joan. Martianay et Ant. Pouget ord. S. Bened. codicib. ms. edita est Paris. 1693. sub tit. S. Eusebii Hieronymi di- a biblioth. hacten. inedita.

rensis, seculi V. scriptor, cujus commentarii hodiedum s persunt. De cunctis autem interpretibus hujus temporis l tendum est, eos ad exemplum Origenis verborum se sum passim neglexisse, subtiles interpretationes fecis et textus codicis sacri ad allegorias adplicuisse, non tam eos literalem sensum Scripturae Sacrae ignorasse, aut dubium vocasse ibi, ubi fidei, morumque praecepta co nentur, cum potius certissimum sit, eos unumquem codicis sacri textum rite intellexisse, et contra advers etiam vindicasse. Inter exegetas hujus temporis Greg rius M. Pontifex excellunt, qui Moralia in Job s psit talia, ut non obstante allegoriarum usu in iis freq tissimo, egregium tamen Moralis Christianae promptua praeconibus fidei et animarum pastoribus praebeant. Ce qui in Theologia exegetica eodem tempore aliquid prae terunt, erant Olimpiodorus[1]), Victor Capuanus Primasius [3]) et Procopius Gazaeus (§. 35.). Hi in Catenis et Commentariis suis multa, eaque praecl praecedentium Patrum scriptis desumta juris publici f runt. Quantum ad Theologiam Moralem, quisque fateb non defuisse hac quoque ex parte viros, qui in eaden cenda et promovenda desudarunt. Notatu digniores Chrysostomus §. 32. Ambrosius §. 33. Au stinus §. 34. Gregorius M. §. 36. aliique plures, in suis libellis ac homiliis asceticis doctrinam moralem eg gie pertractarunt. Licet porro de Theologia Pastorali extensum deducenda nullus hac aetate cogitaverit, non tamen scripta vulgata sunt, quae de prudentia past tractant, et praeclara praecepta de officiis et qualitat pastorum complectuntur. Ex his notari merentur vel ma opera S. Chrysostomi et Gregorii M. Pastora tamen et catecheticam posterioribus hujus periodi temp bus non secus ac reliquas scientias Theologicas decrev ex conditione et penuria operum coaevorum concluder cet. De statu et progressu Historiae Ecclesiasticae tum V. Proleg. tum Art. II. period. II. loquebar; nunc pa

1) Catena in Job.
2) Catena in 4 Evangelia.
3) Commentarius in epist. ad Roman.

urisprudentia Ecclesiastica dicenda restant. Jurispru-a Ecclesiastica, quae ab incunabulis Ecclesiae exiguo n ecclesiasticarum numero provisa, omnibus fori juri-ambagibus carebat, hanc simplicitatem suam etiam pe-actum canonum numerum usque ad sextum seculum re-t. Circa initium aut medium seculi VI. formam scien-consecuta est. Hoc enim tempore canones jam in titu-pro ratione materiarum distribuebantur, prout id codex nnis scholastici aliorumque manifestant [1]). Excellu-it vero in Jure ecclesiastico Joannes Scholasticus lesiae Antiochenae presbyter seculi VI. Dionysius iguus §. 36. Fulgentius Ferandus, Crisco iscopus Africanus et alii. Vid. Enchirid. Jur. Eccl. cit.

§. 46.

Scissiones in Ecclesia seu Schismata.

De scissionibus seu schismatibus ecclesiasticis hujus loci acturi quantum licet succincte exponemus, qua ra-nonnulli se ab unitate disciplinae et subordinationis siasticae separare, et eo ipso turbas in Ecclesia exci-ergebant. Tales erant 1) Meletius Licopolitanus ebaide episcopus. 2) Auctores schismatis Antiocheni. ucifer episcopus Calaritanus in Sardinia. 4) Dona-piscopus Carthaginensis, de quorum singulis pauca randa sunt.

§. 47.

Schisma Meletianum.

Meletius episcopus Licopolitanus, de quo hucdum His-iarum memoravit, circa annum 306. funestum in Aegyp-hisma excitavit. Hujus originem Epiphanius [2]) sic re-t. Dum quippe multi ex fidelibus occasione persecuti-lapsi fuissent, magna inter martyres de lapsorum ad tentiam receptione contentio enata est, aliis eam ipsis dendam, aliis denegandam esse dicentibus. Inter illos Petrum episcopum Alexandrinum, qui lapsos prae-poenitentia recipiendos esse statuebat, inter hos vero etium, qui contrarium fieri volebat, certum est.

---

[1]) Vid. Enchirid. Jur. Eccles. per me Poson. 1848. editum Tom. I. §. 26. edit. 3.
[2]) Epiphanius haeres. 68. Tom. I. opm. pag. 716. et seq.

Cum vero Petrus observaret sententiam suam posterioribus displicere, expandisse fertur pallium suum, dicendo p diaconum, qui mecum sentiunt ad me veniant; qui Melei opinioni adhaerent, ad Meletium accedant. Quo facto cu plerique ad Meletii partes transiverint, Petro ve pauci adhaeserint, illos preces suas et sacrificia, proutl reliquos ritus separatim celebrasse, sicqe schisma ipsi inchoasse, imo Meletium per varias regiones circu ivisse et in singulis locis ordinasse episcopos, presbyter et diaconos, propriasque ecclesias aedificasse. Schisma h in Nicaeno concilio I. sic complanatum est, ut Meletii deinceps in propria civitate maneat, nullaque polleat po state cuiquam seu manus imponendi seu munus ecclesia cum conferendi, episcopi tamen nomen et honorem re neat; quibus porro Meletius ordines sacros contuler illi in Ecclesiae communionem et ministerii gradum adm tantur ea tamen conditione, ut nova manus impositione co firmentur, et spectata promotione et honore illis post nantur, quos Alexander successor Petri in eccle Alexandrina ordinasset; imo clerus et populus ex illis el episcopos eligere possit, dummodo Alexandri ju digni declarentur [1]. Meletium sequebatur Arius huj que fautores, quibus in societatem collectis ecclesiae Aeg tiacae unitas semper magis et magis scindebatur [2], do tandem Meletiani ab Arianis numero et potentia val oribus absorberentur.

§. 48.

Schisma Antiochenum.

Prima schismatis hujus initia ab Arianis repetenda su qui S. Eustathium episcopum Antiochenum de Sab lianismo et adulterio insimulantes Constantium imp ratorem contra eum adeo subornarunt, ut circa annum 33 in exilium mitteretur. Hoc remoto illico reperiebantur no nulli, qui ex adhaesione et veneratione Eustathii sem

---

[1]) Haec nota sunt ex epist. Conc. Nicaeni I. ad Ecclesiam Alexa quam nobis asservavit Theodoret. in H. E. Lib. I. c. XII.

[2]) Socrates H. E. L. I. c. 3. narrat Meletium convicia in s. antistites A xandrinos Petrum, Achillam et Alexandrum evomuisse, et Ario c suis tulisse suppetias.

cultu divino publico separarent, et communionem cum ceteris ultro fovere detrectarent, praesertim postquam in locum Eustathii vir sectae Arianorum addictissimus Eudoxius per factiones intrusus fuisset. Promoto autem ad sedem Constantinopolitanam Eudoxio, in Ecclesiae Antiochenae praesulem votis tum orthodoxorum, tum Arianorum electus est quidem Meletius, et indole et virtute a Meletio Licopolitano diversus, verum is paulo post Arianorum increscente potentia sede turbatus, variis calamitatibus expositus, et iteratis vicibus in exilium pulsus est [1]). Unde modo ecclesia Antiochena in tres partes divisa fuit, quippe Eustathianorum, seu illorum orthodoxorum, qui Eustathio semper addicti manserunt, et nec Arianis communicare voluerunt, nec Meletio, cum ad hunc eligendum influxerint Ariani; item Meletianorum, qui quamvis catholici essent, Meletio adhaeserunt, denique Arianorum, qui relegato in exilium Meletio discipulum Arii nomine Euzojum substituerunt [2]). Ad malum augendum accessit, quod Lucifer Calaritanus episcopus, Meletio adhuc in exilio existente Antiochiam anno 362. veniens Paulinum presbyterum e factione Eustathianorum invitis reliquis Meletio addictis episcopis ordinaverit, et sedi Antiochenae praefecerit. Et certe factum isthoc Lucifero tanto magis imputandum venit, quod illud ex odio erga Meletium perpetraverit, et tempus exilii Meletiani per mortem Constantii imperatoris jamjam finiretur. His in adjunctis schisma non potuit non augeri, neque aliud fere expectandum fuit, quam ut ecclesia tota Antiochena ea ratione, qua quis Meletio aut Paulino favebat, varias in partes scinderetur. Tolli videbatur malum mutua Meletii et Paulini conventione [3]), quae in eo consistebat, ut alterutro mortuo supervivens episcopatum Antiochenum solus teneat. Et reipsa mortuo anno 381. Meletio schisma radicitus evelli potuisset, Paulino solo remanente. At concilium Constantinopolitanum I. consultius fore censebat in locum Meletii substituere Flavianum, non parum repugnante Gregorio Na-

---

1) Socrat. H. E. L. III. p. 6. 7. 9. Sozom. H. E. L. V. c. 12. 13. Theodoret. H. E. L. III. c. 4. 5. Walch Ketzerhist. p. IV. p. 410.
2) Sozom. H. E. L. IV. c. 28
3) Theodoreti H. E. L. V. c. 7.

zianzeno, qui pacem Ecclesiae intensissime optabat. Licet autem Paulinus ultimis vitae diebus Evagrium successorem suum denominaret, hoc tamen paulo post defuncto Flavianus solus in Antiochena ecclesia mansit, sicque schisma influxu S. Joannis Chrysostomi sopitum est. Epiphan. haeres. 73. Hieronym. in Chron. ad annum 364. vid. Tillemont memoires de l'histoire eccles. Tom. VII. p. 10. et seq. 296. et seq. Tom. VIII. pag. 46. 331.

§. 49.

Schisma Luciferi Calaritani.

Novum schisma excitavit Lucifer Calaritanus in Sardinia episcopus, fortissimus Arianorum oppugnator, vir durus et immobilis. Hic post toleratum exilium suum Antiochiam perveniens, cum inaudiret ordinationem Paulini a se factam (§. praeced.) improbari per Eusebium Vercellensem, praeterea synodi Alexandrinae anno 362. habitae decisiones de recipiendis episcopis ab Arianis et Semiarianis ad orthodoxam fidem sincera mente redeuntibus judicio suo reprobaret [1]), in Sardiniam redivit, et Catholicorum communionem deseruit, quin tamen contra Catholicam fidem aliud quid moliretur [2]). Schisma hoc in quo Lucifer etiam mortuus fuisse perhibetur [3]), Italiam, Sardiniam, Hispaniam, Syriam et Aegyptum satis diu infestavit, et Ecclesiae unitatem turbavit, imo schismaticorum unus Hillarius Ecclesiae Romanae diaconus errori suo haeresim addidit, docendo Arianos, ceterosque haereticos ad sinum Ecclesiae reduces, rebaptisandos esse, quod auctor schismatis minime praetendebat. Quare jam S. Hieronymus Hillarium orbis Deucalionem, sub quo diluvium contigisse fabulantur poetae, nuncupavit. Vid. Hieronym. dialog. adv. Lucifer.

§. 50.

Schisma Donatistarum.

Schismati huic occasionem dedit electio Coeciliani in episcopum Carthaginensem. Res vero sic contigit. Cum

[1]) Rufinus H. E. L. 1. c. 30. Socrat. H. E. L. III. c. 7. S. August. lib. de agone christiano c. 30.

[2]) S. Augustin. lib. de haeres. c. 81. Ambros. orat. de obit. Satyri fratris sui, et Hieron. dial. adv. Luciferianos.

[3]) Rufinus H. E. L. I. c. 20.

Mensurius episcopus Carthaginensis anno 311. diem vitae supremum obiret, in ejus locum Coecilianus ejusdem Ecclesiae archidiaconus electus et a Felice Aptungitano episcopo consecratus est. Electionem hanc episcopi Numidiae, quorum adventum electores non expectaverant, improbabant, ideoque tam illi, quam nonnulli ecclesiae seniores, qui vasa sacra et ornamenta per Mensurium sibi consignata reddere nolebant, a Coeciliani communione se separarunt. His se associavit opulenta quaedam matrona Lucilla, quam Coecilianus, qua archidiaconus ob morum licentiam corripuerat; nec non Botrus et Coelesius presbyteri, spe obtinendi ejusdem episcopatus frustrati [1]). Quo autem secessionis suae rationem quamdam assignarent, Coeciliani electionem invalidam fuisse spargebant, hocque ideo, quia Felix Aptungitanus ejusdem ordinator sub persecutionibus librorum sacrorum traditor fuerit, ipse vero Coecilianus interdicto commeatu martyres in carceribus detentos, quod ejus communionem aversaruntur, fame perire siverit. Quare collectis anno eodem aut insequente 312. Carthagine septuaginta episcopis, qui traditionis delicto notati, et Lucillae nummis conducti erant, ordinationem Coeciliani irritam declararunt, ac Majorinum Lucillae clientem in ejus locum intruserunt [2]). Hoc facto unitas ecclesiae Africanae illico turbata est, unaque fidelium pars Coeciliano, altera Majorino adhaesit. Cum vero Coecilianus gratiis Constantini M. frueretur, et conspirantem hostium suorum numerum parvi faceret, schismatici opera Anulini Africae proconsulis imperatorem sibi devincire conati sunt [3]). Quare Constantinus M. anno 313. totam controversiam Melchiadi Papae detulit eo fine, quo is mentem suam eatenus manifestaret. Pontifex collecta Romae synodo Coecilianum innocentem declaravit, schismaticos vero unanimi consensu patrum condemnavit. Quod judicium et in nova synodo Arelatensi, et in Mediolanensi mox celebratis confirmatum, et Coecilianus ubique ab-

[1]) S. Augustin. L. de haeres. c. 69. et in Brev. collat. III. c. 14. et epist. 162. item optat. Millevitan. L. 1. contra Parmen. p. 40. et. 41.
[2]) S. Augustin. epist. 162.
[3]) Optat. Millevit. L. contra Parmenian. c. 44.

solutus est [1]). Videns Constantinus M. schismaticos hos tot judiciis convictos, non quiescere primo poenam mortis in eos pronunciavit [2]), quam tamen sententiam exilio et basilicarum privatione, quas fisco addixit, postea temperavit. Imperatoris severitas Donatistas non deterruit, verum potius ob enatam Arii haeresim audaciores reddidit, qui populi nempe magnam partem suam in societatem allicientes et inito cum circumcellionibus (praedones Numidiae et Mauritaniae), qui milites eorum agebant, foedere, integram fere Africam rapinis, incendiis et caedibus devastabant. Pacem Ecclesiae Constans imperator, qui mortuo patri Constantino M. successerat, pariter componere volebat, ideoque viros illustres Paulum et Macarium ad lucrandos animos schismaticorum ad Africam expedivit. Verum hos imperatoris legatos Donatus M. qui defuncto Majorino in episcopatum Carthaginensem intrusus, nomen schismati dedit, non solum propudiose excepit, verum etiam eleemosynam ab imperatore pauperibus submissam respuit, et neminem suorum beneficentiae imperatoris participem fieri permisit. Cum porro his circumcellionum omnia depopulantium et in Catholicos furentium saevities accederet, Macarius sibi consulere aliter nesciens, armatos milites petiit, qui adcurrentes Bagajae magnam stragem Donatistis intulerunt, et superstites una cum Donato in exilium abduxerunt [3]). Sub Juliano apostata Donatistae anno 362. ex exilio revocabantur, et libertate donati furorem suum pristinum in Catholicos exerebant, altaria eorum evertentes, Eucharistiam profanantes et clericos ad se allectos velut laicos solum recipientes [4]). Quamvis autem successores Juliani praesertim Theodosius gravissimas leges contra eos tulerint, nihil tamen profecerunt, nam schisma ultra quadringentos episcopos in Africa jam numerabat, neque aliud malo medelam adtulit, quam schisma in ipso shismate ortum. Cum nempe defuncto anno 392. Parmeniano Donati successore, Primianus episcopatui praeficeretur, hunc

[1]) Mansi collect. concil. Tom. II. p. 463. et seq. Vid. Tillemont memoires Tom. VI. p. 303. Ceiller Histoire de auteurs eccles. Tom. III. p. 702.
[2]) S. Augustin L. contra epistol. Parmeniani c. 8. ubi eorum quoque calumniam refutat, qui Constantinum M. haec suadente Osio praecepisse fingebant.
[3]) Optat. Miller. de schism. Donatist. L. III. c. 4.
[4]) *Idem ibid. L. II. p. 54.*

ximianus diaconus, Donati cognatus propter ndia delicta sede privavit, nec prius quievit, quam in ribus Africae conciliabulis ipse in episcopum Carthagi-sem eligeretur. Quia vero uterque adhaerentes labebat, tiones Primianistarum, et Maximianistarum tae sunt, quarum una alteram capitali furore prose-batur fortuna vero Primianistis favente, Maximiani-e se ab illis separarunt, et totam sectam suam debilita-t [1]). Controversia haec tandem inter Catholicos et divi-inter se schismaticos in collatione Carthaginensi, quam norius imperator anno 411. fieri jussit, dirigente rcellino composita est [2]). Collationis hujus, in qua ex quavis parte episcopi sub praesidio Marcellini sultarunt, sententia fuit, Coecilianum ab omni mine absolvi, Donatistas vero ceu reos condemnari [3]). hoc inde tempore plurimi Donatistae in sinum Ecclesiae tholicae partim sponte, partim coacti revertebantur [4]) s solum mutantibus, aut obstinate in schismate perse-antibus. Donec tandem Arabes ad Africam usque arma extendentes iis seculo VII. ultimum excidium adtulis-t [5]). Donatistae schismati etiam haeresim adjecerunt. m fundamentalis eorum doctrina erat: 1) Quod Ecclesia holica ob communionem cum Caeciliano defecerit, solum apud ipsos superstes sit [6]). 2) Quod Catholici nes ad ipsos transeuntes rebaptisandi sint. V. Henr. yisii Hist. Donatist. Thom. Long History of Dona-. London 1677. Thom. Ittig. diss. histor. schism. Do-ist. in ejus diss. de hierarch. aevi Apost. p. 241.

Caput IV.

De haeresibus.

§. 51.

Arius.

Durantibus adhuc funestis controversiis cum secta

---

[1]) Augustin. L. IV. adv. Criscon. c. VI. L. III. et 53. 54.
[2]) S. August. Brev. collat. diei 1. c. 24.
[3]) Dupin hist. Donatist. p. 225. et s. Harduin Tom. 1. p. 1043 concil.
[4]) S. August. epist. 50. ad Bonifac. et in libro de gestis cum Amerito.
[5]) Vitsius histor. Donatist. c. VIII. §. 9.
[6]) S. August. Lib. de unit. Eccles.

Donatistarum, imo nec schismate Meletiano plene composito, perversa haeresis Alexandriae nata est, quae furenti tempestati similis Ecclesiae ipsius fundamenta succutere velle videbatur. Auctor ejus Arius, ex Lybia oriundus, ingenio subtili et eloquentia praeditus, sed dialecticae et sophismatum nimius sectator, arrogantia et invidia tumidus erat [1]. Is Meletii partes primum secutus, tardius ad orthodoxos reverti visus, favore Petri Alexandrini in diaconum quidem ordinatus est, verum mox priorem larvam induens, Petri Alexandrini facta contra Meletium tam acerbe sugillare ausus est, ut Ecclesiae communione privaretur. Petro successit Achillas, qui Arium emendatione promissa in gremium Ecclesiae recipiens, plane ad presbyterium promovit [2]. Dignitate presbyteri ornatus cum blandiendi facultate polleret, popularemque affectaret eloquentiam, multos sibi adsciscere novit amicos. Extincto Achillae successit Alexander, qui vice quadam in collegio presbyterorum et clericorum suorum doctrinam de SS. Trinitate exponens, Filium Patri dignitate parem, ejusdemque cum ipso substantiae dicens, acerbum doctrinae suae adversarium in Ario expertus est. Hic enim putans ab Alexandro Sabellianismum defendi [3], doctrinam catholico dogmati contrariam propugnavit [4] sequentem: 1) Unum esse verum ac proprie dictum Deum, videlicet Patrem, solum ingenitum, aeternum et immortalem, qui genuit filium unigenitum ante tempora aeterna, per quem secula condidit: 2) Filium non esse γέννημα seu ens Patri consubstantiale, nec coaeternum sed factum ἐξ οὐκ ὄντων seu ex non existentibus, id est, esse creaturam Dei; illum proinde non esse vere et proprie, sed participatione Deum, a Patre toto genere distinctum. Doctrinam hanc in opusculo, quod Taleja m nuncupavit, complexus est [5]. Cum

[1]) Sozomen. H. E. L. I. c. 14.
[2]) Epiph. haeres. 69.
[3]) Socrat. H. E. L. I. c. 5.
[4]) Alexand. in epist. encycl. apud Socrat. H. E. L. I. c. 6.
[5]) Talejae fragm. ref. S. Athanas. in epist. de synod. Arimini et Seleuciae. Ex hoc fragmento item ex Arii et primor. discipulor. epistola ad Alexandr. porro ex Athanas. orat. II. contra Arianos: denique ex epist. Synod. conc. Nicaen. ad Alex. Ecclesiam apud Socr. H. E. L. I. c. 6. Arii doctrina desumpta est.

ıxterna probitate, morum suavitate et venerabili specie, ac eruditione haud vulgari excelleret, aque suam etiam versibus commendaret, multorum ıctatus, et ingenti auditorum numero stipatus est, r etiam Secundus Ptolemaidis et Theonas Ma- episcopi referebantur [1]). Hos cunctos Alexan- synodo Alexandriae anno 321. cum 100 circiter ; celebrata proscripsit, et sententiam suam medio ırum totius orbis episcopis communicavit. Arius dito fuga sibi consulere volens, Nicomediam pe- ab episcopo urbis Eusebio receptus, et poten- ırotectus ideo vel maxime fuit, quod se jam prius ab ıdro oh favores Ario impensos nominatim per- fuisse, intelligeret Eusebius. Et reapse Syriae, inoris, et Bithyniae episcopos eo disposuit, ut s reliquos Ario infensos provocarent, quo Arius ectatores in communionem Ecclesiae reciperentur. tum ut multi fideles in Aegypto, Palaestina, et ori novam doctrinam amplecterentur, et utriusque ımi acerbius concitarentur [2]). Malo adeo ingra- , ut leniores tractatus illud tollere nequirent, Con- ıus M. concilium generale Nicaeam Bithyniae 5. indixit. Concilio huic oecumenico imperator ipse , praesidium tamen Osius Cordubensis et Sedis ; legati Vitus et Vincentius tenuere. Hoc in definitum, fideique symbolum editum est: Filium ıse genitum ante omnia secula, Deum de Deo vero, Patrique ὁμοούσιον consub- ılem et coaeternum. Doctrina Arii pro- ipse vero et asseclae ejus mandato Constan- in exilium pulsi sunt. Scripta Arii aeque damnata is tradita, inobedientes autem jubente eodem im- supplicio affecti sunt. V. Athanas. apol. II. Epist. synodi ad ecclesiam Alexandr. Socrat. H. E. L. 1. eodoret. H. E. Lib. 1. c. 6.

—

ad. in epist. encycl. apud Socrat. H. E. L. 1. c. 6.
doret. H. E. L. 1. c. 4. 5. 6. Epiph. haeres. 69.

§. 52.

Arianismi propagatio.

Arii exulantis sors mutationem paulo post subivi cum Constantia soror Constantini M. in extrem vitae diebus constituta, ejusdem restitutionem singula beneficii instar peteret, ac permotus imperator Ariu post depositam ad speciem saltem fidei professionem, libe tate donaret. Verum Athanasius, qui circa annum 326. patriarchalem sedem Alexandrinam evectus est, nullaten permoveri potuit, ut Arium in Ecclesiam suam recip ret [1]). Quare imperator Athanasium Byzantium ev cavit, et gravissimis calumniis, quas Ariani succentore pra sertim Eusebio Nicomediensi de eo sparserant, induc eum in synodo Tyriensi anno 335. depositum Treviros in e lium misit [2]). Arianorum factio magis adhuc gloriari coe cum eodem anno et Arius et sequaces ejus in templ Jerosolymitanum a Constantino M. novitus extruct et tunc solemniter dedicatum, in consortio orthodoxon admissi fuissent, gementibus episcopis catholicis, praese tim autem Alexandro praesule Byzantino, et Nicaen fidei propugnatore zelosissimo [3]). At triumphus Arian rum haud diu duravit, cum enim Arium heroem sun qui interea Constantinopolim adpulerat, per plateas url magno cum solatio comitarentur, is urgente alvi neces tate ad secessum divertens, divina quasi vindicta anim ibi cum visceribus et sanguine effudit [4]), sicque Arianor primum fulcrum succussum est. Alexandro Patriarch Constantinopolitano decedenti successit Eusebius Nic mediensis, infensissimus Athanasio, et apud imperat rem plurimum valens, quo agente S. Athanasius synodo Antiochena ab Arianis celebrata anno 314. rursu condemnatus, et Gregorius Cappadox aeque Arianus

---

[1]) Athanasius apol. II. c. 19. Sozom. H. E. L. II. c. 26. Socrat. Hi Eccl. Libr. I. Cap. 20.

[2]) Athanas. apol. II. p. 624.

[3]) Socrat. H. E. L. I. c. 22. Sozomen. H. E. L. II. 25. 26.

[4]) Athanas. orat. I. contra Arianos p. 130. Epiphan. haeres. 69. Socr H. E. L. I. c. 25. Theodoret. H. E. L. I. c. 14. Sozom. H. E. L. I c. 28.

us est [1]). Cum porro Ariani necdum quiescerent, ntius et Constans imperatores anno 347. syardicensem indixerunt, ut causa Athanasii tanetur et pax ecclesiae restitueretur. Confluxerunt dum praeter Catholicos etiam Eusebiani (Ariani) en cernerent Osium, Athanasium, et Mar-, quorum causa potissimum decidenda erat, praesse, noctu Philipopolim Thraciae urbem discesseidem proprium concilium celebraturi. Sardicae igiregati patres Athanasium, Marcellum aliosusebianis injuste proscriptos absolverunt, Euseero condemnarunt et sedibus suis privarunt [2]). Ceo Eusebiani adversariis suis parcendum rati Atha-, Osium et Julium Pontificem excommunicarunt [3]). tquam mortuo Constante magna pars Occidentis stantium devenisset, causa Catholicorum rursus est, siquidem Athanasius persecutioni denuo s, et Liberius Pontifex, quod formulam ὁμοούσιος et Athanasium damnare detrectaverit, Beroeam in exilium relegatus [4]), Osius Cordubensis et raesules acerbissimis tormentis affecti, Arianismus onge lateque ferro et igne propagatus est. Vid. et. H. E. L. II. c. 16.

§. 53.

Arianismi in sectas divisio.

anorum nimia potentia mox dissensionibus internis t est. Cum enim plures synodos Syrmii celebra-, pluresque fidei formulas ederent a se diversas, eorum quoque in plures sectas divisionem nasci se, quisque perspicit. Prima formula docebat: Fi- i esse Patri consubstantialem sed natura similem ον), et qui hanc tenebant dicti sunt Semiariani. ormula docebat: Filium Patri dissimilem (ανομοιον), et ctarii anomei, aut a praecipuis ducibus Aëtiani,

---

it. H. E. L. II. c. 6. Sozom. H. E. L. III. c. 5.
doret. H. L. II. c. 7.
rius fragm. L. II.
nas. epist. ad solitar. Theodoret. H. E. L. II. c. 16.
) 351. 357. 358 vel 359.

vel Eunomiani dicti sunt [1]). Tertia formula dicebat: Fi Patri ita similem esse, prout imago similis est protot non natura, sed specie solum externa [2]); hanc adop Acacius Caesareensis, et ejus asseclae. Verum for lis his non solum non restituta fuit pax inter Orientales novae potius dissensiones exortae sunt. Quare Const tius imperator anno 359. novam Arimini synodum co cavit, quam tamen suasu Arianorum duobus in locis e tempore convenire permisit ita, ut Orientales Sele in Isauria, Occidentales vero Arimini in Aemilia cons rent. In synodo Ariminensi episcopi Catholici sè ab nis separarunt, fidem Nicaenam confirmantes, et Ar ejusque asseclas condemnantes. In synodo Seleucensi tem multi convenere orientales episcopi, quos inter 15 lum catholici erant, hic mutuis accusationibus ambae tes semet divexarunt, multumque disputantes in eo s coaluerunt, ut vox ομουσιος exmittatur [3]). Verum etia consultationibus paci publicae parum consultum fuit, Catholicorum animi magis semper deprimebantur, Constantius imperator non paucos sibi reluctant exilium relegaret. Mortuo Constantio Catholici diversitate imperantium jam vincebant, jam vinceba donec tandem legibus Gratiani, Theodosii I Justiniani I. secta Arianorum adeo comprimeretu ea sub finem seculi VII. velut peculiaris secta amplius visa fuerit. V. Historie der wachsend. Ketzerei der Ari in 12. B. von Freih. v. Croneck. Stadt am Hof. 1 J. A. Stark Versuch einer Gesch. des Arianism. Berl. 1783. Schubert diss. de vera orig. Arianis. phiswald. 1768. Fritz Ketzer-Lexicon 2. B. 2. Würzb. 1838. p. 115—199.

§. 54.

Photinus.

Dogma idem SS. Trinitatis seculo IV. plures impu

[1]) Eunomii exposit. fidei et apologeticus apud Fabric. in bil graec. vol. VIII. item Henric. Canisii lect. antiq. T. 1. p. 172.
[2]) Athanasius L. de synod. Arimini et Seleuciae. Epiphan. haer Sozom. H. E. L. IV. c. 12.
[3]) *Acta* hujus synodi describit Socrates H. E. L. II. c. 31. 32.

nt, sectasque condiderunt. Hos inter Photinus erat, tione Galata, discipulus Marcelli episcopi Ancyrani, ' conditione et facundia oris conspicuus, ideoque Syrmii nnoniae metropolis episcopus factus [1]). Is quamvis ali-) tempore constans in fide Nicaena profitenda fuerit, cum ten sublime mysterium SS. Trinitatis diu scrutaretur, in orem lapsus [2]), post annum 340. docuit: Unicam esse i personam, nempe Patris, λογον seu filium esse ratio-a Dei, et quamdam virtutem Deo insitam ac inhaerentem, itenus haec Dei virtus externe se etiam manifestat et ratur. Ex hac doctrina deducebat λογον non subsistere pria hypostasi, nec esse Dei filium seu Christum aliud, m hominem, qui tamen Deus, aut Dei filius dici sit, cum virtus quaedam divina ei conjuncta fuerit. Non s de Spiritu Sancto tenebat: Eum nempe unice virtu-n quamdam divinam esse propria hypostasi carentem [3]). t quidem nonnulli, qui dicunt Photinum errorem m a magistro Marcello Ancyrano hausisse. Hujus em doctrinam fuisse: λογον ab aeterno fuisse in Deo, Dei rationem vel sapientiam esse, in tempore ex illo ressam, assumtoque ex Maria corpore humano, velut m Dei adparuisse, sed ad Deum rursus redivisse, et opria hypostasi caruisse. In hanc doctrinam Sabellii sum fuisse Marcellum dicunt illi ex nimio zelo oppug-ndi Arium. At difficile est Marcello hanc doctrinam tribuere, cum primi subsellii doctores eum immunem ab rore fateantur, ac ejusdem fidei professionem referant, eque Marcellus iterato dixerit, se ab adversariis suis n intelligi, ac doctrinam suam sinistre explanari [4]). Quid-id sit, illud certum, quod errores Photini non solum tholici omnes, et Arianorum plerique, verum etiam ncilia utriusque partis condemnaverint. Imo concilium

[1]) Vincent. Lirin. Commonitor. c. 26.
[2]) Sozom. H. E. Lib. II. c. 29.
[3]) Epiphan. haeres. 71. Theodoret. Lib. III. haeret. fabular. c. II. Sulpit. Sever. Hist. Sacr. Lib. II. Augustin. L. de haeres. M. de la Roque: De Photino ejusque multipl. damnat. Genevae 1670. Ittigius Hist. Photini in libr. de haeresiarch. aevi Apostolici.
[4]) Vid. Hieronym. de vir. illust. c. 86. et Confess. fidei a Marcello et asseclis apud Epiph. haeres. 72. et Montfauc. collect. nov. P. P. Tom. II. Socrat. H. E. L. 1. c. 36. Sozom. H. E. L. II. c. 33.

Syrmiense anni 351. Photino etiam depositionis sen tiam dictavit, a qua Caesarem adpellans Photinus etiam in apellationis foro causa cadens in exilium mi est, ac ibi vitam finivit anno 372. Vid. P. Fritz Ket Lexicon. Tom. III. p. 120. Würzb. 1838. edit. II.

§. 55.

Macedonius.

Non multo post praecedentem haeresim orta est quam Macedonius vir eloquentissimus, Semiaria diaconus primum, postea presbyter Constantinopolit excitavit. Is inter mutua Catholicorum et Arianorum ac caedes ad episcopatum Constantinopolitanum elev est anno 342. Mortuo quippe Alexandro populus Paulum, quam Macedonium successorem in Constantinopolitana designavit ita, ut Catholici Pauli Ariani autem Macedonium optarent. Verum re Constantius imperator, in cujus absentia contig electio, utroque depulso Eusebium Nicomedien clientem suum urbis episcopum esse voluit. Fatis interim dente Eusebio cum lis prior de Paulo et Macedo recrudesceret, ac Constantius imperator Hermo nem praefectum copiis stipatum illuc mitteret, ut Mace nium in sedem Constantinopolitanam intruderet, magna tholicorum seditio exorta est, sub qua domus Hern genis igni tradita, ipse autem per civitatem raptatus, serum in modum trucidatus est. Et quia Constans perator pariter optabat, ut Paulus sedi episcopali pr ficeretur, fratrique Constantio bellum plane intenta si a persecutionibus contra Paulum, reliquosque epis pos non desisteret, Macedonius cedere debuit, consentiente Constantio jam tunc distinctam eccles colligere coepit. Verum remotis per Constantis mor cunctis obstaculis Paulus denuo sede turbatus est, qu milites in fuga interceptum, strangularunt. Superato aemulo Macedonius favoribus Constantii cathed episcopali restitutus, etiamnum catholicos Pauli qu dam fautores omnibus adversitatibus affligebat, eccle privabat, et plane vi ad suas partes pertrahebat. Tum l

n transponendo corpus Constantini M. ex basilica
ostolorum in aliam ecclesiam tales turbas et caedes cau-
rit Macedonius, ut et imperator tandem de perversa
lole ejus convictus, illum anno 359. ab episcopatu re-
veret [1]). Macedonius illico, ut sede sua turbatus
, dogma de Spiritus S. divinitate oppugnare coepit, di-
s: Spiritum S. non esse ejusdem cum Patre et Filio
nitatis, sed utriusque ministrum. Sectatores ejus Ma-
doniani ab auctore, vel Marathoniani a discipu-
um praecipuo, vel denique πνευματομαχοι nuncupaban-
. Contra errores Macedonii celebratum est anno
1. concilium Constantinopolitanum I. inter oecu-
nica II. a Theodosio M. convocatum, in quo doctrina
ace donii damnata, symbolum vero Nicaenum adjectis
nullis de Spiritus S. divinitate expressionibus confirma-
. Theodosius M. imperator Macedonii discipulis,
austera et ad speciem morali magistri vita seducti magno
mero erant, diversas poenas et exilium dictavit. Vid.
eodosii Codic. XI. XII. XIII. de haeret. Histor. Macedo-
nor. peculiariter descripsit Georg. H. Goezius Vittemb.
88. cujus usum fecit Vogt in biblioth. haeresiologica
I. fascic. I.

§. 56.

Apollinaris.

Circa idem fere tempus doctrinam Ecclesiae de verbi
rini incarnatione impugnavit Apollinaris junior. Lao-
enus in Syria episcopus, Apollinaris senioris ejus-
m ecclesiae presbyteri filius, vir humanis, divinisque
ris bene instructus, linguae Hebraeae insigniter peri-
, ac fidei orthodoxae aliquamdiu propugnator zelosissi-
s. Cum uterque Apollinaris in Ecclesia Loadicena
dem tempore munera obirent, et filius ejusdem Eccle-
e lector esset, propter consuetudinem ac familiaritatem
m Epiphanio sophista a Theodoto episcopo suo
cris interdicti sunt tanto magis, quod uterque in con-
rtio aliorum Christianorum productionibus et cantui Epi-
hanii in laudes Bachi servato interfuerint. Poenae ab

[1]) Socrat. H. E. L. II. c. 13. 28. 38. Sozom. H. E. L. III. 9. L. IV. c. 20. 26. Philostorg. L. IV. H. E. c. 9.

episcopo dictatae summa cum humilitate se subjicientes, et poenitentiam agentes, pater et filius intra breve temporis intervallum in gratias episcopi et communionem Ecclesiae recepti sunt. Cum tamen Apollinaris filius per Georgium successorem Theodoti Arii partibus addictum novitus excommunicaretur propterea, quod cum S. Athanasio Arianorum oppugnatore, qui per Laodiceam casu transivit, familiariter conversatus fuisset, exarcerbatus novam haeresim seminavit, multosque sectarios collegit [1]. Praecipuum doctrinae ipsius caput erat, quod imitando Platonem homini tres partes essentiales attribuens, corpus videlicet animam et mentem [2], huic doctrinae velut principio suam de persona Christi sententiam superaedificaverit dicens: Christum ψυχὴν animam sentientem habuisse quidem, non tamen πνεῦμα animam rationalem, hujusque vices ipsam divinitatem sustinuisse [3]. Doctrina hac putabat facilius concipi posse conjunctionem divinae et humanae naturae Christi in unam personam, seu hypostasim. Quia vero Apollinaristae ex illis tribus partibus ex quibus Plato hominem constare docebat duas tantum Christo adscribebant, corpus et animam sentientem, vocabantur etiam (διμοιρῖται) dimoeritae. In nexu erroris hujus docebant, naturam divinam Christi cum humana illius natura ita confusam et permixtam fuisse, ut non quidem in se, sed in carne solum tormenta, et ipsam mortem reipsa pateretur, non secus ac anima hominis conjuncta corpori patitur ex passione corporis, Apollinaris et sectatores ejus a pluribus Ecclesiae doctoribus uti Athanasio, Gregorio Nazianzeno et aliis impugnati sunt, imo auctore Apollinari ab episcopatu depulso, sectarii ejus durioribus etiam poenis afficiebantur, nam Theodosius M. imperator decrevit, eos ex omnibus locis, utpote moenibus urbium, congressu honestorum hominum et communione rerum sacrarum amovendos esse; jureque conventus religiosos celebrandi privavit. Vid. Cod. Theodos. T. VI. p. 144. Bas-

---

[1]) Socrates H. E. L. II. c. 46. Sozomen. H. E. L. VI. c. 25.
[2]) Nemesius initio Libri de Natura hominis.
[3]) Epiphan. haeres 77. S. Leo serm. IV. de Natal. Dom. S. Augustin. L. de haeres. c. 55. S. Athanas Lib. de incarn. Chr. contra Apollin.

stor. Apollinar. in Vogtii haeresiolog. Tom. I. Tillemont memoires Tom. VII. p. 602.

§. 57.

Audius sive Audaeus.

ı Audianorum originem ducit ab Audio, qui in mia, ubi primam lucem aspexit, ob integritatem veritatis studium, et austeram vitam initio celeıominis adeptus est, sed cum episcoporum nonluxum, et clericorum excessus nimium carperet, ›stinate se opponeret, tantorum sibi persecutiodia adscivit, ut a communione ecclesiastica ex-:. Porro cum adversitates sibi intentatas in dies cerneret, se ipsum ab Ecclesiae communione seplures asseclas colligens, quorum episcopus dici ›iscopi haec audientes eum ad imperatoris judilerunt, cujus sententia ad exilium in Scythia torelegatus est. Error ejus praecipuus fuit anthrosmus. Verba enim Mosis I. 26. Faciamus m ad imaginem et similitudinem noet alia Scripturae Sacrae loca literaliter interpre-Deo saltem lineamenta corporis humani (formam), si non verum corpus humanum adscribebant; nulerea communionem ecclesiasticam cum Catholicis festum paschatis more Judaeorum cum Quartodeciebrabant, et singularem, sibique propriam disciplisiasticam servabant. Vid. Epiph. haeres. 70. Auguhaeres. c. 50. Theodoret. haeret. fabular. L. IV. r. Fritz. Ketzer-Lexic. Tom. II. p. 220. et seq.

§. 58.

Priscillianus.

cillianus vir ex illustri familia ortus, opibus abunılta lectione conspicuus, at vanus scientiisque in-Marcum quemdam patria Memphitem, qui ex errores antiquos Gnosticorum Hispaniae intulit, est [1]. Cum vero Priscillianus pulchris abunmi, corporisque facultatibus plures discipulos colresque ac feminae eum magno numero sequeban-

[1] Sever. Histor. sacr. Lib. II. c. 46.

tur, imo et episcopi quidam uti Instantius, Salvianus et Hyginus blanditiis ejusdem seducti, pro eo militabant. Unde Priscillianus auctor perversae sectae factus, Hispaniarum ecclesias motibus magnis involvit, donec pluribus controversiis superatis, anno 380. synodus Caesaraugustana agentibus episcopis Idacio et Ithacio non tantum ejus errores damnavisset, sed etiam Instantium et Salvianum aliosque laicos ab eodem seductos a sinu Ecclesiae ejecisset [1]. Verum sectarii Priscilliani Catholicorum vim vi retundere volentes, magistrum suum in Abulensi oppido episcopum constituerunt, putantes se plus profecturos, si ducem suum alias strenuum et callidum dignitate sacerdotali ornaverint. Sed ut malum in ortu suo suffocarent Idacius et Ithacius a Gratiano imperatore decretum impetrarunt, quo Priscillianistae omnes ecclesiis spoliari et urbibus exesse jubebantur. Imo jussu Maximi imperatoris Evodius Trevirensis Priscillianum in duobus judiciis severissime examinavit, ac ex propria oris confessione sequentium delictorum convicit: quod obscoenas doctrinas tradiderit, nocturnos conventus cum prostitutis feminis celebraverit, in quibus nudus orare soleret, ideoque eum ad carceres condemnavit. Sed imperator perlectis inquisitionis documentis in Priscillianum pluresque ejus sectatores capitis poenam dictavit [2]. Prisciliano e vivis sublato haeresis ejus non tantum non suppressa, sed potius aucta est [3]. Discipuli enim Priscilliano nunc Ut martyri adhaerebant, eique honores religiosos deferebant, ac ita se extenderunt, ut in Gallicia et limitibus Valenciae seculo VI. adhuc reperirentur. Neque prius cessarunt sectarii hi, quam synodus Braccarensis II. anno 569. doctrinam eorum condemnasset, ac per turbas Saracenorum tumulo illata fuisset. Doctrina eorum perversos errores Gnosticorum, praesertim vero Manichaeorum recoxit [4]. Speciatim vero reale discrimen in-

[1]) Mansi concil. Tom. III. p. 633.
[2]) Sulpit. Sever. Hist. Sacr. Lib. II. c. 46. et dialog. III. c. 11—13.
[3]) Sulpit. Sever. H. S. Lib. II. c. 5.
[4]) Epist. Leon. M ad Turibium Orosii commouitor. ad S. Augustin. — Augustini de haeres. c. 70. Concil. Tolet. I. a. 400. apud Mansi Tom. III. p. 907. et seq. Braccarens. ibid. acta Tom. IX. p. 773.

personas divinas sustulerunt, Jesu Christi nativita-
ı et incarnationem negarunt, mundi conditorem non
ım sed pravum hominem fuisse, et materiam ab aeterno
stere statuerunt, vetus figmentum emanationum divina-
ı seu aeonum reduxerunt, matrimonium improbarunt,
porum resursectionem exploserunt, et alia his similia
ısticorum capita docuerunt. Vid. Simon de Urias diss.
. de Priscill. Ultraj. 1745. 4. Fr. Girvasi Hist. Priscill.
'onolog. Romae 1750. 8. Walchs Ketzer-Historie p. III.
378. et seq. Petr. Fritz Ketzer-Lexicon Tom III.
164. et seq.

§. 59.

nianus. Aërius. Helvidius. Vigilantius. Colliridiani. Messaliani.

Minorum haeresum auctores erant I: Jovinianus,
monasterio Mediolanensi, cujus membrum erat, anno
!. relicto, mollitiem ac dissolutam vitam sequebatur,
ı ab Hieronymo Christianorum Epicurus dictus.
ores ejus erant: 1) Vere baptisatos a diabolo seduci
ı posse, sive homines post baptismum amplius peccare
posse. 2) Nullum pretium jejunio tribuit. 3) Omnes,
baptismati conformiter vivunt, aequale praemium in
lo mansurum. 4) Unam eandemque poenam omnia pec-
mereri. 5) S. Mariam in partu virginem nom man-
e. Errores hi a Siricio Pontifice in synodo Romana
ı 390. damnati, Jovinianus vero ab Honorio
ıratore ad insulam Boam in exilium pulsus est [1]).

II. Aërius aeque monachus, Semiarianis addictus,
ı tathii episcopi Sebasteni subordinatus et aemulus.
piscopatus spe excidens, episcopum suum, qui ei ma-
imposuerat, et xenodochio praefecerat, turpissimis
mniis affecit. et populum ab eo abalienavit. Sectam
c ubique detestabantur omnes. Errores Aërii erant
Omne discrimen inter episcopos et presbyteros sustulit.
Preces pro defunctis, et alia bona opera absque omni

ı Hieronym. in Lib. II. adv. Jovinian. nec non in Apologet. ad Pa-
mach. Neanders Denkwürdigk. Tom. II. p. 102. 298. et seq. Walch
Ketzer-Hist. p. III. p. 635. et s.

effectu esse statuit. 3) Statuta jejunia non esse observanda. 4) Pascha non celebrandum, cum pascha nostrum immolatus fuerit Christus [1]).

III. Helvidius, homo laicus, quem Gennadius discipulum Auxentii Ariani episcopi Mediolanensis fuisse scribit. Is anno 383. perpetuam B. M. virginitatem edito libro impugnavit, eamque post natum Christum alios quoque filios peperisse docuit; nec asseclis caruit, qui ab auctore Helvidianorum nomen tulerunt. Verum Hieronymus Romae tunc praesens librum de perpetua virginitate eidem opposuit et omnia ejus argumenta refutavit [2]).

IV. Vigilantius Calagurri in Gasconia natus, filius cauponis ad presbyteratum ecclesiae Barcinonensis in Hispania promotus, qui libro circa annum 404. publicato ritum Christianorum, quo reliquias Sanctorum venerabantur, et cereos in illorum honorem accendebant, impugnavit; jejunium Ecclesiae, coelibatum clericorum, et disciplinam monachorum explosit. Esto autem nonnulli episcoporum quoque reperirentur, qui Vigilantio adhaererent, Hieronymus tamen impurum hunc hominem non secus ac praecedentes acri et eloquenti stylo perstrinxit [3]).

V. Collyridiani, quorum secta vulgaris et tenebris involuta est. Juxta S. Epiphanium secta haec ex solis fere mulieribus in Arabia constabat. Virginem Mariam tamquam Deum adorabat, et quotannis placentam quamdum (κολλυρις) id est speciem panis eidem sacrificabat. Originem ejus scriptores ad annum 373. referunt [4]).

VI. Messaliani sive Euchitae aut Choreutae fanaticorum et indoctorum hominum turba. Sub Constantio imperatore in Mesopotamia et vicinis regionibus sedem suam fixerant, eorumque deliramenta fere incredibilia sunt. Nam pseudomysticismo seducti tradebant, cuivis homini a nati-

---

[1]) Epiphan. haeres 25. Philastr. haeres. 72. August. de haeres. c. 53. Joach. Hildebrand discuss. haeres Aerii etc. Helmstadt 1656.

[2]) Hieronym. adv. Helvid. et epist. ad Pamach. 50. c. 7. et seq. Gennad. de vir. ill. c. 32. pag. 17. August. de haeres. c. 84.

[3]) Hieronym. Lib. adv. Vigilant. et in Epist. Gennadius de script. eccles. c. 35.

[4]) Epiphan. haeres. 79. ejusq. Anaceph. c. 79. Vernsdorf diss. de Collyridianor. secta Vittemberg. 1745. Schmid prolusion. X. Marianae.

ate ad latus assistere pravum daemonem ad mala eum se-
:entem, qui continuis solum orationibus et jejuniis re-
li possit, eo autem precibus represso succedere Spiri-
ı S. quo animum a pravis cupiditatibus ceterisque ma-
liberari somniabant ita, ut homo deinceps nec institu-
ıe religionis, nec jejunio, aut aliis mediis ad salutem
igeat. Unde nulli labori se impendebant, verum absoluta
ıtione reliquam diei partem somno consecrabant, in quo
'elationibus divinis se recreari dicebant [1]). Errores eo-
n in synodo Sydensi sub praesidio Amphilochii epi-
ıpi Iconiensis anno 383. et generali Ephesina anno 431.
ıscripti sunt. V. Tillemont memoires pour servir a
istoire eccles. p. III. p. 481. et sequ. Schröckh Kirch.
sch. Tom. VI. p. 219. et seq.

§. 60.

Haereses seculi V. et VI. Pelagius.

Inter haereses seculi V. una ex gravissimis et celeber-
ıis fors dicenda ea, quam Pelagius monachus Britan-
s [2]) condidit. Erat is ingenio acutissimo praeditus et me-
ribus literis instructus [3]) secundum aliquos, secundum
os vero indoctus calumniator [4]). Is externam morum in-
centiam dolose simulans Romae cum discipulo suo Coe-
stio, aeque monacho forte Hyberno [5]) aliquo tempore
ıratus, dogma de gratia Christi et peccato originali
gare coepit. Adpropinquantibus anno 411. urbi Roma-
e Gothis Pelagius et Coelestius armorum stre-
u perculsi, in Siciliam primum, postea in Africam navi-
runt, unde Pelagius relicto Carthagine Coelestio
Palaestinam se contulit. Coelestio contra peccatum
ginale publice declamanti, et locum sibi inter presbyte-
ı ecclesiae Carthaginensis arroganti opposuit se Pauli-
ıs S. Ambrosii diaconus, et eo disposuit Aurelium
iscopum Carthaginensem, ut eum in concilio anno 412.

---

[1]) Epiph. haeres 80. Theodoret. haeret. fabular. L. IV. c. 11. et H. E. L. IV. c. 11. Augustin. de haeres. c. 57.
[2]) Augustin. epist. 106. ad Paulin. Prosper carm. de ingratit.
[3]) Augustin. L. de natur. et grat.
[4]) Hieronym. praefat. L. 1. in Jerem.
[5]) Norisius Histor. Pelag. L. 1. c. 3. Du Pin biblioth. T. III. p. 1. p. 283.

ibidem celebrato, condemnaret, ac ex Ecclesia ejiceret. Pelagius vero Jerosolymam pertingens ab urbis episcopo Joanne humanissime exceptus est. Verum paulo post facies rerum mutationem subivit. Nam Paulus Orosius presbyter Hispanus, quem S. Augustinus ad salutandum Hieronymum in Palaestinam miserat, in concilio Jerosolymitano anni 415. Pelagium incusavit, quod docuerit: hominem esse sine peccato, et mandata Dei facile custodire posse, si velit. Licet autem ad quaestionem vocatus, accusationem eluserit dicendo: id tamen unice cum gratiae divinae adjutorio fieri posse, in aliis tamen synodis errores ejus proscripti sunt, ac Zozimus Pontifex tandem eo permotus est, ut Pelagium et Coelestium velut haereticos pariter condemnaret. Quod etiam decretis Honorii et Theodosii imperatorum confirmatum, ac poenis civilibus in eos dictatis roboratum fuit. Errores Pelagius sequentes sparsit 1) Adamum et Evam protoparentes nostros pecato suo sibi solis nocuisse, non autem etiam posteris. 2) Infantes dum nascuntur ita innocentes esse, sicut Adam ante peccatum fuit [1]), vitamque aeternam etiam sine baptismo consequi posse. 3) Incorruptas esse libertatis seu naturae humanae vires [2]), neque indigere eam gratiae Divinae adjutorio ad opus bonum operandum. 4) Gratiam Dei solum externam in lege Dei, Christi doctrina et exemplis sitam adstruebat. 5) Juramentum superfluum, imo prohibitum esse. 6) Baptizatos nullas divitias possidere posse, docebat. Vid. Hillarii epist. ad Augustin. Gerh. Joannes Vossius Hist. de controvers. Pelagii L. VII. Lugd. 1618. Jac. Usser. in eccles. Britannicar. antiq. Henric. Noris. Histor. Pelag. Patav. 1673. f. Joannes Garnier diss. VII. quibus integra continet. Pelagianor. Hist. in ejusd. edit. opp. Marii Mercator. Petri Fritz Ketzer-Lexicon T. III. p. 76 — 124.

---

1) S. Augustin. L. de gestis Pelagii c. 11. item lib. ult. de peccato orig. c. 3. 4. 13. 15.

2) August. de natur. et grat. c. 19. L. II. contr. Julian. c. 18. Hieronym. dial. adv. Pelagianos. Augustin. L. de perfection. justitiae.

§. 61.

Semipelagiani et eorum doctrina.

Semipelagianorum nomen tardioris aevi est, et a iolasticis inditum sectae, quae olim Massiliensium secta ebatur, et sequenti ratione originem traxit: Ex S. Au- stini doctrina de gratia, quam ad omne opus bonum :essariam, mere gratuitam, insuperabilem, et certis lum hominibus praedestinatam in operibus suis alle- , nonnulli consectaria de modo operandi gratiae in antatem humanam et de vocatione quorumdam fa- bant. Cumque facile evenire potuerit, ut in mate- tam sublimi et abstracta homines in diversas ab- at sententias, primi erant Massilienses, qui secus im ab eruditione et virtute celebrati S. Augusti- in crisi subjicere coeperunt, et nec ejus systema itra Pelagianos publicatum plene acceptarunt, nec lagii asserta omni ex parte reprobarunt. Massi- isium nomen ipsis a civitate inhaesit. Horum dux t Joannes Cassianus, qui a pueritia inter coe- itas et Orientis et Aegypti moratus, hoc vitae genus lopere adamavit, ut in patriam urbem Massiliam re- sus, duo hic monasteria fundaret, et in iis orien- um monachorum disciplinam, editis patrum collatio- ns introduceret, quae licet ratione singularis pruden- ac discretionis ad dirigendos monachos adcommodae, uliarem laudem mereantur, errores tamen semipela- ios insertos habent [1]). Hoc resciens S. Augusti- s libros duos de praedestinatione sanctorum et bono ieverantiae composuit, Semipelagianos severe quidem, summa cum charitate refutans. Contra et pro hac Augustini doctrina plures mox pugnare coepe- i, donec tandem synodus Arausicana et Valentiana trinam semipelagianorum anathemate confixissent [2]) Bonifacius II. Pontifex utriusque synodi senten- a confirmasset [3]). Semipelagianorum doctrinam plerique

---

[1]) Constant. epist. Pontif. pag. 1168. et seq.
[2]) Harduin. concil. Tom. II. p. 1095. et 1103.
[3]) Bonifac. epist. ad Caesarium.

hanc fuisse referunt: 1) Licet peccatum originale e
que tristes aliquos effectus adstruxerint, homini ta
tantas libertatis vires remansisse statuebant, ut si ho
opus, uti fidem, conversionem, poenitentiam aliaqu
se ipso inchoare, sicque non quidem gratiam Dei pro
reri, sed occasionem adminus praebere valeat, qua I
ad suam gratiam conferendam moveatur. 2) Praeter
berum hominis arbitrium etiam gratiam velut subsidium
cessarium statuerunt ad perficiendum opus, quod h
propria voluntate inchoaverat, ita tamen; ut ag
voluntatem gratia Dei sibi nunquam subjiciat [1]. 3) P
destinationem absolutam spernentes gratuitam tenue
dicendo: Deum in decidenda mortalium aeterna s
qua alii ad gloriam praedestinantur, alii reproba
agere ex praescientia meritorum vel peccatorum,
homines vel reipsa vel sub conditione, si longius traxis
vitam, habituri fuissent, unde inferebant certum ac de
minatum praedestinatorum numerum non existere, se
quotidie nonnullos adjungi, alios vero inde excludi p
4) Perseverantiam in bono usque ad finem vitae neg
esse donum aut gratiam Dei, cujusvis arbitrio reli
esse dictitantes, in bono perseverare, dummodo veli
Ceterum negari nequit semipelagianos argumentis adve
riorum pressos, doctrinam suam nonnunquam emolliviss
ita exposuisse, ut orthodoxorum sensum exprimere vid
tur. Id in reliquo certum nec Pelagianos nec Semipela
nos se a Catholicis separasse ita, ut in peculiares co
abiverint, ecclesiamque propriam constituerint. V. Hist
literaire de la France T. II. praef. p. 9. et seq. Vossii I
Pelagian. L. VI. p. 538. et S. Irenaeus Veronensis
Scipio Maffei de haeresi Semipelag. in Angeli
logera opusculi scientifici T. 29. p. 399. et seq.

§. 62.

Praedestinatiani.

Lites Pelagianorum et Semipelagianorum origi

[1]) Prosper epist. ad S. Augustin.
[2]) Prosper epist. ad S. Augustinum.

haeresi Praedestinatianorum dedere [1]). Cum enim Semipelagiani firmissime tenerent doctrinam de gratia et praedestinatione S. Augustini liberum hominis arbitrium tollere, et fatalem quamdam necessitatem sive ad bonum sive ad malum post se trahere, Catholicis adpingebant, quod etiam illi ex doctrina S. Augustini liberum hominis arbitrium admittere nequeant, ideoque eos haereticos et humanae libertatis turbatores sub nomine Praedestinatianorum insimulabant. Accusationem hanc et calumniam S. Augustinus iterato editis scriptis refutavit, verum inter monachos Adrumetinos reperiebantur nonnulli, qui sensum Augustini non assequentes, liberum in bonis operibus arbitrium ex integro subverterunt, duramque de praedestinatione doctrinam deduxerunt ita, ut doctrina eorum sic sonaret: Deum impios non solum ad poenas aeternas, verum etiam ad culpam et peccata, propter quae poena irrogatur, praedestinasse, sicque Deum fatali necessitate, tam bonas quam malas hominum actiones ab aeterno determinasse. Unde quidam illius opinionis sunt, quod a monachis istis haeresis Praedestinatianorum originem traxerit; horumque sententiam Lucidus presbyter quidam Gallus amplexus fuerit, usque dum sex articulorum damnationi a Fausto Rejensi sibi propositae subscripsisset, et haeresim ejurasset [2]). Ex ejusdem Fausti epistola ad Lucidum manifestum fit et illud, quod circa annum 475. duo concilia, utpote Arelatense et Lugdunense ad tollendam haeresim Praedestinatianorum celebrata fuerint.

§. 63.

Nestorius.

Pelagianorum haeresi vix suppressa alia exorta est auctore Nestorio. Fuit hic Germaniciae in Syria natus, prius monachus, postea presbyter ecclesiae Antiochenae, unde ob eloquentiam et insignem concionandi artem ad patriarchatum Constantinopolitanum elevatus est. Homo superbus, austerus, solitariae vitae, et librorum lectioni ad-

---

[1]) Prosper Chronicon ad an. Honorii 23. Faustus in praefat. libr. sacror. Auctor Praedestinat. a Sirmondo editus.
[2]) Faustus epist. ad Lucidum.

dictus, qui satis zelosus quidem erat in haeresibus exstirpandis, verum in haeresim novam ipsemet lapsus est. Ubi enim Anastasius presbyter Nestorio carissimus anno 428. ex ambone sacrum sermonem dicens, receptam Catholicis phrasim, quod B. V. Maria sit Θεοτοκος (Deipara) publice impugnaret, licet omnes auditores hanc audaciam illius detestarentur, Nestorius tamen sententiam Anastasii non solum confirmavit, verum paulo post errorem hunc in concionibus suis ipsemet etiam docuit dicens Mariam non esse, sed tantum nominandam esse χριστοτοκον [1]), ac plures plane ex monachis ad idem secum sentiendum animavit. Hinc non pauci ex orthodoxis se a ipso illico separabant, fiduciamque reciprocam se inter e Nestorianos turbabant. Cyrillus patriarcha Alexandrinus malum hoc in ortu suffocare volens, primum monachis Aegypti, postea Nestorio salutaria consilia scriptis literis dedit, eos ad rectum tramitem reducere conatus [2]). Verum hil non proficiens Cyrillus rei totius situm et adjuncta, prout et remedia a se tentata Coelestino Pontifici perscripsit. His intellectis Pontifex anno 430. Romae synodum convocavit, in qua patres communi suffragio excommunicationis et depositionis sententiam in Nestorium pronunciarunt nisi intra decimum ab annunciatione diem resipisceret Sententiam hanc Coelestinus submisit Cyrillo, qui eam nomine Sedis Apostolicae executioni daret. Auctoritate Apostolica delegatus Cyrillus mox concilium Alexandriae ex integra dioecesi Aegypti collegit, et ex eo ad Nestorium synodicam cum Pontificis literis ac 12 anathematismos a se concinnatos, quibus Nestorius subscribere debeat, misit. At Nestorius 12 alios anathematismos Cyrilli capitulis, eosque blasphemiis contra adversarios repletos divulgavit. Quare Theodosius II. anno 431. concilium generale Ephesi convocavit, in quo patres errores Nestorii, qui ad concilium non comparuit, condemnarunt, Nestorium vero episcopatu privarunt,

---

[1]) Cyrillus epist. ad Acacium. Socrates H. E. L. VII. c. 29. 30. Evagrius H. E. L. 1. c. 2.

[2]) Cyrill. in Nestorium L. 1. ejusque epistolae ad monachos, Nestorium, et Coelestinum P.

i ab imperatore ad exilium missus, ibidem inter plures lamitates vitam finivit. Secta vero ejus per Syriam, Chaleam, Assyriam, Mesopotamiam et Persiam propagata diedum perdurat. Error Nestorii praecipuus in falsis et afusis conceptibus de communicatione idiomatum situs at. Esto enim Deum et hominem in Christo agnosceret, communicatione tamen proprietatum naturarum duarum Christo nihil scivit, ea filio Dei haud tribuenda esse ;ditans, quae ad naturam humanam illius spectant, neque ;i posse Filium Dei ex Maria natum, in cruce passum, mortuum fuisse, cum haec praedicata naturae divinae ad conveniant. Ex quo falso principio damnavit etiam cem Θεοτοκος, Deiparam, et loco ejus dicebat Mariam isse χριστοτοκον seu ανθρωποτοκον, cum ex homine Deus nasci n possit [1]. Ex his clarescit Nestorium negasse divini- tem Christi, quia docebat hominem Christum in utero aria e virginis formatum, alium esse ab Unigenito Dei erbo, et incarnationem nihil esse aliud, quam inhabitanem Verbi Divini in homine, velut in suo templo. Vid. era Marii Mercatoris dissertat. Garnerii illuata.

§. 64.

Eutyches. Synodus latrocinalis.

Lites Nestorianae produxerunt Eutychianas. Hae aure Eutychete presbytero et archimandrita monastecujuspiam Constantinopolitani originem sumserunt [2]. m enim is scientiarum theologicarum et culturae mentis ers contra Nestorium insurgeret [3]) utramque in risto naturam commiscuit, docens, duas ante unionem uras in Christo extitisse, tardius autem unicam tantum isisse. Errorem hunc circa annum 448. suis saltem mo- :his et aliis familiaritate sibi junctis occulte communica-., verum Eusebius Dorylaeensis episcopus ad notim erroris pertingens, Eutychetem Flaviano Pa-

[1]) Sic sensisse Nestorium docuerunt: Petavius L. VI. de incarnat. Tom. V. de dogm. Theol. Natalis Alexand. diss. V. in H. E. secul. V. Garnerius Tom. II. opm. Marii Mercatoris.
[2]) Liberatus Breviarii c. 11.
[3]) Leo M. epist. VI. ad Eutych.

triarchae Constantinopolitano detulit. Hic anno statim synodum celebrans Eutychetem evocavit [1]) qui a nodum ter citatus comparuit, et dogma suum de com tione naturarum in Christo coram patribus intrepide pugnavit. Patres hoc audito Eutychetem munere privarunt, et communione ecclesiastica excluserunt. Is se injuste damnatum clamitans ad Leonem M. Ponti appellavit, dicendo, sibi Nicaenae fidei defensori, a haerentibus Nestorii injuriam illatam, suumque d sionis libellum nec quidem assumtum fuisse. Querela E chetis licet falsa ad ipsum Theodosium imperat usque opera Chrysapii eunuchi aulici, quem Euty sibi devincire noverat, devenit. Quamvis Eutyches coram imperatore causa caderet, sententia tamen pri eum lata, influxu Chrysapii, aliorumque infirmat Et nec hic quidem substiterunt amici Eutychetis, Dioscorus Alexandriae Patriarcha et Chrysapiu peratorem et Eudoxiam Augustam malignis co contra Flavianum subornantes, eo inclinarunt, ut derent, totam controversiam novo concilio oecum substernendam esse, in quo Flavianus non ut judex ut reus comparere teneatur. Synodus igitur nova e anno 449. coaluit, in qua sub praesidio Dioscori violente armata manu etiam militari terminata, Euty absolutus, sedi repositus, Flavianus vero, Euse et alii plures sedibus suis privati sunt. Imo milites i clesiam irruentes, quos monachi duce Barsuma s bantur, armis et fustibus episcopos ad subscribendu cretis synodi coegerunt. Cumque Flavianus subsc tardaret, Dioscorus eum calce pedis tractatum, Eusebio carceribus mancipavit; exiliumque Fla nus unice morte sua, quam post triduum plagarum d passus est, effugit. Cuncta haec synodi latroc lis acta sunt Theodosio juniore connivente, quen sectae Eutychetis seducere noverant. Verum Mar nus mox throno potitus, agente potissimum Leone tifice omnia acta synodi latrocinalis reprobans, causam

[1]) Evagr. H. E. L. 1. c. 9. Liberat. in Breviar. c. 11.

tholicae novo concilio Calcedonensi substravit, quae
no 451. celebrata cuncta ejus vulnera sanavit, acta sy-
di praedatoriae rescindendo, et Eutychetem et Dio-
orum excommunicando. Postremo Gangram in exilium
lso, Flaviano honor etiam post fata restitutus est.
rro error praecipuus Eutychetis fuit, quod contra
storium unitatem personae in Christo propugnare
lens, unam solum naturam in illo post conjunctionem sta-
rit, et Christo verum corpus humanum abnegaverit, di-
ndo Christum non accepisse corpus ex Maria V. ve-
m ex coelo in carne descendisse; denique naturam huma-
m a divina ita absorptam fuisse, prout gutta ab oceano
sorbetur. V. Natalis Alex. H. E. secul. V. diss.
. Petavius Theol. Dogm. de incarn. L. 1. c. 14. Eva-
rius H. E. L. II. c. 5.

§. 65.

Eutychianae post concilium Calcedonense, et Henoticon.

Controversia Eutychetis post concilium Calcedo-
nse majora adhuc incrementa coepit, cum Eutychiani
as etiam Monophysitae propter assertum unius in Chri-
naturae compellati, non solum novas querelas move-
t, verum et majores adhuc tumultus excitaverint.
monachi Palaestinae contra synodum Calcedonen-
n, insurgentes, Juvenalem episcopum Jerosolymita-
n, quod fidei catholicae nuncium mittere nollet, sede
urbarunt, et in locum ejus Theodosium, factionis
e ducem, intruserunt [1]). Alteram seditionem Mono-
ysitae excitarunt Alexandriae auctore Timotheo ae-
o, monacho et presbytero, qui sedem episcopalem pulso,
intra baptisterium confosso Proterio, invasit [2]). Eo
rtuo, Catholici ecclesiae Alexandrinae Timotheum Sa-
phaciolum praefecerunt, Monophysitis Petrum Mog-
m eligentibus. In Syria Barsumas abbas grassaba-
r, qui concilii Calcedonensis sententiam reprobans,
aquaversus doctrinam Eutychetis spargebat, cujus

[1]) Appendix Actor. concilii Calced. Evagr. H. E. L. II. c. 5. Vita S. Euthymii in act. SS. Tom. II. Januar. p. 301. et seq.
[2]) Theodor. Lect. in Collectaneis. Liberatus in Breviar. c. 15.

discipulus Samuel magistri vestigia premens hoc ipi in Armenia praestabat. Circa idem fere tempus gravissin seditionem movit Antiochiae Petrus Gnapheus, fullo, monachus ab arte, quam exercuit, sic compella qui deturbato ex episcopatu Martyrio in hujus seden se intrusit [1]. Et cum trisagio sanctus Deus, sanc fortis, sanctus immortalis, verba adjungi pr ceperit, qui crucifixus es pro nobis, ac forn haec exprimere videretur, omnes tres personas divi cruci affixas fuisse, sectarii ejus nomen Theopassi rum tulerunt. His continuis litibus Zeno imperator fii imponere volens, consilio Acacii, patriarchae Const tinopolitani usus anno 482. pacis edictum 'Ενωτικων pu cavit, quo Catholici non minus ac Monophysitae unir tur [2]. Verum henoticon Zenonis, quod utrique p favere videretur, materiam dissidiorum potius auxit, qu imminuit. Superarunt tandem Eutychianos Catholici Justino I. imperatore qui sublato henotico concilium Cal donense adprobavit, episcopos ab Anastasio imperat in exilium missos revocavit, et inter Orientalem et Romai ecclesiam pacem restituit [3]; idem fecit Justinianus i perator. Verum conatus hi impedire non poterant, quomi superstites Monophysitae sibi novitus patriarchas con tuerent, imo Arabum favore se per Asiam et Africam e tenderunt, hodiedumque in Aegypto, Lybia, Nubia, A menia, Syria et Mesopotamia sub nomine Jacobitarum Jacobo Baradaeo, Syro, eorum restauratore existu Catholici vero Melchitarum nomen, quod ratione fidei i peratorem et synodum Calcedonensem sequantur, hodi dum portant. Nycephor. H. E. L. XVIII. c. 32. Eutychius Annal. Alexandr. Tom. II. p. 144. Rena dot. H. patriarchat. Alexandr. p. 133. Assemann. I bliotb. Orient. Tom. II. c. 8. Richard Simon histoi critiq. des Chretiens orientaux p. 118.

---

[1]) Theodor. Lect. L. 1.

[2]) Evagrius H. E. L. III. c. 14. Liberat. in Breviario c. 18.

[3]) Liberati Breviar. c. 18. Evagr. H. E. L. III. Theophanis Chronogra phia.

§. 66.

Lites de Origenis doctrina et hujus condemnatio.

Mortuo Origene, ejus orthodoxiam viri plures examinare coeperunt. Primus contra doctrinam ejus insurrexit Methodius Tyri episcopus, qui librum de resurrectione [1], et commentarium de Pythonissa [2]) contra eum publicavit, postea Eustatius Antiochenus, Theodorus Mopsuestenus, Hieronymus et Epiphanius idem fecere [3]). Pro Origene pugnarunt Athanasius, Gregorius Nazianzenus, Hilarius, Joannes Chrysostomus, Pamphilus, Didimus, Rufinus et plures monachi, Nitriae montes in Aegypto incolentes. Posteriorum, qui Origenistae dicebantur, aliqui solum personam et merita ejus respectu scientifico defendebant, errores ejus benignius interpretantes; alii vero etiam errata ejus propugnabant. Et cum hinc pax Ecclesiae turbaretur, Anastasius Pontifex circa annum 400. cunctis silentium imposuit [4]). At tardius litibus Origenianis inter monachos Palaestinae rursus enatis nonnulli eorum uti Nonnus et Leontius Byzantinus ex coeca erga Origenem veneratione quasdam illius sententias liberiores amplexi sunt, eisque etiam Theodorus Ascidas Caesareensis in Cappadocia episcopus, et Domitianus Ancyranus favebant. Hoc audientes tam utriusque laurae superiores, quam et anachoretae Sabas, Cyriacus et alii malum sistere conabantur. Verum monachi mox coalescentes integram sectam constituerunt, et aliter sentientes nomine Sabaitarum a Saba abbate designarunt [5]). Ortis hinc novis litibus monachi contrariae sententiae Origenis doctrinam et ejus asseclas Justiniano imperatori detulerunt, qui Origenem ejusque errores condemnavit. Licet vero sententiam imperatoris Mennas patriarcha

---

[1]) Cujus fragmenta nobis reservavit Epiph. haer. 64. et Photius cod. 234.
[2]) Liber temporum injuria periit.
[3]) Epist. Hieronym. ad Pamach. Vigilant. etc. Socrat. H. E. L. VI. c. 3. 4. 5. 7. Sozom. H. E. L. VIII. c. 2. 4. 7. et seq.
[4]) Constant. ep. Rom. Pontif. p. 715.
[5]) Cyrillus Scythopol. in vita Sabae in Coteleri monumentis Eccles. Graec. Tom. III. p. 370. et S. Henric. Noris diss. de synod. V. c. 1. 2. p. 554. Tom. I. Opm.

Constantinopolitanus et Vigilius Pontifex adprobare Origenismus tamen intra breve tempus rursus revixit in P laestina, et tantos asseclas fecit, ut denuo in synodo Co stantinopolitana II. generali V. proscriptus fuerit Errores autem Origenis sequentes erant: 1) Quod S. Scri turam neglecto sensu literali allegorice saltem exposue 2) Quod mundum hunc ab aeterno esse asseruerit. 3) Qu docuerit corpora humana saltem esse misera ergastula, quae animae pro poena immitterentur, homines sine car eum materia solum puriore ac subtiliore resurrectur 4) Quod de Filio Dei non semper orthodoxe senserit, et que nonnunquam Patre minorem esse contenderit. 5) Qu damnatos omnes ac daemones in fine mundi per Christi salvandos et Patri subordinandos esse statuerit [2]. Origene attamen fateri debemus, illum errores suos constanter tuitum fuisse, nec pertinaciter propugnasse, neque ex Ecclesiae communione eum unquam excessis imo eum errores suos certo revocaturum fuisse, si dura vita ipsius ab Ecclesia damnati fuissent. Vid. Eva H. E. L. VI. c. 38. Natal. Alex. H. E. secul. III. di XVI. Art. 1. §. 1. et seq. Basnage Hist. de l'Egl Tom. I. L. 10. c. 6. p. 517. et s. Huetius in Origeni L. II. p. 224.

§. 67.

Controversia de tribus Capitulis.

Nomine trium Capitulorum veniunt scripta Theodo Mopsuesteni, scripta Theodoreti Cyrhensis advers Cyrilli anathematismos, et Ibae Edesseni epist ad Marim Persam. Haec tria Capitula in concilio Calc donensi condemnata non sunt tum ideo, quod concili aliis pro eo tempore gravioribus litibus intentum esset, t ideo, quod Theodoro Mopsuesteno jam defuncto, The doretum et Ibam, anathema Nestorio dicentes, sedib suis restitueret. Controversia de his tribus capitulis ena est ex litibus Origenianis. Cum enim Theodorus Asc

---

[1]) Harduin. in concil. Tom. III. p. 198.
[2]) Origenis περιαρχων S. Hieronym. epist. ad Avitum vid: Nata Alexand. H. E. secul. III. diss. XVI. p. 181. et s. §. 3.

episcopus Caesareensis Justiniani edicto (§. 66.) ra Origenem ejusque doctrinam subscribere coger, tacitum sentiens dolorem, ut condemnati Origenis ibus parentaret, imperatori persuasit facile unionem Monophysitas et Catholicos restitui posse, si prae- tria Capitula condemnarentur, cum haec utpote Nerio faventia unice Monophysitas, qui hostes Nestororum erant, a recipiendo concilio Calcedonensi remt. Consilium hoc Theodori imperatori Justiniano, secus etiam pacem Ecclesiae restituere optabat, nimio complacuit, ac illico effectui mancipasset, nisi eum ibus suis aliquamdiu retraxissent nonnulli Catholici dies, damnatione trium Capitulorum praejudicium inferri ilio generali Calcedonensi, in quo tria Capitula contata non sint, imo Ibas Edessenus et Theodore Cyrhensis defuncto Theodore Mopsuesteno [1]) sesuis restituti fuerint. Eo tamen non obstante Justinis imperator paulo tardius anno 545. tria capitula medio i condemnavit [2]). Edictum hoc initio multis placere vitur, cum ei patriarchae orientales et alii episcopi seu e seu coacte subscripserint. Verum Stephanus Sedis anae in aula Constantinopolitana apocrisiarius edictum ice improbavit, tanto magis, quod episcopi plures in tempotis libellos ad eum expediverint, Vigilio ifiei submittendos, in quibus declarabant, quod a na patriarcha Constantinopolitano coacti edicto subserint [3]). Hoc intellecto imperator illico synodum in m Constantinopolitanam convocavit, ac ad eam pachas et Vigilium Pontificem vel maxime invitavit. Deio imperatoris satisfacturus Pontifex Constantinopolim m comparuit, sed initio condemnationi trium Capitun se opposuit, et cum Menna patriarcha nec quidem unicare voluit [4]), donec ab imperatore identidem protus Pontifex concilium 70 episcoporum convocasset.

Petri Fritz Ketzer-Lexic. Tom. III. p. 346.
Justiniani edictum legat. apud Harduin. in concil. Tom. III. p. 287. et seq. Evagr. H. E. L. IV. c. 38.
Facund. Hermianens. L. IV. c. 4.
Theophan. in Chronic.

Observans tamen Pontifex, rem hoc in concilio vix, ut sperabat, terminandam fore, cum nonnulli ex Africanis tria capitula fortissime tuerentur, acta concilii interrumpens declaravit, a se extra synodum sententiam suam ferendam, lectisque singulorum votis sibi scripto praesentatis, Judicatum celebre Mennae patriarchae transmisit, in quo controversa hucdum tria capitula condemnavit, addita tamen sequenti clausula: Salva in omnibus reverentia concilii Calcedonensis [1]. Clausula attamen haec utramque partem offendit. Et profecto illico, ut occidentalibus Judicatum innotuisset, totis viribus illud impugnarunt dicentes: Synodi Calcedonensis auctoritatem a Vigilio Pontifice labefactatam, fidemque ab illo proditam fuisse [2]. Imperator tumultus augeri videns, altero edicto anni 551. tria Capitula novitus proscripsit, ac omnes sibi adversantes diris devovit [3]. Cum interea Vigilius Pontifex a multis carperetur, quasi fidem prodidisset, is licet recte egerit, poenitentia tactus Judicatum suum revocans, pleniorem causae cognitionem concilio Constantinopolitano II. generali V. anno 553. convocato reliquit. Ad concilium Pontifex quidem ob valetudinis defectum et exiguum numerum occidentalium episcoporum non accessit, novum tamen Constitutum ad illud transmisit, in quo scriptis Theodori Mopsuesteni anathema dixit, auctore intacto, in causa vero Theodoreti et Ibae nihil innovandum esse statuit. Et reipsa concilii sententia cum Pontificis mente pariter convenit eo solum addito, quod Theodori Mopsuesteni et scriptis et personae anathema dixerit. Nam de Theodoreto et Iba concilium nihil innovavit, siquidem scripta eorum prius jam condemnata etiam in concilio confixa, personae vero eorum, cum errores suos retractaverint, in communionem Ecclesiae prius jam receptae, in eadem deinceps quoque relictae fuerint. Con-

---

[1] Judicati fragm. reperit. in Balluzii nova. coll. concilior. p. 1540. apud. Mansi Tom. IX. p. 194.

[2] Rusticus diaconus in disputat. adv. Acephalos existente in bibl. PP. Lugd. T. X. p. 349.

[3] Bandini Catalog. miss. biblioth. medic. T. I. p. 166. et Mansi Tom. IX. p. 589.

cilii acta Pontifex confirmavit [1]). Ceterum pax Ecclesiae nec his cunctis restituta fuit. Nam Venetiarum et Istriae episcopi ob laesam, ut putabant, synodum Calcedonensem, semel ab Ecclesia separantes, anno 557. propriam synodum sub praesidio Paulini Aquilejensis metropolitae celebrarunt, et nec prius quam sub Gregorio M. Pontifice in sinum Ecclesiae reducti sunt. V. I. de Rubeis in monum. Ecclesiae Aquilej. Totam vero litem pulchre describit Du Pin in: Nouvelle biblioth. des auteurs eccles. T. V. pag. 489. et seq.

§. 68.

Haereses seculi VII. et VIII. Monotheletae.

Non obstantibus cunctis Catholicorum conatibus Monophysitas in sinum Ecclesiae reducendi, lites porro quoque durarunt, imo novae de una aut duplice voluntate Christi enatae sunt. Cum enim Heraclius imperator ex duplici conventu, quem cum Monophysitarum ducibus Paulo episcopo Armeno, et Athanasio Jacobitarum patriarcha celebraverat, ad eam cogitationem deveniret, Monophysitas haud alienos fore ab acceptanda doctrina de duplici in Christo natura, dummodo una tantum in illo voluntas et una operatio doceatur; cumque hac in opinione sua imperator etiam testimonio Sergii patriarchae Constantinopolitani confirmaretur, anno 630. publicans legem quampiam, inter reliqua duplicem in Christo operationem dici prohibuit [2]). Dogma hoc sine tumultu quidem initio propagabatur, verum dum Cyrus ad patriarchatum Alexandrinum transpositus titulo uniendi Monophysitas cum Ecclesia in conciliabulo Alexandrino [3]) doctrinam de una saltem in Christo voluntate et operatione probare niteretur, doctrina haec Cyri magnos motus excitavit. Nam

---

[1]) Ejus epistolae ad Eutychium in Petri de Marca appendice de Vigilii decreto pro confirm. Synod. V. de Concord. sacerdotii et imper. item Mansi l. c. p. 419.

[2]) Scriptores de hac secta tract. recenset G. A. Fabrici bibl. Graec. vol. X. p. 204. Praecipue synod. gener. sexta in Harduin. Tom. III. p. 1043. et s.

[3]) Harduin Tom. III. p. 1327.

conatibus ejus illico se opposuit Sophronius monachi qui putans dogmate hoc reduci Monophysitarum doctrina Sergium patriarcham Constantinopolitanum adivit, eu que interpellavit, quatenus Cyri infaustis moliminibus in pedimenta poneret [1]). At Sophronio Sergius c Cyro sentiens silentium imposuit. Cum tamen Sophr nius postea ad patriarchatum Jerosolymitanum promov retur, encyclicas eatenus ad Honorium Pontificem et Se gium expedivit. Sed nunc quoque sine effectu, nam Se gius errorem suum pallians Honorio Pontifici persuas ad vitandum scandalum saltem nec unam nec duplicem op rationem in Christo deinceps docendam esse. Sergio mium prompte consensit, Honorius Pontifex, qui pari missis ad eum literis, non solum vocabulum unius vel d plicis operationis, ut recens inventum abrogavit, sed eti unum Dominum Jesum Christum Filium Dei vivi, Dei verissimum in duabus naturis operatum, divinitus atque h manitus ita est confessus, ut Monotheletarum sententi favere videretur. Heraclius imperator simultatib his finem imponere volens confessione fidei (Ἔκθεσι edita omnes ulteriores disputationes hoc de objecto interd xit [2]). At cum hanc S. Maximus abbas aliique im pugnarent, Constans II. imperator aliud pacis edictu Typi nomine publicavit, poenasque omnibus intentavi qui novo edicto parere detrectarent [3]). Sed nec hoc Ca tholicos, minime vero Martinum I. Pontificem quiet reddidit, qui anno 649. synodum Romae colligens no tantum Monothelismo ejusque sectatoribus anathema dixi sed etiam Heraclii ecthesim, et Constantis typu reprobavit [4]), plures propterea calamitates passus, siqui dem in exilio vitam finiverit [5]). Demum Constantinu Pogonatus et civitati et ecclesiae reddere volens pacem

---

[1]) Sergii epistol. ad Honor. in actis synod. Constant. II. apud Harduin ibidem p. 1311.
[2]) Ecthesim recenset Harduin. Tom. III. p. 791. et seq.
[3]) Typus legi potest apud Harduin. Tom. III. p. 823. et seq. item apud Mansi Tom X. p. 1023.
[4]) Harduin Tom. III. p. 526—946.
[5]) Martini epist. XVII. 11. Anastas. vita Martini et Surii vita SS. T. VI. pag. 644.

anno 680. concilium Constantinopolim indixit, in quo Monotheletarum doctrina confixa, et dogma de duabus in Christo voluntatibus confirmatum est [1]. Quamobrem plures Monotheletae patriam reliquerunt, ac ad montem Libanum et Antelibanum consederunt, ubi cum incolis provinciae in unam sectam Maronitarum coaluère [2]. Monotheletarum errores in eo positi erant, quod unicam Christi operationem, proinde unicam voluntatem propugnarent, statuentes: humanam naturam in Christo ita conjunctam esse verbo, ut licet propriis gauderet facultatibus, non tamen proprio, sed solum verbi motu illas exerceret, ut adeo humanitas verbi divini solum instrumentum esset. Hinc resultatum fluxit, unicam dari operationem Dei virilem. Vid. Ep. Cyri Alexand. ad Sergium apud Harduin Tom. III. p. 1337. Cf. Petav. in Theol. Dogm. de incarnat. L. I. c. 20. 21. L. VIII. c. 3. 4. 5. Walch Ketzer-Historie. Tom. IX. p. 517.

§. 69.

Adoptiani. Felix, Elipandus.

Cum priori controversia affinitatem quamdam habet ea, quae dicitur Adoptianorum circa finem seculi VIII. orta, licet fatendum sit, hanc cum priori nullo in nexu constitutam fuisse [3]. Motus hi exinde orti sunt, quod nonnulli quaestionem formaverint? An Christus secundum humanam naturam sit Filius Dei naturalis? an vero adoptivus? Nimirum Elipandus Toletanus primas ad Felicem Urgelitanum in provincia Narbonensi episcopum scientiarum fama conspicuum [4], scribens, ac ab eo sciscitans, quidnam de sententia praedicta teneret, responsum anno 783. accepit: Christum quidem secundum naturam divinam verum et proprium Dei Filium esse, secundum naturam humanam atta-

[1]) Anastas. in Vitaliano et Paul. Diaconus in histor. Longobardor. L. V. c. 6. 7. Harduin. Tom. III. p. 1034.

[2]) Assemann Biblioth. orient. Vatic. T. I. p. 490.

[3]) Calixtus de controversia num Christus secundum carnem sit Filius Dei etc., in ejusd. fascicul. dissert. de persona Christi edit F. V. Basnage Hist. circa Felician haeres in Thes. monum. eccles. et histor. T. II. P. I. p. 284. Walch histor. Adopt. Götting. 1755.

[4]) Felix edid. dialog. cum Sarac. temporis injuria absumptum. Vid. Alcuinus epist. 85.

men esse Filium Dei adoptivum. Sicque Felix no
proprium errorem confessus, verum etiam sectat
Elipando amicitia sibi junctissimo nactus est. E
mox in Gallia, Hispania et Italia non paucos patronos
qui postea Adoptiani nuncupabantur. Errorem proscri
tum Pontifices Romani uti Hadrianus I. in synodo l
anni 785. et Leo III. anno 799. tum Carolus M.
cum omnium decreta respueret Felix, tandem in
tationem cum Alcuino Aquisgrani eatenus se im
demum quo victus tam ille, quam discipuli ejus erro
tractarunt [2]). Cum tamen occulte errorem suum por
que defenderet, a Carolo M. perpetuo exilio m
est, in quo usque ad extremum vitae diem sententia
obstinate propugnavit [3]). Controversiam hanc
omnino momenti fuisse ac nonnullis recentiorum
is, qui antiquitatis monumenta pervolvit, facile i
citur. Errorum Adoptianorum solidius ceteris opp
Alcuinus Libr. contra Felic. haeres VII. item
opm. Tom. I. pag. 757. Paulin. Aquilej. sacro
L. III. cont. Felicem, et Agobardus episcop. Lu
advers. dogma Felic. Urgel. opm. T. I. p. 1. edit. i
Baluzio.

§. 70.

Adalbertus et Clemens.

Circa annum 741. Franciam tumultibus invo
Adalbertus patria Gallus, absque sede dete
episcopus [4]) et Clemens origine Scotus, qui p
fidelem a recta fide avertebant et Bonifacio Ge
rum Apostolo in propagatione Religionis Christianae
ma impedimenta ponebant. Adalbertus epistolam
dam ineptiis refertam, velut scriptam a Jesu Chr
medium protulit, eam e coelo transmissam publicans,
nem quamdam cumulatam nominibus inauditis An

---

[1]) Libri duo Beati et Etherii contra Elipand. de adopt. Filii riunt. in Basnagii Thesaur. T. II. p. 1. p. 296. Eginhard. an. 792. Mansi concil. T. XIII. p. 863.
[2]) Harzheim Conc. Germ. T. I. p. 386.
[3]) Biblioth. Patrum max. T. XIII. p. 354.
[4]) *Histoire Lit. de France Tom. IV. p. 82.*

edidit, qua eosdem Angelos in auxilium vocabat, semetipsum Apostolis Christi comparabat, cruciculas et oratoriola honoribus suis devota in campis erigebat, et ibi publicas preces institui jubebat tamdiu, quoad multitudinem plebis, singularia facile imitantis, ad se adtraheret, et relictis antiquis ecclesiis, spretisque ceteris episcopis eorum devotionis peragendae gratia alliceret; cultum insuper reliquiis sacris debitum, et peregrinationes ad limina Apostolorum tunc vigentes, nec non privatam peccatorum confessionem damnabat [1]. Clemens si fides iis quae de illo referuntur, adhibenda [2], auctoritatem Ecclesiae Catholicae impugnabat, canones ecclesiasticos aeque ac opera SS. Patrum, nec non jura conciliorum respuebat; non obstante eo, quod duos filios ex adulterio generasset, se Ecclesiae episcopum esse posse spargebat; homini christiano licitum esse ajebat viduam defuncti fratris matrimonio sibi jungere, si vellet; Christum Dei Filium ad inferos descendisse, et fideles omnes aeque ac infideles inferni carcere detentos, inde liberasse docebat, multaque alia nefanda cum doctrina Catholica omnimode pugnantia de praedestinatione divulgabat. Tam hic, quam Adalbertus per Bonifacium refutati, haereseos convicti, et carceribus mancipati sunt. Cum fuga sibi e carceribus consulere novissent, synodorum decretis damnabantur, et Adalbertus quidem synodi Suessionensis anno 745. celebratae [3], uterque autem synodi Romanae sub Zacharia Pontifice anno 746. convocatae sententia [4]) proscripti sunt. Ab illo vero tempore historia eorum densissimis tenebris obducitur. V. Natal. Alex. H. E. secul. VIII. c. 2. art. 2.

§. 71.
Iconoclastae.

Inter haereses seculi VIII. e praecipuis una fuit Iconoclastarum, in imperio Graeco Constantinopolitano orta,

---

[1]) Biographiam suam Adalbertus ipse deduxit aut ab aliquo discipulorum suorum componi jussit.
[2]) Bonifacius epist. 135. et Natal. Alex. Hist. Eccl. secul. VIII. c. 2. art. 2.
[3]) Harduin concil. T. III. pag. 1931. et seq. can. 7. vid. Bonifacii epist. ad Zachariam P. apud. Harduin. loc. cit. p. 1936.
[4]) Harduin l. c. p. 1942.

et inde breve post tempus per totum fere Orientem et O dentem propagata. Asseclae ejus cum imaginum osore destructores essent εικονομαχοι et εικονοκλαςαι nuncupa Bellum contra sacras imagines inchoavit Leo Isaurus entis imperator, qui vehementi odio adversus imagines flammatus, anno 726, edictum contra earum cultum pul vit. Impjis ejus moliminibus restiterunt S. Germanus triarcha Constantinopolitanus et Gregorius II. Ponti quiambo cum plurimis et coetibus fidelium et zelosis catho Leonis detestabile factum improbarunt. At his non obs tibus imperatoris animus in proposito adeo obstinate perse ravit, ut anno 730. novum decretum publicaverit, omnes cras imagines velut idola ex ecclesiis, foro, portis urbi aedibus privatis et toto imperio sub poena mortis aufe das, delendas, dealbandas, et comburendas esse. Geri num patriarcham sibi repugnantem sede sua turbavit Anastasium eidem substituit; statuam Salvatoris e ce pendentis ad aeneam palatii portam a longissimo tem stantem, demoliri jussit. Audacia haec populum Consti nopolitanum adeo offendit, ut tumultus hinc enati an solum caesareorum militum manu componi potuerin Cum tristes hi eventus ad notitiam Gregorii II. Pont pervenissent, synodum illico Romam convocavit, in qua firmato de sacris imaginibus dogmate, Leonis impera factum velut impium et haereticum condemnavit. Idem sum fecit Gregorius III. Pontifex prioris successo legatos misit ad imperatorem, qui eum ad saniora cucere tentarent. At imperator his non solum mitig non est, verum potius instructa forti classe rem suam a vindicare tentavit, et Pontifici Romano omnes provei quos ex Calabria et Sicilia percipere solebat, subtraxil aerario suo intulit. Eodem animo persecutus est im nes Constantinus Copronymus prioris succe et cum plures existerent, qui avitam fidem defendentes sacrarum imaginum cultu acerrime pugnarent, eos dive simis plagis e medio sustulit, praesertim vero monac quos sibi incusatos, quod Sanctorum suffragia coram i

[1]) Anastatius in vita Gregorii III. item libellus Synodicus c. 139.

ıs invocassent, infamia notavit, et crudelissimis suppli- fecit, eorum monasteria, supellectilem, penum libra- pretio publico distraxit, eosque penitus sufferre co- est [1]). Videns tamen tantam constantiam orthodoxo- n colendis imaginibus Gallicanae ecclesiae consilium eo petiit, quidnam illi eatenus tenendum esset. Unde usum accepit usum imaginum validum et instructivum Porro. Stephanus III. Pontifex anno 769. concilium m convocavit, ac damnato Iconoclastarum errore sa- m imaginum usum et cultum confirmavit [2]). Mortuo 774. Constantino Copronymo successit filius Leo IV. qui nihilo melior patre etiam uxorem ob n imaginum repudiavit, et aulicos plures in carcerem cit, plura adhuc facturus, nisi febri consumtus fuis- l. At Leone IV. exstincto imaginibus sacris pristi- ionos cultusque restitutus est. Nam Irene Augusta, Constantini VI. impuberis filii nomine imperii ias tenebat, sacrarum imaginum cultu tanto ducebatur, m veteris ecclesiae statui conformem reduci cuperet. ero rem tanti momenti praecipitaret, initio privatum m imaginum usum indulsit; dein Tharasium virum iis pietatis [4]) ad patriarchatum Constantinopolitanum, to Paulo iconoclasta, elevavit, milites praetorianos imaginum contrarios e servitio dimisit, et suasu rasii concilium oecumenicum convocavit, consilium- tuum Hadriano I. Pontifici et suo et filii nomine unicavit. Pontifex molimina imperatricis adprobans, os ad concilium illico deputavit, patriarchae orientales r legatos suos eorsum expediverunt, et quamvis epi- s plerisque orientalibus semet Constantinopoli sistenti- mnia ad concilium inchoandum parata essent, illud ta- solum insequente anno 787. Nicaeae propter seditio- Iconoclastarum in regia urbe exortam celebrari potuit. ic error Iconoclastarum proscriptus, et cultus sacrarum

[1]) Theophanes et Cedrenus haec referunt.
[2]) Concilii hujus mentionem facit Anastasius in vita Stephani III.
[3]) Theophanes in Chronograp. Nicephorus in Breviario Hist. et Cedren. Petri Fritz Ketzer-Lex. Tom. III. p. 354—369.
[4]) Ignatii vita Tharasii conscripta in Act. SS. Febr. Tom. III. p. 575. Le Quien Oriens Christianus Tom. I. p. 240.

imaginum pristino vigori restitutus est, poenis in om refractarios dictatis.[1]). Doctrina haec concilii etsi initio male intellectam mentem patrum graecorum Nicaenorum Gallia difficultates quaspiam ob vocabulum adoratio pateretur, clarificata tamen et intellecta mente Patrum dec ta concilii etiam in Gallia adoptata fuere. Vid: Institutio Hist. Eccles. per me Pestini 1840. edit. Tom. II. §. 90. p 265. et seq. Maimbourg hist. de l'heresie des Iconocl tes II. Tom. Paris 1679. 12. Spanheim exercit. hi de orig. et progress. controv. iconoclast. secul. VIII. p. II. Lugd. Batav. 1685. 4. Schlosser Gesch. der bild stürm. Kaiser des oström. Reichs. Frankf. 1812. 8.

Caput V.

De ritibus ecclesiasticis, moribus Christianorum et discipli Ecclesiae.

§. 72.

Ritus aucti. Templa.

Cum Ecclesia Christiana a temporibus Constanti M. libertate donata, amplissimum campum nacta sit salu ria praecepta sua explicandi, aliud expectari nec pot quam ut externae quoque cultus divini partes in dies au rentur, fierentque splendidiores, ac relicta in nonnullis a tiquitatis simplicitate ritus et ceremoniae multiplicarent Causae autem ob quas usus hic sensim invaluit, plures a signantur. Tales erant: 1) Cum quippe cultus divini sple dor et magnificentia hominis sensus magis afficiens inte nam animi pietatem egregie promovere, et sublimes an sensus excitare soleat, properabant Ecclesiae praesul ruditatem barbarorum populorum, quos ad salutem duce conabantur, per media aspectabilia sublevare, eosque e ternis signis ad interna virtutis sensa excitare. 2) Praes les partim antiquorum institutorum veneratione, partim a junctis temporum et locorum necessitati cedere coacti, no poterant non veteribus adjungere nova, sicque rituum ceremoniarum numerum augere. 3) Novae controversi

[1]) Harduini Concil. Tom. IV. p. et seq. Mansi Concil. Tom. XII. p. 99 Tom. XIII. p. 410.

ae, iisque oppositum aut respondens dogma etiam
naepiam. sensibus perceptibilia symbola ad fidem
clare conservandam requirere videbantur. 4) In-
per liberum Religionis exercitium jamjam inten-
siarum Christianarum vinculo, quaevis ecclesia
s ritus suos et ceremonias viciniorihus communi-
tae sensim pluribus in locis introductae numerum
ad parum auxerunt. Specialim vero ut cultus cum
et digne celebretur, pluribus in locis erigebantur
uae magnifice structa peculiari cultu et sacris
s exornata, communiter ναοι, ἱεϱα, templa, po-
içae nuncupabantur. Templa et ecclesiarum prae-
i, praesentim vero imperantes erigere solebant. Ita
n t i n u s M. et ejus mater H e l e n a templum Jeroso-
ad sepulcrum Domini exurgere fecerunt, ita Beth-
ud honoribus nati Salvatoris sacratum, in monte Oli-
memoriae ascendentis in coelum C h r i s t i dicatum
imperator Nicomediae splendidum in honorem S.
, ad quercum in loco M a m b r e aliud, et Constan-
liud magnificentissimum strui curavit templum [1]).
A u g u s t o r u m imitantes episcopi novas funditus
ecclesias, aut idolorum templa in usum sacrum
abant [2]). Ita P a u l i n u s episcopus Nolanus novam
erexit, et honoribus S. F e l i c i s dedicavit [3]);
ndriae basilica H a d r i a n i, et Antiochiae tem-
unae in ecclesiam Christianam conversa. J u-
n s imperator autem Constantinopoli templum S.
celeberrimum aedificari curavit [4]). Quae insig-
la, ut allos quoque imitatores ad extruendas et
ecclesias disponerent, jus patronatus invaluit [5]).

Vita Constant. M. L. III. c. 25. et s. item c. 50 et 51. L. IV.
ocrat. H. E. L. I. c. 16—18. Lib. II. c. 16. Ciampini de s. aedi-
Constant. M construct. Romae 1693. M a b i l l o n Musaeu. Ital.

h e o d o s i i Lib. IX. tit. 17. leg. 2. Hospinian. de templis etc.
Tigurii 1603. f. Schöne Gesch. Forsch. Tom. III. p. 188. Hie-
Chron. 2. 332.
epist. 32. ad Sever.
ius de aedificiis Justinian. et de bello Vandal. L. II. c. 9. Sion.
imme in der Kirche Nro. 9. 1839. p. 50.
Araus. anni 441. can. 10. Aurelian. a. 541. can. 33. Toletan.
n. 11.

Altaria hactenus ex ligno structa, nunc jam marmorea quandoque auro vel argénto fulgentia invalescebant, eaque passim quatuor columnis, ciborium (tabernaculum) sustentantibus, cincta, pretioso velamine tegebantur, sertis ex floribus et viridi contextis superne ornata [1]. Calicibus et patenis primum vitreis calices ex auro vel argento substituebant [2]. Quamcumque partem ecclesiae aliquis spectabat auri et argenti splendore attentio ejus excitabatur, cum e ipsa tecta auro et opere musivo distinguerentur. Ecclesiae diversis ceremoniis et precibus cultui divino designabantur qui actus nomine consecrationis audiebat. Primum consecrationis exemplum obtinuit in Ecclesia martyrum Jerosolymis per Constantinum M. in monte Golgatha aedificata. Vid. Euseb. L. VI. de vita Constant. M. c. 43 — 45. Ritum vero consecrationis fuse describit Martene de antiquis Ecclesiae ritibus. ed. II. Antverpi 1736 f. L. II. c. 13. T. II. p. 670.

§. 73.

Dies festi, eorumque celebratio.

A seculo IV. praeter diem Domini [3] ac duo solemnia festa Paschatis et Pentecostes plura festa Domini, B. M. Virginis et Sanctorum introducta sunt. Talia sunt: 1) Festum Nativitatis Domini, quod Occidentales 25. Decembris, Orientales vero simul cum festo Epiphaniae 6. Januarii celebrare solebant [4]. Tardius tamen etiam hi morem Occidentalium secuti sunt [5].

2) Dies Rogationum. Hi seculo V. invalescere coeperunt. Cum quippe acerbissimae calamitates universam fere Galliam premerent, speciatim vero urbs Viennesis in Delphinatu gravi terrae motu concuteretur, palatium regium conflagraret, ac tota civitas aliis quoque plagis afficeretur [6].

---

1) Gregor. Nyss. et Chrysostom. primi areae lapideae mentionem faciunt et S. Augustin. narr. ep. 50. quod Ecclesiae pauperiores porro quoque aras lapideas retineant.
2) Hieronym. in Vigilant. c. 3. Prudent. de S. Laurent.
3) Jacob. Godofred. ad cod. Theodos. Tom. I. p. 135.
4) Amian. Marcellin. L. XXI. et Epiphan. haeres. 51.
5) Joan. Chysost. in homil. circa an. 386. Antiochiae dicta.
6) L'Abbei et Corsar. concilia Tom. 3. p. 125.

Mamertus urbis episcopus in synodo anni 474. cros hos tres dies instituit [1]. Ejus exemplum reliquae lliarum ecclesiae pariter sequebantur, plane poena in a observantes dictata [2]. Rogationum dies etiam Hispa- adoptavit [3]. et Leo III. Pontifex observantiam tridui ationum ad universam ecclesiam extendit.

3) Festum Praesentationis Domini in templo, quod aecis (ὑπαπαντῃ) occursus dicitur, Latinis vero nomi- Purificationis Mariae venit. Istud in nonnullis ecclesiis i prius celebrabatur, Justinianus autem imperator ulo VI. inter festa recensuit et per totum Orientem in- duxit [4].

4) Festum Annunciationis B. Mariae V. quod apud aecos Ευσαρκοσεως dicitur. Tempus institutionis ejus qui- a ignotum est, certum tamen est ejus mentionem in sy- lo Trullana et Toletana jam occurrere [5].

5) Festum Reginae martyrum et omnium Sanctorum, od apud Graecos jam seculo IV. post Pentecosten cele- tum, in Occidente instituit Bonifacius IV. Pontifex. nempe anno 610. pantheon a Marco Agrippa aedi- tum, aut renovatum consensu Phocae imperatoris in ilicam Christianam Beatissimae Virgini, omnibusque S. rtyribus dicatam commutavit, et omnium Martyrum ac San- rum festum ordinavit eo scopo, ut in omnibus Sanctis oretur Deus [6]. Basilica haec Romae hodiedum exis- s nomine Rotundae audit [7].

6). Festum Assumptionis B. M. V. quod seculo VIII. itutum et prioribus additum fuisse communis eruditorum tentia tenet. V. Assemannii biblioth. oriental. Tom. P. I. p. 84. 96. Durandi ration. divin. offic. L. VII. 1.

---

[1]) Concil. Vien. in Labbei et Corsar. concil. T. 5. p. 125.
[2]) Aurelian. concil. can. 27. an. 511.
[3]) Concil. Gerundens. can. 2. apud Richard. analys. conc. T. I. p. 140.
[4]) Nicephor. Calis. H. E. Lib. XVII. c. 28. et seq. Martin. Polon. Chronic. Paul. diacon. Lib. XVI. rer. Romanar.
[5]) Joan. Bona rer. Liturg. Lib. I. c. 21. §. 6. Schmid. de dieb. festis p. 115. synod. Trull. d. 52. Toletana X. can. 51.
[6]) Joan. Chrysost. hom. 74. de martyrib. totius orb. Leo Allat. de hebdom. et Dominic. graec. c. 31. Anast. vita Pontific. p. 238.
[7]) Merati in Gavant. Thesaur. p. 243.

§. 74.

Sacrorum conventuum ratio.

Cultus Dei publicus fere ubique ad majorem pom et magnificentiam inde a seculo V. levari coepit, cum ipsa Numinis Divini majestas jam exigere videretur [1]. pulo nempe fideli hora defixa Ecclesiam ingrediente, ch antiphonam cum psalmo canebat, quod hodierno Missae troitui originem dedit. Liturgia hoc modo inchoata, ubi aconi et subdiaconi populum in classes juxta sexum di buissent, temporis quaedam pars devotioni privatae insu batur. Postea episcopus versa ad populum facie eun salutabat, et omnium eorum, qui Liturgiae intererant, mine orationem alta voce recitabat, quae nomine colle postea insigniebatur, quia episcopus fidelium preces q colligebat, ac Deo offerebat. Considente in throno suo scopo lector ambonem conscendens pensum aliquod ex teri aut novo foedere praelegebat et exponebat [2]. Hoc fi episcopus Evangelium explicabat [3]. sub quo sermone or bus, etiam infidelibus ecclesiam intrare licebat [4]. Termi sermone dimissis iis, qui sacris interesse non audebant, pe lus fidelis preces pro salute totius Ecclesiae, pro omnibus dinibus, amicis et inimicis absolvebat [5]; imo episcopus lutato rursus populo orationem solemnem recitabat, quam pacis osculum inter ejusdem sexus homines seque tur. Dein episcopus, presbyteri ceterique ministri vesti splendidis ornati altare adibant, officium celebraturi. P modum diaconi oblata populi ad altare ponebant, ex qui episcopus panem et vinum offerebat, et oblata, clerum populum suffiebat, choro interim canente. Post offertor sequebatur praefatio et actio, quae hodie nomine Ca nis venit [6]. Finita consecratione episcopus sacrum e lum sumebat, deinde clero et populo porrigebat. Cande rum et lampadarum usus viguit, tum ut essent quasi symb

---

[1]) Martene de ritibus Ecclesiae.
[2]) Vita S. Antonii c. 1. concil. Calced. act. X. Euseb. de martyr. laest. c. 1.
[3]) Augustin. de opere monach. c. 191. et epist. ad Dioscor.
[4]) Gregor. Naz. carm. 9. de Anast.
[5]) Concil. Laodic. c. 19. Chrysost. hom. 3. in epist. ad Ephes.
[6]) Gregor. Naz. orat. 20 et 32.

lum lucis fidei, tum in memoriam veteris aevi, quo Christiani noctu aut in specubus sacra peragere solebant [1]. Certum porro est in nonnullis ecclesiis mature jam instrumenta musica organis nostris similia in subsidium cantus religiosi adhibita fuisse [2]. Fortunatus Venantius testatur [3] in Ecclesia primaria Parisiensi jam seculo VI. organum extitisse. De campanarum origine et usu primo in ecclesiis adhibito parum certi. scimus. Panvinus narrat eum a Sabiniano Pontifice anno 604. invectum fuisse. Campanae ante usum jam olim consecrabantur, seu aspergebantur aqua lustrali, ungebantur oleo sacro, imponebatur eis nomen Sancti etc. Campanas primus memorat Ven. Beda H. L. IV. c. 23. De benedict. earum disserit Durand. in libr. de ritib. et Richard in analysi concil. Tom. III. voce Campana.

An vestes liturgicae clericorum spectata forma a communi laicorum vestitu distinctae fuerint, quaestio est controversa. Certum quidem est nominum aequalitatem quamdam tam pro vestibus clericorum, quamla icorum exprimendis viguisse. Sic tunica talaris successu temporis casula, penula apud Graecos φαιλόνης nuncupata; sic alba vestis coloris albi lanea vel linea, quae zona constringebatur; sic orarium, seu pannus per humeros propendens; stola seu toga decurtata, satisque commoda et in humero fibula adstricta; denipue κολόβιον seu dalmatica, quae cuncta clerici in Sacrorum celebratione adhibebant, vulgares quoque laicorum vestes olim exprimebant [4]. Ceterum praeter id, quod vestes hae sine dubio mundiores et splendidiores essent illis, quas quotidie usuabant, etiam relate ad formam mature distinctio quaedam introducta est. Cum enim episcopi alio passim uterentur ornatu, ac presbyteri, hi rursus alio ac diaconi, cum porro vestes hae distinctionis gratia sacratae nuncuparentur, Stephanus III. Pontifex vestibus sacris extra ecclesiam uti prohiberet [5], et s. Hieronymus vestes quotidianas et per usum vitae communis pollutas, manifeste a sacris secerneret [6], denique Constantinus M. non solum pre-

---

[1] Gregor. Naz. orat. 4. seu invect. alt. in Julian.
[2] S. Augustin in psalm. 56. memorat organum quod grande est, et inflatur follibus.
[3] In vita S. Germani.
[4] Ladisl. Tompa Instit. de sacris Christianor. ritib. Tom. I. §. 89. pag. 192. et seq.
[5] Baron. Annal. ad 260.
[6] Hieronym. commentar. in 44. Ezechiel.

tiosa quaepiam, verum etiam ornatum episcopalem variis ecclesiis dono daret, plus quam certum est, vestibus clericorum sacris (etsi tempus, quo id factum praecise designari nequeat) sensim formam aliam, et a communi laicorum vestitu diversam inditam fuisse. Porro Cyrillus Jerosolymitanus non nullos officio et vestibus generatim exutos fuisse testatur apud Sozomen. H. E. L. IV. c. 24. Vid. Tompa op. cit. §. 29 et 30, pag. 180 — 200.

Quod porro vestes clericorum communes et tonsuram attinet, clerici usque ad finem seculi V. nec in Oriente nec in Occidente distinctas a laicis vestes vel propter persecutiones gestabant. Et alioquin nec apologetae, nec patres, sed nec synodus ulla vetusta discrimen aliquod vestium attingunt, imo Coelestinus I. Pontifex ait, clericos non debere a populo differre vestitu, sed doctrina et moribus [1]. Seculo VI. primum invaluit, ut clerici a laicis in vestitu distinguerentur. Res autem sic accidit: Romani omnes, consequenter et clerici ante migrationem gentium togam longam capillis resectis et barba rasa gestabant. Cum vero gentes barbarae vestem brevem capillis longis et barba promissa deferrent, eas utpote victrices imitabantur laici, clero usum antiquum velut Christianae mansuetudini ac modestiae magis convenientem retinente. Inde si quis e barbaris fidem Christi amplexus, aut alter eorum morem imitatus, clero nomen dedit, vestem brevem cum longa commutare jubebatur. Ita synodus Matisconensis can. 5. clericis sagum, aut vestimenta vel calceamenta secularia induere vetuit. Et ab hoc tempore toga aut vestis talaris mansit clericis propria, quemcunque colorem praeseferret. Hinc est, quod vestem talarem albam aut violaceam et episcopi et presbyteri seculo VII. et VIII. portarent. In Italia tamen nigram vestem jam seculo VIII. usitatam fuisse synodus Forojuliensis anni 791. can. XI. docet.

Quia denique episcopus ejus, qui in clerum recipiebatur, capillos quoque abbreviabat, tonsura clericalis originem sumsit. Cum enim in veteri ecclesia jam publice poenitentes in signum doloris tonso capite incedere solerent, et in hujus poenitentiae imitationem monachi quoque tonsuram portarent, horum exemplo, cum status monasticus ut perfectior magni aestimaretur, tonsura clericorum invaluit. Haec usque ad seculum V. tonsurae monasticae similis, seculo VI. modificationem quampiam passa, Romae eam formam induit, quam hodie cernimus, quaeve in memoriam et similitudinem coronae Christi inventa, nomen coronae [2]) hodiedum gerit. Vid. Thomassin

[1]) Coelest. epist. 2. c. 2.

[2]) Vid. Abbatis Leolfrid. descriptio in Hist. Angl. vener. Beda Lib. 5. c. 22. Concil. Agath. c. 20.

discip. vet. et novae Eccles. P. I. l. 2. cap. 35. Fleury Jus. Eccl. pag. 13, et seq. Ruprecht Not. in Jus. c. Tom. III. Binterim's vorzüglich. Denkwürdigk. der Christcath. Kirche III. B. I. und II. Th. p. 385. et seq. IV. B. I. Th. pag. 188. et seq. Linzer Monathschrift 3. Jahrg. 2. H. deniq. Enchirid. Jur. Eccl. per me edit. Tom. II. §. 25. p. 30 et seq. editio 3. Poson. 1848.

§. 75.

Baptismus. Confirmatio.

Ut baptismus commodius administrari valeat, mature m in vestibulo ecclesiarum baptisteria erigebantur. Nomine baptisteriorum (φωτιςτηςια) veniebant aedificia miora, quae rotundam, vel octangulam figuram habebant, t in vicinia majoris templi aut intra ejusdem ambitum poita erant eo fine, ut catechumeni ibidem baptizarentur. In medio autem baptisterii erat piscina, seu concha Graece κολυμβηθςα nuncupata, tribus gradibus provisa, quibus episcopus insistens catechumenum ter aquis immergebat. Olim nicum in quavis civitate reperiebatur baptisterium in viinia Ecclesiae Cathedralis, quae consuetudo Romae pluibus seculis duravit [1]). Successu temporis in parochiis, t quidem etiam ruralibus constructa fuere baptisteria. Inde ccidit, ut ecclesiae, ad quas reliquae fine administrationis baptismi accedere solebant, harum utpote filialium matrices dicerentur. Constantinus M. prius in suburbio giae urbis, postea vero in monte Coelio talia baptisteria exit [2]). Fonti autem Mediolanensi S. Ambrosius plane rsus inscripsit [3]). Baptismus ordinarie conferebatur in gilia Paschatis, Pentecostis et Epiphaniae cereis accens per episcopos, presbyteros, et diaconos ad id delegas [4]). Caput baptisatorum serto laetitiae et libertatis chriianae symbolo cingebatur [5]); patrini vero cuivis decem

[1]) Bingham orig. seu antiq. eccles. Lib. III. p. 251. Schöne Geschichtsforsch. Tom. III. p. 217. Binterim. Vorzügl. Denkw. Tom. I. p. 74.
[2]) Socrates in H. E. Sozom. in H. E.
[3]) De fontis Mediol. et Pisani antiq. scripsit Ciampin. Tom. II. veter. monum.
[4]) Siricius ep. 1. ad Himer. Leo. M. epist. 16. c. 3. ad Episcop. Sicil. De Epiphania testant. Const. Apost. L. VIII. c. 33. cod. Theodos. L. XV. tit. 5. l. 5.
[5]) Gregor. Naz. et ordo baptismi Aethiop. qui Severo Alexandrino tribuitur.

siliquas, seu numulos in memoriam decalogi dabant patrini [1]). Baptisati albis vestibus induebantur [2]) et candelae ipsis porrigebantur. Post sacramentum Baptismi ab episcopo administratum antiquitus illico conferri solebat sacramentum Confirmationis. A qua consuetudine tardius recessum est, nam S. Hieronymus narrat [3]) episcopos sui temporis ad vicos excurrisse, ut eis, quos presbyteri et diaconi baptizaverant, sacramentum Confirmationis administrarent. Gregorius M. autem episcopos hortatur, ut vicinas ruris ecclesias visitarent, per eas circumirent, et baptizatos S. Confirmationis sigillo munirent. Successu temporis Ecclesia saltem Latina collationem Confirmationis a Baptismo penitus separavit.

§. 76.

S. Coena. Agapae.

In ritu celebrandi S. Coenam spectata substantia hac periodo quidem nihil mutatum, sed id unice factum, quod nonnullae ceremoniae ad sacrosanctum hoc mysterium majori cum decore et magnificentia perficiendum a Gregorio M. Pontifice additae, novusque modus sacram Coenam solemniter celebrandi praescriptus fuerit, seu veteris Missae canonem auxerit [4]). Ipsa autem celebratio Eucharistiae, quo a reliquis cultus divini partibus distinguetur, seculo IV. nomine Missae designata est [5]). Circa originem vocis Missae illi ad veritatem proxime accedunt, qui statuunt vocem illam inde ortam fuisse, quod ad finem cultus divini diaconus catechumenos et populum verbis: Ite Missa est, dimittere soleret [6]). Olim moris erat, ut episcopus de regula sacrificium altaris offerret, seu Missam celebraret, et presbyteri solum episcopo aliis impedito, aut ex ejus peculiari mandato ad Missae sacrificium

---

[1]) Isidor. Hispalens. L. XVI. c. 24.
[2]) S. Ambros. L. VII de myster. Paulin. ep. 12. ad Sever.
[3]) Dialog. advers. Lucifer.
[4]) Lib. VIII. ep. 46.
[5]) Joan. Diacon. in vita Gregor. M. L. II. c. 17. Ordo Roman. Sacramentar. Gregor. M. L. VII. ep. 84.
[6]) Bona rer. liturg. L. 1. c. 1. et seq. J. A. Schmid de insignioribus veter. Christian. formulis p. 20.

offerendum admitterentur [1]). Non enim plures quam una per diem Missae celebrabantur, die Domini populo fideli tam ex civitate, quam ex vicinia ad ecclesiam confluente [2]). Sed nec plures ecclesiae quam una initio exstruebantur, unumque nonnisi altare quavis in ecclesia existebat [3]). Ubi tamen numerus Christianorum augeretur, horum provisio spiritualis id exigere videbatur, ut in populosis civitatibus e. g. Romae oratoria, seu tituli quavis in regione erigerentur, iisdemque presbyteri proprii adsignarentur, sacra ibidem altaris munera peracturi. Quod successu temporis in oppidis et pagis quoque institutum est [4]). Crescente sic parochiarum numero populus fidelis sacra mysteria saepius frequentabat, idque tanto facilius, quod sacrum Missae sacrificium etiam per septimanam quandoque iteraretur, imo in Latina Ecclesia aucto nimis fidelium numero consuetudo sacris quotidie operandi invalesceret [5]). Ceterum aliae quoque causae erant, ex quibus sacrificium Missae quotidianum in usum veniret. Nonnulli quippe sola devotione stimulati singula die Missam absolvebant, alii paupertate pressi, quotidie celebrare cogebantur, ut hac ratione partim ex panis et vini oblationibus, partim ex eleemosina nummorum in illarum locum sensim substituta, seu ex Missae stipendio, seculo circiter VIII. invalescente, vitam sustentarent, sicque indigentiis suis temporalibus consulendo spiritualem quoque perfectionem suam et fidelium suorum promoverent. Hucdum tamen Missae passim solemnes celebrabantur, privatarum rarior usus erat usque seculi VII. item, quo elapso Missae privatae, seu solitariae introduci coeperunt, sub quibus nempe nec omnes fideles simul congregabantur, neque omnes sacrum Eucharistiae sacramen-

[1]) Ignat. epist. ad Smyrnens. c. 8.
[2]) Justin. II. apolog. et Plinius epist. 97. L. X.
[3]) Erant quidem in ecclesiis arae minores, ad quas oblata ponebantur, seu erant simplices mensae, quae postea in aras sacrificas conversae sunt, quarum mentionem primus Gregor M. facit. L. V. epist. 50. ad Pallad. episcop.
[4]) In Ecclesia Graeca jam ab antiquiss. tempore in Gallia autem ante secul. IV. jam rurales parochi extiterunt. Vid. Clemens Rom. ep. 1. ad Cor. c. 42. Euseb. H. E. Lib. II. c. 16. canon. Apost. 36. conc. Neocaesar. c. 13. Arelat. c. 2. 18. Carthag. IV. c. 36.
[5]) Siricius ep. ad Himmer. Innocent. I. epist. ad Victricium Rothomag.

tum sumebant, sed pro cujuslibet privata devotione unum aut alterum frequentabatur. Agapae olim mutuae charitatis et christianae concordiae vinculum, seculo IV. a scopo suo deficientes et intemperantiae, aliorumque nonnunquam excessuum occasionem praebentes ab Ecclesiae praesulibus interdictae sunt [1]. Neque deerant doctores Ecclesiae, qui agapas in abusum jam degenerantes etiam nigro calculo notarent, ac acerbius perstringerent [2], ita ut tardius sub excommunicationis poena interdicerentur. Vid. Synod. Trull. an. 692. can. 74. Carol. Ludov. Richard analys. concilior. Tom. I. p. 158.

§. 77.

Jejunia.

Seculo IV. jejunium ecclesiasticis legibus jam firmatum fuit. Jejunium tamen quadragesimale reliquis strictius observabatur, in plures hebdomades jam extensum. Nam anno 364. synodus Laodicena can. 50. statuit: Non oportet in Quadragesimae postrema septimana quinta feria jejunium solvere, et totam Quadragesimam injuria afficere, sed oportet totam Quadragesimam jejunare aridis vescendo [3]. Jejunium antepaschale per plures septimanas extensum etiam S. Patres memorant [4]. Quamvis autem universa Patrum antiquitas in eo conveniat, tempus Quadragesimae jejuniis, precibus, eleemosynis, seu poenitentiae operibus esse impendendum, fateri tamen quisque debet, primis hujus periodi seculis diversam in diversis ecclesiis hujus jejunii observantiam viguisse ita, ut aliae pluribus, aliae paucioribus septimanis jejunarent. Nam Socrates de diversis ecclesiarum moribus tractans [5]

[1]) Synod. Laodic. circa an. 397. can. 28. Synod. Carthag. III. an. 397. can. 30.
[2]) Tempore S. August. in Africa agapae jam in sola eleemosina pro egenis collecta consistebant. Mediolani S. Ambros. agapas prohibuit an. 386. sub Childeberto Franc. reg. synod. Aurel. II. a. 533. can. 12. monuit fideles, ne vota sua cantando, bibendo vel lasciviendo exolvant, cum votis talib. potius provocaretur ira Dei, quam placetur.
[3]) Richard anal. conc. T. 1. p. 70.
[4]) Gregor. Naz. orat. 40. Chrysost. homil. 16. Augustin. 119. ad Januar. c. 15.
[5]) Socrat. H. E. Libr. V. c. 22.

reliqua narrat: illos qui Romanam urbem incolebant, s continuis hebdomadibus Pascha praecedentibus sab-, et Dominica exceptis jejunasse; Illyrici autem, jae et Alexandriae incolas sex ante Pascha septimanis asse; alios denique utpote Constantinopoli et alibi mos, jejunium septima ante Pascha hebdomade incipientribus tantum septimanis jejunasse. Similia fere etiam ysostomus refert [1]; de postrema autem, seu de omada sancta ait, eam multo majori devotione obsern fuisse [2]; nam praeter jejunium rigidius observatum, venia Dominorum a laboribus abstinebant [3], omnes vi, nisi majorum delictorum rei essent, vinculis solntur [4], et judicia publica silebant [5]. Praeter tempus paschale in Ecclesia Latina etiam feria quarta et sexta libet septimanae jejunium observabatur. Cum initio n hujus periodi Ecclesia saltem Romana jejunium fequartae in sabbatum transtulit. Praeter haec seculo V. ia Quatuor Temporum introduci coeperunt; primus de io Quatuor Temporum ex professo tractavit Leo I. ifex [6] clare exponens: disciplinam hanc ideo per sinn anni quadrantem praescriptam esse, ut reflectamur semper necessarias esse purificationes, et eo tendenesse, ut peccatum, quod fragilitate carnis committitur, iis et eleemosynis deleatur. Quantum vero ad modum andi, sciendum, Christianos hujus temporis diebus je-destinatis ab omni cibo et potu abstinuisse usque ad occasum, quo adveniente eos non solum modicam et am coenam sumsisse, verum etiam ciborum quorumselectum fecisse ita, ut tam a carnibus et vino, quam ab aliis deliciosis cibis et potibus abstinerent. Cum Canones et Constitutiones vulgo apostolicae velut ralis regula et ab orientali et ab occidentali Ecclesia erentur, jejunium Quadragesimale cum abstinentia a ibus et vino, imo in Oriente cum abstinentia etiam ab

---

Homil. 16.
Homil. in psalm. 145. item in hebdom. magn. et homil. 3. in Genes.
Constit. apost. L. VIII. c. 33.
Cod. Theodos. L. IX. tit. 38. L. 3. 4.
Cod. Theod. L. II. tit. 8. L. 2.
Sermo VI. VII. IX.

ovis et caseo impositum est. A quo tempore jejunii disciplina per synodorum decreta et imperantium plane civilium constitutiones severissime exacta est [1]. De jejuniis Christianorum egregie scripsit Claud. Fleury in: Moeurs des Israelites et Chret. L. II. cap. VIII. in patriam lingu. vers per Jos. Kopácsy H. E. Prof. Veszpr. 1802. dein Primatem regni, et Archiepiscopum Strigoniensem.

§. 78.

Imaginum et reliquiarum cultus; peregrinationes, sacrae.

Christianismi primis tribus seculis rarum fuisse imaginum in Ecclesia usum vel ex gentilium silentio concludere licet. Hi enim licet a Christianis propter idolorum cultum frequenter oppugnarentur, numquam tamen imaginum cultum Christianis objecerunt, qui cultus licet tota ratione diversus ab idolorum latria fuerit, ignorantia tamen gentilium ex una et altera ex parte malitia eorum facile ad cogitationem et objectionem eos provocare potuisset, Christianos eodem ipso vitio laborare, quod sibi exprobrarent. Causas vero rari tunc adhuc imaginum usus assignare solent sequentes: 1) Cum nempe haereticorum et magorum consuetudo esset, ut illi errores suos ac praestigias ope icuncularum vel angelorum, atque ipsius Christi nominibus communicarent, summa cautione opus erat, ne rudis plebecula fraudulentis eorum consiliis in transversum agatur. 2) Cum multi adhuc gentiles et idololatrae superessent, hi Christianis impedimenta ponebant, quominus frequentiores haberent imagines, ne communem cum ipsis causam agere viderentur. 3) Judaeorum quoque recenter conversorum rationem habendam esse censebant hujus temporis Christiani, cum illi nempe imaginum adversarii inde a lege Mosaica adhuc essent. Ceterum haec nequaquam sic summenda sunt, ac si temporibus illis nullae extitissent imagines; nam de Tertulliano notum est, eum memorare pastorem in vitreo calice quarumdam ecclesiarum depictum, humeris suis ovem domum deportantem [2]. Etiam illud

---

[1]) Synod. Tolet. VIII. a. 653. can. 9. Trullana can. 56. capit. Caroli M. concil. Antisiod. an. 585. concil. Cantuar. an. 696.

[2]) Libr. de pudic. c. 7. et 10.

probe constat, plura extitisse vascula testacea, et vitrea, nec non saxa sepulcralia et tabellas lapideas, in quibus Christi, B. M. V. et Apostólorum imágines incisaé, aut pictae erant, quorum nonnulla hodiedum visibilia sunt, utpote Romae et alibi in catacumbis aut cryptis repertae [1]. Quo propius ad tempora pacis, Ecclesiae concessae, pertingimus, tanto frequentiorem reperimus in rebus Christianorum imaginum usum, nam non in Ecclesiis solum, verum et in domibus Christianorum, Salvatoris, B. M. V. aut Sanctorum imagines asservatas passim fuisse constat. Cujusvis seculi Patres similia exempla referunt, et ipsimet secuti sunt. Ita S. Paulinus episcopus Nolanus, ut populi pro celebranda aniversaria dedicationis templi S. Felicis festivitate numerosissime concurrentis animos ad pietatem excitaret, in ecclesia imagines Sanctorum et historica facta e Scripturis Sacris uti Esther, Jobi, Tobiae et Judithae depicta, adpendi curabat [2]. Synodus Trullana seculo VII. statuit, ut pictores deinceps Christum non in agni typo, ut fieri solitum, sed forma humana repraesentarent [3], donec tandem concilium Nicaenum II. actione VII. debitum sacris imaginibus cultum vindicasset.

Reliquias vero Sanctorum, quibus jam sub ipso persecutionum furore cultus deferebatur (§. 91. per. I.) hac periodo majorem adhuc cultum et venerationem expertas fuisse inde concludere licet, quod illae uno ex loco in alium cum solemnitate translatae, ac in ecclesiis publicae venerationi expositae fuerint. Ita Constantinus M. reliquias Christi, Apostolorum et S. Martyrum, quas undique conquirebat, et summa cum diligentia colligebat, venerabatur ipse, aliosque exemplo suo ad idem praestandum excitabat [4]. Ex cruce Christi, cujus effigiem jam antiquissimo aevo religiose cultam, in locis conventuum sacrorum expositam, et in aedibus Christianorum privatis etiam asservatam fuisse, ipsi centuriatores Magdeburgenses testan-

---

[1]) Aringhius Roma subterr. L. IV. c. 37. 43. 47. L. VI. c. 50. edit Rom. S. Mamachius antiquit. Christian. T. 1. p. 322.
[2]) Bingham. orig. eccles. L. VIII. c. 8. §. 7. p. 303.
[3]) Richard analys. concil. Tom. I. p. 158.
[4]) Philostorg. H. E. L. III. c. 2. Hieronym. in Chronic. ad an. 359.

tur [1]), particulae in universo orbe christiano reperiun ex quo Helena mater Constantini M. teste Socrat in Palaestinam profecta; lignum S. Crucis e terra, in sepultum erat, effossum, non sine Dei auxilio anno 3 invenit [3]).

Peregrinationes sacrae erant consectarium cu Sanctorum et reliquiarum. Jam seculo II. et III. cleri aeque ac laicos multos fuisse constat, qui devotionis c iter in Palaestinam suscipiebant ad loca sancta et sepu eorum, qui pro fide martyrium subiverunt, invisenda verum consuetudo haec multo magis invaluit, ubi resti ecclesiae pace Helena imperatrix exemplo suo peregri tiones in Palaestinam probasset. Imo ad limina Apost rum Petri et Pauli etiam fiebant peregrinationes, id eo frequentius, quod ob continuum provinciarum imp Romani commercium viarum structura et securitas iti generatim faciliora redderet. Et quamvis Gregor Nyssenus acerrime pugnaret contra sacras peregrinatio diceretque: Ex corpore esse peregrinandum Dominum, non e Cappadocia in Palaestinam sciendum tamen est, eum non omnes peregrinatione loca sacra improbasse, sed superstitiosas tantum, et devotione carentes, aut tales, quas monachi, quorum stinatio fuisset in solitudine, aut coenobiis persever praepostere magis, quam devote suscipiebant. Ejus mentis fuit etiam S. Bonifacius Germanorum Apost nihil magis in epistola ad Cudbertum Archiepisco Cantuariensem optans, quam ut sanctimoniales, aliae mulieres a frequentibus peregrinationibus ad urbem Ro nam arcerentur. Vid. Muratori Antiq. Italicar. Tom p. 56.

---

[1]) Centuria III. c. 6. juxta Tertull. apologet.

[2]) Socrat. H. E. L. I. c. 17.

[3]) Sozomen. H. E. L. II. c. 1. Theodoret. H. E. L. I. c. 3. Rufinus Hi L. I c. 7.

[4]) Hieronym. epist. ad Marcellam c. 17. Euseb. H. E. L. VI. c. et 11.

[5]) Orat. sive epistol. de iis, qui adeunt Jerosolymam, de cujus authe et card. Baronius et alii insignes viri testimonium praestant.

§. 79.

Coelibatus Clericorum.

Christus et Apostoli nulla quidem lege vitam coelibem
icorum praeceperunt, cum tamen perfectam continen-
a possibilem esse docuerit Salvator [1]), eamque tum
: [2]), tum Apostoli [3]) commendaverint, multaque con-
at status conjugalis, quae sacrorum officiorum execu-
i impedimenta ponere possunt, mirum non est, quod
lesia statim a principio suo vitam continentem a mini-
s suis, quos nempe communi hominum turba perfectio-
esse volebat, exegerit, neque alios homines ordinibus
is initiaverit, quam coelibes, viduos aut in defectu
rum conjugatos cum obligatione matrimonii usui in per-
um valedicendi (§. 119. per I.). Disciplina haec, quam
lesia hucdum ex Christi et Apostolorum exemplo ac usu
m introduxit, jam seculo IV. etiam legibus concilio-
stabilita est. Ita Illiberitanum concilium anno 303. ce-
atum can. 33. Episcopis, presbyteris et dia-
is, seu omnibus clericis in ministerio
itis, continentiam ab uxoribus injunxit,
quemlibet non obedientem honore cle-
atus exterminari jussit [4]). Idem etiam confir-
unt et urserunt S. Patres. Omnium loco S. Epipha-
s sic loquitur: Sacerdotium ex virginum
line praecipue constat, aut si minus e
ginibus, certe e monachis, aut si minus e
nachorum ordine, ex his creari solent sa-
rdotes, qui a suis se uxoribus continent [5]).
iliter senserunt Pontifices Romani. Ita Innocentius I.
tifex scripta ad Exuperium episcopum Tolosanum
stola anno 405. decrevit: „Episcopos et diaconos inconti-
ites omni honore privari.“ Decreta hujus tenoris ab aliis
am Pontificibus lata in Galliae, Hispaniae et Africae

[1]) Matth. XIX. 4. 5. 6. 11. 12.
[2]) Ibidem 12.
[3]) Paul. ad Corinth. VII. 7. 8. 38.
[4]) Richard. Analys. concil. Tom. 1. p. 47. item concil. Ancyr. 314. can. 9. concil. Carthag. 390. can. 5. etc.
[5]) Epist. fidei cathol. num. 21. item haeres. 48. num. 6. haeres. 59. num. 4.

synodis confirmata [1]) tandem in universalem Ecclesia gem adoptata sunt. Imo et subdiaconis lex coelibatus posita est [2]). Disciplinam coelibatus primis quinque s lis in universa Ecclesia, nec quidem Graeca excepta guisse testatur Thomassinus [3]). Seculo quidem VII. et ignorantia et barbarie sensim invalescente disciplinam libatus a pristino vigore suo aliquantum remisisse, ipsius S. Bonifacii querelae sufficienter indicant, v eam nec lege ecclesiastica nec civili unquam solutam fu certum est. Ecclesia solum Graeca legem ab hac disci diversam inter suos ex parte introduci sivit. Nam epis Graeci 211 Constantinopoli anno 692. in palatii impe parte, nomine Trullo convenientes, synodum sic di Trullanam celebrarunt, in qua canone 13. presbyter diaconis facultatem concesserunt, uxoribus suis anti dinationem ductis cohabitandi, dummodo ad sacra mys peragenda accessuri, ab uxoribus abstinerent, eo t addito, ut clerici solum illi ad episcopatum promovea qui neque filios neque nepotes, neque uxorem habe aut illi saltem non adhaererent [4]). Licet autem hanc s dum nec Sergius Pontifex, nec alter ejus successor quam adprobaverit, in usu tamen conjugii benigna m Ecclesia ministros Ecclesiae graeco-catholicae in hoc num usque diem reliquit, ne quo casu rigide fors ex disciplina schisma aut aliud gravius malum post se tr ret, fieretque error novissimus pejor priori. Vid. T massin in vet. et nov. Eccles. discipl. P. I. L. II. cap. §. 1. et seq. De his plura lege in Instit. H. E. per me stini 1840. edit. Tom. II. §. 98. pag. 289—292.

§. 80.

Mores Christianorum.

Integra haec Historiae periodus insignia nobis s Christianorum exempla. qui non solum egregia de Ch

---

[1]) Synod. Araus. an. 441. Arelat. a. 442. c. 2. Turonens. a. 461. c Tolet. an. 400. can. 1. Carthag. II. a. 390. can. 1.
[2]) Gregorius M. Epist. 42. et Lib. 1. ad Petr. Subdiacon. Siciliae.
[3]) Vet. et nov. Eccles. discipl. P. 1. Libr. 2. c. 60. §. 1.
[4]) Synod. Trull. can. 12. et 13. apud Richard. Analys. concil. To p. 157.

testimonia quavis occasione ederent, sed etiam omnia christianae moralitatis officia mente parata exequerentur. Vel maxime vero distinguitur epocha haec per id, quod multi doctores ac praesules et veritatem doctrinae et sanctitatem ejus zelosissime vindicarent, fidelesque suos praestantissimis praeceptis, sanctiorisque vitae exemplis ad virtutis studium sectandum persuaderent. Ita Rufino teste Gregorius Nazianzenus multa quidem verbis, plura tamen docuit exemplis [1]. Sozomenus refert Joannem Chrysostomum vita sua plane divina ad aemulationem virtutis suae auditorum animos excitasse [2]. Sic Gregorius M. Pontifex [3], Ephraem Syrus, Macarius, Spiridion Tremithuntinus in Cypro, Nicolaus Myraeus in Lycia, Martinus Turonensis, aliique superius commemorati insignia praecepta et exempla sanctioris vitae fidelibus praebuere. Sed etiam inter fidelem populum reperiebantur, qui magistrorum exemplis inducti, cunctas peccati illecebras fugerent [4], persecutiones ac omnia adversa patienter tolerarent [5], omnibus et singulis nec quidem inimicos excipiendo charitatis officia exolverent [6], peregrinos hospitalitate, pauperes liberalitate praevenientes [7]. Ceterum Historia testis est in agro Domini inter triticum zizania quoque reperta, siquidem multi a vera et christiana pietate deficerent, se ipsos virtutis sat superque studiosos esse putantes, si gravioribus delictis carerent, aut externis Religionis exercitiis vacarent, de interna animorum pietate parum solliciti. Quae res tanto majori moerore zelosos Ecclesiae superiores afficiebat, quod corruptio morum hinc inde in ipsum plane episcoporum, et reliquorum clericorum coetum penetraverit. Haec causam praebuere tot synodorum ac principum civilium legibus ad mores clericorum reparandos, et disciplinam ecclesiasti-

---

[1] Ruffin. Hist. E. L. III cap. 9.
[2] Sozomen. H. E. L. VIII. c. 2.
[3] Joan. Diacon. in vita Gregor. M. ejusdemq. Pontificis multae epistolae. Vid. acta SS. Tom. III. Martii p. 121. et seq.
[4] Macarius hom. 15. §. 24.
[5] Lactan. Instit. L. V. c. 22.
[6] Ibid. cap. 15. et Lib. VI. c. 18.
[7] Epiphan. haeres 75. n 1. T. 1. pag. 905. Balth. Bebel antiquit. eccles. sec. IV. Tom. II. p. 882.

cam ocyus emendandam [1]). Remittente sic Christianorum pietate, magnaque corruptione morum sensim invalescente, mirum non est S. Hieronymum ingemiscere: Ecclesiam, cum imperantes Christianos in sinu suo numerasset, potentia et divitiis quidem majorem, virtutibus vero minorem factam fuisse. Ex causis pluribus hujus eventus eam solum adduco, quod Christiani indigenae cum barbaris seculo VI. Occidentem invadentibus ad fidem sensim conversis communionem fraternam foverint, ac inde orta fuerit morum quaedam ferocia, mansuetudini christianae parum conveniens, nec non scientiarum contemtus. Cum enim inter barbaros plurimae adhuc perdurarent veteris gentilismi reliquiae, ac illis cum tempore ministri ex ipsis ordinati praeficerentur, plures avitae superstitionis consuetudines inter ipsos reviviscere oportebat, quae mansuetis Christianismi moribus, etiamsi non directe oppositae, parum tamen consentaneae essent [2]). Ceterum quantacunque vigeret hoc tempore morum laxitas, quisque tamen fateri debet, Religionem Christianam in mores barbarorum perpoliendos, mitioresque reddendos plurimum contulisse. Ad quae cuncta tum inchoanda, tum promovenda multum contulit monachorum institutum et ministerium ecclesiasticum novitus regulatum, ex quo optimi pro ratione temporis illius verbi divini praecones prodeuntes, barbaras gentes turmatim Christo lucrarentur. Vid. §. 9—13.

§. 81.

Origo monachorum in Oriente.

Originem monachorum a sanctis viris Antonio et Paulo Thebaeo, qui Decianae persecutionis furori se subtrahere, volentes, vicinas Aegypti solitudines, et montes petierant, repetendam esse consentiunt eruditi. Hoc saltem nullum dubium patitur, S. Antonium fuisse primum, qui anachoretas in montibus hinc inde latitantes ad vitam communem reduceret, stabilem illis vivendi normam praescri-

---

[1]) Vid. Caroli M. Capitular.
[2]) Plura de his narrat Balthas. Bebel antiq. Eccl. secul. IV. T. II. p. 882.

beret, et superiores illis praeficeret [1]. Per Palaestinam et Syriam hoc vitae genus primus propagavit Hilarion S. Antonii discipulus, qui per viginti duos annos vitae solitariae inter durissima poenitentiae opera deditus, sanatisque mirandum in modum multorum infirmitatibus, tanta nominis fama inclaruit, ut ex omnibus partibus opis indigi apud eum salutem quaererent, eorumque multi terrestribus bonis se abdicantes, ejus vivendi rationem amplecterentur. Ab hoc tempore plures in Palaestina cellae positae, quas monachi a S. Hilarionis abbatis nutu pendentes incolebant. Monachis his hucdum dispersis ad communem vitam restrictis S. Pachomius regulam praescribens, eos in monasteriis in Thebaidis insula Tabenna a se exstructis simul habitare jussit. Monachi quippe terni degebant in cellis, ad commune refectorium pro victu comparentes, et paucis contenti, cibos valde frugales manducabant; saepius jejunantes, silentium observantes, et cucullis velati mensae assidentes. Manuum labori ac orationi semet quotidie impendebant, quin tamen et hic moderationis limites praetergrederentur, vestitu proprio distincti. S. Pachomius vero discipulos suos cunctos humilitate et vitae severitate praecedens laboribus manuum vacabat et infirmos diu noctuque charitate sublevabat. Alii quoque vitam monasticam hoc tempore zelose promovebant, uti Amon Aegyptius monachorum Nitriensium auctor [2] Macarii ambo, qui in montibus Scetis plurimos vitae socios collegerunt [3]. Eustathius ecclesiae Sebastenae episcopus, qui coenobia in Armeniam, Paphlagoniam, et Pontum introduxit, aliique plures [4]. Institutum monachorum scriptis laudarunt Athanasius, Ephraëm Syrus, Basilius M. et alii plures.

§. 82.

In Occidente.

Monachorum institutum etiam in Occidente paulo post

[1] Auctor vitae S. Pachom. apud Pagium Crit. Baronii ad annum 319. Nro. 12. de Antonio ejusque regula agitur in act. SS. Tom. II. Januar. ad diem. 17. p. 107. vid. S. Athanas. in vita S. Anton.
[2] Socrat. H. E. L. IV. c. 23. Sozom. H. E. L. I. c. 14. Pallad. Hist. Lausiaca c. 7. et seq.
[3] Tillemont memoires T. VIII. p. 243. et seq.
[4] Sozom. H. E. L. III. c. 14.

imitatores habuit, licet hic nequaquam tantos ac in Ori patronos experiretur et qui secundum illos vitae monas semet devovebant, non tam duras aut severas leges ado rent. Plerique statuunt, S. Athanasium, dum circa an 340. persecutionis Arianorum furorem declinaturus, quibusdam Aegypti monachis Romam veluti libertatis lum petiisset, et vitam S. Antonii a se concinnatai luc detulisset, sacro vitae monasticae desiderio Rom adeo imbuisse, ut tam viri quam feminae nobilissimo st mate ortae, illud vitae genus amplecterentur, monasteris gerent [1]), et prae ceteris natalium splendore conspicua trona Marcella vitae monasticae nomen daret [2]). Porro Galliam vita monastica zelo, doctrina et exemplo S. M tini Turonensis mirabiliter promota est. Is enim erecto tra urbem monasterio, eorsum resignato episcopatu s contulit, et inter asperas rupes et saxa cum octuaginta ciis Domino vixit [3]). Testis est Sulpitius Severus, nachos hos non emisse quidquam, aut vendidisse, sed niores unice codicibus transscribendis, seniores vero tioni intentos fuisse, severa jejunia observantes, ii terminatis coenam in communi consortio absolventes vino, nisi infirmitas corporis vetaret, abstinentes, ves que pilosas deferentes. Martini exemplum mox tanti quebantur, ut juxta Sulpitium jam duo coenobitarum lia funus illius comitarentur. Ab hoc tempore monacho disciplina illustrium virorum commendatione, et labor ad alias Europae provincias etiam promota, ac sensin majorem perfectionem adducta est. Nam S. Ambros in suburbio Mediolanensi monasterium erexit, quod mon ticae vitae asseclis paulo post repletum est [4]). S. Hiei nymus institutum regularium tam apud viros, quam a feminas non parum propagavit, cum non solum literis Oriente scriptis illud multis commendaverit [5]), verum

---

1) Hieronym. Epist. epitaph. Marcellae. Baronius annal. ad an. 304. 1
2) Baronio se opponit Muratori, qui Antiquit. Ital. med. aevi Tom p. 364. asserit Mediolani primum occidentis monast. erectum fuiss
3) Sulpit. Sever. de vita Martini Hist. litter. de la France T. I. p p. 42.
4) S. August. L. VIII. Confess. c. 6
5) S. Hieronymus in epitaphio Marcellae et Fabiolae item ep. ad Pa chium.

ipse illud amplexus, proprio exemplo amabile reddiderit. Non absimiliter Joannes Cassianus in civitate Massiliensi duo coenobia condidit [1]), et S. Columbanus multorum monasteriorum per Italiam, Galliam, Germaniam, Helvetiam, praesertim Luxoviensis in Burgundia, et Bobiensis in Italia fundamenta posuit. Vid Histoire litteraire de la France. Tom. 3. pag. 279. et 505.

§. 83.

Rei monasticae incrementa per S. Benedictum.

Rei monasticae nova forma indita fuit per S. Benedictum in Occidente. Is Norciae in Italia egregia ex domo circa annum 480. natus, qua puer jam vitae solitariae et virtutis studio addictissimus erat. Cum autem parentes eum Romam studiorum absolvendorum causa ablegarent, ac plurimos commilitonum suorum aetatis levitate abreptos, passionibus ac voluptatibus litare conspexisset, timens ne et ipse in laqueos eorum incideret, relictis studiis in eremum Sublacensem secessit anno aetatis 14. et ibidem integro triennio in caverna delituit, nullique mortalium notus fuit praeter Romanum vicini monasterii socium, qui latentem nonnunquam visitabat, ac panem ope funiculi in cavernam ipsi demittebat, donec a pastoribus detectus, ad hominum notitiam pervenisset, famaque ejus omnes vicinas oras pervasisset. Cum autem hominum multitudini ad eum omni ex parte confluenti, doctrinam suam verbo et exemplo instillaret, numerosissimi eum sequebantur, moxque duodecim monasteria sub illius directione et auspiciis exurrexerunt, in quorum singulo abbas unus, duodecim sibi subditos monachos regebat. Inde ob persecutiones nonnullorum anno 528. ad montem Cassinum prope Neapolim situm, se recepit, ubi duobus sacellis aedificatis fundamenta celeberrimi monasterii Cassinensis hodiedum existentis posuit [2]). Secundum novam regulam ejus neophyti duobus mensibus probam sustinebant in cella novitiorum, postea praelegebatur

---

[1]) Gregor Turon. L. X. Hist. c. 29. Cassianus de coenob. institutis Lib. XII.

[2]) S. Bened. regulam adprobavit Gregor. M. in concilio Romano anno 595. ejusque sodalibus multa privilegia concessit.

ipsis regula, et constantia eorum tentabatur, post aliam se mensium probam in oratorio coram fratribus obedientiam constantiam, morumque emendationem promittebant, substantiam suam in monasterium transferentes. Abbates communibus votis eligebantur. Initio Benedicti asseclae omni laici erant manuum labore occupati, orationi, lectioni et contemplationi semet impendentes. A carnibus omnes, excepti infirmis, abstinebant, victum et corporis curam rigidam quidem, non tamen ultra modum sectantes. Quivis per diem libram panis et heminam vini obtinebat. A Pentecoste per totam aestatem feria quarta et sexta jejunabant usque ad nonam, per Quadragesimam vero usque ad vesperam, vestibus simplicissimis utentes [1]). Tantos progressus ordo S. Benedicti breve intra tempus fecit, ut in omnibus Occidentis provinciis receptus, numero fratrum et opibus donatus, reliquas monachorum congregationes absorpserit [2]). Ex quo insigni ordine Ecclesia Catholica plurimos presbyteros, animarum pastores, et Episcopos imo Cardinales et Romanos Pontifices nacta est seculo praesertim VIII. et IX. dum clerum saecularem socordia saepe et morum laxitas depasceret [3]). Hinc sequebatur, ut Benedictini Imperantium civilium atque ac Pontificum gratias ac fiduciam lucrarentur, amplissimas sensim immunitates, privilegia et bona temporalia consequerentur, verum et hoc ipso disciplinam monasticam liberrime transgrederentur, ac reformationes post se traherent. Qui propagandae per Occidentem vitae monasticae intenti novas etiam monachorum regulas condiderunt, erant Caesarius Arelatensis, Isidorus Hispalensis, Fructuosus Braccarensis etc. Horum tamen congregationes angustioribus solum limitibus concludebantur, paulo post extincti. V. Luc. Holsten. in cod. regular. quas S. Patres monachis et virginibus praescripsere Romae 1661. Tom. III. p. 186. et sequ.

1) Extat ejus regula in Holstenii cod. regular. monasticar. T. I. P. II. ed. Brock.
2) S. Benedict. institutum Galliis intulit Maurus Siciliae et Sardiniae Placidus, Britanniae Augustin. et Mellitus, Italiae aliisque regionib. Gregor. M. qui ipse teste Mabillonio de vita Gregorii M. Tom. II. Analect. veter. et. praef. ad secul. I. Benedict. p. 29. olim. ord. s. Bened. sodalis erat.
3) Joan. Chrys. hom. 17. ad popul. Antioch. Evagrius H. E. L. 1. c. 21

§. 84.

Monachorum genera, stabilitas, privilegia.

Monachi olim nomina a loco domicilii obtinebant, uti Thebaidis, et Aegypti, Nitriae, Tabennae, montis Casii prope Antiochiam, Palaestinae etc. vel vero a vivendi modo insigniebantur. Unde 1) Anachoretae erant, qui solitarias incolebant cellulas [1]. 2) Laurae nomine veniebat eremus, in qua lii ab aliis paululum disjuncti in pluribus cellulis ad unum men districtum spectantibus habitabant [2]. 3) Coenobitae synoditae, qui in communi coenobio domicilìantes sub uno periori omnia communia habebant [3]. 4) Sarabaitae, qui ni vel terni simul habitantes proprio arbitrio regebanr [4]. 5) Βοσκοὶ seu Pascentes, qui in montibus Syriae et esopotamiae semet herbis nutriebant [5]. 6) Ἀκοίμητοι seu omnes qui ab Alexandro patriarcha Constantinopoliio ita instituti sunt, ut in classes distributi alternatim die noote sacrum officium sine intermissione absolverent.) Stylitae seu Sancti columnares a Simeone stylita sic cti, qui magnam partem vitae suae in columna stantes orantes transigebant. Hi tamen magis privatam, quam vim monasticam in consortio aliorum ducebant [6]. Monachi ratione originariae institutionis suae omnes erant ici. Nam primi monachi juxta constitutionem suam in litudine vivere, et animae suae ipsi invigilare obligabanr, proinde clericalis vitae officia exequi non audebant. nde jam S. Hieronymus dicebat monachum non ocentis sed plangentis habere officium [7]. eterum satis mature jam officium clericale cum monasterio rta quadam ratione conjungebatur, dum unus, alterve moachorum ordinibus initiaretur propterea, quod nonnunquam onasterium a parochiali ecclesia justo remotius distaret. onnunquam ipsi episcopi monachos s. ordinibus initiabant,

---

[1] Evagrius H. L. I. c. 21. Epiph. haeres. 69. n. 1. dicit Lauram. fuisse nomen plateae aut vici Alexandriae.
[2] Cassianus collat. 18. c. 4.
[3] Hieronym. ep. ad Eustochium 92. c. 15.
[4] Sozomen. H. E. L. VI. c. 23. Evagr. H. E. L. I. c. 21.
[5] Bingham. orig. eccles. vol. III. p. 17.
[6] Hieron. ep. ad Ripar. Epist. ad Heliodor.
[7] Hieronym. Chronic. ad an. 18. Valent.

dum sacerdotum penuria promerentur, vel viros singular eruditione ac virtute praeditos conspicerent. Et alioquin tardius monasteria sola fere erant scholae scientiarum et virtutis, sicque Ecclesiae seminariorum vices sustinebant [1] Nemo autem pro conjungendo cum vita monastica clericat majorem operam impendit quam Gregorius M. Pontifex qui eorum plures ad episcopatum etiam promovit [2]. Vita monastica sensim stabilitatem consecuta est. Primus erat S Benedictus, qui socios suos perpetuae regulae adstrinxit, et nec disciplinam ordinis sui cum altera permutare nec ex uno monasterio in aliud transire aliquem permisit [3] Denique licet religiosi praesertim vero eorum abbates privilegia quaepiam fuerint consecuti, jurisdictioni tamen episcoporum subjecti manserunt. Vigore enim veterum legum tam ecclesiasticarum, quam civilium nullum plane monasterium sine facultate episcopi dioecesani erigi poterat, et omnes monachi episcopo dioecesano subordinabantur, nec monasterium ullus relinquere poterat nisi cum indultu episcopi [4]. Et alioquin durante seculo VI. et VII. cuncta monasteria Italiae, Galliae et Hispaniae curae et jurisdictioni episcoporum subordinata fuisse, Historiae documenta testantur. Vid. Concil. Aurelian. can. 19. conc. Epaonens. c. 19 Arelatens. can. 7.

§. 85.

Virgines sacrae.

Vetustissima Historiae monumenta docent, jam primi Ecclesiae temporibus extitisse virgines aut viduas, quae sublimioris perfectionis zelo continuis abstinentiae, devotionis, ac poenitentiae exercitiis vacarent, ac totas se Christo consecrarent. Ita de Philippo diacono jam

---

1) S. Hieronym. Chronic. ad an. 13. Valentiniani.
2) Joan. diacon. in vita S. Gregor. L. II. c. 12. plures refert ex monast institut. ad episcopatum promotos uti Augustinum, Mellitum, Justum Laurent. Paulin. aliosq. ad Angliam passim missos.
3) Mabillon praef. ad secul. IV. Benedictinor. Part. I. p. 18. sic legit. regul. S. Bened. Suscipiendus autem in oratorio coram omnibus promittat de stabilitate sua, et conversione morum suorum, et obedientia coram Deo et Sanctis ejus, ut, si aliquando aliter fecerit, ab eo se damnandum sciat, quem irridet. Regul. S. Ben. c. 58.
4) Concil. Calced. can. 4. Justinian. novell. V. c. 1.

sacrae novi foederis paginae testantur, eum habuisse quatuor filias virgines prophetantes, quae cum virgines nuncupentur, valde probabile videtur, eas votum, aut saltem propositum perpetuae virginitatis habuisse [1]. Virgines tales S. Cyprianus dicit esse illustriorem portionem gregis Christi, per quas largiter floret Ecclesiae matris gloriosa foecunditas [2]. Tertullianus eas egregiis laudibus praedicat [3], et S. Athanasius ait vitam earum magno esse documento, veram religionem apud nos existere [4]. Virgines hae in domo parentum privatam quidem vitam ducebant, et jam ab illis, jam ab Ecclesia exigente necessitatis sua intertenebantur, clericorum more matriculae ecclesiasticae inserebantur, vitae monasticae disciplina initiatae peculiarem vestitum ab episcopo benedictum portabant, in ecclesia insigniori prae reliquis loco distinctae [5]. Vocabantur autem Canonicae, Asceiriae, Sanctimoniales, Virgines Sacrae aut Nonnae [6]. Virgines hae liberam et publicam virginitatis professionem eliciebant [7], ac ad votum matrimonii amplius transire nequibant [8]. Episcopus aut presbyter ab illo deputatus virgini publice in Ecclesia consecratae habitum imponebat [9], cujus partem constituebat flamen [10], mitrellla aurea seu corona [11]. In nonnullis provinciis etiam annulus illis conferebatur [12], ac in monasteriis domiciliabantur, qualia S. Antonius, cujus soror abbatissam agebat, in Aegypto, S. Pachomius autem in Palaestina erexerunt [13]. Per Cappadociam et Pontum S. Basilius tanta virginum coenobia posuit, ut ejus exemplo

---

[1]) Du Hamel not. in Act. Apost. c. 21. v. 9.
[2]) Cyprian. de habitu virgin.
[3]) Tertull. lib. I. ad. uxor.
[4]) Apolog. 1.
[5]) Socrat. H. E. L. I. c. 17. Hieronym. epist. ad Marcell. de laudib. Asellae; epist. 22. ad Eustochium de virgin. velandis. Augustin. de morib. Eccles. c. 31.
[6]) Hieronym. ep. 22. ad Eustoch. c. 6.
[7]) Fell. not. in Cyprian. ep. 4.
[8]) Concil. Ancyr. can. 19. anno 314. lat. Richard anal. concil. Tom. 1. p. 53.
[9]) Ambros de virginib. L. III.
[10]) Innocent. epist. II. ad Vitr. c. 13.
[11]) Eusebius de martyr. Palaest. c. 9.
[12]) Gregor Nyssen. in vita S. Macrinae.
[13]) S. Athan. vita Antonii c. 29. item vita Pachom. L. I.

breve post tempus in Oriente vix provincia reperiretur, in qua virginum monasteria plura non existerent [1]). Temporibus S. Hieronymi etiam in Italia aedificabantur s. virginum coenobia, et ante omnes prima erat Marcella, quae monasterium Romae ingressa est [2]). A quo tempore inclinatio mulierum ad vitam monasticam adeo crevit in Occidente, ut Mediolani agente Ambrosio [3]), et in Gallia operante Martino Turonensi [4]) multa exurgerent monasteria. Vitam sanctimoniales agebant fere eandem, quam monachi, totumque earum institutum simile erat disciplinae veterum monachorum [5]). Laurae earum aut cellae fere eaedem erant, quae apud viros, et ita occlusae, ut nemo exire aut intrare posset [6]). Vestitum non ubique eundem et aequalem gestabant, imo saepe in uno eodemque monasterio varietas quaepiam obtinebat. Nonnullae monachorum more caprinas, aliae oviles pelles pro vestiendo corpore adhibebant, aliae laneas et valde asperas vestes portabant [7]). Omnes fere Occidentis virgines s. a seculo VI. regulam S. Benedicti observabant; cultui divino in propriis ecclesiis vacabant, episcoporum jurisdictioni subjectae ita tamen ut ratione immediatae monasterii disciplinae directioni vicini abbatis subessent. Vid. Conc. Turonens. III. can. 29.

§. 86.

Canonici.

In Ecclesia saltem Graeca cuncti olim clerici nomine Canonicorum veniebant, quia nomina eorum Ecclesiae matriculae (κανων) inscribebantur [8]). Cum tamen κανων etiam regulam significet, occidentalis Ecclesia nomine Canonicorum omnes illos κατεξοχην insignivit, qui stabilem qui-

---

1) Theodor. H. Relig. c. 20.
2) Hieronym. ep. 16. ad princip. de Marcellae epitaph. et §. 81.
3) Ambros. L. I. de virginib. c. 10.
4) Sulpitius Sever. ep. 3. de vita Martin.
5) Vita S. Pachomii c. 28. fol. 124. Patr.
6) Vita S. Euphrasiae Cap. fol. 352. Patr. senior.
7) Vit. Euphras. l. cit.
8) Valesius ad Socrat. H. E. L. V. c. 19. Mabillon annal. Ord. Bened. T. II. 577.

ı vivendi normam observabant, a monachis tamen dis- ti erant. Nonnulli enim episcopi vitam monasticam tan- re suspiciebant, ut inter clericos ecclesiarum suarum vi- socialem, monasticae haud dissimilem introducerent, quo ultui divino majori cum decentia et ordine vacarent. r illos primus erat Eusebius Vercellensis, qui com- i vitae clericos ecclesiae suae adstrinxit [1]. Idem fecit Augustinus, quocum clerici Hippone unam domum iensam habebant, communibus expensis vestiti et inter- i. Hoc vero Canonicorum institutum prae reliquis egre- promovit Chrodegangus Metensium episcopus, et communem vitam inter clericos suos introduxit, et etiam ad monasticae disciplinae formam magis adcom- lavit, composita anno 742. eum in finem regula pro- [2]. Secundum regulam hanc clerici Metensis ecclesiae mune quoddam et amplum domicilium incolebant, fratres avicem compellabant, uno eodemque triclinio ac dormi- o utebantur, horas canonicas simul absolvebant, et cer- determinatisque temporibus in communi conclavi con- gabantur, lectioni capitis S. Scripturae, aut SS. Patrum rfuturi, quae congregatio et locus propterea nomen pituli obtinuit. Ad horum exemplum ceteri quoque esules Galliae, Angliae et Germaniae similia canonico- n collegia pluribus in locis erigebant. Quod institutum ionicorum Carolus M. laudabiliter promovit, ecclesiis hedralibus donationes fecit, privilegia contulit, de rebus personis ecclesiasticis leges saluberrimas sub nomine Ca- ularium tulit [3]. Vid. Capit. Aquisgran. Caroli M. et idem l. de 789. c. 70. 71. 75. Plura di his scrips. Tho- ssini. disciplin eccles. circa benef. T. I. P. I. p. 627. et ı. Bingham orig. Eccl. L. VII. c. 2. §. 20. Vol. III. 30. et s. Du Fresne in glossar. manual. Tom. II. p. 121 seq.

---

1) Ambrosius epist. 82. ad eccles. Vercell.

2) Chrodegangi regula in 34. capita divisa legitur Labeji. Tom. VII. concil. Harduin Tom. IV. Natal. Alex. H. E. Tom. V. ad secul. VIII.

3) Capitularia regum Francor. edit. Steph. Baluzius cura Petri de Chiniac, Paris, 1780. II. fol.

§. 87.

Disciplina poenitentiae. Redemptiones.

Cum auspicio periodi hujus disciplina poenitentiae p blicae eodem adhuc modo durabat, ut praecedente perio ea solum cum differentia, quod quatuor illae poenitenti classes pressius definirentur, et personarum, locorum temporum adjunctis magis adcommodarentur. Episc enim fervidiores canones poenitentiales publicare soleba et antiquum rigorem disciplinae conservare intenti, cui delicto adaequatam poenam canonicam determinabant. ter eos hoc ex respectu vel maxime excelluit Basilius tres ad Amphilochium epistolas canonicas publica quibus poenitentiae publicae regulas in ecclesiis Ponti gentes comprehendit. Magnum hac quoque periodo vigui rigorem poenitentiae publicae inde clarescit, quod repi hensionem incurrerent omnes, qui relapsis secundam pc nitentiam concederent. Illi quibus in articulo mortis rec ciliatio concedebatur, dum sanitatem recuperabant, p nitentiam publicam supplere obligabantur, prout hoc statutis ecclesiae antiquae, seu canonibus 76. et 78. s nodi Carthagin. IV. patescit. Porro episcopi amplam ex cebant potestatem in dictanda poenitentia, in exigenda tisfactione pro commissis reatibus, ac in termino poenit tiae justis ex causis contrahendo, aut prolongando [1]. I autem in facultatibus sitam esse primitivam indulgent notionem quisque facile perspicit. Denique licet plur superessent Ecclesiae doctores, qui antiquae discipli rigorem omni ex parte conservare conarentur, ea tan erant hujus periodi adjuncta, ut publicae poenitentiae gor multum debilitaretur, aut cum aliis poenitendi mo permutaretur. Increscente enim vitiosorum Christianor numero, episcopi in applicandis poenis canonicis a rig et severitate pristina vel ob Vandalorum incursiones pa lulum remittendum esse censebant. Res haec seculo V poenitentiam publicam imminuit, tantamque mutation eidem intulit, ut graviores peccatores ad eam subeund

---

[1]) Synod. Ancyran. an. 314. can. 5. Conc. Nicaen. I. can. 12. 13.

am censuris ecclesiasticis impelli deberent [1]. Quare Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis librum poenitentialem cum initio seculi VII. edidit, graviora inter et iora peccata, nec non inter clandestina et notoria distinguens, singulisque peccatorum generibus convenientes poenas designans, uti jejunium, eleemosynam, psalmorum recitationem etc. [2]. Libri hujus fragmenta, quae supersunt, 120 articulos comprehendunt summam disciplinae Graecorum et Latinorum exhibentes. Ceterum rigore disciplinae per Theodorum restauratae non diu subsistente, episcopi novas species poenitendi antiquae substituebant, jejuniis nempe genuflexiones, aut psalmorum recitationes, genuflexionibus eleemosynas surrogantes. Opulenti poenitentias redimebant eleemosynis, et donationibus [3]. Esto autem negari nequeat his peccatorum redemptionibus rigorem veteris poenitentiae canonicae multum relaxatum fuisse, certum tamen et illud est, quod verae poenitentiae fructus et finis hoc quoque pacto obtineri potuisset, si nullus prudentiae leges, ac emendationis propriae adminicula neglexisset.

§. 88.

Peccata poenitentiae publicae obnoxia. Confessio.

Errant, qui opinionis sunt, olim omnia peccata mortalia poenitentiae publicae subjecta fuisse; nam Ecclesia nunquam alios peccatores poenitentiae publicae subjecit, quam delictorum canonicorum reos, uti erant idololatrae, homicidae, moechi, aut qui talia crimina patraverant, quae leges civiles morte puniebant. Synodus Neocaesariensis fornicatores tantum, adulteros, incestuosos et polygamos poenitentiae subjecit. Quamvis autem certum sit poenitentiae publicae solum illa peccata subjecta fuisse, quae publica erant, negari tamen non potest, quosdam petiisse criminum occultorum reos, qui pietatis gratia

---

1) Fleury dissert. II. et III. in Hist. Eccl. item de morib. Christianor. in patr. idioma vers. per Jos. Kopácsy 1802. Veszprem. c. 24. Tom. II. pag. 177—191.

2) Natalis Alexand. H. E. secul. VII. Tom. V. p. 555. Osterwald Chronolog. Einleitung in die Kirchengesch. München 1667. 1. Th. p. 609.

3) Muratori dissert. de redempt. peccator. Tom. V. antiq. Italic. med. aevi p. 712. et seq.

poenitentiae publicae sponte se subjicerent, ut tanto certius Deum placarent. Talis fuit Wamba Gothorum Hispanorum rex [1]), qui graviter decumbens pietatis causa sibi poenitentiam publicam dictari petiit, eamque sanitati restitutus absolvit, regno Ervigio principi relicto. Sed etiam ratione personarum factum fuisse discrimen hac periodo nullum dubium. Nam clerici in majoribus ordinibus constituti delictorum quandoque rei, non iisdem cum populo poenis afficiebantur, sed vel in perpetuum munere suo privabantur, vel ad tempus; nonnunquam ex muneris sui parte solum excludebantur; alias ab altiori gradu ad inferiorem detrudebantur, aut ab Eucharistiae usu ad tempus arcebantur, vel denique monasterio includebantur, ut ibi privatam poenitentiam subirent [2]). Nonnunquam clerici ad communionem laicam, imo etiam ad peregrinam reducebantur. In hac considerabantur ut clerici peregrinantes sine literis formatis, qui etiam ab Eucharistiae participatione nonnunquam excludebantur. Quod confessionem attinet, haec poenitentiae publicae praemittebatur [3]). Imo nonnulli eam publice libello inscriptam recitabant, quem morem in Campania, Samnio et Piceno vigentem Leo M. velut abusum exstirpare conabatur [4]). Ceterum doctores hujus aetatis non solum duplicis poenitentiae upote publicae pro peccatis canonicis, et privatae pro reliquis decalogo vetitis, sed etiam duplicem confessionem recensent, unam quippe publice poenitentium, aliam vero cunctorum Christianismi fidelium, qui post baptismum conscientiam suam peccatis foedaverant, prout hodiedum in Ecclesia Catholica viget [5]). Certe hanc posteriorem intelligit S. Basilius scribens: Ut igitur vitia corporis nequaquam quibusvis temere homines adperiunt, sed iis tantum, qui rationem ea curandi teneant; eodem modo etiam peccatorum revelatio

[1]) Conc. Toletanum XII. can. I.
[2]) Concil. Ancyran. c. 1. Concil. Nicaen. c. 10. Neocaesar. c. 9. S. Hierony. ep. ad Sabinian. diacon. 48. Leo M. ep. 92. ad Rustic. Narbon. eppum.
[3]) August. hom. 50. c. 4.
[4]) Leo M. epist. 80. ad episc. camp.
[5]) S. Augustin. homil. 50. c. 4.

fieri debet apud eos, qui ea curare possint [1]). Initio confessio episcopis fiebat, post modum multiplicatis fidelibus etiam presbyteris ab episcopo delegatis; ideoque presbyter poenitentiarius in amplioribus ecclesiis constituebatur, ad quem spectabat confessiones poenitentium excipere. Successu tamen temporis fidelium arbitrio relictum fuit, fine confessionis s. peragendae ad quemcunque presbyterum accedere, qui ab episcopo suo ad munus hoc obeundum activitatem obtinuerat. De his plura vid. in Instit. H. E. per me Pestini an. 1840. edit. Tom. II. §. 111. p. 319—323.

Caput VI.

De Conciliis.

§. 89.

Concilium Nicaenum I.

Nimis longum foret, si concilia omnia, aut pleraque solum referre vellemus. Quare de iis solum tractabimus, quae oecumenica dicuntur, aut peculiarem cum iis nexum habent. Inter illa ordine primum occurit concilium Nicaenum a Constantino M. imperatore cum consensu Sylvestri Pontificis anno 325. Nicaeae in Bithyniae urbe convocatum [2]). Interfuit concilio ipse etiam imperator et 318 episcopi. Imperator non prius locum coepit, ac ipsi episcopi innuissent [3]). Praeses concilii nomine Pontificis Romani fuit Osius Cordubensis episcopus, cum Vito et Vincentio presbyteris [4]). Advenerunt ad concilium plures quoque episcopi Ariani cum duce suo Ario, episcopos catholicos de diversis punctis coram imperatore accusantes, verum imperator porrectos sibi calumniis refertos libellos nec quidem legere voluit, sed eos involucro clausos et sigillatos publice in ignem projecit, dicens: episcopos a solo Deo judicandos, se autem episcoporum judicio in re-

[1]) Regul. brev. resp. 229.
[2]) Euseb. lib. III. de vita Constant. M. c. 67. Socrates H. E. L. I. c. 8. 9. Theodoret. H. E. L. 1. c. 7. Sozom. H. E. L. 1. c. 17. Gelasius Cyzicen. L. II. Commentar. Actor. Conc. Nicaen. c. 5.
[3]) Euseb. L. III. de vit. Constant. M. c. 10. et 11.
[4]) Gelas. Cyzicen. ibid.

bus ecclesiasticis subesse [1]). In concilio hoc instar principii stabilitum: Nihil contra fidem ab antiquo traditam, et hactenus in Ecclesia vigentem innovandum esse. Perlecta sunt postea Arii scripta et Eusebii Nicomediensis epistola. Hos praesentes interrogarunt de doctrina sua, quam e Athanasius diaconus et alii fortiter refutarunt [2]). Quotnam celebratae fuerint sessiones hoc in concilio non constat, communiter tamen statuunt scriptores primam die 19ª Junii anno 325. ultimam 25ª Augusti e. a. habitam fuisse. Synodi objecta praecipua fuere Arii haeresis, schisma Meletii et controversia de tempore celebrandi paschatis. Relate ad primum Patres Arianorum doctrinam unanimi consensu execrati, decreverunt: Filium Patri esse consubstantialem, et coaeternum, ante omnia tempora genitum. Postea publicato symbolo professi sunt: Filium esse genitum ante omnia secula, Deum verum de Deo vero Patrique consubstantialem et coaeternum. Concilium porro Ario ejusque scriptis anathema dixit, et Constantinus M. imperator pro sua erga Religionem zelo Arium ejusque asseclas ad exilium in Illyrico tolerandum [3]) repudiavit (§. 51. 52.). His ita compositis schisma Meletii egregia erga schismaticos mansuetudine complanatum [4]. (et §. 47.) Denique et controversia de tempore celebrandi paschatis composita et decretum publicatum, ut deinceps pascha eodem die in omnibus ecclesiis celebraretur, nempe Dominica lunam decimam quartam post aequinoctium vernum proxime sequente.

Canones disciplinares in concilio Nicaeno 20 conditi sunt sequentes: 1) Eunuchi, qui se ipsos mutilarunt ad sacros ordines promoveri aut ad ordinum prius susceptorum functiones admitti vetantur. 2) Neophyti ab ordinum sacrorum susceptione arceantur. 3) Clericis vetitum in contubernio su

[1]) Rufin. H. E. L. 1. c. 2. Sozom. H. E. L. 1. c. 17. Theodoret. H. E. L. 1. c. 11.

[2]) Athanas. orat. contr. Arianos. Gregor. Nazianzen. orat in laud. Athanasii. Socrates L. I. c. 8. Rufinus testatur L. I. H. c. 3. adfuisse plures etiam philosophos, ut ingenii vim, et philosophiae opes venditarent, quorum unus Spiridion ad fidem Christ. conversus es

[3]) Athanas. de synodi Nicaenae decretis. Socrates H. E. L. I. c. 19. et 2

[4]) Epistol. concil. Nicaen. ad Eccles. Alexandr. apud Theodoret. H. E. L. c. 19.

habere mulieres subintroductas alias, quam matrem, sororem, amitam, vel tales personas, quae extra omnem suspicionem positae sunt. 4) Episcopi cum omnium comprovincialium aut saltem trium, a reliquis deputatorum consensu constituantur, salvo Metropolitanis jure confirmandi. 5) Nullus ab uno episcopo ex Ecclesia ejectus ab altero recipiatur. 6) et 7) Jura et privilegia sedium patriarchalium integra serventur. 8) Ordinatur methodus Novatianos ad Ecclesiae gremium redeuntes admittendi. 9) 10) et 11) Clericis certorum delictorum reis poena depositionis dictatur. 12) 13) 14) Praescribitur disciplina cum lapsis observanda. 15) et 16) Trans'ationes episcoporum, presbyterorum, et diaconorum de una ecclesia in aliam vetantur, et presbyteri aliique clerici in ecclesiis, ubi ordines susceperunt, perseverare jubentur. 17) Clerici usurarii e clero ejiciantur. 18) Diaconorum fastus et audacia circumscribitur. 19) De Paulianistis decernitur, ut dum ad Ecclesiam redeunt, baptisentur. 20) Interdicitur, ne diebus 50 inter Pascha et Pentecosten intercedentibus fideles preces suas flexis genibus absolvant. Acta concilii Nicaeni non possidemus, neque unquam forte literis consignata sunt. Supersunt tamen canones et symbolum. Vid. Lud. Bail. summa concilior. p. 148—182. Richard. analys. Concil. Tom. 1. p. 55—58.

§. 90.

Synodus Sardicensis.

Terminato concilio Nicaeno porro quoque pergebant Ariani turbare Ecclesiae pacem, et orthodoxos episcopos sedibus suis privare. Unde Julius Pontifex causam oppressi Athanasii, aliorumque ad imperatorem Constantem catholicis addictum detulit, qui apud Constantium fratrem de injuria episcopis illata querelas deposuit. Quare ambo imperatores in eo convenerunt, ut Sardicae, quae civitas in confiniis Illyrici et Thraciae olim sita hodie Sophia vocatur, concilium anno 347. celebretur. Invitatus Pontifex loco sui Osium episcopum, Archidamum et Philoxenum presbyteros Romanos deputavit. Confluxerunt ad hanc synodum episcopi orthodoxi 170, Ariani Eusebiani 80. Cum tamen hi posteriores de injuriis et violentiis in Catholicos commissis accusati, ad dicendam causam per Osium provocarentur, mala conscientia torti Sardica dilapsi sunt, et Philippopolim vicinam Thraciae urbem se receperunt. Verum orthodoxi non obstante eorum

discessu synodum inchoarunt, in qua fides Nicaena confirmata, innocentes episcopi sedibus suis restituti et canones XXI conditi sunt [1]. Actis synodi primum subscripserunt Sedis Romanae legati, postea vero reliqui episcopi. Ariani vero prius Sardica dilapsi conventiculum Philippopoli celebrarunt, et huic etiam nomen Sardicensis concilii indiderunt, licet illud Philippopoli celebraverint. Tantus autem fuit eorum furor, ut omnes terminos praesumptae ab aliis haereticis temeritatis excesserit. Nam Ariana procacia ausa est illud nefas, ut Baronius [2] testatur, quod quaevis execranda haeresis hactenus attingere sibi vetitum putavit, ut omne veritatis et aequitatis asylum errumpens, in Julium Papam aeque ac alios Catholicos episcopos sententiam excommunicationis procaciter tulerint. Reliqua eorum attentata, prout et formulam fidei subdolam, ac eorum in plures sectas divisionem recenset Bail in Summa Concilor. pag. 190. et seq.

§. 91.

Concilium Constantinopolitanum I.

Cum Ariani fidem Nicaenam tantopere impugnarent, et Macedonius novam contra Spiritum S. haeresim procuderet, Theodosius M. imperator anno 381. sub Pontifice Damaso concilium Constantinopolim convocavit, inter oecumenica secundum, tum ad concilii Nicaeni fidem et decreta stabilienda, tum ad constituendum Constantinopolitanae sedis episcopum, tum denique ad Macedonii haeresim proscribendam. Convenerunt ad concilium hocce 150 episcopi orientales catholici et 36 Macedonio adhaerentes [3]. Quis concilio praefuerit scriptores disertis verbis non recensent. Cum tamen Timotheum Alexandrinum inter omnes primum commemoret Socrates [4], cum summa probabilitate asseri potest, illi delatum fuisse concilii praesidium. Cum initio statim concilii in ordinationem Maximi cynici, qui sedem Constantinopolitanam adpre—

[1]) Canones XXI leguntur in Bailii Summa concil. p. 185—190.
[2]) Baron. Annal. ad an. 347. num. 64.
[3]) Socrates H. E. L. V. c. 8. Sozom. H. E. c. 7. Theodoret. H. E. L. V. c. 7. item epist. ipsius concil. ad Theodos. M.
[4]) Socrat. H. E. L. V. c. 8.

erat, inquisitio facta, eoque repudiato Gregorius anzenus episcopatui praefectus. Hic tamen paulo post nata pacis studio dignitate episcopali, in solitudinem sit, cui Nectarius grandaevus et catechumenus m, at religionis zelo ardentissimus [1]) suffectus est. o patres hujus concilii, ut fidem contra varias haere- onfirmarent, symbolum Nicaenum non solum stabili- nt, verum etiam uberius explicuerunt, et auxerunt, ulum praesertim de incarnatione et de Spiritus S. di- ate his verbis illustrantes: Et in Spiritum S. Do- um et Vivificantem, ex Patre proceden- , cum Patre et Filio adorandum, et con- ificandum, qui locutus est per S. Pro- tas. Inde repetendum, quod ab hoc tempore symbo- hoc Nicaeno-Constantinopolitanum nuncu- m fuerit. Concilium hoc ratione convocationis erat om solum particulare Orientis, verum acceptatione asi Pontificis et episcoporum Occidentalium evasit menicum. Symbolum refert Bail in summa concilior. 7. et seq. Vox Filioque primum addita fuit in Hi- ia ad concilii ejusdem symbolum et quidem in concilio tano III. an. 589. in Tolet. IV. an. 633. etc. Galli et ani videntur eandem mutationem in conc. Gentiliac. 727. introduxisse, item in Aquisgranensi a. 809. Natal. Alex. H. E. secul. IV. Tom. IV. p. 590. et Diss. XXXVII.

Canones in hoc concilio juxta alios tres, juxta alios vero septem sequentes statuti sunt: 1) Renovata et confirmata est fides Nicaena de Filii Dei aeternitate et consubstantialitate cum aeterno Patre. 2) Episcopis extra dioecesim suam constitutis ad ecclesias alienas accedere, et in iis dispositiones facere, sicque ordinem stabilitum confundere aut permiscere vetitum est. 3) Episcopo Constantinopolitano honoris proëdria post episcopum Romanum concessa eam ob causam, quod Constantinopolis sit nova Roma. 4) Decretum est Maximum cynicum episcopum nunquam fuisse, ideoque omnia ab illo constituta rescindi. 5) Acceptatur libellus Occidentalium, quo testantur se Antiochenos unam Patris, Filii et Spiritus S. deitatem profitentes in sinum Ecclesiae admittere.

1) Vid. Carm. I. Gregorii Nazianz.

[illegible] Praes- [illegible] Ecclesiae [illegible] Tom. IX. p. 211. et [illegible] Lupus dissert. de synod. Constantinop. Tom. I. [illegible] p. 231.

§. 92.

Concilium Ephesinum.

Cum Nestorii odium erga S. Cyrillum, excommunicationes reciprocae et delationes erroribus illius [illegible] fervêrent, ac in dies augerentur, et multi Christi fideles [illegible] haeresim raperentur, ut malo huic medelam adferret Theodosius II. imperator anno 431. concilium Ephesi convocavit, oecumenicum III. ac literis ad majorum sedium praesules expeditis, omnium dioecesium episcopos pro die Pentecostes illuc invitavit [1]). Synodum hanc a Theodosio convocatam fuisse ostendunt tum epistolae citatae, tum acta concilii, tum denique scriptores Historiae Ecclesiasticae [2]), ideoque is Candidianum comitem ad concilium deputavit, quo ordini exteriori rerum gerendarum intenderet, monachos et seculares urbe egredi compelleret, suffragiorum libertatem tutam conservaret, neminem ante terminatum concilium abire permitteret. Congregati sunt ad concilium 274 patres, si Marius mercator vere scripsit, et ab illis S. Cyrillus jure sedis suae, et ut Sedis Apostolicae legatus praeses concilii electus interea, donec Pontificis Romani legati adpellerent [3]). Ex primis Nestorius cum 10 factionis suae episcopis Ephesum advolavit [4]), verum adhaerente in via Joanne Antiocheno cum patriarchatus sui episcopis et necdum advenientibus Coelestini Pontificis legatis synodus die ab imperatore determinata exordium sumere nequivit. Cum tamen longo nimis tem-

---

[1]) Exemplar epistolae ad episcopos missae legi potest apud Mansi Tom. IV. p. 1112. et Tom. V. p. 531. Literae a Theodos. ad Cyril. datae exstant ibid. Tom. IV. p. 1110.

[2]) Socrat. H. E. L. VII. c. 34. Evagr. H. E. Lib. 1. c. 3. Liberat. Breviar. c. 5.

[3]) Action. II. conc. Ephes. concil. calced. in defin. fid. act. 5. Leo epist. 47. Liberatus ibid. Evagr. H. E. L. 1. c. 4.

[4]) Nomina eorum exstant in relat. a Nestorio ad imperator. facta de [illegible] Synod.

pore itineri immoraretur Joannes Antiochenus, Cyrillus concilium inchoavit. Actione prima Nestorius ter citatus nihil aliud, quam convitia reposuit. Perlectum postea symbolum Nicaenum velut norma futurae deliberationis, nec non epistola Cyrilli ad Nestorium recitata, eaque plena consensione cum symbolo Nicaeno reperta, communibus patrum votis probata est. Lectis vero Nestorii literis blasphemiarum plenis [1]), dogma ejus condemnatum, ipse vero e communione ecclesiae ejectus et gradu ac dignitate exutus fuit. Sententia haec Nestorio publicata palam affixa est. Decisio haec Constantinopolim quoque transmissa fuit eo addito, ut alium episcopum sibi eligerent. Tum Nestorius a Candidiano aliisque protectus, a concilii sententia ad imperatorem adpellavit, novumque concilium postulavit. His ita durantibus Joannes Antiochenus die quinto quasi ex condicto civitatem Ephesinam intravit, legatisque concilii fine informationis praestandae missis dimissis tam dure obviavit, ut per comitem Irenaeum Nestorii amicum, aliosque idem sentientes verbera inferri permiserit [2]). Convocato postea suis in aedibus 43 episcoporum conciliabulo, sententiam depositionis contra S. Cyrillum et Memnonem episcopum Ephesinum pronunciavit, sicque duae partes oppositae bellum sibi inferre videbantur, neque pax et tranquillitas, nisi occursu imperatoris sperari poterat [3]). Cum Joanne Antiocheno communem causam agebant etiam comites Irenaeus et Candidianus, ac per eos circumventus imperator misso per Palladium rescripto omnia concilii contra Nestorium acta rescindi praecepit. Penes haec attamen cuncta concilium officio suo nec in minimo defuit. Rebus in prima sessione sic tractatis, legati Coelestini pontificis Arcadius et Projectus episcopi, nec non Philippus presbyter Ephesum adpulerunt. His praesen-

[1]) Liberat. ibidem.

[2]) Menna epist. Ephes. apud Mansi Tom. IV. p. 1439.

[3]) Acta conciliabuli legunt. post action. I. Concil. Constan. oecumenici. Quoad haec legi potest etiam relatio ejusdem conc. oecum. ad Coelest. P. Apologeticus Cyrilli ad Theodos. p. 3. Socrat. H. E. L. VII. c. 34. Evagrius H. E. L. 1. c. 5. Liberatus in Breviar. c. 16.

tibus altera concilii sessio inchoata est, in qua legati P-
pae non solum literas Pontificis perlegi, verum et pri-
sessionis acta sibi communicari petierunt. In sessione
lecta sunt synodi acta contra Nestorium, quibus a
tis legati Pontificis in condemnationem et depositio
Nestorii consenserunt. et Summi Pontificis nomine
dem subscripserunt: concilium vero expeditis ad Imp
torem literis eum de legatorum praesentia, et in Nes
rii condemnationem assensu informavit. In sessione 4.
Cyrillus et Memnon libellum contra Joannem A
tiochenum praesentarunt, remque eo perduxerunt, ut c
cilium Joannem maximarum turbarum auctorem in
sum placare tentans, demum in faciem suam citaret,
et omnibus adhaerentibus anathema diceret, totiusque
seriem Coelestino Pontifici et Theodosio imp
tori substerneret [1]. In sessione 6. definitio fidei in c
cilio Nicaeno facta rati habita, et actis synodi inscript
perversum Theodori Mopsuesteni symbolum proscri
In sessione 7. aliae privatorum controversiae exami
et compositae, sex insuper canones publicati sunt co
Coelestium et Pelagianos, prout et contra Nest
rium ejusque adhaerentes, proscripti praeterea fu
Messaliani, aliaque terminata. Imperator inter haec co
tem Joannem Ephesum deputavit eo fine, quo epis
pis ad se vocandis literas praelegeret, quibus non so
Nestorii depositio verum etiam Cyrilli et Mem
nis ratihabetur. His absolutis Joannes comes Nes
rium comiti Candidiano, Cyrillum vero et Me
nonem comiti Jacobo in custodiam consignavit,
ulteriores turbae praecaverentur, ac totam rem impera
perscripsit [2]. Concilium comitis attentato vehementer c
motum, missis ad imperatorem literis nunciavit, se
posse cum Joanne Antiocheno et orientalibus comm
care prius, quam Nestorio anathema dicerent, ejusque
positioni subscriberent, nihilque magis se optare sig

---

[1]) Evagrius H. E. L. I. c. 5. Liberatus Breviar. c. 5.
[2]) Epistola imperatoris ad concil. legitur apud Mansi T. IV. p. 13
item pag. 1307. reperitur epistola Joannis ad imperatorem.

ıam ut Cyrillus et Memnon libertati resti-
ıdes suas remitterentur, ac denique episcopi Con-
ılim evocarentur, qui clàre imperatorem de om-
rmarent. Hae literae concilii cum per virum fide-
ici vestibus indutum, arundini inclusae Augusto
orori Pulcheriae traderentur, ac ipse clerus
ıopolitanus, dato ad imperatorem libello supplice,
ı libertate vere christiana imperatori revelaret,
sius animo mutato, se erga concilium Ephesinum
mum exhibuit; conciliabulum orientalium, omni-
ıo acta rescidit, disposita per Candidianum
ıeum annihilavit, adprobatisque patrum Ephe-
ecisionibus Nestorium sede turbatum in coe-
ıdam Antiocheno reclusit, et orientales episcopos
Ephesino adhaerentes episcopatibus suis restituit,
ano in locum Nestorii sedi Constantinopolita-
:to. Vid. acta concil. Ephes. apud Harduin.
p. 1271. et Baluzium in nov. collect. concil.
f. codex. Theodos. de haeretic. I. 66.

§. 93.

Concilium Calcedonense.

ıibus Eutychianorum per conciliabulum Ephesinum
non solum non complanatis, verum potius auctis,
ıis imponatur, studio magno laborabat Leo M.
Quare missa ad Theodosium juniorem lega-
ıcilii alterius ad stabiliendam veram fidem apti,
ınem ab illo postulavit. At morte imperatoris in-
ıiente, legati ad Marcianum imperatorem pri-
ssorem se converterunt, Pontificisque pium desi-
ıram illo proponentes, et benigne excepti, et le-
ıae finem consecuti sunt, Marciano concilii ini-
m in primam Septembris anni 451. defigente [1].
.cilio, siquidem Nicaeae turbae essent, Calcedone
ıt [2]. Patres plurimi praeter duos Africanos, ex

imperatoris ad Leonem M. datae leguntur P. I. concil. Cal-
33.
us Breviar. c. 13. Evagr. H. E. L. II. c. 1.

Oriente erant [1]), Pontificis legati advenerunt Pascha nus Lilybaei in Sicilia episcopus, Quentius Ascul episcopus, Bonifacius et Basilius presbyteri c cilio praesidentes [2]). Quod acta concilii attinet. Sess. 1. Dioscorus ad petitionem magistratuum in medio lo capere velut reus jussus est. Postea Eusebius Dorylae libellum praesentavit contra Dioscorum velut plur flagitiis in conciliabulo Ephesino commissis gravatum, cussisque concilii Constantinopolitani et conciliabuli Ep sini sessionibus Nestorius et Eutyches ab omnibus D scoro dempto, proscriptus est. In sessione 2. lecta symbola Nicaenum et Constantinopolitanum, recitatae literae Cyrilli tum Nestorio tum Joanni An cheno scriptae, postea Leonis M. ad Flavianum synodo adclamante: Petrus per Leonem locutus Apostoli hoc docuerunt. In sessione 3. mandato Pasc sini Romanae Sedis legati accusatio Eusebii Doryl ensis contra Dioscorum perlecta, qui posterior om consensu sede sua privatus, et a Marciano ad exil in Paphlagonia tolerandum pulsus [3]). In sessione 4. L nis M. literae novitus adprobatae. Evocati praeterea episcopi Aegyptii, item monachi Eutychiani, ut suam veram fidem catholicam profiteantur adhaesionem. In se one 5. recitata fidei definitione et discussis difficultat ab Orientis nonnullis episcopis contra eam excitatis, negot tandem ita complanatum est, ut fidem publicatam omnes ceptarent [4]). In sessione 6. ubi et Marcianus imper praesens erat, tam legati Sedis Apostolicae quam et rel omnes episcopi definitioni fidei, priori sessione public subscripserunt, qua occasione imperator etiam tria capi a concilio confirmanda proposuit *). In sessione 7. con versia inter Juvenalem Jerosolymitanum et Maxim

---

[1]) Leo M. epist. 52. testatur interfuisse episcopos 600. Triginta supr numerat Liberatus Breviar. c. 13.
[2]) Mandata a Pontif. ipsis data et literae ad concilium leguntur Mansi Tom. VI. p. 581. T. VII. p. 443. et T. VI. p. 131.
[3]) Natalis Alexand. H. E. Dissert. XIII.
[4]) Inter reliqua symbolum hocce sic sonat: Unum eundemque Chri Filium, Dominum, Unigenitum in duabus naturis inconfuse, inse biliter agnoscendum etc. quae verba tandem post longam disc tionem etiam adversarii adoptarunt.

Antiochenum de provinciarum limitibus complanata est, In sessione 8. Theodoretus Cyrhi episcopus sententia damnationis in Nestorium pronunciata sedi suae, ex qua per conciliabulum Ephesinum exclusus erat, restitutus est. In sessione 9. et 10. Iba episcopus Edessenus ad examen vocatus, et comperta ejusdem vitae integritate et fidei orthodoxia, postquam anathema Nestorio dixisset, in ecclesiam suam repositus. In sessione 11. et 12. item 13. et 14. lites de jure metropolitico inter dissidentes compositae sunt. In sessione 15. absentibus imperii proceribus et Sedis Romanae legatis plures canones conditi. In horum ultimo jus attribuitur episcopo Constantinopolitano post Romanum, et aliae praerogativae eidem asseruntur. De quo canone gravissima controversia enata est inter concilii patres et Sedis Romanae legatos, qui postremi in sessione 16. non solum urserunt, ut tolleretur hic canon, verum etiam usque ad ultimum praesentiae suae momentum eundem reprobarunt, cum tamen reliqui patres concilii omnes canonem probarent, procerum quoque auctoritate confirmatus est. His finitis Marcianus imperator synodum adprobavit, et gravissimis poenis interdixit, ne quis deinceps de religione contendat, cum impium et sacrilegium sit, proprio sensu discutere, quod tot episcoporum judicio probatum fuit. Concilium ejusque acta dempto canone 28. Leonem Pontificem quoque confirmasse certum est.

*) Primum: Ut monachi omnes episcopo subjecti sint. 2. Ne clerici praedia conducant, nec ullam sibi nisi bonorum ecclesiae e mandato episcopi administrationem sumant. 3. Ne clerici uni ecclesiae adscripti ad alias mittantur, iis exceptis, qui e suis expulsi regionibus ad aliam necessitate adacti migrarunt.

§. 94.

Concilium Constantinopolitanum II.

Justinianus imperator litibus propter tria capitula exortis finem imponere volens, anno 553. concilium Constantinopolitanum II. inter oecumenica V. convocavit [1]). Praesentes fuere hoc in concilio Eutychius Constanti-

[1]) Epistola imperator. ad episcopos Constantinopoli congregatos data. Idem fatentur Patres coll. VIII. et Evagr. H. E. L. IV. c. 38.

nopolitanus, Apollinarius Alexandrinus, Do
Antiochenus patriarchae. Jerosolymitanus autem me
cariorum adfuit; patres universim 165. Vigiliu
Pontifex Romanus licet ab imperatore evocatus Const
poli adesset, non tamen concilio seu personaliter,
legatos assistendum, verum totius rei eventum expec
esse censuit, ne libertas ejus per civilem potestat
cumscribatur, concilium octo collationibus seu sess
terminatum. In prima et secunda synodus honorificar
tionem ex tribus patriarchis et pluribus episcopis ad
lium Pontificem deputavit; postea Justinianus im
illustres patritios tres, aliosque episcopos ad Po
invitandum, eumque rogandum, quo ad concilium
ablegavit, cum tamen preces nullae eum ob val
defectum movere valerent, ut ad concilium accedere
tychius patriarcha praesidem egit. In collatione
patres fidem antiquam ab Apostolis, et quatuor s. c
explicitam, ab Ecclesiae patribus propositam profes
ac omnibus haereticis per quatuor oecumenica conci
natis, ipsi quoque anathema dixerunt. In collatione
controversia de tribus capitulis examinata, recit
patrum consessu plures blasphemiae ex Theodor
suesteni operibus desumptae et ejus symbolum pros
In quinta discussio eadem continuata, et quaestio p
est: an licitum sit mortuos anathemate condemnare
nullatenus prohibitum, imo quandoque necessariu
gravibus argumentis probatum est. Demum lecti
ex Theodoreti scriptis collecti. Pariter exami
in collatione sexta Ibae Edesseni epistola ad
Persam, quae velut antiquis symbolis contraria, et e
scatens condemnata fuit. In collatione septima recit
plura Vigilii Pontificis opera, quae indicabant Po
tria capitula proscripsisse [1]). In collatione tandem
postquam causae hujus omnia anteacta breviter repet
sent, concilium sententia definitiva tria capitula con
vit, subjunctis quatuordecim anathematismis, quibus

---

[1]) Constitutum a Vigilio interim vulgatum non memoratur
nondum fuerit ab imperatore acceptatum seu quod a se rece
simularet, ne trium capitulor. retardaret condemnationem.

Mopsuestenus una cum scriptis, Theodoreti vero
ıe solum scripta, salvis relictis personis anathemate
tur. Origenis quoque errores non tantum in syno-
ıpiam praeliminari, sed in concilio isto rursus exami-
et proscriptos fuisse magnae auctoritatis documentis
ur [1]). Quamvis denique concilium hocce nec convo-
ə, nec celebratione oecumenicum fuerit, ad oecumenica
omni jure refertur, cum illud et a Vigilio Pontifice
e successoribus, et ab universa Ecclesia successu
ris acceptatum fuerit. Vid. Harduin Tom. III. con-
p. 1. Mansi collect. concil. Tom. IX. p. 274. No-
e synodo V. oecum. cum ejusd. Hist. Pelag. opm.
I. p. 437.

§. 95.

Concilium Constantinopolitanum III.

ıd suffocandos Monotheletarum errores, qui appertum
ıllum concitaverant, et tam occidentalis quam orien-
cclesiae pacem turbaverant, Constantinus Pogo-
imperator anno 680. generalem synodum Constanti-
convocavit, quae ab urbe regia concilium Constan-
litanum III. oecumenicum VI. nuncupatur [2]). De nu-
patrum hoc in concilio praesentium scriptores quidem
ınsentiunt, illud tamen extra dubium positum, quod il-
ıiscopi ex patriarchatibus Romano, Constantinopoli-
et Antiocheno confluxerint, ac ipse imperator cum
dam imperii proceribus concilio velut defensor fidei,
erni ordinis custos, non tamen ut judex controversi-
fidei praefuerit [3]). Cunctis vero ordinatis initium sy-
ı palatio imperiali factum, et legati Agathonis Pon-
statim se ad imperatorem converterunt, declarantes,
ii Patriarchae aliorumque dogma de una Christi vo-
ɜ et operatione esse haeresim a Sede Apostolica dam-

---

tum fuisse hoc in concilio de erroribus Origenis manifestat canon
Quod etiam Sophronius Patriar. Jerosolym. epist. ad Sergium
nstantinopol. item Constantinus IV. in confirmatorio edicto synodi
. et VII. sermone acclamatorio ad principes confirmat. contrarium
set. P. Garnerius in diss. de V. synodo.
ıncilium ab imperatore fuisse collectum clarescit ex ejusd. epist. ad
ıum Pontificem missa, et ex illius sacra jussione, quae extat in li-
ine sextae synodi.
heophanes et Cedrenus praesertim vero Photius in libello de synodis.

natam. Unde imperator illico praecepit, ut, si quis praesei esset episcoporum, qui Monotheletarum doctrinam profite retur, causam omnium loco defendendam susciperet. Qu audito Macarius Antiochenus praesul omne id, quod i favorem Monothelismi ex sanctis Patribus allegare poterat exhausit, contra quem legati Pontificis quidquid pro veri tate catholici dogmatis e S. Patribus et Scriptura S. addu cere poterant, id totum in medium protulerunt. Neque mai sit lis in ambitu Hermenevticae solum, verum ad Critica quoque sphaeram se immiserunt, disceptantes, seu non so lum de recte interpretando patrum sensu, verum etiam d eo disputabant, an sententiae eorum ex authenticis aut vei ex suppositis fontibus desumptae sint. Instituta vero dil genti codicum collatione, Georgius Patriarcha Constan tinopolitanus doctrinam catholicam eruit, et explanavit, i omnes episcopi sedi Constantinopolitanae subordinati doc trinam Geórgii se amplecti et profiteri declararunt [1]). Cu autem Macarius offerendo fidei suae symbolum, in hae resi sua obstinate perseveraret, munere suo, sacerdotio, Ecclesiae communione privatus est actione nona [2]). Post diversa Monotheletarum opera, aut illorum saltem, qui p talibus reputabantur, in medium prolata sunt, inter qu epistolae Sergii ad Cyrum et Honorium, item h jus ad Sergium responsio referebatur. Quae omnia cu unicam tantum voluntatem, et unam operationem in Chr sto erronee statuere viderentur, in sessione decimatertia re cissa et ad ignem coram synodo projecta sunt. In disp tando autem Monotheletae adeo succubuerant, ut nulli jam illis superesset refugium. In sessione igitur decim quinta monachus quidem Monotheleta Polychroni in veritatem Monothelismi miraculum se editurum spopo dit; is nempe fanaticus schedulam super mortuum colloca jussit, promittens se illum ad vitam revocaturum, ut do trinae suae veritatem evinceret. At miraculo non succ

---

1) Fidem Georgii acceptavit etiam synodus adclamando: Georgio orth doxo Patriarchae multos annos!

2) Macarius vel maxime in eo peccabat, quod in favorem erroris sui Patrum testimonia mutilaret, ac intereisis verbis eorum sensum truncaret.

per omnia subditam et consentientem; vero qui aliter docerent, velut haeretici proscripti, ut us, Cyrus, Pyrhus, Paulus aliique, quibus patres adjunxerunt Honorium episcopum Romanum *). ra ençomia publicarunt de Constantino Augu- ynodum vero hanc Agatho Pontifex interea mor- :eptare nequiens idem praestandum reliquit succes- o Leoni II. qui et praestitit. Vid. Mansi Tom. 207—684. Harduin Tom. III. p. 1043. et seq. de concil. 6. opm. Tom. III. p. 245. Richerii ncil. general. L. I. C. 10. Combefisii Apolog. pro synod. 6. in Auctar. biblioth. P. P. Tom. II. p. 65. y L. VII. epist. 8. p. 29.

norium I. Pontificem in synodo sexta damnatum fuisse ndunt ejusdem synodi actio XIII. XVI. item definitio fidei XVIII. praesertim vero epistola synodica ad Agatho- n Pontificem missa. Baronius quidem Pontificis honorem are volens contendit, acta synodi hujus, ubicunque anathema nunciatur in Honorium, fuisse corrupta a Theodoro, nomen suum ex synodi actis deleverit, et Honorii ien substituerit. Verum doctissimo Baronio hac in parte ci assentiuntur. Nam 1) Credibile non est, a Theodoro cta synodi exemplaria corrupta fuisse, et quidem etiam quae Romam delata Sedis Apostolicae legati Leoni II. firmanda substraverant. 2) Neque id probari potest, quod concilii prius corrupta fuerint, quam legatis consigna- tur; fraudem enim et interpolationem legati certe obser- sent, ac contra eam reclamassent [1]). Quare reperiuntur r Catholicos aeque ac Protestantes viri docti, qui Hono- m Pontificem haereseos reipsa accusant, ideoque a synodo ge- ali sexta condemnatum. Uti Edmundus Richer [2]) Du Pin [3]),

---

ob Chmel vindic. concilii oecumen. VI. quibus censur. contr. rium vindicatur Pragae 1777. 8.
her in Hist. concil. gener. p. 296.
Pin Biblioth. T. VI. p. 67.

Basnage [1]) et alii. Verum Pontificem defendunt Hardi nus [2]) et Natalis Alexander [3]), qui contendunt Po tificem quidam a sexta synodo oecumenica damnatum fuis verum non ut haereticum, sed ut haereticorum fautorem ta tum. Et reipsa si spectemus Honorium P. anno 638. mo tuum [4]), concilium vero oecumenicum sextum saltem an 680. proinde 42 annis tardius Constantinopoli celebrati fuisse [5]), quisque agnoscere debet Pontificem Honoriu stricto sensu haereticum nequaquam fuisse, cum Monotheli mus annis 42 tardius, ac fatis cesserit Pontifex, ut haere in concilio condemnatus et proscriptus fuerit.

§. 96.

Synodus Trullana seu Quinisexta.

Convocata fuit synodus haec imperatoris Justin ani II. jussu anno 692. Confluxerunt ad hanc synodu 211 episcopi. Celebrata autem fuit in palatii imperial parte, quae Trullus vocabatur, unde et synodo nomen ad haesit. Vocatur etiam synodus quinisexta, cum patr graeci synodo hac canones disciplinares in synodo gene rali quinta et sexta non conditos supplere voluerint. Sy nodo huic nec legati Pontificis nec alii Occidentis episco interfuere, ideoque nunquam velut generalis synodus spe tata, imo Sergius Pontifex eam ex parte reprobavit, eide que subscribere nunquam voluit. Canones 102 in ea co diti sunt, ex quibus Ecclesia Romana plures reprobav Ita: 1) Non recepit canonem 2. quo canones apostolici acceptari jubentur. 2) Reprobavit canonem 13. quo l coelibatus Ecclesiasticorum suffertur. 3) Non recepit cano nem 55. quo jejunium diei sabbati impugnatur. 4) Omni parte non recepit canonem 82. quo praecipitur, ut Chr stus Dominus non imagine agni verum imagine human qua demum omnes figurae completae sunt, depingatur. Sy nodum hanc teste Anastasio bibliothecario, nec quide patriarchae Orientis, si Constantinopolitanum demas, a probarunt, quod non pauca cum Ecclesiae Occidentalis mo

---

[1]) Jacob Basnage Hist. de l' Eglise T. I. p. 391. et s.
[2]) Harduin in op. selectis p. 255. et seq. de sacram. altaris.
[3]) Natal. Alexand. Hist. E. secul. VII. diss. II. p. 538. et seq. Tom. V
[4]) Chronolog. Reihenfolge der Päbste pag. 338.
[5]) *Ibidem.*

bus pugnantia complecteretur. Quamvis denique V. Beda um synodum erraticam compellet, commemorari tamen eretur vel ideo, quod ceu morum et disciplinae illius aevi icumentum spectari possit. Vid. Richard Analys. Concilr. Tom. I. p. 156. et seq.

§. 97.

Concilium Nicaenum II.

Postquam tres imperatores iconoclastae utpote Leo iurus, Constantinus Copronymus, et hujus filius Leo r 50 annorum spatium sacras imagines impie non minus crudelissime persecuti fuissent, tandem Irene imperatis vidua nomine minorennis filii Constantini imperio aefecta, pacem diu optatam Ecclesiae restituit, novamque cum Orientis ecclesiis adtulit (71. §.). Res vero sic evenit: Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus statim m initio electionis suae professionem fidei et supplices Hadrianum I. Pontificem literas expedivit, eundem testatus, quo concilium celebraretur [1]). Irene imperax pariter nomine suo et filii minorennis literarum ope ntificem interpellavit, ut Constantinopolim venire dignatur, concilio praefuturus, aut vero legatos vices ipsius ppleturos deputaret [2]). Nuncio hoc Pontifici gratissimo istente, illico duos legatos Petrum Archiepiscopum clesiae S. Petri, et Petrum abbatem S. Sabae exdivit. Circa quod tempus duo quoque presbyteri et mochi Joannes et Thomas nomine trium patriarcham illuc adpulerunt, concilio interfuturi, et ecclesiarum gypti, Orientis, et Palaestinae fidem orthodoxam de SS. aginibus professuri. Cum tamen synodus anno 786. Conntinopoli inchoata a militibus iconomachiae addictis instaretur, neque seditio eorum facile componi posset, nodus Nicaeam Bithyniae urbem anno sequenti transpota est [3]) *). Eorsum igitur confluxerunt 350 episcopi, tem legati Romani Pontificis, qui praesidium tenuerunt,

1) Vita Tharasii ab Ignatio descripta in Act. SS. Febr. Tom. III. p. 576. Le Quien Oriens Christian. Tom. I. p. 240.
2) Quae literae leguntur apud Mansi Tom. XII. p. 984.
3) Vid. Theophan. scriptor coaevus et Ignatius in vita Tharasii, Cedrenus, et praefatio veteris cujusd. scriptoris ad synod. VII.

nec non legati sedium orientalium una cum Tharas Patriarcha Constantinopolitano, qui pro sua insigni p spicacia concilium sub proëdria legatorum pontificior dirigebat, comparuerunt quoque abbates et monachi, pr et nonnulli civiles magistratus ab imperatore deputati. actione prima, postquam Tharasius eleganti sermc synodum salutasset, recitatae sunt literae Constanti et Irenes Augustorum ad concilium dimissae, quibus ter reliqua optabant, ut literae Hadriani Pontificis legatos pontificios juxta morem conciliorum publice leg rentur; quibus peractis nonnullorum episcoporum fides tea cultum imaginum impugnantium examinata est. In tione secunda Gregorius Neocaesaraeensis antist unus e praecipuis iconoclastarum veniam a synodo pel cujus tamen causa in futuram sessionem translata, Hadı ani Pontificis literae ad Augustos et Tharasii publice perlectae sunt. In actione tertia episcopis nonnu in sedes suas repositis, lecta est Tharasii epistol Orientales, horumque responsum, quibus cultus SS. ima num commendatur. In actione quarta producta sunt saci rum paginarum, nec non Patrum et scriptorum ecclesias corum testimonia pro legitimo imaginum cultu pugnan et conditae postmodum professioni fidei ratione cultus crarum imaginum episcopi singuli subscripserunt. In actic quinta novis rursus argumentis probatum, quod iconoc stae haeresim suam ex Judaeorum, Saracenorum, Eth corum, Manichaeorum, aliorumque placitis desumpseri quae igitur cuncta, ubi ex veterum monumentis refut fuissent, synodus decretum edidit, ut sacrae imagines p stino honori restituerentur. In actione sexta synodus Constantino Copronymo adversus sacrarum ima num cultum convocata, et in suburbio Constantinopolit celebrata, argumentis refutata et proscripta. In actic septima publicata fuit definitio fidei, vigore cujus sex cc cilia oecumenica acceptata, et confirmata, acresque poei omnibus intentatae, qui aliter credere, aut Ecclesiae tra tionem spernere auderent. **) Expeditae postmodum s duplicis ordinis literae utpote Tharasii et concilii n *mine*, priores ad Augustos, posteriores ad clerum ur

Constantinopolitanae. Denique in actione octava, cui interfuere Constantinus et Irene definitio fidei perlecta communi patrum suffragio recepta, et Augustorum subscriptionibus confirmata est. His cunctis ordine legitimo absolutis Tharasius Patriarcha epistolam ad Hadrianum Pontificem dimisit, seriem negotiorum in concilio tractorum recensuit, ac concilii confirmationem a Primate ecclesiae petiit. Vid. Harduin in collect. concilior. Tom. V. p. 1. et seq. Mansi collect. concilior. Tom. XII. p. 99. em XIII. p. 410. Richerii Histor. concilior. general. L. I. .2. p. 322. Richard Analysis concil. T. I. p. 166. et seq. Bailii Summa concilior. p. 343—382.

*) Concilium hocce ab Irene et Constantino VI. adprobante Pontifice indictum fuisse, omnium actionum initia satis evincunt, cum ita sonent: Synodum per piam sanctionem imperatorum collectam fuisse. Quod, ipsum confirmat Tharasius tam in oratione praeliminari, quae exstat apud Mansi Tom. XII. p. 1001. quam in epistola ad imperatores expedita, quae pariter apud Mansi Tom. XIII. p. 403. reperitur. Reliqua hanc in rem testimonia recenset Natalis Alexander H. Ecclesiast. secul. VIII. dissert. III.

**) Tota hujus sessionis pertractatio non obscuro documento est: 1) Hoc tempore statuarum usum vel nullum, vel admodum parcum fuisse, cum harum nullam mentionem faciat concilium. 2) Imaginibus cultum praestandum non esse Latriae sed osculum (ἀσπασμὸς) et honorariam solum adorationem (προσκύνησις τιμητική) seu venerationem tribuendam, non exclusa incensi, et luminarium etiam oblatione. 3) Cultum Sanctarum imaginum non debere esse absolutum ob quamdam intrinsecam imaginum excellentiam, sed relativum nempe ad Sanctos, qui iisdem repraesentantur.

Chronologica Series

Romanorum Pontificum et Imperatorum Romanorum, Graecorum, Latinorum et Germanorum pro Periodo II.

32. S. Eusebius electus Anno 309. (310) functus an. 2. mensibus 8. diebus 21. (4 mens. aliquot diebus).	Constantinus M. ab anno 306
33. S. Melchiades (Miltiades) elec-	

tus An. 311. functus annis 2. mensib. 2. diebus. 7.

34. S. Sylvester I. electus Anno 314. functus annis 21. mens. 1 (diebus 4. — 11. mensibus.)

35. S. Marcus electus Anno 336. functus mens. 8. diebus 22.

36. S. Julius I. electus Anno 337. functus annis 15. mens. 5. diebus 17. (— mens. 2. dieb. 15.)

37. Liberius electus Anno 352. functus annis 15. mens. 4. dieb. 2. (14. an. 4. mens. 2 dieb. et S. Felix II. elect. Anno 366, functus circiter ann. 2. durante exilio Liberii.

38. S. Damasus I. electus Anno 367. (366) functus annis 17. mens. 2. diebus 27. (ann. 18. duob. mens.)

39. S. Siricius electus An. 385. (384) functus annis 13. mens. 1. diebus 14. (fere 14. ann.)

40. S. Anastasius I. electus Anno 398. functus annis 4. mense 1. diebus 13 (3. annis 10 dieb.)

41. S. Inocentius I. elect. An. 402. (401) functus annis 15. mens. 2. diebus 10.

42. S. Zozimus elect. Anno 417. functus anno 1. mensibus 4. dieb. 7. (1. a. 9 m. 9. dieb.)

43. S. Bonifacius I. electus Anno 418. functus annis 4. mensib. 9. diebus 28. (3. a. m. 6—7 dieb.)

44. S. Coelestinus I. electus Anno 423. (422) functus annis 8. mensib. 5. dieb. 3. (fere 10 an.)

45. S. Sixtus III. electus Anno 432. functus annis 7. mensib. 11.

46. S. Leo I. M. electus Anno 440.

Constantius ab a

Constantius ab anno 3
Julianus Apost. ab a
Jovinianus „

Valentinianus et V
ab anno
Gratianus et Valent
nus II. ab a
Theodosius M. — 37
394 solus. Anno 3
sio imperii in occ
et orientale imperi
mano Latinum imp
ad an. 476. Graeco-
usque ad an. 1453.

Arcadius et Honoriu
ab anno

(Alaricus ab an
Theodosius II. „ ,

Valentinianus III. ab

Marcianus ab a

annis 20, mensib. 11. l. m. 4 d.)	Attila ab anno 452.
	Petronius Maximus ab anno 455.
	Ricimer ab „ „ 456.
	Leo I. „ „ 457.
us electus Anno 461. nnis 5, mensib. 9, die- (circiter 6 an).	
ius electus Anno 467. annis 15, mensib. quin- bus 10.	Zeno „ „ 474.
	Augustulus „ „ 475.
	Odoacer „ „ 476.
III. *) electus Anno 12). functus annis 8, 11, dieb. 21.	Finis imperii Romani occid. usque ad annum 800.
us I. electus Anno 492. is 4, mensibus 8, die-	Anastasius ab anno 491.
asius II. electus Anno as an. 1, mensib. 11,	
chus electus Anno 498. nis 15, mensib. 7, die-	
sdas electus an. 514. nis 9, mensib. 10, (9	Justinus I. „ „ 518.
es I. electus Anno 523. nis 2, mensib. 9, dieb. 14.	
IV. electus Anno 526. ctus annis 4, mensib. 4 (4. a. 2 mens. ali-)	Justinianus „ „ 527.
acius II. electus Anno us annis 2, diebus 2.	
es II. electus Ann. 532. i. 2, mensib. 8, (2 a.)	
tus I. electus Anno 535. mens. 14 vel 18 dieb.	
ius (Sylvester II.) elec- 536. functus annis 4 quot dieb).	

mer et alios Felix II. quia S. Felix, qui sub exilio Liberii ra Petri fungebatur per illos in numerum Pontificum non as-

60. Vigilius electus Anno 540. (538) functus an. 15, mensib. 6. (16 an. mensibus 6.)
61. Pelagius I. electus Anno 555. functus annis 3, mensib. 10, diebus 18. (4 a.)
62. Joannes III. electus Anno 559. (560) functus an. 12, mensibus 11, diebus 16. — Justinus II. ab
63. Benedictus I. electus An. 573. (574) functus annis 4, mensib. 2, dieb. 15. (4 a. 1 m. 28 d.) — Tiberius „
64. Pelagius II. electus Anno 577. (578) functus annis 12, mensib. 2, dieb. 27. (10 d.) — Mauritius „
65. S. Gregorius I. M. electus Anno 590. functus annis 13, mensib. 6, dieb. 10. — Phocas „
66. Sabinianus electus Anno 604. functus annis 5, mensib. 19, dieb. 3. (a. 3. 3 m. diebus 9.)
67. Bonifacius III. electus Anno 605. (607) *) functus mensibus 8, diebus 23.
68. S. Bonifacius IV. electus Anno 607. (608) functus annis 6, mensibus 8, diebus 13. — Heraclius „
69. S. Deusdedit electus Anno 614. (615) functus annis 2, mensibus 11, diebus 26.
70. Bonifacius V. electus Anno 617. (619) functus annis 7, mensibus 10, dieb 1. (5 a. 10 m.)
71. Honorius I. electus Anno 626. (625) functus annis 12, mensib. 4, dieb. 27. (12 an. mens. 11. dieb. 16.)
72. Severinus (Zephyrinus II.) electus Anno 639. (640) functus mensibus 2, diebus 4.

---

*) Quoad hunc Pontificem Romanum prout etiam 68. 69. 72. 7 Notandum, quod Calendarium Romanum non diem electionis alios, verum diem consecrationis indicet. Aliquo tempore, que Constantinum V. imperatores Byzantini confirmabant e R. Pontificis, quam confirmationem sequebatur consecratio.

s IV. electus Anno 639.	
ıctus anno 1, mensib. 9,	
(18 dieb.)	
rus I. electus Anno 641.	Constantinus III. Paulo post
actus annis 7, mensibus	Heracleonas dein Constans
20 (6 a. 5 m. 9 d.)	II. ab anno 641.
inus I. electus An. 649.	
annis, mensibus 4, dieb.	
2 mens. dieb. 12.)	
ıs I. electus Anno 655.	
1) functus annis 5, men-	
diebus 23 (2 an. mens.	
4.)	
ıus electus Anno 655.	Constantinus IV. „ „ 668.
ctus annis 13, mensib. 4,	
'. (14 an. fere 6 mens.)	
tus (Deusdedit II.) elec-	
669. (672) functus an-	
nsibus 2, dieb. 17. (an,	
ıus 2, dieb. 1.)	
. electus Anno 676. func-	
, 5 m. 10 dieb.	
tho electus Anno 678.	
nis 4, mensibus 6, die-	
3 an. 6. mens. 15. dieb.)	
II. electus Anno 683.	
ctus annis 10, diebus 14.	
edictus II. electus Anno	
tus 8 mensib. dieb. 17.	
. 12 dieb.)	
V. electus Anno 685.	Justinianus II. „ „ 685.
nno 1, mensib. 11.	
electus Anno 686. (687)	
nno 1, mens. 1, diebus	
bus 11).	
ius I. electus Anno 687.	Leontius „ „ 695.
nis 13, mensibus 8, dieb.	(Justinianus depositus.)
us 24.)	
VI. electus Anno 701.	Tiberius III. ab anno 698.
nis 3, mensibus 2, die-	
VII. electus Anno 705.	Justinianus II. repositus
nnis 2, mensib. 7, die-	ab anno 705.
s electus Anno 708. func-	Philippicus „ „ 711.
s 20.	

89. Constantinus electus anno 708. functus annis 6, mense 1, diebus 2. (annis 7, diebus 12.)	
90. S. Gregorius II. electus Anno 714. (715) functus annis 16, mensibus 8, diebus 20. (15 an.)	Anastasius II. ab ann Carolus Martellus ab an Major Domus Galliae.
91. S. Gregorius III. electus Anno 731. functus annis 10, mensibus 9, diebus 12. (10 annis, 8 mensibus.)	Theodosius III. ab ann Leo Isaurus " "
92. S. Zacharias electus Anno 714. functus annis 10, mensibus 3, diebus 10.	Constantinus V. (Copr nymus) ab ann
93. Stephanus II. *) electus Anno 752. functus diebus 4.	(Pipinus parvus Major D mus et Carolomann M. D. ab ann Pipinus solus Major D
94. Stephanus III. electus 752. functus annis 5, diebus 20.	Pipinus parvus Rex G
95. S. Paulus I. electus Anno 757. functus annis 10, mense 1.	
96. Stephanus IV. electus Anno 768. functus annis 3, mensibus 5, diebus 28.	Carolus et Carolomann reg. Galliae ab ann
97. Hadrianus I. electus Anno 772. functus annis 23, mensibus 10, diebus 17.	Leo IV. " " Carolus Magnus " " solus Rex.
98. S. Leo III. electus Anno 795. functus annis 20, mensibus 5, diebus 17.	Constantinus VI. " " Irene sola " "

*) Hunc aliqui uti Boehmer non numerant unde Stephanus sequ cundus dici debet.

Finis Tomi I.

Pag.	lin.	Errata.	Corrige.
[illegible]	12	atheismi	atheismi accusabantur,
83	25	operis	operis illius Pastor.
126	3	Constistentium	Consistentium.
[illegible]	22	in	in quo.
[illegible]	8	quidem, ipsos	quidem.
—	9	in	in ipsos.
157	7	Aumitae	Auxumitae.
[illegible]	11	excellunt	excelluit
232	3	si	is.
275	21	ποδηρις	ποθηρις.
—	24	κολμβιον	κολοβιον
[illegible]	15	differre	diferri

Epitome

Historiae Ecclesiasticae

N. F.

Cura et studio

Nicolai J. Cherrier,

Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis Canonici, Abbatis SS. Trinitatis de Siklós, S. C. R. et Apostolicae Majestatis Consiliarii, AA. LL. et Philosophiae, nec non SS. Theologiae Doctoris, Facultatis Theologicae penes Regiam Scientiarum Universitatem Pestanam Membri Collegiati, prius Juris et Historiae Ecclesiasticae Professoris.

Tomus II.

Cum adprobatione Reverendissimi Ordinariatus Strigoniensis.

VIENNAE, 1854.

Typis Joannis B. Wallishausser.

Si les hommes paraissent plus grands dans l'antiquité, ce n'est pas que les temps modernes ne puissent citer des noms, qui soutiennent le paralelle avec eux, mais, c'est que le defaut general de culture rendait leur préeminence plus sensible, et que les progrets de l'ésprit humain dans les trois derniers siècles rendent la superiorité du genie moins frappante.

Ancillon.

Si homines majores videntur in antiquitate, non id causae est, quasi praesens tempus illis aequales monstrare nequiret, sed quia generatim culturae defectus illorum praeeminentiam magis sensibilem; horum autem superioritatem progressus scientiarum aevo nostro minus adparentem reddit.



Conspectus Tomi II.

pag.

Periodus III. *Historiae Ecclesiasticae N. F. a Carolo M. ad Martin. Lutherum, seu ab anno 800. usque ad annum 1517.*

Pars I. Historia Status externi Ecclesiae Christianae.

Caput I. Propagatio Religionis Christianae et fata prospera.

Caput II. De Fatis Ecclesiae et Religionis Christianae adversis.

*

Pars II. Historia Status interni Ecclesiae Christianae.

Caput I. De Gubernatione Ecclesiae et Hierarchia Ecclesiastica.

Caput II. Status Literarum.

Articulus I. Artes Liberales et Philosophia.

Articulus II. De Scriptoribus Ecclesiasticis.

Caput II. Fata adversa Ecclesiae Christianae.

Pars III. Historia Status interni Ecclesiae Christianae.

st. I. De Gubernatione Ecclesiae, et Hierarchia Ecclesiastica.

Caput II. Status Literarius.

Articulus I. Status Philosophiae.

Articulus II. Status Theologiae.

Caput III. Doctrina Catholicorum et controversiae Theologicae.

Caput IV. De Haeresibus.

Caput V. Ritus ecclesiastici. Mores Christianorum. Disciplina Ecclesiae.

Caput VI. Concilia.

Periodus tertia.

Historiae Ecclesiasticae N. F.

a

Carolo M. ad Martin. Lutherum,

seu

ab anno 800. usque ad annum 1517.

PARS PRIMA.

Historia Status externi Ecclesiae Christianae.

Caput I.

Propagatio Religionis Christianae et fata Ecclesiae Christianae prospera.

§. 1.

Status civilis imperii Romani.

Carolus M. anno 814. fatis functus [1]) vastissimum imperium ab Ibero usque ad Arabonem filio suo Ludovico Pio reliquit. Cum tamen hic patri nec mente, nec rerum gerendarum prudentia similis [2]), infelici consilio imperium anno 817. inter filios tres ex prima uxore Irmengarde genitos, utpote Lothiarium, Ludovicum et Pipinum divideret, posteaque parum sibi constans etiam quarto filio Carolo Calvo ex Juditha Bavara conjuge secunda nato, partem imperii transcriberet [3]), gravissimo-

---

[1]) Vita Carol. M. ab Eginhard. c. 30. Bertini Annal. Theganus c. 7.
[2]) Vita Ludov. per Anonym. anno 811. et 817. et Monachi Sangall. de gest. Carol. M. L. II. c. 16.
[3]) Nithard L. I. p. 36. apud Schilter Thegan. c. 35. Agobard. Apologeth. §. 8.

rum dissidiorum occasionem praebuit [1]. Nam Pipinu Aquitaniae rex in conjurationem cum proceribus coalescen patrem suum in campo sic dicto mendacii prope Argento ratum intercipiens regno privavit, et Juditha noverca mo nasterio inclusa, patrem captivum tenuit. Libertati restitu tus Ludovicus Pius novam divisionem inter filios fe cit, ita ut Lothario Italia, et ea quae ad ortum Mosa jacent, Carolo post mortem Pipini occidentales pro vinciae, Ludovico denique Bavaria cederet [2]. Veru et haec divisio imperii multis altercationibus occasione praebens bellum genuit. Ludovicus enim de injusta di visione conquestus, patrem rursus bello petiit, qui tam per patrem victus a bello ultro intentando forte destitiss sicque pax reducta fuisset, nisi mors Ludovici Pii im peratoris anno 840. interveniens renovandi belli ca extitisset. Cum enim Lotharius cuncta sibi propria re dere, fratresque Ludovicum et Carolum subjug conaretur, hi junctis viribus eum duplici clade affectum, hanc pacem ineundam coegerunt [3]: ut praeter Roma Lombardiam, Bojoariam et Aquitaniam reliquae provinc imperii Francici trifariam dividerentur, relicta Lothar libertate quamcunque partem seligendi. Divisio haec conventu Verodunensia 843. consentientibus ipsis proce bus perfecta, imperium Francicum in tria regna, Italic Franco-Gallicum et Germanicum distinxit ita, ut imperat Lotharius Italiam et Lotharingiam seu provincias int Rhenum et Scaldim usque ad mare Mediterraneum obtin ret; Carolus reliquas provincias Franciae possideret u que ad Iberum, Ludovicus denique Germaniam, qu nunc primo ut regnum independens compareret, sortir tur [4]. Germaniae Otto M. anno 960. Italiam et imperi

---

1) Baluz. T. I. p. 573. Chartam primae divisionis recenset vid. etia Lünig Spicileg. Eccl. Contin. II. p. 7.

2) Nithard apud Schilter Lib. 1. p. 89. biograph. Ludovici apud Pith p. 417. 418.

3) Nithard apud Schilter L. II. p. 91. item Annal. Fuld. Bertini, Metens Reginoris ad an. 840. 841.

4) Sigeber. Gembl. an. 843. Imper. Chronic. Bertini C. XII. p. II. Con ring. de fin. imp. c. 3. Pölitz die Weltgesch. für gebild. Leser T. I §. 308. p. 353.

Romanum conjunxit [1]), quod exstincta in Ludovico infante stirpe Carolingica ad duces Saxonicos et Franconicos tranivit [2]). Ex his Henricus IV. rex et imperator, qui in ermania magnos motus intestinos excitavit, notus est [3]). ontentionibus similibus inter sacerdotium et civitatem sae- repetitis, Italia fere tota ab imperio Germaniae separata t, praesertim ubi imperatores domus Hohenstauficae in ibus cum Sede Romana passim succumberent [4]). Imo cum onradinus ultimus ejusdem stirpis princeps adeo ignas esset, ut nec regni habenas tenere valeret, secutum t interregnum [5]); donec Rudolphus Habsburgicus, vir ri ingenio et arte militari instructus anno 1273. in impetorem electus, totum se eo devovisset, ut statum Germiae turbatum ordinaret [6]). Post ejus tamen fata rursus mia labebantur. Nam sub Alberto ejus filio, quem decto Ottocaro Bohemiae rege Austriae haereditarium ferat, Helvetae [7]), et sub Sigismundo imperatore Hussitae rages Germaniae inferebant [8]). Sub Friderico III. (IV.) incipe diuturni quidem regiminis, sed ignavo Austria inrnis motibus debilitata est, et Mathiae Corvini aris ita devicta, ut Fridericus promissa nonnisi ingenti ri summa et restitutis terris ad Hungariam spectantibus icem obtinuerit, ac Hungaros ad Viennam, ceterasque cupatas terras restituendas disponere valuerit [9]).

Quod imperium Orientale seu Byzantinum attinet, hoc a deficiebat, ut ignavi ejus principes illud contra Arabum in Saracenorum undique incurrentium devastationes tueri

---

[1]) Ditmar. L. II. p. 333.
[2]) Schmidt Gesch. der Deutsch. 1. Th. p. 394. et seq. Le Bret Gesch. von Italien 1. Th. p. 86 et seq. II. 1—95. Meusel Gesch. von Frankr.
[3]) Gregorii registri L. IV. ep. 22. Harduin concil. T. VI. P. I. p. 1366. 1560 et 1573.
[4]) Matth. Paris p. 777. 786. Jamsilla de gest. Frider. II. et filior. ejus apud Murator. T. VIII. p. 497. Friedr. v. Raumer, Gesch. der Hohenstauf. und ihrer Zeit. Leipz. 1824. III. B.
[5]) Pölitz Weltgesch. für gebild. Leser. Tom. II. §. 350. p. 444. et s.
[6]) Chronicon Colmar. p. 40. Dipl. Rudol. apud Chifflet. Vesont. p. I. c. 58. p. 229. et apud Dumont T. I. p. I. p. 404.
[7]) Guilliman. de reb. Helvet. L. II. c. 16. 12. 5. et seq. Nicol. Burgund. Histor. Bavar. L. I. p. 27.
[8]) Theobald. de bello Huss. c. 31—56. Aeneas Sylv. c. 38. 42—44.
[9]) Struvius per. X. sect. II. praesert. §. 24. 26. 27. 34. etc. Spanyik Hist. Pragm. Hung. Comp. §. 8. p. 343. et s.

non valerent, qui reipsa Siciliam et Calabriam mox oc parunt, et breve post tempus Asiam et Africam sce Graecorum eripuerunt. Neque aliud Graecos jam sustei bat, quam expeditionum Cruciatarum arma. Cum ta Graeci erga Occidentales crucigeros non raro perfid proderent, Galli et Veneti anno 1204. partem magnam perii Orientalis occupantes, **B a l d u i n u m** Flandriae co tem primum ex Latinis imperatorem Constantinopoli c stituerunt [1], et imperium Orientis in partes secuer Licet autem **M i c h a e l P a l a e o l o g u s** devictis Lat imperium Orientis post 58 annos revindicaret [2]; paulo tamen illud capta per Muhammedem II. anno 1453. Const tinopoli radicitus exstirpatum est, ac imperium Grae Christianum ad manus Turcarum devenit. **L e u n c l a v i** L. XV. p. 577—580. Annal Turc. c. 127—129. Tra tus de expugnat. Constantinopol. apud Martene coll. M Tom. V. p. 785. et seq.

§. 2.

Status Angliae, Italiae, Hispaniae, Lusitaniae.

In Anglia **E g b e r t u s** Westsexiae rex anno 827. s tem Anglosaxonum regna in unum conjunxit [3], quo Danis et Normannis saepius vastatum tandem a **C a n u t o** Daniae rege anno 1017. occupatum est [4]. **A l f r e d u s** autem anno 1042. solio patrum suorum potitus, Danos cum dignitatibus exuit. Sub **E d u a r d o** III. qui Confessoris n men meruit, Anglia veteri regiminis forma donáta, p mitiorem sortem experta est [5]. Hoc defuncto **H a r a l d** occupavit Angliam, quem **W i l h e l m u s N o t h u s** N manniae dux bello adgressus fortissime pugnantem in cl prostravit anno 1066. seque Londini in Natali Domini A

---

[1]) Nicetas p. 383. et seq. Epist. Balduini apud Martene Anecd. T. p. 793. Du Fresne Hist. Constant. sub imper. Francicis L. I. —21. p. 13—15.
[2]) Nicephor. L. III. c. 4. L. IV. c. 1.
[3]) Wilh. Malmesbur. L. II. c. 1. p. 36. et 37. Rogerus Hoveden. An part. priori p. 411. omnes inter script. rer. Anglic. post Bedam Henrico Savile vulgati.
[4]) Malmesburi L. II. c. 2—7.
[5]) Ibid. c. 13. p. 79. 80.

iae regem coronari fecit [1]. Post eum Henricus II. Aniae rex factus, Hiberniam consensu Pontificis anno 1171. igliae conjunxit [2], et Eduardus I. Valliam occupat [3]. Sub Henrico VI. seditio Eboracensium albae isae et Lancastriorum rubrae rosae exorta, sub enrico VII. composita est, qui nempe ducta in Matrimnium Elisabetha filia Eduardi IV. utriusque litigan- familiae regiae jura conjunxit [4]. Hujus filius Henrius VIII. Pontificis Romani auctoritatem non agnoscens, iestissimo Ecclesiae Anglicanae Schismati occasionem dit [5].

Normanni Italiam quoque invaserunt. Cum enim Serus III. Neapolis dux illos in auxilium belli contra Graes et Saracenorum reliquias, nec non contra Pandulum principem Capuanum evocasset [6], terminato feliser bello Siciliae, Calabriae, et Apuliae, prout et Caiae provincias sibi retinuerunt [7], et aedificata civitate versa regnum utriusque Siciliae fundarunt. Pontifices intra molimina haec protestabantur quidem, at cum Noranni potentes essent, adjunctis cedere cogebantur [8]. obertus Guiscard Normannorum dux a Pontifice Niolao II. dux Apuliae et Calabriae nominatus, Saracenis Sicilia magnam stragem intulit [9]. Italiam tardius factioes Guelphorum et Gibellinorum e Germania illuc enetrantes afflixerunt, illis Sedi Romanae, his autem peratori adhaerentibus. Tanta inter pericula in civitatis Italiae viri passim dominabantur, quos Benedictus XII.

---

[1] Hoveden Annal. p. 447. et s. Malmesburi L. III. p. 102. Matth. Paris p. 4. item Fragm. de Wilhelm. Conquestore p. 32.
[2] Matth. Paris p. 125. et seq.
[3] Rapin T. III. p. 1—12.
[4] Rapin in Henrico VII.
[5] V. Thuan. L. 1. p. 23. item Meusel, allgem. Welthist. T. 36. 37. Hume, Gesch. von England.
[6] Leo Ostiens. L. II. c. 58. Paul. Diacon. L. II.
[7] Guilelm. Appul. L. 1. p. 584. et seq. apud Leibnitz T. I. Chron. Cassin. L. II. c. 67.
[8] Malaterra L. 1. c. 14. Chron. Cass. L. II. c. 87. Le Bret, Gesch. von Italien T. II. p. 271. et seq.
[9] Le Bret, Gesch. von Ital. T. II. Lupus Protosp. an. 1065. Chron. Cassin. L. III. c. 16. 45. Chronic. Sicil. c. 6. apud Martene in Thesaur, Anecd. T. III. p. 8.

Pontifex, ut securus contra Ludovicum Bavarum esse vicarios suos constituerat. Tales erant Scaliger et eju familia Veronae, Galeaz Mediolani, Estenses Ferra riae, Gonzaga Mantuae [1]. Seculo XV. postquam Medio lanenses duce Sfortia, Florentini antesignano Lauren tio Mediceo, Veneti, Neapolitani et ditiones pontifici potentiam suam multum auxissent, Italia in medio reliquo rum statuum jam ita stabat, ut nec ab internis, nec ab ex ternis hostibus multum metueret [2].

Quantum ad Hispaniam, a quo tempore Saraceni ea devastare coeperunt, veteres incolae, ut se salvarent Asturiae et Legionis montes petierunt, unde sensim junct viribus Saracenos lacessebant, hisque subinde victis lim tes suos ampliabant [3], principatus Asturiae, Legioni Castellae, Navarrae et Arragoniae fundantes. Maxim clades Saracenis (Mauris) intulere Sanctius Major Ferdinandus I. qui eos tantopere concusserunt, ut e nihil aliud, quam regnum Granatense remanserit. Un Ferdinandus Catholicus (III) expugnata urbe Grana eos anno 1492. expellens, finem toti eorum dominatui in posuit [4]. Cum porro Hispania alias quoque regiones oc cupasset, opesque magnas ex America per Christopho rum Columbum detecta percepisset [5], ad statum po tentissimum evecta est. Lusitannia usque ad initium se culi XII. aequali fere sorte cum Hispania jactabatur, donec pulsis inde Saracenis provinciam comites gubernarent. Al phonsus VI. rex Castellae et Legionis Henrico Bur gundiae ducis filio, qui Saracenos clade affecerat, filia suam una cum Lusitaniae Comitatu in praemium dedit an 1094. Hujus filium Alphonsum I. qui heroismi pater haeres saracenos iteratis vicibus forti brachio superaverat anno 1139. exercitus regem salutavit. Ejus-successore

---

1) Acta apud Raynald. an. 1339. Nro. 61. ann. 1341. Nro. 38. Du Mont T. I. P. II. p. 179.
2) Gianone L. 29. c. 2. Guicciard. L. V. p. 274. et S. Mezeray T. II p. 823. et seq.
3) Lucae Tudens. Chron. L. IV. Roderici Archipraesulis de reb. Hispan. L. IV. c. 1—7. Joan. Mariana de reb. Hispan. L. VII. c. 1—18.
4) Mariana L. XXV.
5) Martinere introduct. à l'histoire de l'Amerique c. 11. et seq.

lphonsus III. et Dionysius regnum extenderunt et
rentissimum fecerunt. V. Schmaussen's Neuest. Staat
m Portugal. Halle 1714. II. Th. Gebauer's Portugies.
sch. Leipz. 1759. 4. Abrégé Chronologic de l'hist.
Espagne et de Portugal. Paris 1766. 2. vol. 8.

§. 3.

Regna Septemtrionalia. Gentes Slavicae.

Populos septemtrionales Danos, Suecos et Norvegos, i Scandinaviam incolebant, historia primum hujus temris recenset. Veniebant nomine Normanorum, quorum nen origo et fata perquam obscura, et fabulis obtecta nt. Temporibus Caroli M. piratas agebant, mitiores lliae et Germaniae provincias armis infestantes. Canus M. Danorum rex eos cunctos sibi subjectos tenuit, imo no 1017. Angliam occupavit, eique per 18 annos praet ubique insignia justitiae, moderationis et sapientis ncipis exempla ostendens, ac in Scandinaviam missioriis viam adperiens culturae fundamenta jecit. Anno 1397. Margaritha Daniae regina pactum Colmariense luit, vi cujus tres praedictae provinciae uni regi subtae unam monarchiam constituerent [1]).

Quod Slavicas gentes attinet. De harum antiquis seus parum certi tenemus aliud, quam quod anno 489. ad ri ripas usque protensi plures Germaniae provincias posderint, sed per Valachorum aut Bulgarorum irruptionem le propulsi ad terras Vistulae adjacentes transiverint, men Polonorum a planitie, quam incolebant obtinentes. ter Polonorum duces primus occurrit Piastus, qui anno 12. in ducem electus stirpem Poloniae principum usque annum 1370. vigentem inchoavit. Ex his Boleslaus I. ius Micislai cognomine Chrobri anno 999. regium tulum assumsit [2]). Ceterum Polonia successu temporis

---

[1]) Bring de Unione Colmar. Londin. 1745. 4. Fried. Münchberg histor. pragm. pacti Colmar. Hafniae 1749. 4.

[2]) Codex diplom. regni Polon. et magni ducat. Lithuaniae T. I. Vilnae 1758. T. IV. 1764. T. V. 1759. fol. Jo. Pistorii corp. Histor. Polon. Basil. 1582. fol. Jo. Dlugos. Lib. XIII. hist. Polon. Lips. 1711. 2. vol. fol. Histoire gener. de Pologne par M. le Chevalier de Solignac Amst. 1751. 5. vol. fol.

magnis turbis exposita fuit adeo, ut successores ejus nec quidem regiam dignitatem semper tueri potuerint, sed jam regis jam ducis titulum gesserint. Dissidia aucta sunt, ubi Boleslaus III. circa annum 1138. regnum inter quatuor filios dividens aemulationi et invidiae occasionem dedisset. A quo tempore Silesiam et Massoviam a Polonia separatam proprii principes rexerunt [1]). Uladislaus Loketek ab anno 1305—1309. minorem ac majorem Poloniam revindicans potentissimum regnum instauravit, quod sub Casimiro M. filio ejus adhuc magis crevit. Exstincta cum hujus morte Piastorum stirpe Jagello dux Lithuaniae jure uxoris Hedwigis anno 1386. regnum Poloniae obtinuit [2]). Cujus posteri non solum Lithuaniam Poloniae regno junxerunt, sed etiam Borussiam confecta cum equitibus Teutonicis pace, anno 1466. occuparunt [3]).

Russicae monarchiae fundamenta prima posuerunt Scandinaviae incolae, qui anno 860. duce Ruricho in hanc Slavorum regionem transiverunt, et se cum Slavis earum provinciarum jungentes Novogrodum occuparunt, ac novi regni sui metropolim constituerunt. Oleg successor prioris regnum ad Borysthenem usque extendit, et sedem regni Kioviam transtulit. Unde tardius Russiae Magni-duces provincias suas gubernabant, terrorem ipsis Graecis incutientes. Inter illos autem vel maxime eminuit Wlodimirus M. cum et limites monarchiae notabiliter extenderit et literarum, morumque culturam insigniter promoverit. Hoc unice vitium ei tribuendum, quod facta inter 12 filios suos provinciarum incauta divisione vires regni adeo debilitaverit, ut post mortem illius anno 1015. secutam omnis nexus et conjunctio monarchiae solveretur, neque Rutheni, seu Russi, a finnico vocabulo Ruotsi vel Rutzi (itineratores, peregrini) retundendis Tartarorum seu Mogolorum invasionibus amplius pares essent [4]). Donec tandem Joan-

---

1) Georg. David Aland de imper. Rom. Germ. regnante stirpe Salica. Lips. 1752. f. Crissenii Peroens. (Jo. Gottl. Boehmii) de ortu regiae dignit. in Polon. recitat. academ. Lips. 1754. 4.

2) Dlugoss. Histor. Polonor.

3) Cromer de orig. Polonor.

4) Nestor's Russische Annal. von Schlöczer. Götting. 1803. Tom. V. 8. Müller's Samm'ung Russischer Gesch. Petersburg 1732. IX. T. 8. Ever's Ursprung des russ. Reichs. Rigae et Lips. 1808. 8.

Jaxilovics Russos anno 1462. ab illorum jugo, uo ab anno 1283. gemuerant, liberaret, et se totius ie Dominum nuncuparet. V. Herberstein in Comr. rer. Moscovit. p. 6. et 64.

§. 4.

Hungaria ejus incolae, et fata.

'artem Europae, quam hodie Hungariam nominamus, im Danubius, Dravus et Tibiscus interfluunt, Hunirca finem seculi noni primo incolere coeperunt. Anim prout e veterum testimoniis constat, his in terris gentes domiciliabantur; ita partem regni trans Danusitam tenebant Pannones, cis Danubium Quadi, trans um Daci, cis Tibiscum Jaziges et Slavi habitabant. iversis temporibus subjugarunt jam Avares ejusdem lunnis originis circa finem seculi sexti in Europam rantes, jam Bulgari, jam Moravi. Debellatis per lum M. Avaribus, pars eorum in Pannonia remareliquis Caroli M. subditis juncta et aquis s. fontis malis lustrata, alia vero pars in orientem reversa, a Bulgaris penitus sublata est [1]). Donec tandem annum 893. Hunni tertia vice sub nomine Hungaron Pannoniam venissent, eamque occupassent. Qua origine Hungari nati sint, undeque advenerint, res n qua determinanda hodiedum desudunt eruditi. Ex rum sententiis nobis praeplacet ea, quae Majores is ex Hunnis Sabiris *), qui olim ad montem Caucaabitaverunt, descendere statuit, idque tanto magis, teste S. Hieronymo et Agathia scriptore Graeco s multos jam Attila inter milites suos numeraverit. sententiam confirmat I. Quod Constantinus Porgenitus dicat [2]): Hungaros longe citius fuisse vocatos os, quam Turcos. II. Scylax aeque scriptor Graet Hungaros Danubii accolas olim Turcos nominatos orum posteros esse, ac olim ad montem Caucasum

---

cclog. Hist. de reb. Byzant. apud Stritter de Avaricis c. 14. §. 161. l an. 814—820.

onstant. Porphyrog. de administr. imper. orient. c. 42.

habitasse. Jam autem ex Procopio, qui Justiniani imperatoris exercitum comitabatur, certo constat, populos illos, qui ad Caucasum montem habitabant, Sabiros vocatos fuisse, multisque bellis inclaruisse. Ut adeo nullum dubium superesse possit Majores nostros ex Hunnis Sabiris descendisse ac regionem borealem Caucasiorum montium olim tenuisse [1]. Igitur Hungari Pannoniam ingressi Arpado duci, ejusque successoribus supremam potestatem conferentes, totam regionem a montibus Carpaticis usque ad Savum, Styriam, et Austriam, a Moravo fluvio usque ad Moldaviam, Valachiam, Bosniam et Serviam occuparunt. Condito regno, et incursionibus in vicinas regiones inchoatis Arpadus anno 907. obiit, haerede regni Zultano relicto. Huic successere Toxus, Geisa, et Stephanus, qui postquam Astricus rebus e sententia compositis Roma redivisset, Strigonii per Dominicum Archiepiscopum solemni ritu inauguratus, regis titulum cum diademate assumsit, et primus in Hungaria rex Apostolicus dictus est. Inter successores S. Stephani notari vel maxime merentur S. Ladislaus, qui salutaribus legibus contra furta et caedes latis conatus S. Stephani promovit, partem Slavoniae et Croatiae juris s. coronae adseruit; Colomanus, qui Dalmatiam et Bosniam, Emericus, qui Serviam et Bulgariam Hungariae adjecit; Andreas II. qui filium suum Colomannum Galiciae et Lodomeriae regem dedit et Moldaviam acquisivit; Bela IV. qui Cumanos et Jaziges in regnum recepit, ac incolarum per Tartaros interfectorum aut abactorum defectum supplevit. Exstincta anno 1301. virili stirpe Arpadiana exteri ad regiam dignitatem medio electionis promovebantur, saepe tamen cum turbis et factionibus. Ex his celeberrimi erant Ludovicus M. filius Caroli Roberti Andegavensis, qui Poloniae rex creatus Galiciam et Lodomeriam (Russiam rubram) jure postliminii sacrae coronae restituit, Hungariam ad eum potentiae gradum evehens, ut ne-

---

[1]) Gregorii Dankovsky Hung. const. origines, Gentis incunab. et diversae sedes etc. Posonii 1826. item ejus Hung. gent. avitum cognom. origo genuina. Poson. 1825.

ne ante neque post eum potentior fuerit [1]). Mathias Corvinus Joannis Hunyady gubernatoris potentissimi lius, qui Austriacos, Bohemos, et Turcas iteratis vicibus evicit, .scientias et artes ad eum florem evexit, ut unum ac regnum, quidquid apud alios doctum et eruditum esset, ve scientiarum adminicula, sive viri multiplici eruditione nspicui attendantur, sinu suo complecteretur. Exstincto tamen Anno 1490. Mathia Corvino cuncta in pejus stata sunt, cum Bohemiae rex Uladislaus thronum ungariae conscendisset. Eo enim in gubernandis regni negotiis remissiore existente, multae provinciae et urbes ab ungaria avulsae, et in ipsis regni visceribus factiones ortae sunt [2]). Ejus filius Ludovicus II. in proelio infelicissimo ad Mohács anno 1526. occubuit, post quam fatalem cladem magna regni pars in Turcarum servitutem redacta fuit. Nicol. Istvánfy Hist. de reb. Hungar. Lib. III. p. 82.

*) Unde Hunn Σαβιρ, Hunn Σαβαρ, ab aliis Ουγροι vocati sunt, inde nomen Hungari ortum fuisse videtur. Gens vero ipsa patrio sermone se vocitare solebat: Magar, seu hodie Magyar a Megere ideo, quod ex hac tribu Arpadi prosapia descenderet; seu a Muagere Hunnorum rege, quem, cum a Gorda fratre propter Constantinopolitanorum societatem, Christianamque Religionem atroces discordiae separassent: ii, qui Muageris, deorumque cultum, ac ritus gentiles sequebantur, ipsi sibi Magarum nomen indiderunt, ac deinceps quoque retinuerunt. Deseritius Tom. I. pag. 136 et seq.

§. 5.

Arabes. Mogoli. Turcae.

Arabes caliphis suis subordinati usque ad annum 833. ortissime se sustentarunt. At mortuo Al Mammone caliphа Bagdadensi eorum status politicus mutationem magnam subivit. Ipsa enim interna caliphatus constitutio tantis efectibus scatebat, ut is solum excelsis imperantis qualitibus conservari potuerit. Deficiente, aut in regendi arte nud perito existente calipha suapte sequi oportuit, ut pro-

[1]) Palma Hist. Hung. T. II. p. 120—129. Spanyik Hist. Hung. epitome p. 264.

[2]) Bonfinius dec. IV. L. IX. p. 668.

vinciarum remotarum praesides semper potentiores ac tandem independentes evaderent, sicque vinculum religionis, quod cunctos Musulmannos, omnesque provincias sub calipha velut **Muhammedis** successore et supremo capite totius sectae conjungere debuisset, sensim solveretur, pluresque sectae et schismata enascerentur. Unde successores **Al-Mammonis** et ingenio et regnandi arte minus periti, ad angustiores limites utpote ad Bagdad hujusque viciniam restringebantur, solam supremam in rebus religiosis potestatem retinentes. Ipsi Arabes quoque literis sensim exculti a barbara praedas exercendi consuetudine, ferociaque militari desuescebant. Quibus hoc in statu positis facile evenire potuit, ut provinciarum praesides calipharum jugum excuterent, et propria regna constituerent independentia. Sic enatum fuit anno 972. regnum Aegypti sub Fatimitis ex filia **Muhammedis** descendentibus, qui plane religioso regimini caliphae Bagdadensis ultro subesse detrectarunt, civitatemque Cahiram aedificantes in regni sedem elevarunt. Ita septemtrionalem plagam Africae, Siciliam, Sardiniam, Fez et Marocco aliae tribus Arabicae occuparunt, propriisque ducibus gubernarunt [1]. Acerrimi autem hostes Arabum erant Turcae ex Caucaso ipsos saepissime impetentes, praesertim vero illi, qui duce **Seljucci**, a quo Seljuccidarum familia nomen traxit, anno 1038. novum imperium fundarunt, huicque praeter provincias a caliphatu avulsas Chorossanam, Parthiam, Mediam et Armeniam adjunxerunt postmodum pluribus adhuc provinciis illud augentes [2].

Mogoli ineunte seculo XIII. magnam vastitatem Orienti intulerunt duce **Czingis-Chano**, qui victoriis ubique referendo totam Tartariam, postea regnum, quod

[1] Histor. Byzant. Script. edit. Phil. Labbei. Paris 1648 — 1683. 31. vol. Abulpharagii histor. dynastiar. et Pocock. Oxon. 1663. 4. Georg. Elmacin. hist. Saracen. armen. et latin. edit. Thom. Erpenii Lugd. Batav. 1625. f. Simon Okley the Saracens conquest of Syria, Persia and Aegypt. 1708. 8. et History of the Saracens 1718. 8. Abt von Marigny Gesch. der Araber unter den Caliphen. Ex Gallico Berolin. et Bostampii 1753—1754. III. vol. 8.

[2] Abulfeda annales moslem. arab. et latin. op. et stud. Jo. Jac. Reiskii Hafniae 1789—1794. 5. vol. 4. Deguignes Gesch. der Hunnen und Türken p. 4. p. 361.

nomine Magni Mogolis hodie audit, et Chorossanem ac Persidem subjugavit, ultro progressus in ipsam plane Chinam pervenit, ac triumphis ornatus anno 1226. fatis functus [1]). Exemplo patris insistentes filii Chinam universam occuparunt, califatum Bagdadi annihilarunt, et Iconiensi Seljucci darum regno tributum imposuerunt. Anno 1237. gens Mogolica Russiam invasit, et Moscovia expugnata magnam stragem aliis quoque vicinis regionibus intulit. Occupata Russia Mogoli anno 1240. Poloniam versus progressi victrices motus suos usque Silesiam prosecuti sunt [2]). Et licet Mogoli circa finem seculi XIII. summum potentiae fastigium conscenderint, cum tamen regnum eorum inter plures principes divideretur, nimis debilitabatur, donec ad pristinum splendorem illud reduxisset Tamerlan, qui tota Asia subjugata Bajazethem ipsum anno 1402. coepit [3]). Illo tamen in expeditione contra Sinenses suscepta fatis cedente Mogolorum regnum collapsum est.

Osmannorum seu Turcarum regnum duce Othman in Asia minore exortum. Hic enim principatum a patre acceptum devictorum christianorum spoliis egregie ampliavit et assumto titulo sultani circa annum 1300. Othomanico imperio initium dedit. Successores ejus arte militari instructi magnas res in Asia effectuarunt, limites imperii mirum in modum dilatantes et internam fortitudinem tantam imperio suo conciliantes, ut tandem Muhammedes II. expugnata anno 1453. urbe Constantinopolitana Graecorum imperio totalem interitum adtulerit. V. Annales Sultanor. Othmanidar a Turcis lingua propria scripti et per Leunclay in Latin. versi edit. 2. Francof. 1596. fol. et Histoire du regne de Mahom. II. empereur des Turcs par le Sieur Guillet. Paris 1681. 2 vol. 12.

§. 6.

Conversio Scandinavorum.

Quanquam Religio Christiana inde ab VIII seculis per

---

[1]) Petit de la Croix in Gengischane copios. Abulphar. dynast. IX. p. 432. et seq.
[2]) Herberstein com. rer. Moscovit. p. 6. et 64.
[3]) La Croix op. cit. L. V. p. 49. 53.

cultiores Europae provincias longe lateque propagata fuerit, reperiebantur tamen plures adhuc regiones, a quibus non solum verbi divini praecones, aut missionarii, sed etiam milites armis instructi arcebantur, sicque omnis occasio propagandae Religionis Christianae adempta erat. Aliae porro inveniebantur regiones, in quibus Religio Christiana quidem implantata fuerat, sed cum semen verbi divini supra petram ceciderit, et radices firmas figere nequiverit, per incursiones et tribulationes barbarorum facile exstirpata rursus seminanda erat. Ad priores plagas spectabant absque dubio extremae Germaniae septemtrionalis provinciae Dania, Svecia, Norvegia (uno nomine Scandinavia) et conterminae insulae, quas nullus intrare poterat prius, quam Carolus M. relatis victoriis Saxones subjugasset. His ergo devictis Evangelii lumen illuxit.

1) Danis, Svecis et Norvegis, seu Scandinavis. Eorum conversionem primus sibi cordi sumsit Ebbo Archiepiscopus Rhemensis ex Germania oriundus, ac Ludovici Pii olim condiscipulus, occasionem dante bello inter haeredes illarum provinciarum exorto. Mortuo quippe Iutiae rege filii hujus de paterna haereditate disceptantes Haraldum fratrem suum regno excluserunt, qui anno 814. ad Ludovicum Pium confugiens, protectionem ejus imploravit, eamque obtinuit tanto facilius, quod declaraverit se a Religione Christiana amplectenda minime alienum esse. Imperator itaque audito eo, et petitum auxilium addixit, legatos illuc mittens, qui turbas in regno exortas componerent, et consensu Paschalis P. Ebbonem Archiepiscopum et Halitgarum episcopum eorsum deputavit, qui illarum ditionum ethnicos ad Christi fidem converterent. Nec eos fefellit eventus [1]), nam praeter multos ad Christi ovile inductos ipse Haraldus promissi sui memor anno 826. cum uxore et filiis Moguntiae s. baptismatis fonte regeneratus est. Felices Ebbonis progressus Ansgarus corbejensis monachus continuavit, qui a rege Haraldo in Daniam evocatus in consortio Autberti propagationem Religionis

[1]) Acta SS. Antverp. 3. Febr. Mabillon. Annal. Bened. Secul. 4 part. 2. Molleri Cimbria literata Tom. II. p. 175. et seq. Fabricii biblioth. lat. med. et inf. aetat. Tom. II. p. 217. et seq.

ristianae primus in Jutia prosecutus, postea defuncto so- solus in asperum Sueciae regnum penetrans apostolum risti magno cum fructu ibidem egit anno 830. Inde in riam redux Ansgarius a Ludovico Pio episcopatui nburgensi tribus annis tardius praefectus est. At Ham- gensi civitate per irruentes Danos anno 845. devastata, lem suam Bremam transtulit, ac inde Religionem Chri- nam in maritimis Germaniae partibus per 40 annos pro- avit. Constantes tamen in Religione Christiana populi hi serunt solum seculo X. ubi nempe Henricus Auceps)tto imperatores victricibus armis eorsum pertingentes, sionariis liberum et securum commeatum ad illas pro- cias adperuissent, et Otto I. victis Daniae incolis Re- onis Christianae ultro propagandae et firmandae gratia scopatus Slesvicensem, Roëskildensem, Ripensem, Aar- sanum, et Altenburgensem in occupatis provinciis fun- set, hosque metropolitae Hamburgensi subjecisset. Qui eratis postea etiam Soranis, Venedis, aliisque barbaris Albim, Salam, Havelam, ac Viadrum habitantibus eos nes facilioris regiminis gratia ad fidem Christianam con- tit, imo ut ipsos tanto arctiori vinculo sibi jungeret, mque hic etiam constantem redderet, episcopatus Mise- n, Cizensem, Havelburgensem, Merseburgensem et Bran- urgensem erexit, eisque anno 968. Archiepiscopum Mag- urgensem praefecit. Imo episcopos a se constitutos am- simis bonis dotavit, ducum, marchionum et comitum ti- s ornavit, collato eis jure tributa exigendi et monetam lendi [1]). Conatus hi tantos posteritati tulerunt fructus, ut Canutus M. Daniae rex inter an. 1014. et 1035. n Ericus Skautkonung Sveciae rex circa annum)8. Christianam Religionem assumserint. Ad Norvegiam uique transplantata fuit Religio Christiana anno 935. sub imine Hakonis principis, qui in Anglia S. Baptismate ratus eam inter suos insigniter promoveri fecit. Unde mox Islandiam, Groenlandiam et insulas Orcadas transposita . Vid. S. Ansgarii vita edita a Claudio Archenio Holm.

Ditmar. Chron. L. II. Chronic. Magdeburg. apud Meibom. Tom. I. p. 731. T. 2. p. 269. Sagittarius antiq. Archiepisc. Magdeb. Saxo Grammat. Hist. Lib. IX. Adam. Bremens. H. E. L. II. c. 2.

1677. 4. Adam Bremens. Hist. Eccl. L. I. c. 15. II. c. 2. 3. 15.' 26. Pantoppidani annal. eccles.

§. 7.

Conversio Pomeranorum, Rugiorum et Finnorum.

Pomeranorum conversio sic accidit: Boleslaus III. Poloniae dux anno 1121. illos armis adgressus feliciter devicit, pacemque illis sub illa solum conditione concessit, si relicto idolorum cultu, veram Christi fidem amplecterentur. Quod, ut eo certius effectui manciparet, Ottonem Bambergensem episcopum missis ad eum anno 1124. literis in regnum suum invitavit, eumque jurisdictione Honorii II. P. ornatum, velut fidei praeconem in Pomeraniam misit [1]). Illuc adpellens Otto cum initio statim muneris sui eximiae prudentiae documentum edidit. Cum enim sciret Pomeranos et opulentos esse, et odisse hospites mendicos, ipse splendidis vestibus indutus, et pluribus sociis stipatus in medio eorum comparuit, dum vero praedicabat ornatum episcopalem adeo splendidum gestabat, ut facile crederent, illum omnibus fortunae bonis abundare, neque eleemosynas colligendae, sed salutis ipsorum promovendae gratia advenisse. Verae religionis praeceptis imbuti Pomerani idola certatim sustulerunt. Ex omnibus vero pretiosis, quae in confractorum idolorum templis reperta sunt, Otto nihil aliud conservavit, quam idolum triceps, quod velut symbolum sublatae per se idololatriae Pontifici Romano praesentavit. Imo anno 1128. novitus Pomeraniam ad idololatriae reliquias penitus exstirpandas accessit, et non obstante laborum, periculorum et adversitatum multitudine coeptam praedicationis provinciam continuavit, immortali memoria dignus, quod in rudi et squallida terrae ditione prima posuerit scholarum et ecclesiarum fundamenta, detestabilem polygamiam et crudelissima infanticidia sustulerit, subditis libertatem Christianam asseruerit, agrorum, vinearumque

[1]) Vit. Ottonis Lib. III. in Basnage thesaur. Tom. III. P. II. p. 35. cum Bulla canonis Clem. III. d. 1189. in act. 53. Tom. I. Jul. p. 349. Andreae vita Otton. in Ludwig rer. Bamberg. Script.' Tom. I. p. 460. Bugenhagen Pomerania edit. Balthasar. Schöttgen de Pomeran. convers. per Otton. Wokenii dissert. de convers. Pomeranor. ad. reliq. christ. ante Otton. Bamberg.

ulturae in s. coenae commodum et reipublicae emolumen-
um incolas asuefecerit [1].

Quod Rugios attinet. Eorum conversionem Valemarus Daniae rex cum Absalone Archiepiscopo andensi effectu coronavit. Expugnatis enim insulae duobus unimentis, iisque solo aequatis, ferocissimus et a religiie Christiana omnino alienus populus mitior factus, jugo hristi suavissimo se submisit [2], sacrasque aedes aedificait, coemeteria fundavit, Deique et altaris ministros constiit. Erectae autem vel maxime tunc sunt Ecclesiae in hac sula, ubi anno 1169. mediam insulae partem Henricus axoniae et Bavariae dux obtineret [3].

Finnorum conversio ad Religionem Christianam siiliter tunc primum perfici potuit, ubi feroci et rebelli ati clades iteratae illatae fuissent. Probabile est, jam iscopos Upsalienses ante annum 1157. consilio Romanoim Pontificum conatum adhibuisse, ut ethnica Finnorum ens ad Religionem Christianam converteretur. Verum in stra sementem fecerunt. Tandem anno 1157. Sueciae rex ricus IX. numeroso stipatus exercitu [4] in consortio enrici Upsaliensis episcopi [5] Finniam cum vi et copiis trans victos incolas ad arma deponenda, et Christi sacra mplectenda disposuit, omnesque cladi superstites sacro ptismatis fonte initiari praecepit. Quo autem eos constans in fide Catholica conservaret, ecclesiam in usus eorum acros exurgere fecit, assignans ipsis pro episcopo Henicum, virum Religionis propagandae studiosissimum, qui nsecratis omnibus laboribus et fatigiis, Finnorum converionem tandem consummavit. Cum tamen Henricus ma-

---

[1]) Reinhard de cultus vineatici in Pomeran. primordiis Erlang. 1762. Gebhardt Gesch. aller wendischen Staaten vol. II. p. 40. Schroeck Tom. XXV. pag. 221—245.

[2]) Saxo Grammat. Hist. Daniae L. XIV. p. 287. Helmold Chron. Slavon. Lib. II. c. 12. 13. Pantoppidanus gesta Danor. extra Dan. Tom. I. p. 404.

[3]) Pantoppidani gesta Danor. Tom. I. p. 284. Dänisch. Biblioth. p. II. p. 1. Gesch. des Reichs Rügen in Gebhardt's Gesch. aller wendisch. Staaten. Tom. II. p. 9—23.

[4]) Erlandi Fabric. Bibl. Lad. med. et inf. Tom II. p. 107. vita et miracul. S. Erici. edit. Schefer et in act. SS. T. IV. Maji die 18. p. 188.

[5]) Acta SS. Januar. die 19. Oberuhjalm's Hist. Suecor. Gothorumq. eccles. p. 461. Dalie Gesch. v. Schweden P. II. p. 82—98.

jorem in hos novos Christianos severitatem exerceret, illi expectarent, anno 1158. ingrati quidam eum vita priv runt, sicque martyrio coronatus in coelestem migravit p triam.

§. 8.

Conversio Livonum. Borussorum.

Livones pariter cum magna solum difficultate fidem Christi convertebantur. Cum nempe inde a medio s culi XII. quidam ex mercatoribus Bremensibus vel Lub censibus questus exercendi gratia iter in Livoniam suscip rent, Meinhardus canonicus regularis Segenbergen fidem Christi apud Livones promulgavit, meliorem vitae morum disciplinam eis instillans. Quo succedente cum W demari Ruthenorum principis consensu ecclesiam i posuit ad Dunam fluvium, ac duobus gentis primori aliisque pluribus S. Baptismate lustratis, episcopi munia ter illos exercenda suscepit, non tamen felici cum s cessu; nam plures ex conversis in apostasiam lapsi praedicatoribus sociisque Meinhardi mortem intul Successor ejus Bertholdus videns ferocissimam gen vix quidquam cessuram esse tamdiu, donec in possess arcium suarum perseveraret, eapropter eam prius ar cruce signatorum militum subjugatam eo disponere con tur, ut obedientiam et fidei Christianae susceptionem p miserit [1]. Quia tamen paulo post omnibus sacrorum m nistris necem inferre pararet, Albertus episcopus mu mento Rigae posito ordinem gladiferorum. Christi a 1201. fundavit §. 86. quorum armis Livones in ordin redacti fidem datam servarunt [2].

Quantum ad Borussos, hi seculo XIII. plerumque a huc ethnicae superstitioni addicti, tamque crudeles et ba bari erant, ut non solum hostium in bello interceptor

---

[1]) Arnold Chron. Slavor. L. VII. c. 8. Origin. Livon. sacr. et civil. p edit. Gruber. Wagner Gesch. von Liefland p. 313. Tetschen Kurl Kirchengesch. P. I. p. 44. Heinr. von Jannau Gesch. von Liefl. Esthl. p. I. sect. 2. et 3.

[2]) Helyot Histoire des ordres relig. et equest. Tom. III. Conr. S Schurzfleisch Hist. Ensiferor. Viteberg. 1701.

sanguinem Diis suis offerrent, sed etiam femellas proles suas una excepta e medio tollerent, et superstites contra omnem humanitatis sensum venui exponerent, Christianos in ipsorum territorio habitantes acerbissime persequerentur, agrum insuper Culmensem et Massoviensem igne et ferro, qua late patet, devastarent, incolas partim gladio immolantes, partim in servitutem perpetuam abducentes *). Quo itaque adeo infensos hostes Christiani ex sedibus suis repellerent, Christianus ex ordine Cisterciensium monachus Pomeranus, postea episcopatui Vratislaviensi praefectus, qui cum pluribus missionariis ab Innocentio III. P. ad plantandam Christi fidem ablegatus fuerat, Conradum Massoviae ducem eo perduxit, ut Borussos tam atrocia facinora sibi indulgentes armis compesceret. Nec moras trahens Conradus anno 1230. equites Teutonicos in terris Venetis habitantes, sibi largis promissionibus associans, acre bellum Borussis indixit, quo feliciter terminato, eos clade affectos, dominio equitum Teutonicorum, qui duce suo Hermanno de Salza adeo strenue pugnaverant, subjecit, sicque eo inclinavit, ut Baptismum admitterent [1]). Hanc eorum ad fidem Christi conversionem utpote armis extortam ipse Christianus Vratislaviensis episcopus aegre ferebat, cum nec interna animi convictione producta, nec omnes gentilismi reliquiae illico sublatae fuerint. Ceterum quisque fateatur oportet, internam animi convictionem et pietatem successu temporis apud illos doctrina et zelo praeconum invalescentem etiam externam eorum felicitatem promovisse, atque sic Christianorum genuinorum numerum haud parum auctum fuisse.

*) Prima apud Borussos Evangelii semina jam S. Adalbertus episcopus Pragensis in vicinia Dantisci sparsit, quem tamen ethnicus quidam sacerdos anno 997. vita privavit; postea id ipsum tentarunt Bruno et Bonifacius fidei praecones, ve-

---

[1]) Dithmar. Chron. L. VI. Petr. de Duisburg Chron. Pruss. edit. a Chr. Hartknock Francof. et Lips. 1679. 4. cum editoris 19. disser. imprimis diss. 14. de orig. Rel. Christ. in Prussia p. 208. Alberici Chron. ad an. 1207. in Leibnicz. access. histor. Tom. II. p. 444. Duellii Hist. Ord. equit. Teuton. Andr. Schottii Prussia Christ. Gedani 1738. 4. Hartknock Preuss. Kirchengesch. Frankf. am M. 1686. 4. Lilienthal act. Borus. Tom. I. p. 384. Arnold's Kirchengesch. des Königr. Preuss. Königsb. 1769. Baczko Gesch. Preuss. Tom. 1. pag. 92.

rum et hi anno 1007. eandem sortem, quam prior experti sunt. Vid. vita S. Adalb. edit. a Bzovio act. SS. Junii T. III. et VI. p. 217. Damiani vit. S. Romualdi in act. SS. Febr. p. II. p. 113. Nerini de templo et coenob. SS. Bonif. et Alexand. (Rom. 1752) pag. 154.

§. 9.

Conversio nationum Slavicarum.

Circa medium seculi IX. Religio Christiana ad nationes Slavicas quoque perlata est, sicque Christo nomen dederunt:

1) Bulgari, quorum conversioni occasionem praebuit bellum, quod anno 811. cum Nicephoro Orientis imperatore gesserunt. Postquam enim illi victoriam de imperatore tulissent, multosque captivos in Bulgariam abduxissent, his utpote Christianis successit, ut multos ex Bulgaris ad Religionem Christianam amplectendam persuaderent, qua in conversione perficienda vel maxime operam praestitit Manuel episcopus, qui exemplari vita et doctrina multos Christo lucri fecit. Ab hoc tempore verae Religionis principia sensim propagata sunt, multum ad id conferente Theodoro Kuphara monacho, et zeloso veri divini praecone. Tandem dira fame Bulgaros circa annum 862. premente, eorum rex Bogoris per Photium Constantinopoli sacro fonte baptismi lustratus, et ab imperatoris nomine Michael nuncupatus est. Ad quam resolutionem multum quoque contulisse fertur imago quaepiam extremum judicium repraesentans, ab artifice Constantinopolitano adeo insigniter picta, ut Bogoris ea conspecta toto animo commotus fuerit. Nec satis erat illi baptismum suscepisse, verum duos etiam fratres Methodium et Cyrillum monachos Thessalonicenses, nominis fama celeberrimos, fine propagandi in regno suo Evangelii invitavit, qui tam felici successu integram nationem Bulgaricam doctrina Christi imbuerunt, et Religionem veram adeo firmo pede ibidem stabiliverunt, ut jam non amplius deleri posse videretur [1]). Nonnulli plane ejus opinionis sunt, quod Cy-

---

[1]) Fabricii lux Evangel. p. 480. Simeon Logoth. an. IV. Michael Dobner Annal. Tom. II. an. 861. Stredovszky Hist. Sacr. Moraviae. Fries

·illus vicinos quoque Dalmatiae et Croatiae incolas visiaverit, ac eorum regi Budimiro baptismum contulerit.

2) Moravi, quibus Religionis Christianae principia circa initium seculi IX. jam praedicavit Urolchus ecclesiae Laureacensis episcopus. Hic postquam zelo, et laboribus indefessis per Moraviam praedicaret, regem Moyairum et proceres multos ad Religionem Christi profitenlam persuasit, ac quatuor episcopatus in confiniis Hunnoum et Moravorum erexit. Inde repetendum, cur magna loravia olim ad jurisdictionem episcopi Laureacensis specaverit, Latinaeque Ecclesiae ritum olim secuta fuerit. Loco ajus postmodum ritus Slavo-Graecus invaluit, ubi nempe latislaus Moraviae dux inimico animo Germanis affecis, Michaelem imperatorem et patriarcham Constantiopolitanum interpellans memoratos duos fama nominis lebratos missionarios Cyrillum et Methodium obbaisset, qui non solum labores priorum verbi divini praeonum insigniter promoverunt, verum etiam Olomucensem Brunensem ecclesias fundarunt, liturgiam tamen Slavium introduxerunt. Cum vero novae huic liturgiae Salisburensis antistes aliique Germaniae praesules refragarentur, ad Joannem VIII. P. delata, sic decisa est, ut Evanelium sub cultu divino deinceps latina lingua servando itine legeretur, vernacula tamen lingua idem Evangelium delibus etiam exponeretur [1]).

3) Bohemi, his juxta Annales Fuldenses prima erbi divini lux affulsit anno 845. quo videlicet quatuordeim duces Bohemiae castra Ludovici Germaniae regis ecuti, et ditiones in Bavariae limitibus tenentes Ratisboae S. Baptismatis fonte lustrati, nomen Christo dederunt. berius tamen primo inter annum 880. et 890. Religio

---

Kirchengesch. des Königr. Polen 1. Th. p. 9. 28. Schroeck's Christl. Kirch. Gesch. XXI. Th. p. 399. et seq.

[1]) Andreas Wengerscius in Hist. Eccl. Slavor. p. 8. Petr. Kohlius introduct. in Histor. et rem literariam Slavor. p. 124. And. Regenvolscii System. Chronolog. eccles. Slavonicar. per provinc. varias distinctar. Lib. IV. adornat. Trajecti ad Rhen. 652. 4. Adam Pilarz et Franc. Moravecz Moraviae Hist. eccles. & politic. Brunae 1785. seq. III. 8. Assemannii Kalendar. Eccles. Slavic. in ejusd. Kalendar. nnivers. Eccles. Rom. 750. VI. 8. Honor. Novotny Kritisch. Bemerk. zur Berichtig. der Geschichte des Gross Mährisch. Reichs, Wien 1803.

Christiana per Bohemiam propagata est, cum videlicet Borzivojus Bohemiae dux in Svatopluci Moraviae ducis aula baptisatus, inde Caichum presbyterum consilio S. Methodii in Bohemiam abducens, conjugem quoque suam Ludmillam ad Sacra christiana amplectenda flexisset, multosque alios ad exemplum ducissae convertisset. Fatendum tamen est, nec hac vice adhuc integram Bohemiam ad Christi fidem conversam fuisse, quamvis id et Borzivojus et ejus nepos S. Wenceslaus ardentissime optarent. Successit primum hoc sub Boleslao II. qui anno 965. cum consensu Ratisbonensis episcopi, cujus jurisdictioni hucdum Bohemia subjecta erat, primum episcopatum Pragae erexit, sicque Religionem Christianam in tota provincia dominantem reddidit [1]).

§. 10.

Continuatio.

4) Russi, seu ea gens Scandinaviae, quae Slavicas provincias occupans, et se cum Slavis subjugatis conjungens hodiernae Russiae nomen dedit, per missionarios Constantinopoli advenientes hac periodo primis fidei elementis imbuta est, cum nempe Basilius imperator post medium seculi IX. eos consiliis permovisset, ut verbi divini praecones ab Ignatio patriarcha Constantinopolitano missos reciperent, eorumque doctrinam sequerentur. Verum haud sollide instructi ad avitam superstitionem mox rediverunt. Et quamvis centum fere annis tardius Elga, vel Olga magni animi principissa tenelli filii sui nomine regimini praefecta, Religioni Christianae nomen dederit, subditi tamen ejus exemplum necdum sequebantur. Id solum Wlodimiro I. seu Magno successit, ut ipse conversus populum suum ad idem faciendum permoveret. Is nempe per conjugem suam Annam Basilii et Constantini imperatoris sororem dispositus, anno 988. ad baptismum suscipiendum se resolvit. Et quoniam gens quoque ipsi subor-

---

[1]) Chr. Schmid's Untersuchung: Ward das Christenthum in Böhmen von Methud nach den Grundsätz. der Griechisch. oder Latein. Kirche eingeführt? Leipzig 1789. 8. Dobner's Abhandl. der Böhm. Gesellsch. der Wissensch. auf's Jahr 1785. p. 102.

linata exemplum ejus sequebatur, archiepiscopatus duos Kioviae et Novogrodi fundavit, ut recens seminatum verbum divinum uberiores et durabiles in novello agro Domini fructus ferret. Patris vistigia secutus Jaroslaus filius rem tandem eo perduxit, ut Religio Christi in Russia stabilem sedem figeret [1]).

5) Poloni, his jam agente Ottone M. imperatore lux Evangelii affulsit, multique ex iis tunc jam ad Christum conversi sunt. Firmiores tamen radices fixit Religio Christiana sub Miecislao Poloniae duce, qui Dombrovkae conjugis suae Christianae, et Boleslai ducis filiae consiliis persuasus, polygamiae simul et idololatriae valedixit, et anno 965. sacra Christiana amplexus est, imo totum Poloniae populum ad baptismum suscipiendum disposuit [2]). Initio quidem conversionis suae Poloni non secus ac Moravi et Bohemi ritu Graeco cultum divinum absolvebant, succedentibus tamen Germanis Evangelii praeconibus invaluit, ut loco ritus Graeci Latinum amplecterentur. Praeter episcopatum Posnanientem, qui unicus hucdum in Polonia existebat, alii quoque erecti sunt, uti Cracoviensis, Wratislaviensis et Colbergensis, qui ab anno 1000. archiepiscopo Gnesiensi suberant [3]).

6) Slavi Baltici seu ad mare Balticum habitantes opera principum et episcoporum seculo XII. armis prius subacti, nomen Christo dederunt, sicque ex hostibus fidei Christianae ejusdem cultores facti, longe mitiores mores induerunt. Celeberrimus autem hoc obtutu princeps illius temporis erat Henricus Leo Saxoniae et Bavariae dux [4]), qui non solum gentem Slavico-Vendicam ab anno

---

[1]) Constant. Porphyrog. in vita Basilii Maced. Theoph. Sigfr. Bayer in dissert. de Russor. prima exped. Constantinop. quae continet. Tom. VI. Commentar. scientiar. Academ. Petropol. Semler de primis initiis Christ. inter Russos Relig. Halae 1762. 4. Jerem. Fr. Reuss de Eccles. Ruth. Tüb. 1769. 70. II. 8. I. 261. Sammlung Russisch. Geschicht. Petersb. 1732. IX. 8. II. p. 104. et seq. (V. Gesch. von Müller).

[2]) Basnage thesaur. moniment. T. III. p. 1. p. 41. Jo. Dlugossii histor. Polon. L. II. p. 91. Godofred. Lenguisch de relig. Ch. initiis in Polon. Lips. 1735. Chr. Gottl. v. Friese Kirch. Ges. des Königr. Polen I. Th. p. 87.

[3]) Ibidem.

[4]) Gerardi Histor. de Henr. Leon in Meibomii scriptor. rer. Germ. T. I. Schurzfleisch de Henri. Leon. opuscul. hist. politic. p. 574.

1148. maris Baltici accolam, item in Saxonia ad Albim fluvium domiciliantem armis subjecit, verum etiam Religionem Christianam ab Ottonis M. aevo sensim deficientem in transalbiana Slavorum provincia instauravit, et fundatis episcopatibus Raceburgensi, Altenburgensi et Severinensi, quos amplis reditibus donaverat, ad stabilem pedem collocavit [1]. Inter missionarios, qui operam huic ditioni locarunt, maxime memorandus est Wicelinus, urbis Hameliae filius, canonicus regularis S. Augustini, qui aliis Saxoniae sacerdotibus junctus Slavorum idololatriam zelose exstirpavit, et illis per 30 annos ab anno 1124. fidem Christi annunciavit, episcopatui Altenburgensi tandem praefectus [2].

7) Lithuani, quorum conversio seculo XIV. ad finem vergente contigit. Cum quippe omnes fere principes Europae Religionem Christianam, excepto Jagellone Lithuaniae duce profiterentur, huic etiam anno 1382. occasio eam amplectendi data est. Cum enim Hedwigem Poloniae reginam in uxorem accipere volens, promissum fecisset, se una cum populo suo Religionem Christianam amplexurum esse, Hedwig regina licet ab aliis quoque principis ardenter expetita, cum tamen et Lithuaniae conversionem zelose optaret, et ejus cum Polonia conjunctionem cuperet, anno 1386. petito ejusdem subscripsit. Quare i in civitate Cracoviensi S. Baptismate initiatus et Uladislai II. nomine insignitus, anno sequente eo rem perduxit, ut in comitiis Vilnae celebratis omnium Lithuaniae incolarum conversio decerneretur [3], tanto magis quod ipse illorum princeps jam conversus esset. Regis ad exemplum reapse populus catervatim Christo nomen dedit. A quo tempore mores Polonorum vita sociali, questu rurali, et civico, nundinis publicis, arte legendi et scribendi mitiores reddebantur [4]. Seculo XV. autem etiam Samogitiae ad Li-

---

1) Helmold hist. Slavor. L. I. c. 2. et seq. Origin. Guelf. T. III. p. 1[illegible] Gebhardt Gesch. aller wendisch. Staaten P. I. p. 143. Kreisig Beitr. zur sächs. Gesch. P. VI. p. 1.

2) Mollerii Cimbria lit. T. II. p. 910. Westphalen monum. Cimbr. T. I[illegible] p. 234. et praefat. 33.

3) Dlugossii hist. Polon. T. I. L. X. p. 102. Solignac Gesch. von Pole[illegible] T. I. p. 406.

4) Schlöczer's Gesch. von Lithauen p. 84. et seq. Aeneas Sylv. Hist. d[illegible]

huaniam spectantis incolae opera praesertim equitum Teutonicorum ad fidem Christianam conversi sunt. Vid. Jo. Henr. Hottinger Hist. Eccles. n. F. p. 856. et seq.

§. 11.

Conversio Hungarorum sub Geisa.

Hungaris et Avaris jam Caroli M. conatibus modicam lucem Evangelii ortam, sed paulo post extinctam fuisse scriptores testantur [1]). Verum felicius propagatio Religionis Christianae apud Hungaros successit seculo X. et quidem initium ejus factum in Transilvania, cujus nempe princeps Gylas Constantinopoli baptisatus, Hierotheum monachum pietate conspicuum, secum domum abduxit, multosque ad Christum convertit [2]). Licet porro conversio haec nec diuturna, nec extra limites Transilvaniae extensa fuerit, illud tamen commodum relate ad Hungariam adtulit, quod Sarolta Gyulae principis Transilvaniae filia Christianis principiis imbuta, et postmodum Geisae Hungarorum duci in conjugem data, mariti quoque animum Religioni Christianae propitium reddere conata sit. Quamvis vero Sarolta graeco ritui addicta fuerit, filius tamen ejus Stephanus institutores habuit Latinae Ecclesiae addictos, utpote Deodatum et S. Adalbertum Pragensem episcopum, qui cum adjutorio aliorum aeque latinorum praedicatorum conversionem Hungarorum perficientes, manifesto indicio sunt, Religionem Christianam in Hungaria per praecones Latinos, non autem Graecos, uti Godefridus Schwartz protestans praetendit [3]), seminatam fuisse. Et reipsa confecta inter Ottonem M. et Geisam pace Piligrinus Passaviensis mox idoneos viros in Hunga-

---

Europa c. 26. L. J. Rhesa de primis vestig. Religion. Christ. inter Lithuanos propagatae. Regiom. 1819. 4.

[1]) Cedren. Zonaras et Curopalates apud Stritter in Scriptor. Byzantin. Tom. 3. p. 619. et 620.

[2]) Godef. Schwartz dissert. in qua Religionis Christ. initia inter Hungaros Ecclesiae orientali adscribitur 1740. Refutatus per Kollár in Hist. diplom. juris patronat. Hung. regum Viennae 1762. p. 2. et seq. per Georg. Pray in annal. Hungaror. pag. 359. per Steph. Katona in Hist. critic. ducum Hungariae p. 413. et per Joan. Stilling in vita S. Steph. Cassoviae 1767. p. 6. §. 43—60.

[3]) Godefrid Schwartz ibidem.

riam expedivit, qui fidem Christianam praedicarent. Hi ta felices progressus in praedicando fecerunt, ut ex nobilio ribus utriusque sexus Hungaris quinque circiter millia Chri sto nomen darent, et captivis Christianis facultas concede retur, Religionem Christianam publice profitendi, tota de nique natio Hungarica ad amplectendam fidem veram prae pararetur [1]). Verum felicia haec Religionis Christianae ini tia bello inter Ottonem II. Caesarem et Henricu Bavariae ducem exorto, cui et Hungari contra caesarem d micantes implicabantur, turbata fuere. Bellum hoc pro glo ria Bavarorum et Hungarorum quidem successit, et pos modum etiam in Bavariam, imo et in ditionem ecclesiae Pa taviensis incursiones factae [2]), donec tandem Leopol dus Babenberg Austriae marchio ex castro Mellic prorumpens eos anno 985. ex omni trans montem Cetiu regione depulisset [3]). Geisa maturo judicio perpendens t illatis, aut acceptis cladibus nihil fere aliud sequi, qu gentem Hungaram debilitari, pacis studia sectari coepit, li beram exteris in ducatum veniendi [4]), ac sacerdotib Christianis fidem veram praedicandi facultatem conceden His animatus S. Adalbertus Pragensis episcopus, ipse in Hungariam venit praedicandi gratia et alios fidei v rae praecones horsum dimisit [5]). Geisa filio suo Va Giselam Bavariae ducis Henrici II. filiam uxorem d optabat. At dum eam legati peterent, S. Henricus vi ginis frater et Otto III. imperator sanguine junctus no nisi ea sub conditione eam elocandam fore dicebant, sponsus fidem Christianam amplecteretur [6]). Quare Gei et filius Vaik nomine Stephani assumpto per S. Ad bertum Pragensem antistitem sacris undis lustrati sunt. H rum exemplum aulici et copia nobilium imitati sunt et Geis rempublicam ad florentem statum elevavit. Quo autem re

[1]) Literae Piligrini ad Benedict. Pontif. apud Pray in Annalib. vet. pa 373. Hansicz Germ. Sacr. Tom. 1. p. 211.
[2]) Diplom. Ottonis III. anno 985. editum apud Pray ibidem pag. 375.
[3]) Chronicon Mellic. ad. an. 985. apud Pray p. 385.
[4]) Hartvic. in vita S. Steph.
[5]) Biograph. S. Adalberti in act. SS. Aprilis Tom. 3. ad diem 3. et Pr in Annal. vet. p. 376.
[6]) Avent. L. V. Annal. Bojoar. Otto Frising. L. 6. c. 27.

bene coeptam porro quoque continuaret, nonnullas ecclesias extruxit, et cum in convertenda gente sacerdotes ordinis S. Benedicti ex Bohemia, Germania et Italia acciti, aut sponte venientes semet peculiariter distinguerent, insigne pro eodem ordine in Hungaria conservando coenobium in monte Pannoniae struere coepit [1]. Verum prius, quam opus consummasset, convocatis optimatibus, et nobilibus haereditatem regni filio suo confirmans, plenus dierum, ut ait Hartvicus [2], obiit anno 997. Hungari vero scribit Baronius [3] sub jugum Christi redacti pii, mansueti, humani, et omni ex parte sanctissimi evasere, quam mutationem felicem magis adhuc Stephanus et ejus successores in Hungaris produxere.

§. 12.

Sub S. Stephano.

Stephanus defuncto patri ducis titulo quidem, sed jure pleno successit. Is ad opus Geisae coeptum feliciter consummandum egregiis dotibus, pietate, prudentia et moderatione instructus, severitatem quidem criminum reis exhibuit, verum humanitatis nunquam oblitus est. Stephanus difficile principatus initium habuit, nam exorta inter Hungaros et advenas maxime Germanos seditio propterea, quod Stephanus eorum, utpote sub Geisa jam officiis adlicitorum ac magis idoneorum consiliis uteretur, item bellum civile duce Cupa Simeghiensi propter introductam novam, et a gentili superstitione alienam Religionem Christianam suscitatum, magnas curas illi facessiverunt, donec et seditione composita, et bello contra hostem Cupam, qui per Vencellinum prostratus est, terminato, res sacras magne complecti potuisset. Restituta igitur pace Stephanus in primis curis habuit votum, quod ante bellum nuncupaverat, exolvere, ideoque coenobium Sancto Martino in monte Pannoniae dicatum pro Ordine S. Benedicti con-

---

[1]) Literae fundat. S. Stephani apud Stilting §. 15. p. 128. edit. Cassov. Katona Hist. Crit. Tom. I. p. 94.
[2]) Hartvic. apud Schwandtner T. 1. p. 415.
[3]) Apud Pray Annal. vet. pag. 388.

summavit, decimas ex universa provincia Simeghiensi eidem conferens, ac primum Abbatem Anastasium praeficiens. Cum vero messis uberior, quae ex novello agro Domini sperabatur, operarios plures exigeret, e Bohemia et Germania plures evocatos fidei Christianae praecones Stephanus in novitus fundatis a se monasteriis collocavit. Ita abbatiae B. M. V. Pécsvaradiensi Astricum alias Anastasium diversum a priori *) praefecit [1], ita tertium coenobium in monte Zobor ad Nitriam in honorem S. Hippolyti conditum proprio abbati regendum commisit. Quartum in Szala honoribus S. Adriani [2]), quintum S. Mauritio in Bakonbél [3]) dedicatum erexit. Abbatiam autem de Tihany ejusdem ordinis erexit Andreas I., qui et ibi sepultus. Ex quibus coenobiis prodeuntes praecones zelo apostolico animati fidem Christi per totum regnum seminabant. Verum et ipse S. Stephanus Apostoli munus suscipiens, provincias obibat, et jam seorsim singulos, jam in communi praesertim potentiores hortabatur, rogabat, ut fidem orthodoxam amplecterentur, nonnunquam et praemiis distributis. Laborum suorum fructus optatos perspiciens Stephanus, ut Religionem Christianam perennem redderet, episcopatus fundare et Ottonis suasu coronam regiam sumere constituit. Quapropter regnum in 10 episcopatus nempe Agriensem, Bacsiensem, Csanadiensem, Colocensem, Jaurinensem, Quinque Ecclesiensem, Transilvaniensem, Vaciensem, Varadinensem, Vesprémiensem, et unum Archiepiscopatum Strigoniensem divisit [4]) **). Designatis porro nonnullis episcopis Astricum Pécsvaradiensem abbatem Colocensi episcopatui destinatum Romam ad Sylvestrum II. Pontificem ablegavit, id impetraturum, ut gentem Hungaram recens conversam S. Pater gremio Ecclesiae inscriberet, designatos episcopatus auctoritate sua confirmaret, coronam denique, qua velut rex inaugurari et uti possit, admittere dignaretur.

[1]) Hartvicus in vit. S. Steph. pag. 130. edit. Pray.
[2]) Dipl. apud. Pray in Annal. reg. P. I. p. 29. Katona T. I. p. 247. legitur.
[3]) Ibid. apud Pray p. 42. Katona p. 441.
[4]) Ditmanus L. IV. apud Pray Annal. vet. Hungar. p. 1. 6. Hartvic. idem apud Schwanutner Tom. I. p. 417.

tifex cunctis postulatis Stephani tanto promptius de-, quod etiam Otto III. imperator coronae petendae or casu Romae constitutus, Pontificem ad id praestandum osuerit, ac tantorum hominum conversio ipsi quoque tifici summum solatium adtulerit. Imo non solum Coro-verum et Crucem in signum Apostolatus submisit, facta m potestate ecclesias Hungariae vice sui ordinandi. Sic ı Sylvestrum II. de Stephano locutum fuisse ·tvicus testatur: „Ego sum Apostolicus, ille vero to Christi Apostolus, per quem sibi tantum populum stus convertit; quare juxta dispositionem ejus, prout ıa gratia ipsum instruit, Ecclesias Dei una cum popu-nostra vice ei ordinandas relinquimus [1]).“ Munus hoc ıs legati Apostolici a Pontifice sibi concessum fuisse, quoque S. Stephanus pluries una vice in diploma-ı edixit [2]). Astrico ex urbe Romana domum reverso, ·phanum in Hungariae regem Strigonii coronatum ıe anno 1000. plus quam certum***). Coronatione per-Stephanus ordinare rempublicam, legibus firmare, ;natis episcopatibus limites figere, numerum praeco-et ministrorum fidei augere, et juxta potestatem sibi n viros pietate, doctrinaque conspicuos ecclesiis re-lis praeficere pergebat. Praeter ecclesias, quas Cathe-;s vocamus multa in oppidis et pagis templa erexit, aut ıuasvis decem villas erigi curavit, regiaque liberali-dotavit, ac ut Hartvicus [3]) narrat, crucibus, vasis s, aliaque supellectili ad Dei ministerium spectante vit. Episcopis decimas fructuum dioecesanorum, bona terea et ampla praedia ex regali patrimonio contulit, uidem adeo stabiliter, ut ea nullo unquam praetextu li, aut in alios usus converti possint [4]). Nempe probe uasus fuit Religionis dignitati et emolumento multum lesse, si ministri Ecclesiae sufficientibus proventibus leant, quo sic nullius adjutorio indigentes omni spe et

---

Hartvic. apud Schwandtner Tom. I. p. 418.
ı Péterfy concil. Hungar. p. I. p. 5. Katona Hist. critic. Tom. I. p. 441.
) Apud Schwandtner Tom. I. p. 418.
) S. Steph. Decret. II. c. 1.

metu remoto tanto liberius munus suum explere, sacram que officii sui jurisdictionem in summos aeque ac infimo exercere, egenis, et institutis publicis benefacere possit. Praeclaros s. regis in amplificanda Religione conatus imitata est Gisela, de qua Hartvicus scribit. „Erga Dei cultum ornandum quam frequens, benigna ac liberalis erga Christo servientium congregationes fuerit, multarum ecclesiarum cruces, vasa sacra et utensilia miro opere confecta, aut contexta, in hunc usque diem testantur; praecipue tamen ecclesia Veszprémiensis, quam illa a fundamentis constructam rebus omnibus, quae ad Dei ministerium sufficiunt, in auro, argento, multigenisque vestibus praeclare ornavit." Vid. Schwandtner Tom. I. p. 418. edit. Vindobon. 1746. et 1748.

*) Astricum alias Anastasium Romam missum abbatem Pécsvaradiensem diversum fuisse ab Anastasio abbate primo monasterii Pannoniae, probatur in Institut. H. Eccles. nov. Foeder. [...] me Pestini Anno 1840. edit. pag. 27. Tom. III. §. 10.

**) Episcopatum Nitriensem quoque a s. protorege fundatum fuisse, lege sis ibidem §. eod. 10. pag. 27. et seq.

***) De jure coronandi reges Hungariae, de sacra regni Corona, Cruce, Literis Sylvestrinis etc. vid. Institution. H. Eccl. praecitat. §. 10. pag. 28. et seq.

§. 13.

Et successoribus.

Sub S. Stephani successoribus, speciatim sub S. Ladislao conversi sunt ad fidem Catholicam.

I. Cumani, qui ab Orientalibus plerumque Turcomani, a Graecis Uzi et Comani, a Polonis et Russis Poloveji dicebantur [1]), et linguam eandem cum Pacinacitis habentes ex regionibus ad mare Caspium sitis sensim ad Hungariam pertingentes, isthic praedas crudeles exercebant, donec S. Ladislao caesi et in servitutem redacti, partim armis partim institutione ad Religionem Christianam profitendam dispositi fuissent [2]). Gentem hanc Cumanorum in Moldavia habitantem, seculo XIII. qua instructione, qua consiliis [...]

---

[1]) Petri Horváth Commentat. de Jazygib. et Cumanis P. I. c. 1.
[2]) Thuroczii Chronic. Part. II. c. 56. Katona Histor. pragm. Part. diss. 13. §. 3.

em faciendum persuasit Robertus Archiepiscopus Striniensis, eisque episcopum misit [1]. Huic seu is Milkoensis fuerit, seu alter [2], Valachos etiam ritum Graecum quentes Gregorius IX. Pontifex subjecit [3].

II. Rutheni pariter Hungariae cives, qui sub Anea I. Colomanno et Andrea II. relicta Russia in ngariam venerunt [4], et Russorum ritum Graecum ac guam in officio divino quidem retinuerunt [5], non tamen gmata. Nam et monachi eorum initio seculi XIII. ejurato iismate Ecclesiae Latinae doctrinam amplexi sunt, et ires fideles per regnum sparsi idem fecerunt ita, ut aericus rex Hungariae ab Innocentio III. Ponce episcopum Ruthenicum pro suis incolis Hungariae perit [6], non tamen obtinuerit, cum difficile fuisset fideles s per regnum dispersos, uni pastori subordinare. Subiebantur itaque solum parochis, qui episcopis dioecesa- regni parebant, et Ruthenorum Catholicorum coetus lose augebant, ita, ut circa medium ejusdem seculi rurs legati Hungaro-Rutheni Romam deputati sint, Innontio IV. Pontifici communionem ecclesiasticam sponntes [7]; episcopum tamen proprium Munkacsiensem none Joannem tantum anno 1436. sub Uladislao II. obuerunt. Vid. Batthyányi in legib. Hung. Eccles. p. 515. er. Pray in Specim. Hierarch. Hungar. P. I. p. 379. seq.

---

[1] Chronic. Belgi apud Pistor. Scriptor. rer. German. Tom. 3. p. 242. Ex illis Spondan. ad an. 1200. Schmith in Archiep. Strigon. Albericus monach. trium font. ad an. 1228. Raynald ad eund. annum.

[2] Pray Specim. hier. p. 1. p. 415. et seq. de episcop. Milkov.

[3] Bzovius Annal. Eccles. ad an. 1234. Pray in Annal. vet. Hung. diss. 7. §. 3.

[4] Andreae I. mater Russa ex Thuroczii Chronic. p. II. c. 42. Colomanni altera conjux Russa eod. test. Chronic. 61. Haliciae Rutheni Andream II. ad principatum evocant teste Dlugosso Hist. Polon. L. 6. Katona Histor. pragm. Hungar. part. I. diss. 24. num. 368. et 373.

[5] De ritib. Eccles. Graec. legatur Kingii ex Anglico in germ. versum opus: Die Gebräuche und Ceremonien der griech. Kirche in Russland etc. Riga 1773.

[6] Epist. Innocentii Anni 1204. reperit. in Specim. Hierarch. Hungar. Prayi part. I. p. 377. et seq.

[7] Epistol. Belae IV. reg. ad Pontific. an. 1252. apud Péterfy Concil. Hungar. P. I. p. 72.

§. 14.

Conversio Normannorum.

Praeter memoratos jam Scandinaviae incolas (§. 6. e seq.) recensendi sunt adhuc Normanni, qui Daniae, Sue ciae et Norvegiae provincias pariter incolebant, et pri quam Christo nomen dedissent, incursiones frequentes Germaniam, Flandriam, Galliam aliasque provincias facie bant, rapinas exercentes, magnosque provinciarum tract depopulantes [1]). Eos Carolus simplex Galliarum re reprimere non valens anno 912. ad pacem ineundam dispo suit eo pacto, ut eis partem Galliae Andellam et Epte fluvios inter et mare Atlanticum sitam addiceret. Res e vo tis cessit. Nam Rollo eorum dux omnes pacis condition quas inter etiam ea erat, ut Religionem Christianum pro teretur, lubens acceptavit, imo sacris undis per Franco nem Archiepiscopum Rothomagensem lustratus et Robe tus a Comite Lutetiae ejusdem nominis dictus, totam ge tem suam ad sacra Christiana amplectenda permovit, tan libentius, quod accepta in uxorem Gisla, filia Caro regis, tota pars Neustriae et Britanniae, quam Carolu eidem velut genero suo transscripserat, a Normannoru gente nomen Normanniae tulerit, sicque nationis suae me moriam ad posteritatem quoque transferendam speraverit [2] Hos tamen novos Christianos, cum et conversionis eoru motiva aliquantum temporalia essent, et magna adhuc pro pensione in Gentilismum ducerentur, initio ad cuncta Re ligionis Christianae praecepta cum rigore observanda ad stringi non potuisse, ideoque mitius tractatos fuisse, i dicat epistola responsoria Landonis Pontificis aut jux alios Joannis X. ad Hervaeum Rhemens. Archiepisco pum data. Vid. Harduin collect. Concilior. Tom. V P. I. p. 469.

Seculo XV. Hispaniae Christiani Mauros devincentes, omne operam adhibuere, doctrinam Christi obduratis illis fidei Chri

---

[1]) Abbo Floriac. L. II. apud Duchesne Tom. II. pag. 502. et seq. Gest Normannor. an. 889. 890. Annal. Metens. an. 888—889.

[2]) Fragmenta apud Duchesne T. II. p. 339. Chronicon breve Liras monasterii ad an. 875. Iperii Chronicon S. Bertini c. 22. part. I. ii Thes. Anecdot. Martene Tom. III. p. 350. et seq.

stianae hostibus instillandi. Cum tamen nec favores Ferdinandi Catholici, nec institutio eis impensa votis responderent, Franciscus Ximenes Cardinalis et Archiepiscopus Toletanus vir summorum de patria et religione meritorum eos severis et nonnunquam violentis mediis ad amplectendam Religionem Christianam permovendos esse censuit. Licet autem virum hunc praeclarum, et secus a sanctitate et zelo piissimo erga Deum celebratum quidam propterea acrius perstringant [1]), negari tamen nequit, plures ex Mauris virtutem ex necessitate facientes, cum tempore de pretio Religionis Christianae convictos, in meliores homines mutatos fuisse. Idem fere cum Judaeis Hispaniae actum fuisse legimus. Eis quippe Ferdinandus Catholicus occupata urbe Granatensi imposuit, ut vel Religionem Christianam quantocyus assumerent, vel si id facere nollent, intra defixum tempus regno excederent. Quare plurimi in Lusitaniam migrarunt. Cum tamen Joannes et Emmanuel Lusitaniae reges contra illos severissima edicta publicarent, 30,000 eorum baptismum suscipere maluerunt, quam bona sua et libertatem amittere. His postea novorum in Lusitania Christianorum nomen datum est.

§. 15.

Religio Christiana in aliis mundi partibus plantata.

Magno terras ignotas lustrandi studio, quo Lusitani praesertim et Hispani periodo hac incitabantur, factum, ut Christiana Religio in aliis quoque mundi partibus plantaretur. Ita Joannes I. Lusitaniae rex postquam anno 1484. per Jacobum Canum fertilissimam provinciam Congo, quo nomine passim ora maritima ad Africae occidentem compellatur [2]) detexisset, circa finem seculi hujus perhumanam legationem illuc expedivit, impetravitque, ut regia familia et multi proceres ad Religionem Christianam converterentur. Cum tamen rex polygamiae valedicere nolens, ad antiquum ethnicismum rediret, Alphonsus filius ejus natu maximus vestigia patris detestatus, in Religione Christianu constans perseveravit. Postquam Lusitani ducente Vasco

---

1) Alv. Gomecii de reb. gestis a Francis. Ximenio Cisnerio lib. VIII. Compluti 1569. Esprit Hechier Hist. du Card. Ximenes pag. 89. Mich. Geddes History of the expedition of the Moriscoes etc. p. 8.

2) Joan. B. Labat relation de l'Ethiopie occidentale Tom. II. p. 366. I. F. Lafitau Hist. des decouvertes et conquètes de Portugais dans le nouveau monde Tom. I. p. 72. Gebauer's Portugies. Gesch. P. I. p. 96.

di Gama mandato Emmanuelis regis circa Afric
navigantes, anno 1497. orientalem Indiam attigissent, i
tantum commercium ad Indos promoverunt, verum eti
Religionem Christianam illis communicarunt [1]). Nec
tantum substitit propagatio Religionis Christianae, ver
etiam in Americam, ignotam hucdum orbis partem illata
ubi Hispani eorsum viam detexissent. Christophor
Columbus nempe patria Genuensis arte nautica peri
simus, protegente Ferdinando et Isabella augu
anno 1492. cum classe ex portu Palensi alto mari comm
sus, Hispaniolam, Cubam, Jamaicam, aliasque insu
Americam ambientes detexit [2]). Vestigio Columbi in
stens Americus Vespuccius, aliique sensim ad a
plam illam devenerunt continentem, quae partem Or
quartam constituit. Postquam America biennio tardius
Alexandrum VI. Pontificem in duas partes divisa fuis
ita, ut partem orientalem Lusitani, occidentalem aut
Hispani tenerent, jussu ejus Pontificis multi Franciscani
Dominicani illas ditiones fine Religionem Christi annu
ciandi intrarunt [3]). Donec Columbus res in nova Or
parte moderabatur, Americani benignum regimen exper
bantur, eo autem in Hispaniam reverso Lusitanorum et H
spanorum magistratus in novos hos homines sine ulla
fensione data tyrannidem exercuerunt [4]). Clementius tam
tractarunt eos missionarii praesertim ordinis S. Benedic
quos Americus Vespuccius fine eo adduxit, ut fid
Christi promulgarent. Inter omnes autem hos fidei prae
catores semet distinxit Bartholomaeus de las C
sas anno 1474. Hispali in lucem editus, qui in juvent
sua jam cum patre in Americae insulam Hispaniolam de

---

1) Osor L. I. de gestis Emmanuelis p. 15. 17. 22. 30. 31. Maffei h
Ind. L. I. p. 27—35. Mariana L. 26. c. 17—20. Luclecle Hist. de P
tugal. T. VI. p. 79 et seq.

2) Charlevoix hist. de l'île de Domingo T. 1. p. 64. Mariana L.
c. 17—20. Martiniere introduction à l'histoire de l'Amerique c.
et seq.

3) Raynald ad an. 1493. pro 18. Alexandri VI. bulla in bullar. Ro
Tom. I. p. 466. Mamachii orig. et antiqu. Christ. Tom. II. p. 326.
seq. Waddingi Annal. Minor. T. XV. p. 1. 10.

4) Barthol. de las Casas Beschreib. der indisch. Länder. p. 18. Robert
son Gesch. von America. Tom. 1. p. 67.

, tanto ardore Indis occidentalibus fidem annunciandi ravit, ut domum reversus Dominicanorum ordinem in- et, atque postmodum iterato in Americam trajiceret, ulorumque ejus sorti indolens, missionarii munus apud obiret. Quo in munere tam insignem operam praesti- ut in omni parte, ad quam pertingeret, Americae in- is pressos et afflictos fraterne juvaret, atque non pa- levaminis adferret. Quod ut eo facilius consequeretur, ibus impedimentis et periculis superior plures in favo- Indorum publicavit apologias, novos illos homines in- iiter instruxit, humanitatis, fidei et charitatis principia familiaria reddens, ac iteratis vicibus Oceano se com- lens, ut miserorum Indorum causam in patria defende- Et non frustra, cum omnia hostium molimina forti chio superaverit. Tandem post 50 annorum labores in- essos pro humanitate et fide exantlatos, resignato episco- a, quem ibidem rexerat, in patriam reversus, Madriti o 1556. exspiravit.

§. 16.

Pro Religione pugnarunt expeditiones cruciatae.

Religione Christiana ad omnes fere noti orbis partes pagata Christiani diversis ex Occidentis provinciis pe- rinationes sacras in Orientem faciebant, invisuri loca, e Christus doctrina, miraculis, passione et morte sua ilitaverat. Preces sanctae, quas fideles ad sepulcrum nini absolvebant, salubres membrorum in Jordanis undis itiones et fama pietatis, quam sibi pii tales peregrina- is conciliabant, eis omnia itineris incommoda resarcie- t [1]). Ab aetate Constantini M. prout et matris He- a e liberalitate Palaestinae sancta loca multum emen- , ecclesiis et aedificiis ornata sunt, et per hoc pere- antium devotio multum promovebatur [2]), praesertim et principes Carolingici peregrinationes sacras facilio- reddere conarentur [3]). Verum ubi Arabes superassent

[1]) Bollandi act. SS. Febr. Tom. III. p. 135.
[2]) Eusebius Vit. Constant. M. Libr. III. c. 25 et seq.
[3]) Capitul. reg. Francor. multis in locis. Capitula Synodi Vernens. edit. a Pipin. rege et eppis de an. 755. apud Bouquet Tóm. V. p. 643.

Selzukidae (Turcarum tribus), ac hi Christianos per natores crudelissime tractarent, Gerbertus Archiep pus Ravennatensis [1]) et vel maxime Gregorius Pontifex Occidentis principes ad succursum fratribus Oı talibus ferendum animabant. Res sub Urbano II. P fice prioris successore effectum nacta est. Nam Pet Amianensis cognomine Eremita ex sacra peregrina redux literas Simeonis Patriarchae Jerosolymitani a pam deferens, vividissimis coloribus Christianorum cal tates in terra sancta descripsit [2]). Animis Europaeorun ratione praeparatis, Urbanus Pontifex anno 1095. nodum Claromontanam in Gallia convocavit, Christia que ad sacram in Orientem expeditionem suscipiendam vosissima oratione et promissis sacrarum indulgenti provocavit [3]). Classico hoc animatus Occidens copios mos ad eam militiam congregavit exercitus. Ex familiis principum multi fuere, qui armis sacris se accinxerun Hugo regis Galliarum frater, Robertus Norma dux, Raymundus Tolosae comes, Godofre Bouillon Lotharingiae dux, et duo ejus fratres Eu chius et Balduinus, aliique proceres, episcopi e bates. Bellum hoc expeditio cruciata vocabatur, quia lites crucem rubri coloris dextro humero affixam gesta Vid. Du Fresne glossar. med. et inf. latinit: vocibus cem assumere. Guil. Tyr. L. 1. c. 5. Chronicon Ursperg.

§. 17.

Expeditio I.

Expeditionem primam a nullo coronato principe du fuisse, nemini mirum videbitur, qui scit Henricun imperatorem tunc gravibus cum Pontifice et imperio li implicitum, Philippum Galliae regem anathemate cussum, mollitiei magis quam arti militari deditum Guilielmum II. Angliae regem plus de ieo sollic fuisse, qua ratione dubia regni sui jura defendere p

[1]) Epist. XXVIII. Mailly Gesch. der Kreuzzüge P. II. p. 15.
[2]) Conrad Ursperg. Chronic. Argent. 609. f. p. 174. Dodechini ap ad Mar. Scoti Chronic. apud Pistorium Struvii p. 663. et seq.
[3]) Mansi Tom. 20. p. 284. et sequent.

possit, quam exercitum ducere. Supremus tamen hujus expeditionis dux Godofredus Bouillon, magnus sui temporis heros electus est, qui meliores milites sibi segregans, reliquos Petro Eremitae, Waltero et Godeschalco ducendos commisit. Petrus Eremita Coloniae Agrippinae exercitum colligere coepit, et per Franconiam, Bavariam et Austriam transiens circa 40 millia militum numerabat. Walterus miser nobilis Gallus, Sansavoir dictus, circa 8 mille milites duxit. Godeschalcus denique ex partibus Rhenanis sacerdos 12 fere millibus praeerat. Verum exercitus hi ex plebe solum vili collecti, absque annona et disciplina proficiscentes, cum rapinas exercerent, ab incolis Hungariae, Bulgariae ac aliis promiscua caede deleti sunt tanto numero, ut Petrus Eremita vix periculum vitae effugeret, Godeschalcus autem ipsam vitam amitteret. Residua turba horum cruciatorum superato Bosphoro Nicaeam oppugnare coepit, verum adeo infauste, ut ex 60 millium exercitu vix tria millia soluta obsidione Nicaeae urbis Constantinopolim reverterentur, et quidem in statu desolatissimo [1]), Waltero etiam occumbente.

Felicius rem adgressus est Godofredus Bouillon, heros virtute et militari arte peritissimus, qui valido 70 mille peditum et 10 mille equitum exercitu stipatus, per Austriam et Hungariam transiens Constantinopolim appulit. Hic ab Alexio Comneno peculiariter distinctus et honore summo ad speciem saltem exceptus, jurejurando spopondit, principes cruce signatos cunctas imperii orientalis urbes a Turcis occupandas, eidem reddituros, aut jure feudali ab eo recepturos esse, dummodo ille cruciatae militiae exercitum suum adjiceret, annonam in sufficienti quantitate, et Latinis Jerosolymam oppugnantibus auxilium praeberet [2]). Quibus absolutis exercitus cruce signatus in Asiam iter prosecutus, anno 1097. Nicaeam Iconiensis Szelzukidarum Sultani metropolim expugnavit, et Alexii imperatoris nomine occupavit [3]). Postea Syriam versus

[1]) Albertus Aquens. Histor. Hierosolym. expedit. p. 166. Mailly. Gesch. der Kreuzzüge p. II. p. 128.
[2]) Anna Comnena Alex. L. X. p. 163. et 290.
[3]) Anna Comnena L. XI. ab initio. Wilhelm. Tyrius L. III. c. 5. Albert. Aquens. II. 27.

properavit. Balduino interea Mesopotamiam intrante et Edessa Anno 1098. occupata, principatum Christianum ibidem fundante [1]), Boëmundo autem Apuliae principe Antiochiam Syriae urbem fortissimam ut proprium dominium occupante [2]). Principes sacrae militiae proprium commodum publico nunc jam praeferentes, item morborum contagio, ac discordiae progressui exercitus cruciati impedimenta quidem ponebant, at Godofredus Bouillon cunctis heroico animo superatis Jerosolymam adtingens, urbis sanctae moenia cingit, ac post quinque hebdomadum spatium eam anno 1099. assultu capit, luctu et pavore omnes occupante, terra utriusque partis sanguine madente. Centum fere hominum millia victoria haec absorpsit, totidem in servitutem redactis. Cruento hoc eventu terminato milites arma ponunt, vindictae furore in pietatem verso, tepidum de caede cruorem abstergunt, et detecto capite, nudis pedibus, hymnisque piis sepulcrum Domini invisunt, omnium delictorum veniam corde contrito implorantes. Precibus et laetitiae octiduo indultum. Hoc elapso principes unanimi consensu Godofredum in regem proclamant, qui regis onera assumens, regio tamen titulo et aurea corona uti recusavit illo in loco, ubi Coeli terraeque Dominus spineam portaverat coronam [3]) *). At regnum parvum vel ideo non multum prosperare potuit, quod reliqui cruciatorum duces ad proprios principatus armis vindicatos discesserint, et rex Godofredus exiguo exercitu remanente vix securitatem urbi procurare, nedum regnum firmum reddere aut ampliare potuerit. Mortuo anno 1100. Godofredo, frater ejus Balduinus I. Edessae princeps in parvo regno successit, qui illud Caesarea, Sydone, Beryto et terris trans Jordanem sitis ampliavit. Balduino I. successit anno 1118. Balduinus II. huic autem Fulco comes Andegavensis. Hi licet nullum adjutorium

---

[1]) Albert. Aquens Lib. IV. 20. 21.
[2]) Wilhelm. Tyrii L. V. 18. Alberti Aquens. IV. 26.
[3]) Wilh. Tyrius Lib. VIII. 21. Gesta Francor. exped. Jerosol. p. 566. et alibi. Anonymi narratio de captione Jerosol. an. 1099. in Ughelli Italio Sacr. X. 91. et seq. Jos. de Guignes Hist. gen. des Huns etc. pag. 297. et seq. E. A. Spalding. Gesch. des christ. Königreichs Jerusalem. Berl. 1803. 11. 8.

unde acceperint, regnum tamen egregie tuiti sunt usque annum 1142. quo Saracenorum dux Atabek Zengi alduinum III. magna clade affectum, etiam urbe Edessa ivavit. Munimento hoc spoliata urbs sancta illico succuisset, nisi nova expeditio cruciata eam porro quoque istentasset.

Reliqui reges, qui post Balduinum III. in regno Jerosolymitano successerant, fuerunt Amalaricus frater prioris, qui theatrum belli in Aegyptum transtulit, licet nec ibi felicior fuerit, post illum Balduinus IV. prioris nepos successit, sed lepra percussus Balduinum V. fratrem in regiminis socium assumsit. Utroque principe eodem anno 1185. mortuo, successit Guido Lusignan, qui per Saladinum victus post duorum annorum spatium regno excidit, Vid. Pölitz. Allg. Weltgesch. für gebild. Leser Tom. II. Wittenberg. 1813. §. 335. Seite 404—409.

*) Poetae illum sic locutum fuisse testantur:

Laurea non hominem gestare, nec aurea regem
Fas, ubi rex regum spinea serta tulit.

§. 18.

Expeditio II. et III.

Auctor secundae expeditionis sacrae Eugenius III. ontifex erat [1]), qui eodem zelo animatus ac Urbanus II. ontifex eadem quoque promissa omnibus crucem assuentibus fecit. Conatum illius multum promovit S. Berardus Claravallensis abbas, qui non solum in Gallia, rum et in Germania plurimos partim eloquentia, partim ctoritate ad militiam sacram excitavit, imo ad comitia irensia anni 1146. delatus, imperatorem et proceres colctos verbis quasi praesentis Dei affatus, sancto cunctos thusiasmo replevit [2]). Qui conatus tantum effectum proxerunt, ut Ludovicus VII. Galliae rex, Conraus III. imperator, multique principes et magnates cum agno populorum numero ad bellum s. profecturos se proitterent. Et profecto mox ambo principes magno cum

[1]) Eugenii III. Epist. 1. ad Ludovic. regem Galliar. apud Mansi Tom. XXI. p. 626. et seq.

[2]) Vita S. Bernard VI. 1292. S. Bernard. epist. 363. vid. concil. Veseliac. (Veselay) an. 1146. apud Mansi XXI. p. 691. et seq. Bernardi exhortat. referunt Vilken. Gesch. der Kreuzzüge P. III. Sect. I. p. 23. et seq. Raumer. Gesch. der Hohenstauf. vol. I. p. 521. et seq.

exercitu Constantinopolim versus iter sumpserunt, ab Emmanuele Comneno Orientis imperatore cuncta bona sperantes. Verum expectationem fefellit eventus; nam perfidia Graecorum, qui panem ex farina calce adulterata confectum, cruciatis subministrarunt, florentissimi exercitus partem enecuit, quem secus etiam morbi, insidiae, fames, aliaeque itineris aerumnae minuebant. Meliorem quidem sortem experiri videbantur cruce signati ad Damascum, cum hanc urbem feliciter obsidione cinxissent, eamque etiam expugnassent, nisi summa regionis vastitas, repentinus Turcarum undique assultus, et nimia principum Christianorum tarditas, imo et discordiae regem inter et imperatorem exortae illos obsidionem urbis relinquere jussissent. Anno igitur 1149. re infecta domum rediere cruce signati [1]. Malum auxit, quod Saladinus potentissimus Aegypti et Syriae dominus cum forti Muhamedanorum exercitu anno 1187. ad Tiberiadem comparuerit, ac pugnam periclitatus Guidonem de Lusignan Jerosolymorum regem devicerit, et capto rege urbem ipsam sacram anno insequente in suam redegerit potestatem. Ab hoc tempore Saladinus supremum ibi dominium exercuit, et mox Syriam et Palaestinam armis occupavit [2]. Neque aliud res Christianorum orientalium nunc jam inclinatas levare poterat, quam auxilium principum Europaeorum.

Quare tertiam expeditionem Gregorius VIII. et Clemens III. Pontifices publicarunt [3]. Nec deerant certe principes Christianorum fortissimi, qui crucem assumserunt, uti Fridericus I. Aenobarbus imperator, Philippus Augustus Galliae, Richardus Cor Leonis Angliae reges, et Leopoldus dux Austriae. Superavit mox Fridericus,

---

[1]) Ode de Diogilo (qui expeditionem ipse secutus) de Ludovic. VII. profectione in Orientem (in Bernard. Chiffleti genus illustre assertum 1666. 4.) Wilh. Tyrius L. 16. c. 18. Jo. Jac. Mascovius de reb. imperii sub Conrad III. Bernard. de consider. 11. c. 1.

[2]) Bohadini F. Sjeddadi vita et res gestae Saladini c. 2. ex Mss. arab. ed. et Latine vertit Alb. Schutteus Lugd. Batav. 1732. Herbelot. bibl. orient. Vit. Salahaddin Literae Balduin. Jerosolym. reg. ad Heracl. patriarch. Jerosolym. de devast. Salad. in regno Jerosolym. Saladini literae ad Lucium III. P. de redempt. captivor. apud Pagi crit. Baron. ad an. 1184. n. 5.

[3]) Mansi concilior. Tom. 22. p. 573. et seq.

licet septuagesimum aetatis annum ingressus, perfidum Isaacum Angelum Graecorum imperatorem, qui occulte quidem illum intercludere conabatur, sed spe frustratus ad pacem petendam semet convertere debuit. Fridericus porro sultanum Iconiensem Isaaco foedere junctum duplici clade affecit, et Iconium ejus metropolim expugnavit, verum Seleuciam usque pertingens cum fluvium Saleph transnatare vellet, undis abreptus, vitam in naufragio amisit anno 1190. Infelici hac ducis amissione milites partim domum redierunt, partim remanentes expeditionem prosecuti sunt usque Ptolemaidem duce Friderico Suevo, prioris filio, verum et iste itineris incommodis fractus, et pestis lue anno sequente consumptus fuit [1]. Exemplo Friderici imperatoris ducti Philippus Galliae et Richardus Angliae reges cum lectissimo exercitu anno 1190. iter maritimum Palaestinam versus ingressi victoriam quidem aliquoties retulerunt, et anno insequente Ptolemaidem deditione coeperunt, verum urbs haec ipsa in pomum discordiarum cessit. Cum enim Leopoldus VI. Austriae dux suum quoque vexillum supra turrim urbis captae erexisset, Richardus Angliae rex tanto gloriae studio elatus est, ut illud ex turri dejici, et in lutum praecipitatum pedibus conculcari jusserit. Hoc regis fastu et invidia offensi Germani ad latres patrios reversi sunt. Quorum vestigia legentes Galli una cum rege suo Philippo domum redierunt paucis tantum copiis demptis, quas in communis boni securitatem ducibus Orientis reliquerant. Quare Richardus solus cum copiarum reliquiis hostem persecutus Saladinum iteratis vicibus superavit, et Jaffam, Caesaream et Ascalonem Palaestinae urbes in suam redegit potestatem. Sed et ipse a Gallis et Italis relictus, inducias cum Saladino ad tres annos pactus anno 1192. domum redivit [2]. Hic fuit finis

---

[1]) Otto de S. Blasio append. ad Chronic. Ottonis Frising. c. 31. Arnoldi Lubec. Chron. Slav. L. III. c. 27. et seq. Bünau. Geschichte Friedrichs I. p. 313. et seq. Schmith Gesch. der Deutsch. II. p. 594. et seq. Harenberg die Todesart und die Todesorte K. Friedrichs I. in Hannövr. nützl. Sammlung vom Jahr. 1757. p. 1369. et seq.

[2]) Jo. Brompton Chronic. in Rogerii Twysden Hist. Angl. Scriptor. Lond. 1652. f. Matth. Paris Hist. maj. p. 156. et seq. De reb. gest. Richard. Angl. reg. in Palaestina ex Gregor. Abulpharagii Chron.

expeditionis tertiae, ex qua nihil aliud obtentum, qu liberum iter Jerosolymam versus Latinis sine tributo aliis calamitatibus assertum, et regnum Cyprium a I chardo pro familia Lusignan fundatum. V. Reinha vollständ. Gesch. des Königr. Cypern. Leipz. 1766— II. Mayer, Gesch. der Kreuzzüge I. p. 116. et seq. Rig de gest. Philippi. Aug. Franc. reg. in Duchesne Hist Francor. scriptor. V. 1. et seq. Daniel, Gesch. von Fran IV. 24. et seq.

§. 19.

Expeditio IV. et V.

Quamquam tot infelices successus expeditionum cr ciatarum principibus et populis Europae animum sen ademerint in Orientem proficiscendi, Romani tamen Pon fices desiderio res Christianorum in Oriente prosperan sollicitationibus ac minis Occidentalium animos ad cruc porro quoque sumendam excitare solebant. Nec frustr mortuo enim Saladino Coelestinus III. Pontif Henricum VI. imperatorem permovit, ut is magnos cr ciatorum militum exercitus tum sua, tum imperatoris op collectos in Orientem disponeret. Pars igitur horum cr ciatorum ductu Henrici Saxoniae principis per Consta tinopolim Syriam versus iter ingressa, et inter Ptolem dem et Tyrum collecta, inducias prius contractas diss vens, Sidonem aliasque urbes occupavit. Sed amissis pugna ad Joppen duobus praecipuorum ducum nempe He rico Saxone et Friderico Austriaco, intellecta it morte Henrici VI. imperatoris, qui aeque in via Orie tem versus constitutus, in Sicilia mortuus fuerat, cruci novas inducias cum Turcis paciscentes domum reversi su sicque expeditio haec IV. non multum utilitatis rei Chi stianae adtulit.

Quare novam expeditionem indixit Innocentius II Pontifex, quae licet stricte expeditio cruciata dici nequeat eam tamen scriptores ob nexum cum ceteris quinto loco re

---

Syr. edit. illust. P. J. Bruus oxon. 1780. 4. Germ. in Eichorn's Repertor. f. bibl. und morgenl. Liter. VII. 183. et seq.

consere solent. Ea vero sic accidit: Nonnulli Galliae et Germaniae proceres societatem cum Venetis contrahentes exercitum collegerunt, ac cum eo Orientem versus navigarunt, verum expectationem fefellit eventus. Cum enim Isaacius Angelus Graecorum imperator per Alexium Comnenum fratrem et imperio et oculis orbaretur, filius Alexius ex captivitate, ad quam cum patre detrusus erat, elapsus ad Philippum Suevum Germanorum regem se convertit, eum rogaturus, ut illum causamque ipsius militibus cruce signatis commendaret. Votis respondit Philippus, et auxilium cruce signatorum pro Alexio impetravit [1]), sicque arma eorum in alium finem, quam subsidium Christianorum orientalium conversa sunt. Quare a Zara Dalmatiae urbe relicta, ubi ex condicto convenerant, ultro progressi Constantinopolim petierunt, et dispersis Graecis pro feroci Martis spiritu eam succenderunt. Hoc re territus Alexius Comnenus fugam arripuit throno Isaacio, ejusque filio Alexio relicto. At cum post annum discordiae filium inter et patrem orirentur, Graecosque ambo nimia prodigalitate offenderent, Alexius Ducas alias Mursiphlus dolo Alexium intercipiens vita privavit, quo audito pater Isaacius animi dolori succumbens, pariter mortuus est. Horrendo hoc flagitio commoti crucigeri Constantinopolim reversi, anno 1204. eam rursus occuparunt et fugato Mursiphlo [2]) Balduinum comitem Flandriae primum ex Latinis ad thronum imperii orientalis promoverunt (§. 1.). Latini tamen non totum imperium Graecum possidebant, cum unam partem Theodorus Lascaris gener Alexii Comneni Nicaeae residens, aliam vero alter ex Comnenis princeps Trapezunti habitans guberuaret. Imo nec illam partem imperii, quam tenebant Latini, diu possidebant, cum anno 1261. Michael Palaeologus Nicaea Constantinopolim cum copiis digressus, eam assultu coeperit, et in fugam conjecto Balduino II. Francorum imperio, quod 58 annis dura-

---

[1]) Nicetas Acom. in Alexio Comnen. L. III. p. 348. edit. Paris. Vincent Bellovacen. Lib. 29. c. 64.

[2]) Cf. Narrat. in Balduini ep. ad Otfonem imp. in Arnoldi Chron. Slav. L. VI. c. 19.

vit, finem imposuerit. V. Gesta Innocentii III. c. Reinerus Chronic. (in Martene ampl. Coll. T. V.) an. 1207. Cf. Geoffroi de Ville-Hardouin de la c quête de Constantinople sous les emper. français par C. Fresne a Venise 1729. f. Günther. Hist. captae a l tinis Constantinop. in Henr. Canis. lection. antiq. Tom. p. 1. et seq.

§. 20.

Expeditio VI. et VII.

Quaerimoniis ob malum situm rerum Christianarum Oriente quotidie crescentibus Honorius III. Pontifex n vam expeditionem publicavit. Verum praeter Andream regem Hungariae nullus imperantium expeditioni semet a cingere voluit, esto Fridericus II. imperator jure rando promiserit, se in Orientem cum valido exercitu p fecturum. Andreas itaque compositis domi rebus, ac c regni Belae filio et Joanni Archiepiscopo Strigonie commissa [1], cum exercitu, in quo 10 millia equitum era navibus Venetis, Aconitanis et Jadrensibus provisus, ad sulam Cyprum profectus est. Hinc mense Novembri a 1217. Ptolemaidem delatus, ab Europaeis et Asiaticis c ciatis communi consensu copiarum dux constitutus, S phadinum sultanum tali clade affecit, ut pejori nunq fuerit loco. Fortuna belli usus, ad montem Tabor us pervenit, resque cunctas cum Leopoldo Austriae d bene gerens ultro profectus fuisset, nisi foederati aemu tionis studio abrepti, partibus suis defuissent. Viso Andreas reditum in patriam paravit, tanto libentius, q ex porrecto per inimicos sibi veneno morbum vix evas ac regnum Hungariae turbis agitari certo intellexerit Post illius abitum Joannes Briennius, cui rex G liae Philippus domum reversus (§. 19.) regis Hiero lymorum titulum concesserat, item Leopoldus Aust

[1]) Literae Honorii III. ad Andream apud Katona Tom. V. Hist. Crit. r Hung. p. 231.

[2]) Thomas Spalatens. Histor. Salon. c. 26. Bernard. Thesaur. apud rator. Tom. I. c. 186. Pray Annal. P. I. pag. 211 ... Literae reg Pontif. apud Pray L. cit. pag. 214.

r, aliique ad Aegyptum penetrantes, anno 1219. Damiaa fortissimum propugnaculum summa cum virium ad ictione occuparunt. Verum barbari Nili aquis in eorum stra derivatis, illos ad pacem petendam coegerunt, quam sub conditione obtinuerunt, ut omnia loca occupata reituerent. Hoc pacto Damiata anno 1224. iterum amissa it, omnisque spes Christianorum Orientis in irritum cedit.

Sed non obstantibus cunctis his fortunae casibus, jacris et calamitatibus Occidentales porro quoque retinuent animum Orientem petendi. Quare Gregorius IX. pa principes, praesertim vero Fridericum II. imperatorem, quem sciverat jure jurando obligatum, literis honrificis ad expeditionem novam suscipiendam provocavit. reipsa Fridericus II. anno 1225. ingentem exercim Brundusii collectum, in Orientem ducere coepit, verum gruente intollerabili aestu, ac lue pestifera motum sistere actus est. Cum autem et ipse imperator morbum allegat, hunc vero fictum esse sciret Pontifex, eum ultro ficisci cunctantem anno 1227. communione Ecclesiae ivavit [1]. Quare post unius anni spatium Fridericus r suum continuavit, tum ob sententiam excommunicationis, m quia juncta sibi in matrimonium Jolanta filia Joanis Briennii regis, Jerosolymitanum regnum titulo do acceperat. Pertigit quidem feliciter in Palaestinam, vem ob excommunicationis reatum, a quo absolutus nonm fuerat, milites Christianos a se abalienatos videns, hom adgredi non est ausus. Quare anno 1229. inducias 10 norum cum sultano Aegypti Melec-Camelo inivit c sub pacto, ut sultanus urbem Jerosolymitanam cum rris adjacentibus restitueret, Saraceni vero magnum urb templum retinerent [2]. Hoc facto Fridericus cum iumpho urbem sacram intravit, sepulcrum Domini invisu-

[1] In Bullis excommunicat. apud Matth. Paris p. 345. et apud Raynald. ad an. 1227. n. 30. Mansi 33. p. 4. Sola expeditionis dilatio vitio vertitur Friderico. Vid. epist. Friderici ad commune Cesenense (Hahnii coll. monum. T. I. Brunsvic. 1724. p. 212.)

[2] Friderici epist. ad Henric. Angliae regem die 17. Martii 1229. expedita apud Matth. Paris p. 356. ejusd. epist. ad status imperii dd. 18. Martii 1229. in Leibnitzii mantissa eod. jur. gent. diplom. P. II. p 245.

rus, cum tamen episcopi omnes excommunicatum
pem coronare detrectarent, solus sibi coronam re
solymitani imposuit, et constituto Palaestinae gu
Arnoldo Bavariae duce, ad lares patrios re
rum Christiani post Friderici abitum non di
sanctam retinuerunt. Nam incolae Chorosanae (
a Mogolis stragem passi, et patria exclusi, ad As
riorem delati, suggerente Saleph Aegypti sult
tatem Sion anno 1244. adgressi sunt, eaque exp
Turcas, Christianos et Judaeos promiscue saevier
plisque spoliatis ipsum sepulcrum Domini funditu
runt. Vid. Scriptor. expeditionum Cruciat. et vit
rumque Friderici II. nec non Muratori in Annal.

§. 21.

Expeditiones ultimae a Ludovico IX. Gallia

Post infaustos rerum Christianarum in Orie
expeditiones duas Ludovicus IX. rex Galliae
quo votum in lethali morbo nuncupatum, exolver
initium saltem anno 1248. fecit, cum prius negoti
mesticorum cura detineretur. His igitur in ordinen
Crucis insigne ab episcopo Parisiensi accipiens,
conjuge Margaretha et tribus fratribus, nec n
procerum numero iter Orientem versus ingressus
cura matri suae Blancae commissa. Transacto
et hyeme in insula Cypro classem tandem suam i
tum promovit, et capta levi negotio anno 1249.
miata, inde ultro progressus, negotia sua prospe
Cairum invadere cupit, sed lue pestifera inter mili
sante, exercitus illius ab hostibus undique cinctus
sus est, ipso una cum duobus fratribus in Saraceno
tivitatem deveniente ita, ut se suosque soluto so
et Damiata restituta, nec non 10 annorum indu
mere potuerit. Rex tamen ad sustentandas Chris
res porro quoque in Oriente moratus est, done
matris morte anno 1254. in Galliam reversus fuis
Cum tamen Ludovicus IX. Galliarum rex

---

[1]) Joinville de S. Louis p. 81. et seq.

iet voti sui obligationi nondum fecisse satis, eapropter
o 1269. una cum tribus filiis alteram expeditionem cru-
am suscepit, quin tamen et nunc scopum itineris asse-
retur. Magna quidem militum copia rem adgressus, via
issima in Africam penetravit, Tunicium occupaturus,
inde sibi viam in Palaestinam adperiret. Verum infau-
eventu ipsum una cum exercitu lues pestifera in portu
etano corripuit, mortemque tum ipsi, tum magnae exer-
parti anno 1270. intulit [1]. Carolus illius frater et
iae rex ipso die mortis quidem cruce signatis in auxilium
lavit, et barbaris iterato cladem intulit, urbis oppugna-
m jamjam inchoaturus, verum ingruente hyeme, ac
na defectu pressus, pacem cum principe Tunetano in-
pepigit [2]. Nec felicius successit auxilium ab Edu-
o Angliae principe adlatum, licet enim hic fortitudinis
imina dederit, crucigerorum tamen vires exhaustas
ens, omnesque suppetias frustra expectans anno
l. cum sultano Aegypti pacem confecit hac sub condi-
, ut quaevis pars belligerantium in possessorio mane-
orum, quae armis occupaverat, et ab omni hostilitate
eps abstineret [3]. Sicque Europaei cessante ducento-
fere annorum enthusiasmo arma posuerunt, nec ullus
ius desideravit, tot tantisque sacrificiis belli orientalis
m periclitari. Latini quidem ad annum 1291. Palaesti-
partem retinuerunt, verum amissa eodem anno per La-
Ptolemaide universum Latinorum regnum collap-
est.

§. 22.

Expeditionum Cruciatarum causae et effectus.

Iudicio et aequitate carent certo illi, qui expeditiones
atas passim atro colore describunt. Nam seu causas
m consideremus seu effectus, nullus eas improbo ex
ilio profectas fuisse recte dixerit. Verum quidem est

---

[1] Vid. Jean Sire de Joinville de S. Louis IX. Paris 1668. fol. Filleau de la Chaise Hist. de S. Louis Paris 1688. Claud. Fontenay Hist. de l'eglise Gallic. Tom. XI. p. 337. 405. 575.

[2] Monachus Paduanus p. 625 ... Nangius in gestis Philip. reg. p. 471 — 477.

[3] Marinus Sanutus Lib. XIII. P. XII. c. 11. 12.

Christianos fuisse eos, quibus primum incidit hostes Or tis armis adgredi, at spectato eo, quod bellicosa Om gens expugnata Jerosolyma per Africam semet extend et felici armorum successu excitata torrentis instar Sici et Hispaniam obruerit, ac Galliae quoque magnam pa inundaverit, nullus sane mirabitur Philippum I. Gal regem et subditos illius relicta patria, in Orientem tr cisse, ut veteres sibi a Muhamedanis illatas injurias vi carent. Et profecto non de eo solum agebatur, ut se crum Domini e manibus infidelium revindicaretur, veru de eo, ut tandem armorum sorte determinaretur, quae ex duabus religionibus Muhamedana, aut potius Christ quam omnes fideles ut unice veram sequebantur, domin in orbe tenere debeat? Hodiedum fors Europae pars tristissimo jugo barbarorum gemeret, nisi antenati n vim vi repulissent. Qui faustissimos artium et scientia progressus nunc laeti conspicimus, optamus, ne inter religio dominetur, quae bibliothecae Alexandrinae the ros flammis devovit, imo literarum artiumque liberal studia vilipendere sibi in merito reputat! Bella haec sa cum in Asiae fere meditullio vires Muhamedanorum fran rent, reipsa impedimenta posuerunt, quominus Turca Arabes Christianos velut praedam quampiam absorberent Quod vero expeditionum Cruciatarum effectus attinet: 1) N lus rerum peritus negaverit, bella haec non solum ea, gerebantur aetate, verum etiam sequenti in conditio populorum et regnorum beneficam vim habuisse et eff ciam, multisque praelusisse salutaribus institutis, quae regenerandam postmodum Europam aptissima erant. 2) nera haec per Graeciam, Asiam, et Aegyptum, ubi anti cultura, commercium, opificia, artes et scientiae non penitus evanuerant, occidentalium cogitandi, et judic vim acuerunt ideas veteres mutarunt, novas excitar praejudicia, et errores sustulerunt. 3) Ars navigandi, co mercium, opificia, et hinc etiam industria civilis magna i crementa coeperunt, plura instituta nova, eaque salub

[1]) Fr. A. Chateaubriand itineraire de Paris à Jerusalem etc. in Ger versa per K. L. Müller et W. A. Lindau II. Tom. Lips. 1815.

rima, uti municipalitates, ordines equestres, novi mores invaluerunt, plantae et animantia extera, prout et recentia artium producta, aliaque illata sunt. 4) Europa ab illo tempore constantem et magis exercitatam militiam intertenuit, plures scientias, uti classicam literaturam, Historiam, et Geographiam pluribus in locis introduxit, et liberalius coluit. Ex quibus satis clarescit, cruciatas expeditiones licet natura sua et indole non statim et in omni loco Europae commoda attulerint, multa attamen quasi praeparasse subsidia ad eam regenerandam indonea [1]). Reliquas causas et effectus expeditionum cruciatarum lege in Institut. Histor. Eccles. per me Pestini 1840 editis Tom. III. §. 15. pag. 188 et seq.

Caput II.

De fatis Religionis Christianae adversis.

§. 23.

Christianorum persecutiones in Oriente.

Quamcunque felices progressus verae fidei propagatio hac periodo fecerit, persecutionibus tamen atrocissimis eandem expositam fuisse, Historiae monumenta testantur. Inter ferociores nominis Christiani hostes referendi praesertim sunt Saraceni, qui jam ineunte seculo VIII. totam fere Asiam ad Indorum usque limites, integram Africam, Hispaniam, et Sardiniam occupaverant, et subjugata Sicilia, pluribusque Calabriae tractibus Romam ipsam adgredi minabantur, cunctas urbes, oppida et pagos, per quos transi-

[1]) Heeren Versuch einer Entwickel. der Kreuzz. für Europa in ejusd. kleinen histor. Schriften. P. III. Götting. 1808. 8. Gallvert. et ex pronationali instituto Ch. Villers Essai sur l'influence des Croisades etc. Paris et Strassburg. 1808. 8. J. Lemoine discours sur la question: Quelle a été l'influence des Croisades etc. Paris 1808. M. C. Abel: Was waren die Veranlassungen zu den Kreuzzüg. was ihre Wirkungen auf Europa? Reutling und Leipzig. 1820. 8. J. H. Regenbogen Comment. de fructibus, quos humanitas, libertas, mercatura, industria, artes atque disciplinae per cunctam Europam perceper. e bello sacro? Amstelod. 1809. Rambach v. dem Einfluss der Kreuzzüg. in die Beförderung der Künste und Wissensch. in ejusd. Vermischte Abhand. Halle 1770. Choisseul sur les Croisad. 1809.

bant, foedum in modum devastantes [1]). Unde factum multi Christiani praesertim orientales armorum terrore pe culsi et Saracenorum pollicitationibus allecti fidem suam d sererent. Persecutionem in Hispania quoque saeviisse ma tyria Eulogii, Roderici, aliorumque testantur. Tam cr deles vero hostes nominis Christiani fuere Saraceni, ut ej cultoribus nec liberum Religionis exercitium concedere Licet vero Turcae Saracenos sibi odiosissimos cladibus a ficerent, nullum tamen inde Christi fidelibus commodum s quebatur, cum Turcae pari odio etiam Religionem Christiana persequerentur, ac cultissimas imperii Constantinopolit provincias usque ad mare nigrum devastarent. Nec pot rant Graeci hostilibus eorum incursionibus obices pone aut vim vi retrudere, bellis intestinis exhausti, militum aeris defectu laborantes [2]). His accedebant circa finem s culi XII depopulationes Mogulensium, qui sub ducatu Gi gizkani non tantum ditiones Joannis Presbyte occuparunt, verum etiam armorum fortuna excitati Pers dem, Asiam minorem, et Chinae partem devastarunt, fer igneque deleverunt, rem Christianam in maximum discrim conjicientes [3]). Post illos enati sunt infensissimi host Christianorum Tartari, qui duce Timur Beg alias Tam lan omnia crudelissimo replentes bello potiorem Asiae p tem, ac ipsum sultanum Turcarum Bajazeth supera totumque Orientem in terrorem conjecerunt. Timur C rano addictissimus Christianismi cuncta fere vestigia s pressit [4]). Maximam tamen stragem rei Christianae int imperii Constantinopolitani eversio. Postquam nempe T cae duce Muhammede II. Caramaniae principem ar superassent, contra Christianos progressi sunt, et a 1453. Constantinopolim ipsam expugnarunt ita quidem, unam partem urbis jure armorum, alteram vero pactis

---

[1]) Cedrenus in Annal. ad an. 826. Roder Tolet. de reb. Hisp. L. V. c 26. Ferrera's Gesch. Spaniens P. III. p. 163.
[2]) Zonaras L. XVIII. c. 16. Glycas. p. 329. 339. Wilh. Tyr. Lib. I. c 19. Lib. III. c. 1. Anna Comnena L. VI. p. 168. et seq.
[3]) Marcus Paul. Venetus de regno Orient. L. 1. c. 51. 53. Petit de l Croix hist. de Gingizkan Paris 1711. J. S. Assemanni biblioth. orient Vatican. Tom. III. P. 1. p. 101. B. Herbelot biblioth. orient. p. 387.
[4]) Petit Croix Hist. de Timur. Beg T. II. p. 124. 329. Tom. III. p. 9. 15 243. 265. etc. Hist. Eccl. Tartar. p. 124.

suam redegerint potestatem. Qua occasione tantam desolationem Christianis intulerunt Turcae, ut nec aetati, nec sexui, aut conditioni hominum parcerent, verum omnes aequali crudelitate sufferrent, aedes, templa, dirum in modum spoliarent, Christi, sanctorumque simulacra impie profanarent, Christianos innumeros vita privarent, aut in captivitatem abducerent. Licet vero sub tyrannide Turcica religionis christianae exercitium perduraret, tantis tamen aerumnis et adversitatibus obnoxium erat, ut Christianorum numerus omni expectatione citius minueretur. Vid. Hist. ...t. Constantinop. in Martini Crusii Turograec. p. ...53. Georg. Phranza monach. in aula ultimor. imperator. moratus, qui patriae suae aerumnas depinxit in ...onic. ab an. 1401. usque ad an. 1477. quod Graeca ...ua primus vulgavit Prof. Altar Viennae 1796. f. Demetrius Cantimir Histor. de l'empire Ottoman. T. I. ...11. 46. 54. 55.

§. 24.

Persecutiones Christianorum in Occidente.

Ad nominis Christiani hostes occidentales referendi ...t: I. Normanni, qui ex Scandinavia in Germaniam, ...ndriam, et Galliam irruentes jam sub Carolo M. Christianos persequebantur, ecclesiis monasteriisque immanes ...des inferentes, ubique urbes, oppida, aliaque loca quaquaversus depraedantes. Quas rapinas in Gallia ad illud usque tempus prosequebantur, quoad sub Carolo simplice Galliae rege in Normanniam seculo X. reciperen..., ad fidem Christi conversi (§. 14.). Nec Hispaniae par...bant Normanni, ubi pariter templa, monasteria, aliaque ...a pia expilabant, Christianos undique prementes. Imo in ...liam quoque penetrarunt anno 844. et ibi etiam non aliam ...rtem populis adtulerunt, quam alibi, siquidem urbem Luc...m, Pisas aliaque loca miserrimum in modum depopulati ...t *). Ad persecutores nominis Christiani hujus temporis ...ectant: II. Barbari in Pannonia, Illyrico, Dacia, et regio-

*) Ferrera Histoire generale d'Espagne Tom. II. p. 583. Chronicon Fronten. Duchesne T. II. Annales Bertini, Muratori scriptor. rer. Italic. Annales Fuldens. et Metens. Chronic. Reginonis.

nibus cis et ultra Danubium sitis dominantes, item Bor Bohemi, Obotritae et Slavi, qui incognitam sibi Religio Christi tantum oderant, ut non modo eam summa vi a l tibus suis propellere conarentur, verum etiam vicin populorum, a quibus recepta erat, terras ferro et igne rum in modum vastarent. Qua in crudelitate praese Slavi semet distinguebant, qui teste Analista Saxon Brandeburgum ingressi, non solum clericos omnes inter tos mortis poena afficiebant, verum etiam Dodilo episcopi corpus sepultum ex tumulo protraxerunt, illud stibus denudatum ignominiae exposuerunt, diversisque dis exploserunt [2]. Infaustam malorum catervam Relig Christianae intulerunt III. hostiles Mogulensium in Hu riam, Poloniam, Russiam et Silesiam incursiones, siqui barbari hi omnis pacis et domesticae felicitatis inimic agro Domini triticum cum zizaniis aequaliter evelle magnam stragem fidei causaverint. Sed IV. reperie tur hac periodo multi etiam viri ingenio et scientia p diti, qui sophismatis et dolosis disputationibus Religio Christianam invaderent. Nec dubium ullum patitur, frequ tes in hujus periodi operibus querelas reperiri contra p cos Christianae Religionis hostes et illusores. Tales e philosophi quidam Aristotelici, qui dominii, quod sib scholasticis scientiis arrogabant, successu, viribus in sui fidere sueti, sublimiora Religionis Christianae dog de providentia Divina, de imortalitate animarum, de c tione, gubernatione mundi etc. explodere, ac alios ad rum sacrarum contemptum disponere conabantur [3]. P sertim Friderico II. imperatori Gregorius IX. P tifex multas contra Religionem Christianam blasphemias jecit, speciatim quod in opere celebri a se edito doctri vulgaverit: A tribus baratoribus Christo, Mo

[1]. Annal. Saxon. ad an. 988.

[2] Ditmarus p. 345. Helmold Chronicon Slavor L. 1. c. 15. p. 52. et Adam. Bremens. Hist. L. II. c. 27.

[3] Bernardi Monetae summa contra Catharos et Valdenses L. V. c 15. et ostendit extitisse quosdam e schola Aristotelis, qui trad mundum existere ab aeterno, nullam dari libertatem arbitrii hu omnesque hominum actiones fato esse determinatas. Vid. Ste Sericer index errorum insertus in Bibl. patr. max. Tom. 25. p. et seq.

Muhammede totum mundum fuisse decep-
m [1]). Quae gravis criminatio licet apud multos viros
nino doctos fidem non invenerit, cum ab Henrico Ra-
one hoste et acerrimo inimico Friderici ea excogi-
i, et in publicum prolata fuerit, satis tamen clare innuit,
eratorem hunc familiari consortio Averrois et alio-
i Aristotelicorum in transversum actum, et non ortho-
ce de religione quandoque sermocinatum, malae ejusmodi
iae occasionem praebuisse. An tamen Petrus de Vin-
operis dicti verus auctor fuerit, aeque incertum est, li-
nonnulli id contendant. Vid. Oudinus com. de scrip-
eccles. Tom. III. p. 66. Albert. H. de Sallen-
Memoires d'Histoire et de litterature T. I. p. 386.
seq.

§. 25.

Speciatim in Hungaria.

Operae pretium est, ut hic loci fata adversa, quibus
ens plantata in patria nostra Religio Christiana exposita
, peculiariter recenseam. Regio-Apostolicam constitu-
iem illam, quam S. Stephanus sapientissimis decre-
suis fundaverat, ac sancitis legibus confirmaverat, exorta
Andrea I. rege seditio fere subvertit. Cum nempe
igari contra Petrum regem evocarent Andream, ac
in Hungariam cum fratre suo Leventa veniens, ad ar-
i Abaujvár jam pertingeret, Vatha seditionis auctor in-
ti armatorum copia stipatus eidem occurrit, et communi
iium nomine enormia profecto postulata Andreae duci
ponit, ut videlicet leges de Religione Christiana per S.
phanum latas in ipso regni aditu aboleret, omnibus-
potestatem faceret, ritum gentilem ac morem vitae pa-
icum resumendi, episcopos, presbyteros, et reliquos de
o omnes trucidandi, ecclesias demoliendi, ac quidquid
igionem Christianam vel a procul attingeret, e medio
endi, denique advenas Theutones et Italos cunctos im-
e vita privandi. Quibus, si non annueret, eum minime

Matth. Paris Hist. maj. p. 408. 459. Petr. de Vineis epistolar. L. I. ep.
31. Hanc invectivam in Frider. II. legere licet in epist. Gregor. IX.
P. ad Christianos reges et principes apud Raynald. ad an. 1239.

regno potiturum. Hoc in rerum situ Andreas idoneis comprimendam seditionem viribus destitutus, postulata ditiosorum toleranda esse putavit, spe lactatus fore, ut i hac conniventia turbas exortas sedaret, postea vero solium conscendisset, easdem prudentia et auctoritate componeret. Andreae conniventia comperta, seditiosi arma convolarunt, non tantum in Petrum regem, etiam in Religionem Christianam stringenda. Ante om Vathae antesignani adhortationibus concitata plebs, rata publice Religione Christiana patriis diis se sacra postea plurimorum instigationibus abrepta hominum mul tudo exteros, quippe Theutones et Italos, quos offi publicis seu sacris seu profanis Petrus rex praefeca barbarum in modum trucidat, templa et sacella demol episcopos, presbyteros, monachos et laicos, quos pieta in tuenda Religione Christiana zelus commendabat, e m dio crudelissime tollit. Hac in persecutione S. Gerard episcopus Csanadiensis, Beszterdus episcopus Nitrie sis, Buldus episcopus ignotae sedis et comes Zon Albaregia egressi, ut Andreae duci obviam pergere Budae ad radicem montis Kelenfeld, qui hodiedum a G rardo nomen tenet, odio fidei christianae trucid sunt [1]. Tanto autem furore agitabantur seditiosi, ut o nem, quae ubicunque micaret fidei verae scintilla, sangu christianorum extinguere cuperent. Vastata hunc in mod patria cum Andreas et Leventa post mortem Pet e confiniis, ubi constiterant, ultro in Hungariam progre rentur, pronos in se experiebantur procerum animos; iis optantibus Andreas Albamregiam ductus, et in reg Hungariae a tribus episcopis utpote Mauro V. Eccle ensi, Modesto Jaurinensi et Nehemia incertae sed qui salvi ex naufragio evaserant, inauguratus est. Vat seditiosorum capite conscientia perculso in Bulgariam a unte, Ecclesiae et Reipublicae lux serenior affulsit. Nehe mias enim Archiepiscopatui Strigoniensi praefectus al que episcopi, qui Andream coronaverant, et reliqui pro ceres Albaeregiae praesentes regi supplicarunt, ut illati

---

[1] Thuroczius in Chronic. Part. II. c. 39. et seq.

:t Religioni injuriam resarciret. Quare solemne edicer totum regnum publicavit, quo sub capitis poena aut um jactura omnibus et cunctis praecipiebatur, ut repaganismo eis prius per conniventiam concesso, ad Christi fidem reverterentur, et cuncta sensa et acsuas doctrinae conformarent, quam S. Stephanus ocuerat. Edicto hoc seditiosorum animi fracti turmaReligionem Christianam rediverunt, et Religio Chri-, quae magnam quidem stragem hac vice experta, non, ut aliqui volunt, penitus exstirpata fuerat, revivisac studio et opera praesulum et presbyterorum EccleIungaricae ad florentem sensim statum reposita fuit. Schmith in Episc. Agriens. T. I. pag. 31. Katona ragm. regni Hungar. Budae an. 1782. Tom. 1. p. 330. . pag. 322. et seq. §. 2.

PARS SECUNDA.

oria Status interni Ecclesiae Christianae.

Caput I.

De Gubernatione Ecclesiae et Hierarchia Ecclesiastica.

§. 26.

Cleri conditio et auctoritas.

Clerici potestatem illam, quam a majoribus acceperant, olum conservarunt, verum inde a temporibus regum ae Carolingicae etiam auxerunt adeo, ut eorum praem seculares, quam regulares volentibus et admittenprovinciarum imperantibus ad negotia quoque Reipucivilia influxum nanciscerentur. Jam enim VI. et VII. siae seculo in conventibus regnorum nationalibus et is magnae auctoritatis erant, paulo post eo pertin-, ut nemine refragante in consultationibus maximas tenerent, ante ipsos duces et comites locum capeante omnes vota sua depromerent [1]), ac in causas ci-

---

d. Plank's Gesch. der christl. Kirch. Gesellschafts-Verfassung T. II. 231. et Schmid's Gesch. der Deutschen. P. I. p. 323. et seq. qui

viles et regum electiones non parum influerent [1]). Fatei tamen quisque debet clericos praesertim Episcopos in pro vinciis occidentalibus majorem auctoritatem et veneratio nem consecutos fuisse, quam in Oriente. Causae vero auc tae potestatis clericorum generatim sequentes assignari so lent: I. Prudentia nonnullorum imperantium, qui probe per spiciebant Religionis immediatum cum Republica nexum sa luti hujus plurimum prodesse. Inde factum, ut episcop non solum in consilia sua vocarent imperantes, verum ei jus quoque leges civiles ferendi nonnunquam tribuere aliaque reipublicae negotia concrederent, tanto magis, qu et ipsis praesertim Occidentis principibus summi mome esse videretur, auctoritatem suam Religionis fulcro int gentes recens subjugatas stabilire. II. Liberalitas insig tam principum, quam fidelium, qui Ecclesiis, monasteriis et episcopis amplissimas donationes faciebant tum ex gratitu dine ob servitia praestita, tum ut per eas peccata sua ex piarent [2]). Inde factum, ut multi Ecclesiae praelati duc comites et marchiones facti non modo jurisdictionem in p pulo exercerent, verum etiam feudis provisi vasallor servitia praestare et armis instructi castra sequi tenere tur [3]). III. Jus cognoscendi civiles causas, quod per pr mos imperatores christianos jam sancitum a Carolo ampliatum [4]), episcopis tantam auctoritatem tribuit, ut non solum causas quasvis civiles ab una dissentient parte ad se delatas assumere potuerint, verum insuper or dinavit, ut et altera litigantium pars forum ecclesiastic sequi teneatur [5]). IV. Immunitates personales, locales reales clericorum hac periodo valde auctae, et ab illis v

provocant ad document. seculi VIII. in quo nomen Archiepiscopi C tuar. ante ipsius regis nomen subscriptum videtur.

[1]) Teste Tegano Carolus M. omnes episcopos, abbates, duces et co tes a maximo ad minimum interrogavit, an eis placeat, ut nomen suum est imperatoris filio Ludovico tribueret. Vid. Baronius ad an. 81 Nro. 13. item acta exauctorationis Ludovici apud Duchesne Tom. pag. 334. Sirmondus concil. Gall. Tom. II. pag. 560.

[2]) L. A. Muratori diss. de redempt. peccator. in antiq. Italic. med. ae T. V. p. 712.

[3]) Mabillon. in act. SS. ord. S. Bened.

[4]) Capitular. ad. annum 800.

[5]) Capitul. L. VI. c. 366.

evi consuetudine et ignorantia jam etiam armatorum efensae. Nam adeo misera temporum illorum conditio it laici jurium suorum ignari, neque eadem tueri s clericis fere cuncta perficienda relinquerent. tissima inter laicos literarum condito, et cleri pro is temporum monopolium literarium, unde seque- ut ignota fere omnibus legendi et scribendi arte, e item linguae latinae cognitione soli clerici, utpote et scientiarum peritiores, negotiis officiisque publicis , concipiendis et expediendis majoris momenti in- itis adhiberi potuerint, ideoque passim regum et m consiliarios agerent, omnium venerationem et tionem vel propterea experti.

§. 27.

Auctoritas externa Romani Pontificis.

eventus periodi hujus animo a praejudiciis li- pectentur, si de illis maturior quaedam reflexio tur, quisque fateatur oportet, Pontifices Roma- le a Caroli M. aetate non parvam in tem- etiam potestatem exercuisse, admittentibus imo vantibus devotionis et gratitudinis causa Franciac . Rem hanc facili modo et naturali eventuum se- idisse sequentia ostendunt, nam: 1) Cum funda- dici ac ope inductionis probari potest, Pontifices os ut vicarios Christi tam per se, quam per mis- os suos Religionem Christianam in toto Occidente ntasse, aut firmasse, ac inde post Salvatorem et os velut alios fundatores et propagatores Religionis ectatos fuisse, hincque factum, ut non solum Ec- ab ipsis fundatae, verum ipsa etiam regna easdem is complexa Pontificum Romanorum mandatis facile nt. 2) Non deerant inter clericos imo et inter epis- qui literarum sacrarum, profanarumque ignari, ac s gerendis parum versati, vix dioeceses suas regere nt, nisi Romani Pontifices scientia, consiliis et ate eis succurissent. 3) Durities immobilis nonnul- rincipum e familia Carolingica, qui sensim a pie- ecessorum suorum deficientes sacra aeque ac pro-

fana jura violabant adeo, ut audaciam eorum et excess
sola Romanorum Pontificum auctoritas et prudentia coh
bere posset. 4) Constitutiones et jus feudale, cui om
fere Ecclesiae instituta superaedificabantur ita quidem,
mirari nullus debeat ferociam quamdam militarem et moru
duritiem clerum occupasse, huncque saepe alia, quam v
catio ejus exposcebat tractasse. Cum autem abusus hos su
ferre vel maxime ad caput Ecclesiae visibile, utpote Rom
num Pontificem spectaverit, facile accidere potuit, ut Po
tifices Romani hac sua provincia fungentes, jura episcop
competentia praeter intentionem limitarent, imo et proc
res regnorum propter peccata aut crimina delatos, ad ju
cium suum citarent, sicque principum et regum ca
mere temporales deciderent. Ita causam inter Ludovicu
Pium et ejus filios controversam discussit Gregorius I
Pontifex. Postquam enim Lotharius et hujus fratres in o
versum naturae et justitiae legum contra patrem suum L
dovicum Pium seditionem excitassent, occasion
hanc arripiens Pontifex auctoritatem Sedis Romanae int
posuit, et cum Lothario ipso in Galliam profectus pa
et concordiam filios inter et patrem restituit. Quamvis au
Pontifex in castris filiorum Ludovici praesens cau
illorum tueri videretur, ac ipsi rebelles filii patrocinio Po
tificis gloriarentur, hocque falso rumore Ludovic
non parum contristaretur, falsum tamen semper manet t
id, quod protestantes narrant: Pontificem perverso ani
fovisse seditionem Lotharii ejusque fratrum contra p
trem Ludovicum, optimum et munificum erga Sedem R
manam principem, quam id, quod a Duchesne refertur, L
tharium ex consilio Pontificis patrem Ludovicum co
pisse, ac captivum tenuisse. Nam I. alii magnae auctori
tis viri scribunt, Gregorio Pontifici defectionem et se
tionem filiorum Ludovici nunquam probatam, verum p
tius in intentis semper illud fuisse, ut patrem filiis recon
ciliaret, pacemque et concordiam inter ipsos reduceret. 5
Quidcunque vero de his tenendum sit, ex adductis tame
cuique patescit, supremam Pontificis Romani potestate
hac aetate jam adeo extensam fuisse, ut etiam causaru
civilium cognitionem ad se spectare putaverit. Reliqu

ıpla influxus Romanorum Pontificum in temporalia re-
exerciti vid. in Institut. Hist. Eccles. per me Pestini
1840. edit. Tom III. §. 17. pag. 42. et seq.

§. 28.

Decretales Isidorianae.

Post initium seculi IX. publicata fuit nova collectio de-
ium pontificiarum (Canonum, et Decretalium Roma-
n Pontificum Codex), quae collectio Isidoro pec-
: inscripta, jura Pontificis Romani, et disciplinam
siasticam olim legitima forma introductam exhibet.
iam codicis hujus constituunt literae decretales,
I s i d o r u s Romanis Pontificibus quatuor primo-
eculorum inde a Clemente I. usque ad Siricium
ıtando singulis, ab hoc vero usque ad Gregorium M.
que supposuit, item concilii Nicaeni I. ac aliorum
que Ecclesiae conciliorum canones [1]). De auctore
ı hujus nihil certi constat. Aliqui ex inscriptione ar-
ıtum ducentes, putabant auctorem operis fuisse Isi-
m Hispalensem episcopum eruditione, et morum
tate celebratum [2]); nam ad episcopum velut auctorem
oncludi posse existimabant, quod in inscriptione le-
Isidorus peccator, quam nomenclationem ab
ıpis illius aetatis et humilitate usurpatam fuisse vetera
nenta ostendunt [3]). Cum praeterea codicem illum Ri-
hus Moguntinus episcopus ex Hispania in Galliam
rit, et ordo celebrandi concilii post praefationem
ım codicis adjectus ex Synodi Toletanae IV. canone
ısumptus sit, aeque indicium esse putabant codicem
ıpania concinnatum fuisse. Verum opinionem hanc
ıam esse vel inde clarescit, quod Isidorus Hispa-
jam anno 636. fatis functus, nulla ratione concilia
ına inde a V. usque XIII. item unum Braccarense nec

---

llerini P. III. c. VI. §. 5. et Spittleri Histor. Juris Canon. Tom. I.
223. et seq.
ıcmarus Rhemens. epist. 7. c. 12. item opus contra Hincmar. Lau-
lens. c. 24.
ıcil. Carpentoratense anni 527. Valense III. a. 529. Parisiens. III.
557. Turonens. II. a. 531. aliaque monumenta apud Mabillon in
er. Analect. et Annal. Benedict. ad an. 785.

non concilium Constantinopolitanum oecumenicum VI. post Isidori Hispalensis mortem celebrata, codici inferre potuisset. Similiter incerta sunt, quae de Benedicto Levita Moguntino [1]), aut de Angilramno Metensi Archiepiscopo [2]), ut auctoribus operis adferuntur. Quod porro tempus quo collectio Isidoriana juris publici facta est, attinet, illud a nullo hucdum praecise definiri potuit. Ad veritatem maxime accedunt, qui statuunt collectionem sub finem seculi VIII. adornatam fuisse [3]). Nam Hincmarus Rhemensis [4]) narrat, Isidorianas decretales simul collectas a Riculpho, qui post Lullum ecclesiam Moguntinam rexit, et anno 914. supremum diem obiit, ex Hispania Moguntiam delatas, ac inde in alia regna seminatas fuisse. Qua in relatione Hincmarus tanto majorem fidem meretur, quanto certius est, eum narrare rem, aut suo tempore gestam, aut a testibus oculatis, et coaevis haustam. Isidori decretales Gratianus OrdS. Benedicti monachus adoptavit, dum Juris Canonici novi seu Pontificii collectionem praecipuam sub titulo Decreti adornavit, huicque easdem intulit. Vid. Cosm. Smalfuss Hist. Relig. et Eccles. Christ. Tom. III. p. 77. item Enchiridion meum Juris Eccles. Tom. I. p. 23. et seq. §. 22. et seq. edit. 3. Poson. 1848.

§. 29.

Figmentum de Joanna Papissa.

Non esset operae pretium ea recensere, quae de Joanna Papissa olim falso non minus, ac inverecunde narrabantur, nisi nostro rursus aevo hanc insulsam crambem quidam recoxissent [5]). Commentum isthoc sic sonat: Inter

---

[1]) Spittler Geschichte des Kanon. Rechts. Halle 1778. David Blondel in Pseudo-Isidoro et Turriano vapulantibus p. 250. K. Fr. Eichhorn in Deutsch. Staats- und Rechtsgesch. P. 1. §. 153.

[2]) Benedict. in praefat. apud Baluz. Capitular. T. I. p. 803. Paris 1677. idem affirmat auctor alterius praefat. quam Petr. Pithoeus publicavit.

[3]) Mabillon Annal. Benedict. ad an. 785. Camus notices et extraits des manuscrits de la bibliotheque nationale et autres bibliotheques publiques par l'institut national de la France Tom. VI. Paris an. IX. in dissert. p. 294—301.

[4]) Opm. Tom. II. c. 24. p. 476. in opusculo contra Hincmar. Laudunens. nepotem suum edito.

[5]) Commentum de Joanna Papissa jam pridem obliteratum hoc aevo renovarunt auctor libri: Ueber die Wahrscheinlichkeit der Existenz

Leonem IV. et Benedictum III. Sedem Pontificiam tenuisse foeminam Joannis VIII. nomine insignitam, Moguntiae natam, antea Joannem Anglicum compellatam. Adjuncta praeterea haec addunt, Joannam quippe habitu virili indutam Athenas veterem musarum sedem ab amico suo delatam, et inde literis et scientiis excultam Romam devenisse, tantaque scientiarum gloria inclaruisse, ut Romani eam ad pontificatum elevarent, tanto minus fraudem quampiam suspicantes, cum et ceteri viri omnes tum Italiae tum Occidentis fere totius barbas suas raderent. Tandem illam ab amico suo impraegnatam, et suo tempore partu levatam fuisse in via publica, dum ex ecclesia S. Petri ad basilicam Lateranam transiret. Hanc tamen narrationem prorsus falsam et in figmentorum numerum referendam esse, adeo clarum est, ut non sufficienter mirari possimus, hodiedum dari viros quosdam secus eruditos, qui hanc fabellam vel commemorare valeant. Nam I. Scriptores coaevi non secus a suppares unanimi sensu fatentur, post Leonem IV. anno 855. die 17. Julii decedentem statim ac immediate electum fuisse Benedictum III. proinde feminae papissae nullum inter eosdem Pontifices locum assignari [1] posse. II. De femina hac in sede pontificia sedente omnes scriptores graeci temporis hujus altum silent, ubi tamen, nullus alter, certo Photius inde occasionem sumsisset, ecclesiam Latinam cavillandi, cum longe minora ei objecerit. III. Sufficienter explicari nequit, cur Hincmarus Rhemensis, Ado Viennensis, Lupus Ferrariensis, Anastasius bibliothecarius, Conradus Urspergensis, aut aliqui scriptores coaevi et suppares nullam rei hujus mentionem in operibus suis fecerint. Nam primae eaeque vulgares, confusae, insulsae, et plane sibi oppositae relationes post ducentos ab eventu annos primum factae sunt,

der Päpstin Johanna; eine historisch. Untersuch. Regensb. 1809. Carolus Haberfeld in diss. adjecta foliis Berolin. sub tit.: Der Gesellschafter oder Blätter für Geist und Herz. Sonnabend 16. Decemb. 1820. 202. Blatt. Joan. Ant. Lorente die Päpste als Fürsten eines Staats und der Kirche etc. Leipz. 1823. 1. Th. p. 268—278.

[1] Hincmarus Rhemens. epist. 26. c. 4. testatur legatos suos in via de morte Leonis IV. edoctos Romam adpellentes, jam Benedictum III. Pontificem creatum deprehendisse.

ut adeo nullam fidem extorquere valeant. IV. Quis credat, ut femina adeo ignota, quae nec originem, nec patriam suam edocuerat, nullis documentis sacros ordines sibi collatos, et anteactam vitam, aut munera probaverat, tam violente et coece ad pontificatum promota fuerit [1]? Circa originem fabellae hujus eruditi varias in sententias dispescuntur. Quidam cum Baronio contendunt originem fabellae huic dedisse facilitatem Joannis VIII. Pontificis, qui non obstantibus concilii oecumenici decretis Photium in sedem patriarchatus Constantinopolitani promoveri permiserit, ac propterea muliebris animi Pontifex, aut Papissa potius quam Papa dictus fuerit. Aliorum opiniones vid. in Gmeiner Epitome Hist. Eccl. Tom. II. p. 65. et seq. sub *** §. 74.

Ex illis, qui narrationem hanc in dubium vocarunt, primi erant Aeneas Sylvius et Platina. Authentiam facti autem fortiter debellavit Aventinus in Annal. Bojorum anno 1534. Inter ipsos quoque Protestantes reperiuntur, qui commentum isthoc impugnarunt. Talis erat David Blondellus, qui edito opere: Eclaircissement de la question, si une femme a été assisse au siege papale entre Leon IV. et Benoit III. Amsterd. 1647. illud impugnavit. Figmentum denique esse totam relationem de Joanna Papissa argumentis omni exceptione majoribus probat Gabler in Abhandlung über die Sage von der Päpstin Johanna in ejusd. Journal für ausserl. theol. Literat. 3. B. 3. St. p. 476—534. Idem praestat auctor dissertat: Die Päpstin Johanna keine wahre Geschichte. Mainz 1821. et plures alii.

§. 30.

Jura Principum circa sacra.

Licet episcopi divitiarum respectu, et faventibus temporum adjunctis, tantam jam auctoritatem consecuti sint, ut imperandi quamdam speciem in civilibus quoque negotiis nanciscerentur, agnoscere tamen quemvis oportet, principum Christianorum praesertim occidentalium juribus tam

[1]) Vid. Onuphr. Panvini Not. ad Platinam in Joann. VIII. Argumenta adversariorum adeo levia sunt, ut eadem hac in Epitome Historiae Eccl. referre superfluum censeam. Qui eadem, eorumque refutationem legere cupit, adeat Instit. Histor. Eccles. per me Pestin. 1840. edit. Tom. III. §. 23. pag. 62 et seq.

decessisse, ut hi suos antecessores secuti, diver-
causis ecclesiasticis amplissima adhuc jura exerce-
lua in re prae ceteris semet distinxit Carolus M.
a solum puritatem Religionis Catholicae, quam se-
ır, omnimode conservare, verum etiam disciplinam
are, clericorum, monachorum, et cunctorum fide-
ores emendare studuit [1]. Plures enim episcopatus
asteria vigintiquatuor jam fundavit, jam liberali dote
t, concilia 17 emendandae disciplinae ecclesiasticae
collegit, libros et cantum Romanum observari fe-
labores serviles diebus Domini interdixit, hosque
livino, et precibus sacrari voluit [3], et quadragesi-
ejunium observari jussit [4]. Post illum filius ejus
vicus Pius diversos conventus celebravit, uti
rani anno 817. ubi canonicorum et canonicarum in-
roboravit [5]. Vormatiae autem edictum publicavit,
perimentum aquae frigidae interdixit [6]. Otto M.
ı Ecclesiam non solum munificentissimum exhibuit,
episcopatus fundando, eisque amplissima bona et
nferendo [7], verum etiam in nominandis episcopis jus
ıs Archiepiscopatui Coloniensi fratrem suum Bru-
n [8], Moguntino autem filium Guilelmum prae-
estigia ejus Otto II. et III. prementes propria pas-
toritate episcopos constituerunt. Ita in patria nostra
S. Stephanum protoregem nostrum undecim epis-
ı et Archiepiscopatum Strigoniensem, pluraque mo-
ı condidisse, amplis bonis dotasse et vicibus Syl-
i II. Pontificis sibi delatis episcopos et abbates nomi-
§. 12. relatum est. Et quamvis de regula tunc in
s regnis Catholicis cunctae personae ecclesiasticae

Capitular. a Carol. M. cum episcopor. abbatum, et comitum con-
publicata, in quibus et leges ecclesiasticae et civiles continen-
edita per Steph. Baluzi.
. I. Capitular. p. 203. legitur Caroli M. Constitutio de emendat.
or. et officior. eccles.
apitular. Aquisgran. an. 789. c. 79. et in Capitul. de partib. Sa-
ae c. 18.
it. III. ejusd. an. Cap. IV.
conventu hoc scribunt Astronius Analista Laureshamens.
marus epist. ad Hildegarium Meldensem episcopum.
arus Chron. L. II. Chronic. Magdeburg. apud Meibom T. I p. 731.
arus Chron. L. II. c. 30.

solius Ecclesiae potestati obstrictae essent, saepisi men exceptiones a communi jure obtinebant, ee sensim deducta est, ut episcopi unice clericorı clericis lites dirimerent, ac delicta solum ecclesiast rigenda haberent, causae vero civiles eorum cuı vel crimina in civitatem admissa judicio civili, au regiae saltem relinquerentur. Ita Arnulphus Rh Archiepiscopus de crimine infidelitatis accusatus gone Capeto rege Galliae ad carceres detrusuı et Adalbertus Magdeburgensis Archiepiscopus an ab Ottone I. ob praecipitantiam claustro mancipat Henricus III. anno 1046. Witgerum Ravenate clesiae Archipraesulem non reluctante Cardinale Damiani [2]) sede privavit. Bona tamen cuncta tun siarum, tum episcopatuum et monasteriorum a p oneribus, censibus, et vectigalibus liberalitate impe Romanorum Constantini M. [3]), Honorii et Th sii [4]), Leonis et Authemii [5]) aliorumque exem runt. Privilegio hoc immunitatis realis clericos quo patria nostra quoque ornatos fuisse constat. Vid. Ver Part. I. tit. 9.

§. 31.

Potestas Romanorum Pontificum. Gregorii peculiaris zelus.

Jam ex §. 28. clarescit cuncta in Ecclesia si sita fuisse hac aetate, ut solum magni viri impulsus sarius fuerit ad summum fastigium potestati pontifi ponendum. Cum enim circa dimidium seculi XI. sim incontinentia Clericos per magnam Ecclesiae parl pasceret [6]), nullaque medela tanto malo in synodis cialibus ferretur, sed altiori quapiam auctoritate c set ad malum extirpandum, plures temporis huju

---

[1]) Histoire litteraire de France Tom. VI. p. 523.
[2]) Ditmar. L. II. p. 337. et epistol. L. VII. epist. 2.
[3]) Leg. I. Cod. Justinian. de episcop. et clericis.
[4]) Leg. 16. Cod. Justin. titul. eod.
[5]) Leg. 39. Cod. Justinian. de episcopis et cleric.
[6]) Quippe ait Rudolph. Glaber L. V. c. 5. ministeria eccles eo tempore habebantur venalia, quasi in foro secularia merci

i Clemens II. [1]), Damasus II. praesertim vero
. [2]) hoc sibi firmissime proposuerant, ut collapsam
e disciplinam salutaribus decretis et statutis poenis
nt, cunctosque defectus et vitia ecclesiasticorum
auctoritate repararent. Repetiti tales reformationis
, sublimiores illas de dignitate Primatus Pontificii
nfirmabant, neque ullus fere jam dubitabat Ponti-
se supremum, ac unicum hierarchiae sacrae pro-
, universalem Christianitatis judicem, ad quem
t leges ecclesiasticas vindicare et de quibuscunque
ous negotiis cognoscere. Hac ratione non solum
lis Romanorum Pontificum suprematus in totam Ec-
roboratus, sed etiam respondens tantae potestati
o in ipsis agnita est, quae indubie etiam illam su-
quam decretales Isidorianae docebant. Nec facile
ra juris hujus exercitium quidquam opponebat, tum
nibus persuasum esset, saluberrimos inde effectus
siam redundare, tum quod Pontifices ipsi jus hoc
os solum exercerent, quorum crimina in publicum
ent, vel qui se ipsos deferrent, ut adeo nullus vel
iem partium studii fundatam hac ex parte conci-
tuerit. Eundem scopum succedentes quoque Ponti-
Victor II. [3]), Stephanus IX. [4]), et Nicolaus
ovebant. Hic qui opera potissimum Hildebrandi
is in Pontificem electus, et ab hoc potissimum depen-
Roberto Guiscardo potentissimo Principe anno
edus inivit, eique Apuliam, Calabriam et Siciliam ti-
i contulit, ac Romani Pontificis electionem ab impera-
uxu liberam reddere conatus est [5]). Omnes autem
m munus suum ita administrabant, ut res ad Ec-

---

a concilio Romano edixit: Velle se ordinem ecclesiasticum re-
e, et simoniam extirpare. V. Concil. Labbe T. 9. p. 946.
onnullos Italiae episcopos Simoniace electos deposuit et omnes
iacorum ordinationes damnavit. Vid. Vibertus in vita Leonis
idem fecit in Synod. Rhemens. et Mogunt. de quo plura ibid.
et apud Lambert. Schafnab. ad an. 1050.
l. Gall. Tom. X. p. 1080.
Damiani epist. apud Baronium ad an. 1058 Nro. 12. Chronic.
. L. 2. c. 100.
Vilhel. Apuliae poema histor. L. II. p. 262. Leo Ostiens. in Chron.
iens. L. III. c. 16. Muratori script. rer. Italic. Tom. II. Part. II.
5.

clesiae ordinem, et disciplinam spectantes soli effectuarent, hasque tandem causas sibi vindicarent. Cunctos vero hac in parte superavit Gregorius VII. Pontifex cognomine Hildebrandus, qui animi energia, et constantia pontificiam auctoritatem ad summum fastigium elevavit. Is Soanae in Hetruria (Tuscia, Toscana) natus, magnis facultatibus mentis et acumine ingenii praeditus, scientiis et constanti animo provisus cuncta possidebat, quae magnum virum praesagiebant [1]. Post Alexandri II. Pontificis sepulturam vir meritis clarissimus communibus cleri suffragiis, et universorum ordinum adplausu in Pontificem non obstante renitentia sua electus est [2]. Postquam is in electionem sui assensisset, omnes ingenii vires eo direxit, ut Ecclesiam Catholicam multis abusibus foedatam, et turpi servitutis jugo subjectam reformaret, pristinam libertatem vindicaret, et supra omne nomen elevaret, respublica sacra civili, causa Dei humanis rebus praeferretur, sacerdotium et imperium sublimiori concordiae et pacis vinculo constringerentur. Igitur cum per longam annorum seriem abusus invaluisset, ut imperantes civiles praelatos et episcopos propria auctoritate denominarent, ac capitula jure eligendi privarent, imo electos in bonorum administrationem nec admitterent prius, quam deposito fidelitatis juramento, et numerata quandoque ingenti pecuniae summa; haecque concessio bonorum, quae nomine investiturae veniebat, traditione pedi et annuli episcopalis fieret, principum civilium ista praxis Gregorio VII. Pontifice nulla ratione placere potuit, tum quod canonicam eligendi libertatem Ecclesiae sufferret, tum quod episcopos et abbates arbitrio eorum ultra modum obnoxios redderet. Quare sequentia statuit: I. ut, cum jam in concilio Romano anni 1074. haeresis simoniaca, seu dignitatum ecclesiasticarum emptio, aut venditio proscripta fuerit, quiscunque deinceps sacris ordinibus simoniace ordinatus omni munere ecclesiastico exauctoretur, qui autem episcopatum

---

1) Baronius ad an. 1061.

2) Pandulphus Pisanus in Murator. script. rer. Ital. Tom. III. p. 304. Cardinal. Aragon. apud eund. Murator. loc. cit.

ito aere obtinuerit [1]), eodem excludatur. II. Omne jus, d imperantes civiles investiendo episcopos et abbates rcebant, sublatum voluit, firmissime decernens, ut, si in posterum episcopatum aut abbatiam a laico obtinueis nulla ratione inter episcopos vel abbates referatur, erator autem vel princeps, aut alter quiscunque inveram conferre praesumens, ipso facto sententiam exmunicationis [2]) incurrat. III. Decreta antiqua contra ininentiam clericorum, qui uxorum aut concubinarum iortium licitum esse defendebant, severius adursit, es clericos ab episcopo usque ad subdiaconum legem ibatus non observantes ab usu sacrarum functionum inixit, concubinas statim amoveri jussit, clericis in connatu viventibus exercitium ordinum prohibuit, illos soordinibus sacris fungi permittens, qui perfectam conntiam solemniter promittebant [3]) *). IV. Uniformem Ecclesia Romana liturgiam jam a pluribus seculis ctam, per totam Ecclesiam imposuit omnem conatum bens, ut Alphonso Castellae et Sancio Aragoniae bus acceptationem liturgiae Romanae in locum Mozacorum rituum persuaderet [4]), et in Bohemia atque Moa Slavonicam linguam e cultu divino abrogaret [5]). Vid. helmi Conquest. epist. ad Gregorium in Baluz. Miscel- Lib. VII. p. 127. L. VII. ep. 20. L. VIII. ep. 21. Jo. Fabricii de denario Petri in amoenitat. Theol. p. 1.

) Impossibile fere dictu, quales passim tumultus haec Gregorii decreta in Europa post se traxerint. Testatur Lambertus Schafnaburg [6]) Sigefridum Archiepiscopum Moguntinum, et Altmannum episcopum Passaviensem a cleri-

---

Mansi concil. Tom. XX. p. 402. Martene et Durandi thesaur. T. V. p. 619.

) Gretseri apologiae pro Gregor. VII. in defens. controvers. Tom. II. et opm. T. VI. Goldasti rep. contra Gretser· et apolog. pro Henrico IV. Meibom de jure investit. episcopal. in scriptor. rer. German. Tom. III.

[3]) Mansi concil. Tom. XX. p. 402. et seq.

[4]) Gregor. L. I. ep. 63. 64. L. VIII. ep. 3. L. IX. c. 2. Ferreras Histor. von Spanien T. III. p. 293. 310. Wernsdorf Hist. linguae latin. in sacris pag. 20.

[5]) Gregor. L. VII. ep. 2. Wernsdorf ibid. Von Friese Kirchengesch. von Polen. P. I. p. 107.

[6]) Lambert. Schafnab. ad an. 1074.

cis suis, cum Gregorii sanctiones promulgarent, in seditione exorta fere interfectos fuisse. Ita etiam in Italia praesertim Mediolani [1], in Gallia Lutetiae Parisiorum [2], in Belgio Cameraci [3], et in aliis locis contra decretum hoc illico exceperunt clerici in concubinatu viventes ac Pontificem plane haereticum proclamarunt. Verum is inflexibiliter decreti sui executionem constantissimo animo adursit.

§. 32.

Gregorii VII. controversia cum Henrico IV.

Causam principalem controversiae huic praebuit Henricus IV. imperator, et Germaniae rex, qui a juventute sua libidinis vitio deditus, omnes Ecclesiae contra simoniam in Germania grassantem sanctiones spernebat [4]. Cum enim Gregorius VII. in synodo Romana anni 1075. non solum plures episcopos propter simoniam delatos ad tempus ab officio suspendisset, aliosque munere privasset, ac principes a conferenda investitura inhibuisset, rex Henricus IV. bello Saxonico feliciter terminato, hanc Pontificis prohibitionem adeo parvi faciebat, ut potius illorum episcoporum, quos praetextu seditionis excitatae inclusos tenebat, amotionem ab illo praetenderet. Verum Gregorius missa in Germaniam legatione episcoporum illorum dimissionem et restitutionem in integrum petiit, ac regem ad concilium Romanum citavit, ut criminum, quorum accusaretur, rationem redderet, nisi excommunicationis vinculo innodari vellet [5]. His vehementer offensus Henricus anno 1076. Vormatiae conventum indixit, in quo imperatoi Cardinali Hugone Blanco, qui paulo ante per Pontificem officio privatus fuerat, agente, ac urgentibus aliis diversi ordinis viris immaturo judicio depositionis sententiam in Gregorium pronunciavit [6]. Imo Henricus dimissis

---

[1] Arnulphus senior, et Landulfus apud Murator. in Scriptor. rer. Italicar. Tom. IV. p. 36. et seq.
[2] Mansi suppl. Concilior. Tom. II. p. 5.
[3] Mabillon Annal. Bened. Tom. V. p. 636.
[4] Adam. Bremens. Histor. Eccles. L. III. p. 104. edit. Mader turpissimas criminationes in Henricum effundunt. Aventinus L. V. Annal. Boj. et Dodechinus Append. ad Lambert. Schaffnaburg anno 1076.
[5] Lambertus Schafnab. anno 1076.
[6] Bruno Histor. belli Saxon. p. 197. edit. Freher. Goldasti constit. imper. Tom. I. p. 237. Concil. Vormat. in Mansi Tom. XX. p. 469.

ulantissimis literis clerum et populum Romanum adver-
s legitimum Pontificem concitare conatus, papatu illum
ivari jussit. Pontifex non mutatus atrocitate nuncii altero
clero et populo ad concilium maximo numero confluente,
ras publice perlegi jussit, et omnibus qui praesentes
nt, episcopis adprobantibus Henricum regno Germa-
e et Italiae privatum declaravit, subditos a juramento
elitatis absolvit, et in eum sententiam excommunicatio-
pronunciavit [1]). Hoc audito principes Germaniae occa-
nem sumserunt odio suo vatiniano contra Henricum
ndi, et male contentis Saxonibus semet jungendi, tales
nt Guelphus I. Bavariae, Rudolphus Sueviae, Ber-
oldus Carinthiae duces, item Vürceburgensis, Vorma-
nsis, Metensis et alii episcopi. Plures insuper erant, qui
nrico prius adhaerebant, sed Sigefrido praesule
guntino praeeunte illum deseruerunt, satius semet facere
tantes, Deo potius obedire, quam hominibus. Quare
no 1076. principes Sueviae et Saxoniae in conventu Tri-
riensi funestos hos Germaniae motus componere inten-
bant, verum ubi septiduo desuper deliberassent, multa-
e atrocissima regis facinora in ruinam Germaniae ten-
ntia innotuissent, Henricum regno privare et alteri
bernacula regni deferre constituerunt. Licet vero Hen-
cus per legatos ad comitia missos omnia meliora pro-
iserit, principes tamen Sueviae et Saxoniae rem totam
ontifici ad comitia Augustana mense Februario anni 1077.
enturo, examinandam et decidendam reliquerunt. Quare
lenricus Pontificis adventum in Germaniam praevenire
onstituit, ac iter in Italiam per juga montium glacie et
ivibus obsita cum uxore et filio suscepit, veniam et abso-
tionem a Pontifice imploraturus. Canusium adpellens Hen-
icus, ubi velut in fortissimo munimento Mathildis
omitissae Pontificem habitare noverat, initio ad Pontifi-
em non est admissus, eo inviatus, ut ad comitia Augu-
tana juxta decreta Triburiensia compareret. Precibus ta-

[1]) Concil. Rom. II. in Mansi Coll. Concil. Tom. XX. p. 465. Annal. Saxon. an. 1076. p. 526. edit. Eccard Berthold Constantinop. an. 1076. formula excommunicat. exstat in Brunonis hist. belli Saxon. p. 200, edit. Freher.

men victus Pontifex concessit, ut Henricus veniae impetrandae causa semet sisteret. Is ergo post trium dierum jejunium poenitentiae causa observatum ad Pontificem, omisso foris comitatu, depositis insignibus, nudis pedibus et detecto capite intravit, absolutionem petiturus, quam etiam impetravit sub his conditionibus, ut die et loco a Pontifice determinato ad generalem principum conventum compareret, et ad accusationis puncta responderet, Pontifice ipso causam cognoscente, interea vero temporis nullis regiae dignitatis insignibus uteretur, nullamque muneris sui partem administraret. Quod si autem in comitiis Augustanis suam innocentiam probaret, regnoque dignus judicaretur, subjectus Pontifici Romano semper et obediens maneret [1]. Henricus rex his promissis ab excommunicatione absolutus, vix a Pontifice recessit, cum Longobardiae praesules aeque ac proceres ignaviam ipsi objicerent, eumque regno indignum pronunciantes, filium ejus Conradum, licet minorennem adhuc regno praeficere gestirent. Contremuit rex ob mutatam rerum faciem, et promissa Pontifici sancita infringens perversos consiliarios pridem jam anathemate percussos, revocavit, ac contra Pontificem velut omnium malorum originem varias calumnias effundere coepit [2]. Principes imperii mala augeri videntes, Romanum Pontificem ad conventum Forchheimensem invitarunt, Henricum obstinatum regno exuere volentes. Eapropter Pontifex regem per legatos reflexit, quo fidei juratae conformiter ad comitia Augustana compareret, de objectis criminibus audiendus. At Henricus in Italia moratus, omnes vias per quas Pontifici eundum erat, copiis suis occupavit, ita, ut is Forchheimum proficisci nequiens, legatos solum miserit, vicibus ipsius functuros. Principes igitur ad comitia defixo tempore comparentes Rudolphum Sueviae ducem in regem proclamarunt, adjecta conditione, ut cujvis ecclesiae canonicam superiorum electionem liberam re-

---

[1]) Gregorius L. IV. Ep. 12. Lambert. an. 1077. Bruno Hist. belli saxon. p. 208.

[2]) Muratorius Gesch. von Italien anno 1076. 1077.

queret [1]. Gregorius licet Henrico ob tanta molina addictus esse non posset, cum tamen Rudolphi aderentes sensim minui cerneret, utrumque regem ad conium evocavit, causam suam juxta justitiae leges defensus. Verum uterque rex bello intentus ad concilium compare distulit [2]. Donec tandem Henrico anno 1080. ad andenheim per aemulum devicto Gregorius VII. eum preces Teutonicorum novitus excommunicatum regia dignate privasset, et Rudolphum regem confirmasset [3]. At enricus in convocato conciliabulo Brixiensi vices Ponici rependere volens [4], eundem pontificatu indignum proamavit, et Guibertum Archiepiscopum Ravenatensem b nomine Clementis VIII. eodem anno in Pontificem ronari praecepit. Imo Rudolpho ad Elistrum fluvium pugna occumbente Henricus propositum suum humiindi Papam etiam in Italia effectui mancipare volens, cum genti exercitu anno 1081. Romam comparuit, ac eam aris cinxit. Licet autem Pontificis et Mathildis comitise armis Henricus Roma retrusus fuerit, vicinas tamen rtes urbis depopulatus est, donec in Lombardiam transisset. Post biennium Henricus cum copiis denuo Ronam urbem cinxit, et parte urbis Leoniana expugnata, basilica S. Petri occupata, pacem cum Pontifice conere voluit, verum sine optato successu. Quare anno inquente integram urbem occupavit et Guiberto basilim Vaticanam resignavit, Pontifex autem in castrum Anli se recepit, invicta animi constantia tunc quoque poulans, ut rex Deo, Ecclesiae et Pontifici pro viribus suis tisfaceret. Haec inaudiens Robertus Guiscard Norannorum dux, Constantinopoli, quam obsidebat, ad elirandum Pontificem advolavit, eumque e castello S. Anli liberatum ad munitam arcem Salernam comitatus est, i anno 1085. vitam suam indefessam cum morte commu-

[1] Sigebertus Gemblac. anno 1077. Aventinus Annal. Boj. L. V. p. 458.
[2] Gregor. lib. IV. ep. 15. Paulus Bernried in vita Gregor. VII. vid. Otto Frisingens. L. 1. de gestis Frider. ubi ait: Gregorii opera et auctoritate Rudolphum factum fuisse regem.
[3] Harduin concil. T. I. VI. P. 1. p. 1591. Paulus Burdigall. in vita Gregorii VII. Hugo Flaviniacensis Chronic. Virdunens.
[4] Otto Frisingens. lib. de gest. Friderici L. I. c. 1.

tavit [1]). Ultima verba ejus erant: Dilexi justitiam et odi iniquitatem, propterea morior in exilio. Paulus V. eum anno 1609. inter Sanctos retulit. Crisim litis hujus, item testimonia de virili et sancto Gregorii VII. charactere brevitatis causa hic exmissa vide in Institutionibus H. E. per me Pestini anno 1840. edit. Tom. 3. §. 29. pag. 231. et seq.

§. 33.

Lites de investituris continuatae, et terminatae.

Post mortem Gregorii VII. nihilo pacatiora tempora successerunt. Romanam enim urbem et magnam partem Italiae Clemens VIII. antipapa regebat, Germaniam Henricus IV. bellis cum principibus implicitus turbabat. Victor III. ex Cassinensium abbate electus et legitimus Pontifex vir mitis ab antipapa Clemente varia ratione afflictus Beneventum discessit, et celebrato ibidem concilio decreta Gregorii VII. contra investituras renovavit [2]). Successor ejus Urbanus II. in variis synodis [3]) non solum Clementem antipapam et omnes illius adhaerentes communione ecclesiastica privavit, verum etiam cunctas ordinationes simoniacas proscripsit, et principes a conferendis investituris exclusit [4]). Hoc idem ursit Paschalis II. Pontifex et Henricum IV. etiam post mortem novitus excommunicavit [5]). Verum Henricus V. prioris filius manibus patris parentare volens, compositis domi rebus suis magno cum exercitu in Italiam irruit, ac praeter jus investiturarum a Pontifice damnatum [6]) etiam id

---

[1]) Leo Ostiensis Lib. III. Chron. Cassin. c. 64. Trithemius L. IV. de vir. illustr. Ord. S. Bened. c. 11. Cf. Schmidt's Gesch. der Deutsch. P. II. p. 305.

[2]) Mabillon acta SS. Ord. S. Bened. VI. p. 586. Ejus liber de miracul. Bened. ibidem secul. IV. P. II. p. 425. Fabricius 13. L. med. et inf. voc. Desider. Cassinens. Tom. II. p. 22. Tom. VI. p. 292.

[3]) Melphi an. 1089. Beneventi 1091. Placentiae 1094. et ad Clarum montem 1095.

[4]) Pandolfi Pis. et Bernard. Guid. vita Urbani in Muratorii SS. rer. Italicar. Tom. II. part. 1. Claremont. concil. c. 17. apud Mansi Tom. XX. p. 816.

[5]) Chronicon Urspergens. pag. 241. Otto Frising. in Murator. rer. Italic. Tom. III. P. I. pag. 354.

[6]) Concil. Trecens. a. 1107 apud. Mansi Conc. Tom. XX. p. 1209. 1218.

postulavit, ut Pontifex eum corona redimeret, et Germano-
um jura in Italia restitueret. Regis adventum inaudiens
'ontifex non parum territus Petrum Leonis aliosque
eputavit, qui cum regis oratoribus pacem conficerent hac
ub conditione, ut rex investituris valediceret, episcopi
ero et abbates cuncta bona et feuda in imperio obtenta
estituerent [1]). Cum tamen pacto huic cum indignatione se
pponerent Germaniae praesules tantis bonis carere nolen-
:s, etiam Paschalis II. ab eodem pacto destitit. Qui-
ıs adeo indignatus Henricus, ut Pontificem custodiae
aderet, et multos ex honoratioribus et populo carceribus
ancipari, imo et caedi juberet. Cum vero et Romani in
ilitiam Germanicam irruentes vicem pro vice rependerent,
ınctosque in urbe repertos Germanos dirum in modum tru-
darent, et regem ipsum vulneratum in fugam conjicerent,
ontifex calamitate hac publica permotus, votis Henrici
ndem subscripsit, ei privilegium investiturarum per vir-
ım et annulum concessit, ac eum in basilica S. Petri im-
ıratorem coronavit. Pacto hoc inter Ecclesiam et impe-
um pax reducta esse videbatur. At Cardinales et Episcopi
ures semet a Pontifice separantes ejus factum reproba-
ınt, dicentes pactum hoc canonibus et decretis patrum re-
ugnare, ac Pontificem plane in haeresim (Henricianam dic-
ım) prolapsum fuisse allegabant. Videns Pontifex factum
ıum per nobilissimam Ecclesiae partem improbari, rem to-
am concilio per se anno 1112. convocato decidendam reli-
quit. Quare concilium communibus suffragiis declaravit, pri-
vilegium investiturae nec existere, nec dari posse, ideo-
que illud invalidum pronunciavit [2]), quam sententiam po-
stea confirmavit, et renovavit concilium Lateranense anni
1116. adjuncta imperatoris excommunicatione. Post diversa
tandem utriusque partis tentamina et asperrimas discepta-
tiones sub Callixto II. pax instaurata est, in comitiis
anno 1122. Vormatiae celebratis. Henricus quippe sen-
sim a suis relictus paternarum adversitatum exemplum me-

[1]) Concil. Lateran. in Mansi Tom. XXI. p. 39. Plank Acta inter Henr. V. et Paschal. II. Göttingae 1785.

[2]) Mansi Concilior. Tom. XXI. p. 49.

tuens, liberam omnibus ecclesiis electionem et consecrationem Deo, ejusque Apostolis Petro et Paulo concessit, investiturae per baculum et anulum renuncians, nihilque aliud sibi reservans, quam ut praelatus consecratus intra sex menses regalia per sceptrum a rege acciperet, et electiones episcoporum et abbatum Germaniae in praesentia regis aut ejus commissarii absque simonia aut aliqua violentia instituerentur; pro casu autem eo, quo inter eligentes dissidia orirentur, rex cum influxu et opera metropolitani ac provincialium episcoporum dubiam electionem decerneret, saniorique parti adhaereret. Porro bona ecclesiarum, ceterorumque omnium, qui partibus Ecclesiae adhaeserunt, semet redditurum promisit, patrocinium quoque, et adjutorium Ecclesiae Romanae pollicitus. Celeberrimum hoc Concordatum literis consignatum, et subscriptionibus mutuis confirmatum non tantum paulo post in conventu Bambergensi principes omnes acceptarunt, verum et concilium Lateranense I. generale IX. auctoritate ecclesiastica ratihabuit [1]).

§. 34.

Lis Friderici I. cum Hadriano IV. et Alexandro III. P.

Imperatores fere omnes inde a dimidio seculi XII. totam suam curam et conatus eo dirigebant, ut potestatem Pontificis Romani ad summum fastigium jam elevatam angustioribus limitibus circumscriberent; verum sollicitudo eorum propter maximam aevi hujus erga Sedem Romanam venerationem plerumque optato effectu caruit. Inter illos autem hoc ex obtutu maxime memorabilis est Fridericus I. Barbarossa dictus, vir literarum egregie peritus et fortis, sed superbus et vindictae studiosus, qui eo totus tendebat, ut imperatorum auctoritatem in Germania et Italia confirmaret [2]). Occasio litis inter eum et Hadrianum IV. Pon-

---

[1]) Mansi Tom. XXI. p. 274. et Instrumentum ab Henrico V. expedit. in Harenberg supplem. diplom. ad dissert. de secta non timentium Deum p. 162. Koch de collat. dignit. et benefic. eccles. Schmidt Gesch. der Deutsch. P. II. p. 357. Hoffmann dissert. ad concordat. Henrici V. et Callisti II. Mascov. de rebus Henric. V. p. [illegible].

[2]) Otto Frising. de gestis Frider. in Ursitii [illegible]iptor. rer. German. col-

·m haec fuit. Milites Friderici Eskylum Lunden- Archiepiscopum ex sacra peregrinatione Romana re- m in Lotharingia exspoliarunt, ac captivum tenuerunt, nto plus pecuniae ab illo extorquerent. Hadrianus e hoc actu informatus, eorum ejus punitionem et episcopi ım dimissionem medio literarum a Friderico pe- ·um vero Pontifex in literis suis motivi adinstar precum ım exponeret, quam gratanter S. Romanae Ec- ·iae insigne et coronae beneficium ipsi con- rit [1]), Fridericus verba haec ita intellexit, ac si Pon- significaret, se imperium ipsi velut feudum contulisse. ssis itaque legatis imperator literas encyclicas in toto rio publicari jussit, quibus potestatem imperatoris su- am, et ab omni alio quocunque, Deum excipiendo, in- ndentem esse contendebat. His auditis Pontifex ad pla- ım Fridericum alias literas submisit, in quibus ım priorum verborum emolliebat, nec eo spiritu pro- ·uisse nunciabat, ut imperium Sedis Apostolicae feudum retur, sed beneficii vocabulum pro benevola actione tum id significare, quod coronatione principis tam egre- qualitatibus instructi, nonnisi magnum aliquod bonum .uatum sit. His demulsus Fridericus in pace et har- a cum Hadriano Pontifice vixit [2]). Verum post mortem riani IV. P. turbae novae Italiam afflixerunt. Cum Cardinales alii Rolandum collegam suum et Can- ·ium sub nomine Alexandri III. in Pontificem eli- ıt [3]), alii vero Cardinalem Octavianum sub Vic- s IV. nomine Pontificem nominarent, Fridericus rator in dubiam utriusque electionem inquisiturus, anno ·. utrumque electum ad conventum 50 episcoporum ıe indictum evocavit [4]). Victor Papiam venit, non n Alexander. Episcopi in conventu praesentes stu-

---

ın. a Roderico Praepos. Frising. vid. Fabricii B. L. med. et inf. ·om. VI.
ıadevicus de gestis Frider. L. I. c. 8. 9. apud Ursit. Tom. I. p. 480. ladrianus in epist. ad Fridericum imperatorem concil. Tom. X. p. 147.
ıaronius ad an. 1159. Nro. 28. et seq. Radevicus L. II. c. 30. qui aulo aliter rem narrat in epist. antipapae Victoris.
laronius ad an. 1160. Nro. 50. Radevicus c. 66.

dio imperatori complacendi Victorem fere communi co[n]sensu confirmarunt, Alexandro, ejusque fautoribus re[je]cissis [1]. At Ludovicus II. Galliae, Henricus II. A[n]gliae, et Vilhelmus Siciliae reges, Manuel Graeco[rum] imperator, et patriarcha Jerosolymitanus conventui P[a]piensi parum deferentes pro partibus steterunt Alexand[ri] qui juri suo insistens Fridericum imperatorem iter[um] admonitum communione Ecclesiae privavit, et majoris s[e]curitatis causa in Galliam velut asylum anno 1161. migr[a]vit [2]. Hinc schisma auctum est, cum Victori mort[uo] Guido Cremensis episcopus sub nomine Paschalis I[II.] suffectus [3], ac ejus intrusio in conciliabulo Herbipolita[no] per Fridericum imperatorem et 40 episcopos ratih[a]bita sit [4]. Ceterum vires Friderici in Italia minuebantur, [e] quo plurimae civitates Longobardiae societatem contra eu[m] iniverant, et Alexander III. Pontifex anno 1165. Roma[m] rediens cum Vilhelmo II. Siciliae rege foedus pepigerat [5]. Quare anno insequente Fridericus cum ingenti exercitu It[a]liam ingressus occupata Roma Paschalem III. Sedi Ap[o]stolicae praefecit. Verum exercitu fere toto lue pestife[ra] amisso vix salvus in patriam rediit. Tantae calamitatis au[c]torem Fridericum, cunctosque ejus adhaerentes Ale[]xander III. sacris rursus interdixit, illumque regno et imper[io] privavit. Fatis functo Paschali III. factio Frideri[ci] anno 1170. tertium antipapam Joannem Strumensem a[b]batem sub nomine Callisti III. elegit, sicque schism[a] continuatum. Fridericus expeditionem secundam in It[a]lia adornans cum Mediolanensibus Lignani conflixit, ver[um] concussus vix sospes Germaniam attigit. Tantis igitur cal[a]mitatibus mitigatus, populis omni ex parte contra illum tu[]multuantibus ad pacem et obedientiam Alexandri redi[t]. Reconciliatio inter eos anno 1177. Venetiis effectum so[r]tita est. Ubi postquam adparuisset Pontifex maximo p[e]

1) Acta concil. Papiens. Tom. X. conciliorum p. 1387. et seq.
2) Pagii Tom. IV. p. 1164. Nro. 27.
3) Murator. Annal. Tom. VI. p. 568. Baronius ad an. 1164. Nro. 27.
4) Friderici epist. encycl. et concil. Herbipol. Mansi concil. Tom. X. p. 1438.
5) Murator. Annal. Tom. VI. p. 571.

li gaudio exceptus, Fridericum ab excommunicatione solvit [1]). Inde ad ecclesiam S. Marci concedens impeor exemplari humilitate semet distinxit, et deposita rechlamide Pontificis prae foribus ecclesiae sedentis peosculatus est, quem protinus elevatum Pontifex pacis ulo salutavit. Quo peracto simul ecclesiam intrarunt, eratore dextram Pontificis tenente, ubi decantato hymno tiarum actorio Papa imperatori benedictionem dedit. Ala die post cultum divinum sub quo Pontifex Friderico charistiae Sacramentum porrexit, imperator jurejurando is conditiones, confirmavit, quas postea concilium Lateense III. oecumenicum XI. anno 1179. pariter ratas hat *). Vid. Mansi in concil. Tom. XXII. p. 210.

Pacis conditiones praecipuae videntur fuisse: 1) Ut Alexander III. velut legitimus Pontifex agnoscatur. 2) Omnia bona ecclesiastica injuste ablata restituantur. 3) Mutua et reciproca venia utrinque concedatur. 4) Amicitia et sincera reconciliatio cum Longobardis et rege Siciliae restituatur.

§. 35.

inter S. Thomam Cantuar. et Henricum II. Angliae regem.

Henrico II. Angliae rege ad exemplum reliquorum ropae principum jus investiturae, et in diversis rebus ecsiasticis auctoritatem sibi arrogante, cum libertati Eccle- e periculum imminere videretur, pax et concordia saceriam inter et imperium abrupta est. Acerrime jura ecclestica prae aliis vindicavit Thomas Becket Archiecopus Cantuariensis, magnae mentis et virtutis praela-, qui licet carissimus hucdum regi esset, munus tamen m tanto cum zelo executus est, ut regis ingratias sibi sisceret. Causae, ob quas Thomae Archiepiscopo sucsuit rex, inter alias erant, quod abusum, quo rex episporum electiones ad longius tempus differri jubebat, damret, regemque urserit, ut vacantes a longo tempore ecsias pastoribus provideri permitteret, quodve clericos in

[1]) Concil. Venet. in Mansi Tom. XXII. p. 174. Muratorii antiq. Italicar. med. aevi Tom. IV. p. 249. et seq. Cotelerii de concord. inter Alexandr. et Frider.

negotiis criminalibus foro regio subtrahere conatus sit [1]). Hinc acerrima disputatio enata est de juribus et moribus regni Anglicani, contra quos admittere nihil volebat Henricus. Imo anno 1164. praesules regni sui Clarendunae congregatos interrogavit, utrum mores et consuetudines in regno hucdum vigentes porro quoque conservari vellent; cumque hi observarent regem vehementer offensum iri, si voluntati ejus contrariam mentem aperirent, et ipsi et Thomas Archiepiscopus Cantuariensis velut Primas regni 16 capitula, quibus jura regis in negotiis ecclesiasticis comprehendebantur, confirmarunt *). Et profecto assecutus fuisset Henricus, quod volebat, nisi Thomas Cantuariensis mature mentem suam mutasset. Hic enim domum reversus, tanta facti sui poenitentia tactus est, ut ab Alexandro III. Pontifice in Gallia tunc morante absolutionem peteret [2]). Hac re offensus rex causam Primatis Thomae episcopis Northamtonae congregatis discutiendam substravit, qui eum condemnarunt, omnibusque bonis mobilibus privandum decreverunt [3]), cumque Thomas ad Sedem Apostolicam adpellaret [4]), eum rex ut perduellionis et perjurii reum ex regno exire prohibuit. At hoc non obstante Thomas sub aliena veste ad regem Galliae Ludovicum VII. penetravit, qui eum honorificentissime excepit, hinc ad Pontificem Senonas transiens pariter benigne exceptus, et in monasterium Pontiniacense pro hospitio invitatus. Rex Angliae propterea commotus tum ecclesiae Cantuariensis, tum ceterorum cleri membrorum Thomae adhaerentium proventus occupari, imo cunctos eorum cognatos regno excedere jussit. Rebus utrinque exasperatis Pontifex regem pulchris primo ad mitiora disponere conabatur, ac cum omnia effectu bono caruissent Thomam Cantuariensem dignitati Legati Apostolici pro tota Anglia, dioecesi

---

[1]) Matth. Paris. Hist. Angliae ad an. 1163. Wharton Angl. sacra P. I. p. 8. Willemus Brito L. VIII. Philippios. Hist. Quadrip. seu vita S. Thomae c. 15. L. 1. Tom. V. Duchesne p. 187. Beaulieu la vie de S. Thom.
[2]) Matthaeus Parisiens. Histor. Angliae ad an. 1163. Vita S. Thomae.
[3]) Vita S. Thomae c. 25. et seq. Regis autem vehementem indignationem describ. Petrus Blesens. ep. 66. 75.
[4]) Epist. S. Thomae ad Alexandr. III. apud Rogerium de Hoveden Annal. p. 498.

racensi excepta, restituit [1]). Munere hoc functus Tho-
s non solum mores et consuetudines Anglicanas in Cla-
lunensi conventu publicatas proscripsit [2]), verum regi
n excommunicationem intentavit [3]). His adhuc magis
:itatus rex jam schismate se ab Ecclesia separare vole-
cum repente Alexandri III. literis et intentato ana-
ıate ad pacem ineundam animum flexisset. Et reipsa
ı 1170. conventu inter Henricum et Archiepisco-
in Gallia celebrato pax restituta constans mansisset
ıssis, nisi Thomas Archiepiscopus in Angliam redux
no animo literas alias Pontificis, quibus proceres et
;opi omnes a communione Ecclesiae excludebantur, qui
ıronationem Henrici junioris influxerant, publicasset.
ubi rex ab episcopis et proceribus provocatus Tho-
ı imponeret, ut cunctos excommunicatos in communio-
Ecclesiae reciperet, isque id facere differret, ac rex
terea resensum suum manifestaret, quatuor impii sa-
es palatium archiepiscopale ingressi, eo audaciae pro-
sunt, ut Thomam in ecclesia Cantuarensi flexis ge-
s orantem conviciis affectum, crudeliter mactarent [4]).
icato mox tanto facinore Henricus maximo dolore
ıs, tribus diebus jejunavit, nullum equum conscendit,
udinem quaesivit, nulla reipublicae negotia tractavit,
ɔputatis ad Pontificem legatis nunciavit se omnino in-
ıntem esse a caede Archiepiscopi Cantuariensis [5]). Ve-
Alexander III. P. regi insuper expeditionem Cru-
ım, gravius jejunium, et poenitentiam publicam impo-
[6]), ipsum vero Thomam Cantuariensem numero Sanc-
m inscripsit. Plura de viro hoc sancto lege in Institut.
. per me Pestini edit. an. 1840. Tom. 3. §. 32. pag. 249.

Alexandri III. literae Anagniae expeditae VII. idus Octobr. 1167.
Ep. 96. L. 1. ed Christ. Lupi.
Ep. 138. ad Alexandr. III. L. 1. edit. a Christ. Lupo.
Guill. Stephanides Hist. Cantuar. in Thomae Spark script. rer. Anglicar. pag. 4. Lond. 1723. Histor. Quadrip. L. IV. Gervasii Chron. p. 1413. et S. Rogerii Hoveden Annal. Angl. p. 521. Matth. Paris ad an. 1171. Thom. Stapleton seu res gest. Thom. Apost. S. Thom. Cantuar. et Thomae Mori Colon. 1612. 8.
) Histor. Quadrip. L. IV. c. 3.
) Gianone istor. civit. di Napoli Tom. II. L. XIV. p. 312.

*) Praecipua ex illis haec fuere: 1) nullus ecclesiasticorum vel regularium ad Sedem Romanam adpellare potest absque praevia regis facultate, 2) nullus praelatorum regno excedere, 3) nullus regni subditus aut minister regius excommunicari potest inconsulto rege, 4) perfidi aut perjuri non ad forum episcopale sed regium spectant, 5) clerici criminum rei foro seculari subjiciuntur, 6) proventus vacantium in regno Angliae beneficiorum aerario regio inferuntur, 7) clerici in regalium bonorum possessorio existentes homagium et fidelitatem regi velut Domino suo praestare tenentur. Vid. vita S. Thomae edit. a Christ. Lupo p. 163.

§. 36.

Controversia Coelestini III. cum Germaniae & Philippo Galliae principibus.

Controversia Coelestini III. Pontificis cum Leopoldo Austriae marchione et Henrico VI. imperatore sic originem coepit. Cum Richardus rex Angliae vulgo Cor Leonis dictus, ab expeditione cruciata redux, per tempestatem in Istriae partes abriperetur, a Leopoldo Austriae marchione, quem is occasione expugnatae a copiis cruciatis Ptolemaidis (§. 18) vehementer offenderat, interceptus, Viennae carceri mancipatus, et dein Henrico VI. imperatori resignatus, per integrum annum et ultra captivus detineretur, Coelestinus III. Pontifex ab episcopis Normanniae et vel maxime ab Eleonora regina, et matre Richardi interpellatus, Leopoldum marchionem Austriae excommunicavit, imo et imperatorem ejusque ditiones censuris ecclesiasticis afficiendas edixit, si principem cruce signatum sub tutela Romanae Ecclesiae constitutum, non illico liberum dimitteret. Verum censurae hae et comminationes Pontificis hac vice non illum, quem alias effectum sortiebantur. Nam Richardus in libertatem non prius assertus est, quam ingentem pecuniae summam persolveret. Quia porro pactum hoc vi et coactione extortum fuerat, Richardus paulo post reditum in patriam, deputatis ad Pontificem legatis de injuria sibi illata querimoniam deposuit, et Apostolicae Sedis protectionem enixe obtestatus est. At frustra, Coelestinus enim Pontifex nec consiliis et adhortationibus, nec intentato S. Petri ana-

principes praedictos ad restitutionem lytri ullatenus re 'potuit [1]).
od alteram controversiam attinet, ea sic est exorta. n Philippus Galliae rex amissa Isabella congeburgen Canuti regis Daniae filiam in uxoisset, hancque licet formosam absque omni culpa tidiens repudiare voluisset, episcoporum et regni n sub praesidio Archiepiscopi Rhemensis Compenregatorum mentem super hoc objecto expetiit. Cum onnulli ex praesentibus evincerent, consanguinitaedictos inter regios conjuges intercedere, praesuregati praeeunte Archiepiscopo Rhemensi, qui siis Apostolicae legatus erat, divortium etiam invita urge pronunciarunt. Canuto autem Daniae rege de iliae suae facta coram Coelestino III. Pontifice querulante, Pontifex missis legatis in Galliam causam examinandam, ac terminandam credidit. Hi eorsum tes, Parisiis synodum convocarunt finiendae litis rerum ea ob nimiam regis potentiam successu caod aegre ferens Pontifex ad Michaelem SenoArchiepiscopum literas expedivit, amare conqueod Galliae praesules praescriptam juris formam in ri objecto praeteriverint, ac decretum concilii ren obstante tamen hoc rex eodem adhuc anno Magnetem ducis Moravorum filiam in thalami sooptavit, Ingeburge repudiata. Haec causam suam al Pontificis quidem promovit, at Pontifex annoero et virium debilitati succumbens, causam ejus ri suo (§. 37) terminandam reliquit. Vid. Guil. igensis L. IV. c. 26. Rigordus in vita PhiAugusti.

§. 37.

Gesta Innocentii III. Pontificis.

nocentius III. tota mente eo tendebat, ut tem- Ecclesiae Romanae auctoritatem ab imperatoribus

---

s Blesens. epist. 64. 144—146. Schmidt Gesch. der Deutsch. P. II. t. Matthaeus Paris. ad an. 1171. p. 144. Hist. Angl. Rapin Gesch. England vol. II. p. 144.

Germaniae laesam instauraret, disciplinam ecclesiastica et mores fidelium reformaret, principes civiles ad officia s reflecteret, imo cunctas causas seu ecclesiasticas seu c viles pro more seculi ad tribunal suum transferret. Ita a ingressu pontificatus sui Petrum urbis Romanae pra fectum ad juramentum adstrinxit, eumque consignato p lio praefecturae investitura, quod prius imperator faciebat providit; mox legatione mediante ditiones a Romana Se abstractas, velut patrimonium S. Petri revindicavit, erant Marchia integra, ducatus Spoletanus, comitatus A sisii, Montebello, aliaeque civitates, et arces [2]); sal taribus legibus venalitatem officiorum sustulit; quavis sep mana ter consistorium publicum celebravit, diversaque l tigantium negotia auctoritate propria examinavit, et de dit, ac principum civilium causas controversas pro mo recepto direxit. Ita in causa Ingeburgis a Coelest no III. Pontifice non decisa (§. praec.) Innocentius I partes reginae contra Philippum regem tuebatur, d ad eum pluribus literis, ut eum ad meliora reduceret. h cum rex non cederet, ultro progressus Cardinalem le tum in Galliam expedivit, qui synodum episcoporum Vie nae congregans integrum regnum interdicto subjecit, huj que decreti executionem strictissime ursit. Tristi hoc eve perculsus rex mentem mutavit, Ingeburgen conjug paulo ante ab impedimento cognationis legitime dispensat recepit, thoro ac throno rursus condecoravit, fidemq dedit, se illam nunquam amplius repudiaturum sine Apost licae Sedis auctoritate. Quo audito Innocentius III. r gis ditiones ab interdicti vinculo liberavit [3]).

Verum longe graviorem litem habuit Innoce tius III. cum Joanne sine terra Angliae rege [4]). C enim post mortem Huberti Archiepiscopi Cantuarien

---

[1]) Innocent. epist. L. I. epist. 577. et 578.
[2]) Francisc. Pagi Breviar. Rom. Pont. Tom. III. p. 161. et seq. Mu tor. antiq. Italic. T. I. p. 328.
[3]) Daniel's Gesch. von Frank. P. IV. p. 96. Christiani von der Ebes Philipp. Aug. in den hist. Abhandl. der Kopenh. Gesellsch. der Wi sensch. Tom VIII. p. 257.
[4]) Matth. Paris. Hist. Angl. p. 189. Wharton Angl. Sacra T. I. p. 1 Wilkins concil. Britan. T. I. p. 542.

anno 1205. sedes ejus vacaret, monachi hujus ecclesiae aliquem e fratribus suis nomine Renaldum elegerunt, eumque pro impetranda confirmatione ad Pontificem Romanum expediverunt, ita tamen, ut itineris sui causam nulli revelaret. Is vero superatis vix regni limitibus rem totam publicavit. Hac levitate Renaldi fratres offensi, Joannem Grei episcopum Vigorniensem, in quem rex inclinabat, in Renaldi locum substituerunt. At hinc gravissimae ortae sunt simultates aliis Renaldo, aliis Joanni adhaerentibus. Quare Innocentius III. Pontifex utriusque electionem rescidit, et 15 monachos a reliquis deputatos Romam evocavit, coram se digniorem electuros. Sorte supra Stephanum Langthon cadente, eum Pontifex in Archiepiscopum Cantuariensem Romae consecravit [1]. Cum vero Langthon natione quidem Anglus, sed Parisiis educatus, ac ideo invisus esset regi, hic scriptis ad Innocentium Pontificem literis, querelarum plenis, inter alia et hoc nunciavit, electionem Langthonis a se nunquam confirmandam; imo cunctos monachos e monasterio Cantuariensi exturbatos, et bonis spoliatos in exilium misit. His ita constitutis Pontifex ad episcopos Angliae mandata dedit, ut regi saniora consilia instillarent, pro casu autem renitentiae et ipsi et toti regno censuras ecclesiasticas intentarent, imo Philippum Augustum Galliae regem provocavit, quo Joannem armis compesceret, regnumque ejus occuparet, nisi resipisceret. His territus rex tandem fasces submisit, ac Pontifici Romano obedientiam juravit, Stephanum Langthon omnesque episcopos, clericos et monachos poenis et exilio subjectos in integrum restituit. Angliam denique et Hiberniam cum consensu procerum Pontifici in feudum dandam et in subjectionis vasalliticae testimonium praeter ordinarium S. Petri denarium mille marcas argenti quotannis Pontifici pendendas esse promisit. De hac tamen nimia regis demissione Angliae proceres conquesti, eum anno 1215. ad fundamentalem legem nomine Magnae Chartae insignitam mox subsignandam disposuerunt, quae in hodiernam usquem

[1]) Caveus Hist. lit. Tom. II. p. 281.

diem praecipuum libertatis Anglicae fundamentum constituit [1].

Innocentius III. Pontifex denique litem inter duos coronae imperialis praetendentes composuit. Cum enim post mortem Henrici VI. imperatoris major pars principum Erfordii anno 1197. Philippum Sueviae ducem eligeret [2], alia pars Ottonem III. Henrici Saxoniae ducis filium, Pontifex ab utroque cliente ut arbiter interpellatus Ottonem in regem Romanorum confirmavit. Verum non contentus Philippus armis aemulum suum adgressus est, sed Bambergae prostratus vitam amisit [3]. Otto superstes corona redimitus cuncta bona Pontifici promisit. Verum tardius in transversum actus, jura et ditiones Ecclesiae Romanae contra juratam fidem proterve non minus ac injuste invasit, quare Pontifex illum anno 1210. communione Ecclesiae privavit, et subditos illius a juramento fidelitatis absolvit. Eventu hoc excitati Germaniae principes Fridericum filium Henrici VI. cum consensu Pontificis elegerunt. Otto haec inaudiens Italiam, ubi magna moliebatur, deseruit, et in Germaniam reversus est, ac Fridericum Moguntiae corona jam redimitum cruento bello petiit, verum anno 1214. ad Bovinas superatus, palmam Friderico cedere debuit. Non tamen diu supervixit, nam in ditiones suas Brunsvicenses abiens anno 1218. fatis functus est. V. Abbas Studens. et Richardus a S. Germano in Chronicis. Godefridus in Annalib. Chronicon Fossae novae. Origines Guelph. T. III. L. VII. p. 247. et seq. Thomas Cantipratens. L. II. c. 53. Meibom in Apolog. pro Ottone IV. Tom. III. pag. 114—157.

§. 38.

Lis inter Gregorium IX. et Fridericum II.

Causa litis hujus erat, quod Fridericus II. impe-

[1]) Magna Charta nationis Anglicae ex ipsis Jureconsultor. fontib. illustr. Francof. ad Maenum 1639. f.

[2]) Philippus in epist. ad Innocent. III. in registro de negot. imperii n. 136. p. 746. Innocentii gesta III. Nr. 22. Otto de Blasio c. 46. Arnold. Lubec. L. VI. c. 2.

[3]) Hugolinus card. in epist. ad Innoc. III. 152. in registro p. 752. Albert. Stadens. an. 1194. Chronic. Metens. et Godofred. an. 1208. Conrad Ursperg. §. 324.

·, qui jurejurando ad expeditionem sacram in Orien- ducendam se obstrinxerat, fidem datam exolvere dif- t, esto optimum expeditionis eventum promitteret id, ex universo Occidente ingens multitudo militiae Brun- ım confluxeret, in Orientem ire parata. Licet vero l ricus adursus cum copiis mari se committeret, in m sanctam profecturus, protinus tamen acri morbo, ut at, obrutus éxercitum suum reduxit. Papa igitur um simulatum sciens Fridericum anno 1227. s interdixit [1]). Porro quanquam Fridericus tardius :ientem proficisceretur, cum tamen negotia sua non ıentem Pontificis conformiter tractaret, hic illi non m non reconciliatus est, verum et ulteriores illi dif- ates movit. Ita patriarcham Jerosolymitanum, Tem-)s, ceterosque milites cruciatos in terra sancta exi- es ab adjutorio Friderici, velut e gremio Ecclesiae ısi, inhibuit; Mediolanensibus aliisque Friderici hosti- ›atrocinium praestitit; copias in Apuliam deputavit, et ıes imperatoris occupari permisit [2]). Ceterum Frideri- proprio marte in Oriente pugnans continuo progressus Audito tamen eo, quod milites pontificii Apuliam oc- verint, belli cursum interrumpere constituit. Quare ;iis in 10 annos cum sultano Babyloniae confectis, ceu ıphans Jerosolymam ingressus est. Cum autem nemo utpote excommunicato obviam procederet, neque .divinis operari auderet, solus sibi in templo sepulcri ini coronam regni Jerosolymitani adposuit, nemine e cis ob interdictum, a patriarcha civitati impositum, prae- :. His terminatis nemine salutato et a nullo salutatus sulam Cypri trajiciens, Italiam petiit. Reduci Fri- ico Pontifex novitus censuram inflixit, subditos a ıento fidelitatis absolvit et principes ad sacrum bellum ndicendum disposuit. Sed mox revindicatis in Apulia tis a Pontifice intra tempus absentiae filius occupatis, a principum Pontifici reconciliatus, absolutionem sub

---

[1] Raynaldi Annales ad an. 1227. Matthaei Paris hist. maj. ad. an. 1227. ›. 294. Gregorii epist. 2. 3. in Mansi conc. §. 37. Tom. XXIII. ›. 44. et seq.
[2] idem Raynald ad an. 1229. §. 37. Platina in vit. ejusdem Pontif.

his conditionibus impetravit: 1) Mandatis apostolicis deinceps obedientiam praestet. 2) Canonicas capitulorum electiones liberas permittat. 3) Ecclesiae libertatem restituat, et damna Ecclesiae illata reparet. 4) Belli sumtus omnes refundat. His coram Sedis Romanae legatis jurejurando firmatis in Ecclesiae sinum receptus est [1]. Verum pacis fructibus vix fruebatur imperium, cum Fridericus promissorum immemor Lombardiae partes quasdam Pontifici adhaerentes devastaret, Sardiniam filio suo naturali Entio, ut proprietatem transscriberet, jamque urbem ipsam Romanam occupare pararet, quare Gregorius Pontifex eum rursus anno 1239. sacris interdixit [2]. Vicem restituere volens Fridericus publicatis operibus contumeliosis Gregorium asperrime recensuit, illum errorum magistrum, mendacem et Pharisaeum compellans [3]; postea aleam belli periclitatus Papam in propriis terris adgressus est. In his rerum adjunctis Gregorius IX. Pontifex sibi succurrere volens contra Fridericum synodum Romae anno 1239. convocavit. Verum imperator episcopos ad synodum confluentes per Entium filium in transitu maris intercipi, et ne ultro progredi possint, sub custodia detineri jussit; denique in castellum quodpiam Campaniae, ubi praecipui consanguinei Pontificis detinebantur, penetravit, ac hos omnes ad laqueum condemnavit. Hoc inaudito Pontifex e moerore animi extinctus est. Vid Nicol. Cardinal. Arragon. Vita Gregorii IX. in Muratorii script. rer. Ital. Tom. III. p. 585. et Simpertus Schwartzhueber. in diss. de celebr. inter sacerdot. et imper. schism. temp. Frideric. II. imperat. Salisburg. 1771. 8. Qua facta Gregorii IX. Pontifices partim excusantur, partim defenduntur.

§. 39.

Innocentii IV. gesta cum Friderico II.

Innocentius IV. statim initio regiminis sui nihil

---

[1]) Pacis hujus conditiones ex auctoribus coaevis refert Muratorius in Gesch. von Italien Tom. VII. p. 478.

[2]) Matth. Paris ad an. 1238. et 1239. Albert. Stadens. ad. an. 1239.

[3]) Matth. Paris ad an. 1238. et 1239. p. 408. 459. Petrus de Vineis L. I. ep. 31. Schilter lib. Eccles. Germ. p. 698.

is optavit, quam pacem reducere, ideoque ad Fride-
um II. imperatorem legatos misit, qui absoluto a cen-
imperatore anno 1244. pacem cum eo inivere. At
dericus mox insidiis Pontifici structis conditiones
s rejecit; quare hic mala illius consilia subodoratus in
am evasit, S. Ludovici regis adjutorio liberalissime
s [1]). Lugduni domiciliatus Pontifex concilium gene-
anno 1245. celebravit [2]), in quo non obstante Thad-
i de Suessa protestatione nomine imperatoris facta
mmunicationis et exauctorationis sententiam in Fri-
cum pronunciavit, data principibus Germaniae facul-
alium regem eligendi [3]). Sententia haec imperatorem
mentissime affecit, cumque principes Germaniae
ricum Raspe Hassiae et Thuringiae Landgrafium
rent, Conradum filium aemulo cum copiis obviam
edere jussit. Verum hic victus et in fugam actus est,
ridericus animo non despondit, cum et Henricus
llus anno 1247. fatis cesserit [4]). Sed Fridericus
mbardia, quo ad componendas turbas profectus fue-
andem in pugna succumbens, absolutionem ab excom-
catione sub quibuscunque conditionibus efflagitabat [5]).
tante autem Pontifice, cum levem et inconstantem Fri-
i indolem toties expertus fuisset, ad maximas angu-
devenit imperator, nam proscripto homini similis, in-
s sicariorum expositus, communione ecclesiastica pri-
s, anno 1250. in Apulia mortuus, quin Ecclesiae re-
iliatus fuerit [6]). Mortuo Friderico stirps Hohen-
ica semet nullo amplius pacto levare potuit. Nam Con-
us IV. filius Friderici II. pariter sacris interdictus,
iperatoria dignitate exclusus paulo post mortuus est.

Murator. Annal. p. 268.
Raynald. ad. an. 1245. Harduin. Concil. Tom. VII. p. 77. et seq.
Matth. Paris ad annum 1244. et 1245.
Hubert. Studens an. 1245. Hist. de Landgraf. Thur. apud Pistorium T. I. p. 1327. Fragm. Urstis. p. 91. 92. Caspar. Sagittar. Bericht von Landgr. Heinrich römischer Königs-Wahl. Jena 1692. 4.
Monachus Paduanus an. 1247. 1248. Auctor vitae Ricciardi p. 132. apud Murator. Scriptor. rer. Italicar. T. VIII. Annal. Colmar. an. 1248.
Jamsilla de gest. Frid. II. et filior. ejus apud. Murator. Tom. VIII. p. 479.

Siciliae vero regnum Richardus Cornubiae comes i feudum Romanae Ecclesiae obstinuit.

§. 40.

Gregorii X. et Nicolai III. consilia erga Rudolphu Habsburg.

Cum inde a Conradi IV. imperatoris temporib auctoritas imperatoria nimis languesceret, ac German toto interregni tempore continuis litibus, rapinis et caed bus dilaniaretur, principes electores Francofurti anno 127 Rudolphum Habsburgicum imperatorem elegeru Fuit quidem is paucarum opum possessor, sed pietatis et ju stitiae maximus cultor, ab arte militari et ingenio celebe rimus, modernae Augustissimae domus Austriacae sator [1] Hic uno mense tardius Aquisgrani redimitus [2]), omnes v res ad res turbatas componendas, et in ordinem redigend convertit [3]). Multum tamen Gregorio X. Pontifici cede coactus. Cum enim legati ejus ad Pontificem pro confirm tione impetranda comparerent, hic illis capitulationem O tonis IV. et Friderici II. subscribendam proposu ipsosque obstrinxit, ut nomine Rudolphi regis cunc juribus in urbem Romanam renunciarent, neque ullum j in Siciliam velut imperio Romano obnoxiam praetenderei Quae et legati et tardius ipse Rudolphus acceptavit, i expeditionem cruciatam quoque a se suscipiendam promis Hac eximia obsequii contestatione Rudolphus Greg rium sibi tantopere devinxit, ut eum mox qua Roman rum regem confirmaret, et imperii insignia eidem pollic retur. Cum porro Nicolaus III. Pontifex prioris in Se Romana successor Carolum Andegavensem regem Sic liae eo disposuerit, ut vicariatum imperii, quem vacan imperatore obtinuerat, deponat, Rudolphus cunct Romanae Ecclesiae praerogativas et donationes a praed

---

[1]) Chronicon Colmar. p. 40. Albertus Argentinens. p. 11.
[2]) Chronicon Colmar. p. 40.
[3]) Diploma Rudolphi apud Chifflet Vesont. P. I. c. 59. p. 229. Anna Steron et Eberardi an. 1273. et 1277.

essoribus suis factas formali decreto confirmavit [1]), imo t Romaniolam, exarchatum Ravennatensem, et Bononiam ontifici donavit, sicque S. Petri patrimonium notabiler auxit [2]).

Circa hoc tempus evenerunt etiam Vesperae Siculae. Cum quippe Siculi sub duro Caroli Andegavensis jugo gemerent, gliscens in occulto scintilla magnum tandem excitavit incendium. Anno scilicet 1282. die 30. Martii, feria II. paschatis cum pro more aetatis ingens populi Panormitani multitudo montem regium distractionis causa scanderet, ac Gallus quidam mulieri Siculae vim inferre tentaret, audaciam hanc adeo execrati sunt Panormitani, ut uno eodemque tempore, cum campanae ad vespertinum officium pulsarentur, extractis gladiis omni ex parte confluentes, Gallos nihil simile expectantes omnes nec uno quidem excepto trucidaverint. Horum exemplum alia quoque loca in Sicilia sequebantur, tantamque stragem Gallis in Sicilia existentibus intulerunt, ut eos omnes inde extirparent. Carolus rex binis vicibus Siciliam revindicare tentavit quidem, sed irrito conatu, quod is adeo aegre tulit, ut anno 1285. extinctus sit. V. Daniel's Gesch. von Frankr. P. IV. p. 524.

§. 41.

is inter Bonifacium VIII. et Philippum Pulchrum.

Lis gravissima inter Philippum IV. Galliae regem inter Bonifacium VIII. Pontificem exorta est. Cum im ille a clero Gallicano subsidia ad grande bellum ntra Eduardum I. Angliae regem postulasset, ac clem Galliae exactionibus nimium premeret, Bonifaus VIII. qui pacem inter hos principes restitutam cupiet, Philippo regi non solum auctor fuit, ut a bello stineret, verum constitutione „Clericis laicos" iam decrevit, tum ecclesiasticos laicis bona ecclesiastica alienantes, aut subsidia absque indultu Pontificis conrentes, tum laicos oneribus ecclesiasticos prementes ipso icto excommunicationis poenam incursuros. Accessit, uod Bonifacius Pontifex regem ad expeditionem cru-

[1]) Quae documenta ex Vaticana et Vallicellana Bibliotheca descripta legi possunt apud Raynald. ad an. 1278. Nro. 47. et seq.
[2]) Vid. Fontanini del dominio temporale etc. Nro. 7.

ciatam suscipiendam per Bernardum Saisseti episcopum Apamiensem provocaret, hic vero provincia sua zelosius quam rex expectasset, defungens regem adurgeret, ut decimas titulo expeditionis sacrae a clero Galliae collectas in praestitutum finem converteret, audacia hac episcopi indignatus rex eum Narbonensi Archiepiscopo tradi curavit, sub custodia servandum, ac Pontificem interpellavit, quatenus audacem episcopum Apamiensem secundum canones exauctoraret, et justitiae puniendum relinqueret [1]. Verum Pontifex cuncta haec perpendens, ac multos alios regis abusus ante oculos sibi sistens, literas moerore plenas ad regem expedivit, quibus regem vehementer urget, quatenus episcopum Apamiensem jurisdictioni Pontificis subjectum e carceribus liberum dimitteret, atque summam pecuniae a Galliae clero collectam in usum belli sacri reipsa sacraret, aliosque abusus tolleret. Literas has comes Atrebatensis legenti eripuit, et spectante rege flammis devovit; episcopus attamen Apamiensis e custodia dimissus, sed regno tamen excedere jussus est [2]. His intellectis Pontifex bullam aliam „Unam Sanctam" publicavit, in qua pro more aevi hujus tenoris sententiae legebantur: Utriusque gladii potestatem Ecclesiae competere; temporalem potestatem subjectam esse spirituali, eamque ab hac institui et judicari [3]. Quare rex ut se regnumque contra Bonifacium VIII. defenderet, anno 1303. totius regni ordines Parisiis convenire jussit. Cumque hic statuta quaepiam ad regnum tuendum conderentur, Guilelmus de Plessiaco sui oblitus, gravissima in Pontificem effutivit, eum haereticum, simoniacum, et odii ultra vatinianum contra Gallos tenacem, aliorumque criminum reum, ac ideo sede privandum declaravit [4]. Bonifacius haec inaudiens sententiam excommunicationis in regem dictavit, regnum sacris interdixit, et populum a Sacramento fidelita-

[1]) Chronic. Vet. Sandionysiani monasterii. Guil. Nangii continuat. ad an. 1301.
[2]) Jo. Villani L. VIII. Hist. c. 62. et 63. Guilelmi continuator.
[3]) Guilel. Nangii continuator. Jo. Villani L. VIII. Hist. c. 62. et 63. Ptolom. Lucens. ad an. 1302.
[4]) Ex chartulario regio inter probationes historiae hujus dissidii p. 1??. et seq.

is liberum pronunciavit, omniaque ipsius foedera cum quibusunque principibus contracta nulla declaravit [1]. Tanta cenura ad summum indignationis gradum commotus rex Guielmum Nogaretum jurisconsultum, et regii sigilli istodem cum comitatu in Italiam expedivit, ut si possibile iset, Pontificem aliqua ratione interciperet, in Gallias iducendum. Conatui illius respondit eventus. Nogareis enim conducta parva militum manu Anagniam ingress, Pontificis palatium invasit, atque eum tribus diebus in latio proprio captivum tenuit, ultro consilium suum inbie effectuaturus, nisi Anagnienses cives pudore affecti, od Pontificem tantam contumeliam perpeti sinerent, ars arreptis Nogaretum una cum copiis suis dispersisnt, et Bonifacio Pontifice libertatem asseruissent [2]. rum propudiosus hic eventus tantum dolorem Bonicio Pontif. adtulit, ut eidem paucos intra dies succumret. Bonifacio VIII. successit Benedictus XI. vir ctrina et pietate insignis, qui pácem cum Philippo et ancis confecit, omnesque communioni ecclesiasticae, ogareto excepto, restituit. V. Guidonis vita Bofacii in Muratorii scriptor. rer. Italic. Tom. III. 670. Acta inter Bonifac. VIII. Benedict XI. Clent. V. summos Pontif. et Philippum pulch. edit. Sim. gor. 1613. edit. II. auct. 1614. 4. Platina de vitis ntif.

§. 42.

Lis inter Ludovicum Bavarum et Pontifices.

Nova lis sacerdotium inter et imperium exorta est, m Ludovicus Bavarus ad imperatoris dignitatem eleretur. Extincto enim Henrico VII. imperatore post volutum 14 mensium interregnum principes imperii in as partes dividebantur, una Ludovicum Bavarum udolphi Habsburgici ex filia nepotem, altera Frideicum Austriacum aeque ejus ex filio nepotem imperato-

[1] Diploma hoc ex Manuss. Codice Victorinae biblioth. publicatum est inter probationes hist. dissidii huj. p. 182.

[2] S. Antonin. III. P. Chron. Jo. Villani Lib. VIII. hist. c. 62. 63. Nangii continuat.

rem eligente [1]). Hinc enato inter utrumque regni pr
dentem bello, cum Fridericus in pugna ad Mi
interciperetur [2]), rem cum aemulo suo ita confecit, u
regis titulum retinerent. Verum major potentia pene
dovicum mansit [3]); qui tamen liti cum Joanne
involvebatur. Pontifex enim objectiones illi formaba
ciatim quod imperium non ut beneficium a Sede R
obtinuerit, et corona necdum redimitus imperatoris
obiverit [4]). Cum porro Ludovicus controversiam
jam prospere terminatam alieni arbitrii fortunae conc
nollet, Pontifex animo excandescens bullam publicav
Ludovicum anathematis vinculo innodandum
quamprimum muneris imperialis partem vel minima
ministraret [5]). Verum Ludovicus ut vicissim partib
non deesset, Pontificem haereseos contra Christi e
stolorum paupertatem reum, et Pontificis Romani di
privatum esse declaravit. Pontifex tum hac audacia
aliis Ludovici factis indignatus, anno 1327. eum
dignitate imperali et regno excidisse pronunciavit,
communicationis censura perculit [6]). Ludovicus
vindictae studio succensus, et a Gibellinis provoc
Italiam properavit [7]), ac Romae anno 1328. imperi
rona assumta Joannem Pontificem haereseos publ
cusavit, et sententia definitiva condemnatum, ac on
clesiastica dignitate privatum, seculari potestati p
dum consignavit, ejusque Sedem Petro Corbar
ord. S. Francisci, qui Nicolai V. nomine insignit
propria auctoritate contulit [8]). At illegitimus hic P

---

[1]) Nicol. Burgundus Hist. Ludov. L. 1. p. 5—13. Vita Balduin
c. 1. Anon. Chron. Bohem. c. 96. apud Meuken T. III. p. 17
tin. Nangii an. 1317.
[2]) Rebdorf et H. Stero an. 1322. Martin. Pol. Contin. apud
p. 1444. Albert. Argent. p. 122.
[3]) Rebdorf an. 1322. Vitodurani Chronic. p. 1792. pactum
apud Du Mont. T. I. p. II. p. 80.
[4]) Nangii contin. an. 1326.
[5]) Processus apud Martene Thes. Anecdot. Tom. II. p. 637.
[6]) Lunigii Cod. diplom. Ital. P. I. p. 37—51.
[7]) Mussatus in Ludovico Bavaro §. 3. et Jacobi Malveccii Chron
apud Murator. Tom. XIV. p. 998.
[8]) Senatus consultum tunc temporis latum recenset Aventinus L. VII

edientiam Joannis XXII. redivit; a quo tem-
nnes Ecclesiam invito Ludovico, et hic im-
invito gubernavit. Cum Ludovicus absolu-
ensura etiam a Benedicto XII. P. prioris suc-
n obtineret, innocentia sua testimonio principum
i congregatorum probata diploma edidit, quo
bis christiani fidelibus publicavit, se immerito a
excommunicatum fuisse [1]). Sed graviora contra
um imperatorem movit Clemens VI. Pontifex
ccessor, qui agente Galliarum rege non tantum
um suorum censuras ratihabuit, sed etiam duris-
litionibus eum obstrinxit [2]), quas imperator ae-
ctus etiam implevisset, nisi principes electores se
ent. Videns igitur Papa imperatorem in omnibus
rium conatus suos eo direxit, ut alter in regem
promoveretur. Et reipsa Germaniae electores a
o abalienati, quia familiam suam Brandeburgo
litaverat, Carolum IV. e stirpe Luxenburgica
is Bohemiae regis filium ad thronum elevarunt,
electionem etiam Clemens VI. Pontifex con-
). Ludovicus contra aemulum illico quidem
bat, verum in venatione ab equo lapsus vitam
Quare Carolus IV. intra breve tempus com-
otis in imperio confirmatus est.

§. 43.

exaltatae et imminutae potestatis Pontificiae.

ventus periodi hujus attento spectentur animo,
vi negotio agnoscet Pontifices Romanos inde a
fine potestatem suam tam in temporalibus, quam
us plurimum explicuisse, tantaque externae auto-
ementa coepisse, ut nulla causa, nullumque ne-
orbe Christiano pertractaretur, ad quod Sedes
fluxum non haberet. Nam Pontifices Romani ne-

Hist. de la France T. II. p. 455. Dupin diss. VII. de discipl. antiq. p. 554.
t Tom. I. P. II. p. 226. Baluzii Miscell. Tom. II. p. 272.
on episc. Merseburg. apud Ludwig reliq. Tom. IV. p. 417. J. Histor. Libr. XII. c. 59. Rebdorf an. 1346.
ni Lib. XII. c. 105. Albert. Argent. p. 135. 141. Aventin. Lib. 19. §. 26.

mine contradicente episcopos neo electos confirmabai alios consecrabant [2], legatos per orbem Christianum tebant, ut provincias visitarent, concilia provincialia (brarent, omnes causas primae instantiae examinarent (ciderent [3], canonizationem Sanctorum exclusive sus rent [4], beneficia ecclesiastica conferrent [5], causas civiles principum discuterent. Causae autem hujus t pere auctae potestatis erant: I. Ipsa primatialis dig Romani Pontificis per universam Ecclesiam inde a p ejus initiis agnita, tantaque veneratione et submiss contestationibus distincta, ut cuncta Pontificum facta, i etiam in Ecclesiae utilitatem et necessitatem tendentia, ximi facerent. II. Episcopi et Metropolitae jurium su incurii, et quandoque officiorum tardi aut impotentes cutores necessitatem imposuerunt summis Pontificibu versos defectus et neglectum supplendi. III. Simonia continentiam, et alia vitia populum et clerum depascenti fere Pontifices curare valebant. IV. Decretales Isidori §. 28. et his superstructum Decretum Gratiani, jura Pontificis Romani explanantur et vindicantur. V. tes inter principes seculares et pontifices exortae passim in favorem horum terminatae. VI. Instituta reg rium, exemptiones eorum, et officium inquisitionis, ali etiam contulisse ad augendam Pontificum potestatem agi cimus quidem, fraudes tamen et dolos adhibuisse Pontifi aut ideo unice eadem instituta condidisse, ut potesta suam extendant, uti garriunt protestantes, rotunde ne mus [6]. Verum aucta haec Romanorum potestas ubi s mum fere apicem attigisset, vacillare et minui coepit. C tura enim literarum ad majorem sensim gradum ascende in publicum prodibant viri audacioris spiritus qui vulg

[1]) Biblioth. Cluniacens. p. 8. 10. et seq. Baluzii Miscell. L. VII. p.
[2]) Hugo Flavin. Chronic. Vinod. in Labbei biblioth. nov. manuscr. I 1. p. 196. Gregorii VII. epist. L. 1. ep. 76. L. IV. ep. 4. 5. L ep. 24.
[3]) Gregor. epist. Lib. II. ep. 73. L. IV. ep. 26. L. IX. ep. 5.
[4]) Concil. Tom. X. p. 1376.
[5]) Thomasini vet. et nov. Eccles. discipl. Tom. II. L. I. c. 43. Innoc III. Reg. L. XV. ep. 95. Gregor. IX. ep. 13. Van Espen opm. Tom p. 718. et seq.
[6]) Vid. Walter Lehrb. des Kirchenr. sub v. ad §. 133. Enchiridion J Eccles. Tom. I. §. 155. pag. 133. edit. III. Posonii 1848.

Romanorum Pontificum auctoritatem ad angustiotes restringendam esse docebant. Tales erant: ;ilo Archiepiscopus Moguntinus, Henrici IV. ris adversus Gregorium VII. P. magnus de-[uem tamen synodus Quintilineburgensis anni 1085. . 2) Joannes Sarisburiensis vir a doctrina et satis conspicuus. 3) Petrus Blesensis prio-)ulus. His accessit, quod imperantes civiles sucnporis scientia regendi instructi et de juribus suis nfluxum Pontificum Romanorum pactis, et concoritaverint. Multum denique huc contulerunt concilii iensis et Basileensis patres, qui potestatem Romanotificum ad angustiores limites restrinxerunt et plura de quibus alibi sermo recurret.

§. 44.

'ontificia Avenionem translata. Hujus sequelae.

:toritati Romanorum Pontificum non parvum vulxisse eorum transitum ad civitatem Avenionensem ubium esse potest. Nam Philippo pulchro Gal-: vi auctoritatis suae id efficiente, ut post mortem icti XI. Pontificis Bertrandus de Got Ar-)pus Burdigallensis patria Gallus in Romanum Pon-ligeretur, hic sub nomine Clementis V. anno ;dem suam ringentibus Italis in Gallia fixit, ac tum successores illius in Gallia morati Pontifices influum Galliae in negotia Sedis Apostolicae impedire)ant [1]). Initio Clemens V. Burdigaliis, aut alibi batur, donec tandem anno 1308. sedem suam Avetranstulisset. Hunc successores ejus passim Galli sedem suam pariter in eadem urbe fixerunt usque a 1376. Tempus hoc Italis nomine captivitatis Ba-ə venire solet, cum Pontifices Avenionenses sub a custodia Regum Galliae constitutos et ab illorum parum dependentes fuisse constet. Et reipsa transc plura mala secum conjuncta habuit. Nam I. Cle-

—

Baluzii vita Pontificum Avenionensium Paris 1693. Jacob. Lonejusque continuatores in Hist. de l'eglise Gallicane Tom. XII.

mens V. Pontifex in favorem regis Galliae Cardinales plerumque Gallos nominando Italorum odium multum auxit, indeque gravissimae dissensiones Ecclesiam sat longo tempore divexabant. II. Pontifices prius velut Ecclesiae pastores supremi principibus cunctis et fidelibus totius orbis aequaliter leges dictabant, nullius regis aut populi reflexioni obstricti; imo praesentia sua Italiae seditiones compescebant, praesertim Gibellinos praedis et caedibus reliquas regiones depopulantes in freno tenebant. Ab illo autem tempore, quo Italiam deseruerant Pontifices, eorum decisiones, rescripta et bullae in Italia minus aestimabantur. Imo non Italiae solum, verum reliquarum quoque provinciarum principes et populi sic sentiebant, qui nonnunquam exigua decretorum pontificiorum reverentia ducebantur. III. Cum ditiones pontificias majori ex parte hostes tenerent, aut eas saltem depopularentur [1]), ac ex iis Pontifices aut nullos aut paucissimos tantum proventus perciperent, necessitatum suarum tegendarum gratia taxas ordinarias aut extraordinarias, uti annatas, expectativas, reservationes et provisiones papales praetendere, novas excogitare et urgere cogebantur [2]). IV. Absentia Pontificum ex Italia maximae rerum ecclesiasticarum confusiones, et abusus apud clerum praesertim majorem invaluerunt ita, ut tales etiam reperirentur episcopi, qui ad exemplum Pontificum Roma absentium residentiam personalem in dioecesibus suis non observantes, extra dioeceses morarentur, alia longe negotia tractantes, quam officium illorum exigeret. V. Accesit nonnunquam et id, ut Galliae reges in opera et protectione Pontificum confisi alia Europae regna perturbarent. Ita historia testis est, Philippum Galliae regem postquam anno 1308. Albertum I. Austriacum devicisset, in Pontificis protectione confisum, eo omnes conatus suos direxisse, ut fratri suo Carolo Valesi imperialem coronam emeretur, verum irrito conatu, nam Pontifex pro electione Hen-

[1]) Gianone Hist. de Naples Tom. III. p. 280. et seq. Muratorius antiq. Ital. Tom. III. p. 397. 401. 409. etc.

[2]) Petrus de Marca de concordia sacerdot. et imper. L. VI. c. 10. et seq. Wood antiq. Oxon. Tom. I. p. 148. Thomassin. discipl. vet. et nov. Tom. III. L. II. c. 58. pag. 350. edit. Mogunt.

Luxenburgensis fortiter semet exposuit. Vid. Gesta duini de Luczemburch Trevir. Archiepisc. et ırici imperat. in Baluzii Miscell. L. I. p. 93.

§. 45.

Origo magni Schismatis Occidentis.

Cum Pontifices in Gallia degentes ditiones suas Italiae praefectos gubernarent, hi autem populum opprime-, plures civitates Florentia praeeunte anno 1375. debant [1]). Hoc eventu territus Gregorius XI. et a Rois provocatus mense Septembri anno 1376. Avenionem ıquens in Januario insequentis anni Romam reverest, postquam Pontifices ab anno 1305. inde absentes ıent. Verum mortuo anno 1378. Gregorio infauı et longum 50 circiter annorum schisma Ecclesiam seıvit [2]). Mox enim ac de eligendo novo Pontifice cogi- Romanos occuparet, clerus populusque Romanus Carıles adeunt, eos obtestantes, ut aliquem e natione Itaad cathedram S. Petri promoverent, idque ideo, ne ortassis aliquis e Gallis praeficeretur, hic rursus in Galn sedem suam transponeret, maximum damnum Romae urbi, totique Italiae novitus causaturus. Cardinales conve ingressi licet divisi essent, turbas tamen metuentes in ırtholomeum Barensem Archiepiscopum patria Neatanum, cui Urbani VI. nomen datum, consenserunt. cum nimis austerus esset [3]), Cardinales Galli sub specie ındi aestum Fundos urbem transientes Robertum coem Sabaudiae Cardinalem Gebenensem in Pontificem eleınt, qui sub Clementis VII. nomine Avenionem relt, ibidemque sedem capessivit [4]). Ab hoc tempore Ecıa divisa est in duas partes ita, ut Germani, Angli, Poi et universus septemtrio Urbanum; Galli autem Car-

---

Poggius Hist. Florent. L. II. p. 26. et. seq. in Thesaur. Ital. Tom. VIII. P. I.

Martene et Durand. Thes. anecdot. Tom. II. p. 1074. Boulaei Hist. Academ. Paris. Tom. IV. et V. Maimburg histoire du grand schisme d'Occident. Theodoricus a Niem. de schism. L. IV. Du Puy hist. du schisme in ejusdem Traités concern. l'histoire de France.

) Baluz in praefat. ad vitas Pontif. Avenion.

) S. Antoninus P. III. chronic. tit. 22. c. 11.

dinalium suae gentis consiliis permoti Clementem velut Papam sequerentur, ad quos tardius etiam Castilia et Arragonia accessit. Imo ipsa Italia tamdiu in partes scissa mansit, quoad Urbanus supra omnem expectationem negotia sua egregie tuitus, Clementem ex Italia abire coëgisset. Tristissimas schismatis hujus sequelas depingit Historia. Omni ex parte audiebantur mutuae Urbani et Clementis excommunicationes, unus alium deponebat, oppugnabat, vel acta alterius rescindebat cum effectibus infaustissimis. Anno 1389. similes inter motus extinguitur Urbanus VI. quo eventu pax et concordia in Ecclesia reduci potuisset, si in Clementem VII. nunc jam solum omnes consensissent: verum Urbani VI. obedientiae in urbe Romana tunc praepotenti aliud videbatur, ac suffragia sua Petro de Thomacellis Neapolitano dedit, eumque sub nomine Bonifacii IX. Pontificem elegit. C[illegible] vero alteri quoque parti adhaerentes cum morte Pontifi[illegible] per se electi novum eligerent, nullaque tentamina omni [illegible] parte facta ferale schisma extirpare possent, imo postqu[illegible] patres Pisani (§. 98.) Alexandrum V. eligerent, [illegible] priores Papae Gregorius XII. et Benedictus XIII. [illegible] interea electi fuerant, munus suum porro quoque usurpare[illegible] malum sub tribus Pontificibus adhuc augeretur, Joanne[illegible] XXIII. Pontifex Alexandri V. successor agente potissimu[illegible] Sigismundo imperatore ad reformandam Ecclesiam et pa[illegible]cem revehendam novum concilium Constantiae anno 141[illegible] convocavit [1]). In concilio hoc postquam Gregorius XI[illegible] sponte sua pontificatui renunciasset [2]), Joanni XXIII. et Be[illegible]nedicto XIII. dignitas abrogata fuisset [3]), unicus iis[illegible] anno 1417. Martinus V. suffectus est [4]). Verum nec [illegible] adhuc schisma penitus extirpari potuit, Benedicto Pe[illegible]piniani morante, et non obstantibus concilii decretis no[illegible]

---

[1]) Harduin. concil. Tom. VIII. p. 218. 231. Villanovanus in Hist. [illegible] Pompejae (Thesaur. Ital. Tom. III. p. 916). Sigismundi edict. apud Herman. van der Hardt. in Act. Conc. Constant. Tom. VI. P. I. p. [illegible] Du Mont Tom. II. P. I. p. 363.

[2]) Harduin. Tom. VIII. pag. 334. Gobellinus Persona aetat. VI. c. 94.

[3]) Van der Hardt in Act. concil. Const. Tom. IV. p. 269. Harduin Tom. VIII. p. 714. 758. 836.

[4]) Baluz. Miscell. L. VII. p. 90. Gobell. Persona aetat. VI. c. 96.

et insignia Pontificis retinente. Imo illo anno 1424. exspirante Cardinales duo ejus obedientiae Aegidium Magnos Hispanum sub nomine Clementis VIII. elegerunt, qui tamen opera Alphonsi Arragoniae regis ad obedientiam Martini Pontificis transivit [1]). Hoc pacto post 50 annorum spatium schisma occidentale pro totius Ecclesiae solatio extirpatum est. Martinus V. Pontifex multa alia adhuc emendare volens, anno 1431. Basileae concilium reformandae Ecclesiae causa convocavit [2]), quod et successor ejus Eugenius IV. adprobavit [3]). Sed cum patres Basileenses in conformitate Constantiensis concilii auctoritatem concilii generalis supra Papam declarantes, alia adhuc decreta menti Pontificis adversa ferrent [4]), Martinus V. concilium Basilea invitis patribus anno 1438. Ferrariam, indeque post annum Florentiam transtulit [5]). Et quia uno eodemque tempore in duobus locis concilia continuabantur, nova schismatis species enata est, magis increscens postquam Basileenses anno 1439. Eugenio Pontifice deposito Amadeum Sabaudum sub nomine Felicis V. suffecissent [6]). Ita iterum patribus in varias partes divisis pax Ecclesiae rursus interrupta fuit, donec Felix sponte sua pontificatui renuncians, anno 1449. legitimo Pontifici se subjecisset. Vid. Harduin. Concil. Tom. IX. p. 1311—1340.

§. 46.

Germaniae concordatum cum Sede Romana.

Cum tam funesta illucerent Ecclesiae tempora, ut meliorum literarum studium negligeretur, disciplina ecclesiastica et pietas a clericis aeque conculcaretur ac laicis, lites inter sacerdotium et imperium pacem turbarent, ac deplorandum schisma Occidentis Ecclesiae unionem scinderet, plurimi orbis christiani fideles reformationem in capite et

[1]) Platina vita Martin. V. p. 235.
[2]) Bullarium magn. Tom. I. p. 314. Lunigius spicileg. Eccles. P. I. p. 247.
[3]) Van der Hardt in Act. concil. Constant. Tom. VIII. p. 1113. 1123.
[4]) Harduin. Tom. VIII. p. 1087. 1095. 1121. 1184. L'Enfant concil de Basle L. XVII. §. 1—16.
[5]) Harduin Tom. IX. p. 15. 175. 838.
[6]) Van der Hardt in Act. concil. Constantiens. Tom. VIII. p. 1281.

membris ardentissime postulabant [1]. Tentarunt quidem ratis vicibus patres concilii Pisani, et Constantiensis E siam reformare, sed frustraneo conatu. Quare German Aenea Sylvio, qui a secretis Friderici III. ratoris erat, Eugenio IV. Pontifici postulata qua porrexerunt, quae licet is necessitatis solum casu ratib rit, in conventu tamen Francofurdiensi subscripta ut cordatum inter Sedem Romanam et nationem Germa initum spectabantur. Mediante hoc Concordato Ge etiam invito Eugenio Pontifice impetrarunt, qu sublevanda gravamina sua optabant, et quidem: 1) Ut sit decretorum concilii Constantiensis et Basileensis d ciliorum generalium auctoritate professio. 2) Ut in siis metropolitanis, cathedralibus, collegiatis et mona libere eligi possint praelati absque Pontificis influx gravis occurreret causa in Brevi apostolico expressa. eas solum reservationes pontificias observare ten quae in Corpore Juris canonici enumerantur. 4) Ut pallii Archiepiscopalis, annatas, et servitia commun secus ac minuta saltem per modum subsidii solver gentur. Plura de his lege in Instit. H. Eccles. per n stini 1840. edit. Tom. III. §. 46. p. 287. et S. Con rix concord. Nat. Germ. integr. Francof. et Lips. 4. nec non Gregel de jurib. Nat. Germ. ex accepta cret. Basileae quaesitis per Concord. Aschaffenb. Mogunt. 1787. Spittler's Gesch. der Fundamentalg der deutsch. Kath. Kirche in Verhältniss zum Rö Stuhle. in Götting. histor. Magaz. 1. B. p. 347. 4 IV. p. 151.

§. 47.

Sanctio pragmatica Galliae.

Postquam in Synodo Basileensi plura reformation creta condita fuissent, ratione praesertim conferen

---

[1] Quod clarescit ex Act. concil. Pisani, Constant. et Basilee aliis illius temporis operib. quae leg. apud. Van der Hardt d Const. T. I. P. 1. p. 10. 60. 83. et seq. P. IV. VII. VIII. Vi de Alliaco de emend. Eccles. in fascic. Oct. Gratii fol. 203. Infessurae diarium urb. Rom. apud Eccard. Corp. med. aevi T.

neficiorum et causarum judicialium, synodusque optasset, in multis Pontificis potestas limitaretur, legatos ad Ca- lum VII. Regem Christianissimum et Ecclesiam Gallica- m eo ex fine deputavit, ut haec decreta in Gallia recipe- ntur. Gallis haec legatio placuit tanto a fortiori, quod li- t Eugenium IV. velut legitimum Pontificem, et Chri- his in terris Vicarium summo honore prosequerentur, omanae tamen Sedis influxum in conferendis Galliae bene- iis, et taxarum multitudinem imminutam ardentissime cu- rent. Rex itaque consilio suorum regni administrorum mo 1438. Avarici Biturigum conventum indixit, invitatis uc omnibus regni sui praelatis et proceribus. In hoc fre- ientissimo suorum conventu rex praesidium tenuit, ac dis- ssis legatorum verbis, item concilii, nec non Eugenii r. P. decretis, fundamentalis Galliae lex condita, et san- ta, qua Pontificis potestas angustioribus limitibus circum- ripta, indeque sanctio pragmatica nuncupata [1]. *) Sanc- o haec licet iteratis vicibus confirmata fuerit, agente tamen io II. Papa (Aenea Sylvio, e Picolominorum familia) iterum ablata est, donec tandem Leo X. P. cum Francisco I. Gal- ie rege Bononiae tractatum inivisset, ut rex abrogata sanc- one pragmatica Pontifici Romano annatas episcopatuum et batiarum addiceret, Pontifex vero regi jus ad episcopatus et batias idoneos promovendi concederet [2], qui tractatus iam in concilio Lateranensi V. confirmatus et in locum nctionis pragmaticae substitus est [3]. Ab hoc tempore Gal- ie rex episcopatus et praelaturas regni sui intra sex a die icationis menses proprio nomine conferebat, salvo Ponti- is jure eos confirmandi. Quod si autem Pontifex confir- ationem e causis canonicis cuipiam e nominatis denegaret, x intra menses tres alium denominare possit, quo tamen rmino elapso jus collationis ad ipsum Pontificem rediret.

1938. Chron. Oldenburg. apud Meibom Tom. II. p. 171.... Schölhorn amoen. lit. T. III. p. 40 et seq.

[1]) Quam vulgavit Cosmas Guimierius cum not. Legitur etiam Tom. II. Commentar. Cleri Gallicani et alibi. Illius et Concordator. historiam illustrav. Pintonius Advocatus Parisiensis.

[2]) P. Jovii vit. Leonis X. in vitis illustrium viror. Tom. II. p. 1. Histoire du droit publ. eccles. français Append. p. 43.

[3]) Concil. Later. V. sess. XI. de anno 1516.

Huic praeterea beneficia Galliae in curia Romana vacantia reservata fuere. Prout vero Concordatum hoc regis auctoritatem sublimavit, ita etiam summi Pontificis necessitatibus consuluit, cum eidem annatarum usus restitutus et omnes majores causae reservatae fuerint, quin decretorum Constantientium et Basileensium mentio fieret.

*) Ex viginti tribus Sanctionis Pragmaticae titulis praecipui sunt: 1) Libertas electionum episcopalium juxta antiquam methodum restituatur, nominationesque papales et regiae ad episcopatus tollantur. 2) Appellationes Romam circumscribantur ita, ut juxta legitimum instantiarum ordinem procedatur, et causae etiam ultimae instantiae Romam promotae, non ibi judicentur, sed ad has cognoscendas et decidendas judices in partibus ejusdem regni delegentur. 3) Annatae omnes sufferantur, quae tamen Eugenio IV. Pontifici ad dies vitae permittantur. 4) Auctoritas conciliorum generalium supra Papam confirmatur [1]).

§. 48.

Legati Pontificii, Cardinales, Conclave.

Pontifices Romani magnam potestatis suae partem per legatos exercebant, quos frequentissime ad extera regna per Orientem et Occidentem mittere solebant, prout negotia aut expressa aliorum postulatio ferebat. Hi legati pontificii Primatis Ecclesiae jura exercebant, cum jurisdictione episcoporum concurrebant, aut eam praeveniebant, concilia celebrabant, exemptos visitabant, et negotia Pontificis civilia cum principibus tractabant. Displicebat quidem nonnullis legatorum pontificiorum inde a seculo IX. et deinceps dimissorum frequentia. At sciendum est inde ab anno 1050. circiter totum fere Occidentis clerum de simonia et incontinentia subsumtum, majorem Pontificum Romanorum sollicitudinem postulasse. Eligebantur vero legati quandoque e praelatis regni, ad quod mittendi erant, tardius vero munus hoc nonnullis Ecclesiarum praelatis pro perpetuo adnectebatur, uti Lugdunensi in Gallia, Salisburgensi in Germania, et Strigoniensi Archiepiscopo in Hungaria, sic-

---

1) Du Puy Comment. sur le traité des libertés de l'eglise Gallicane. Descriptio sanctionis Pragmaticae in Durandi de Maillone Dictionaire du droit canonique Tom. I. Petr. de Marca Concord. sacerdot. et imperii L. VI. c. 9. p. 827. et c. 35. p. 980. edit. Boehm.

que nomen Legati Nati invaluit. Ordinarie autem pro majoris momenti negotiis tractandis Cardinales eligebantur, quorum origo huic periodo adscribenda. Nomen Cardinalis olim proprium fuit omnibus Ecclesiae clericis, qui suis titulis jure ordinario affixi, (incardinati) erant. A seculo XII. illi solum praelati et summae dignitatis viri nomine illo compellabantur, qui Pontificem Romanum eligebant, et ejus senatum seu consistorium constituebant, cujus senatus consilia Pontifex in omnibus gravioribus negotiis expetebat. Quantum vero ad formam electionis pontificiae seu Conclave, illud majori ex parte per Gregorii X. constitutionem et concilium Lugdunense II. anni 1274. ordinatum est. Ad conclave autem introducendum Pontifex inde vel maxime permotus est, quod Cardinales in eligendo Pontifice nonnunquam diutius morarentur. Quare Gregorius X. Conclave sic ordinavit: Cardinales in loco ubi Pontifex vitam clauserit, praesentes, illos qui absunt, non ultra 10 dies expectare et his elapsis illico novi Pontificis electioni semet accingere obligantur. Electio autem perficienda in conclavi unica porta, et unica fenestra, per quam cibi inferantur, proviso, in quo omnes simul usque ad finitam electionem morentur. Ad Conclave porro nulli accessus pateat, nisi consentientibus omnibus Cardinalibus, et ex causa ipsam electionem attinente. Si quis autem attentaret unico et soli e Cardinalibus in Conclavi existentibus nuncium aut literas submittere, talis ipso facto Ecclesiae communione excludatur. Cardinales per tres dies electionem non perficientes quinque sequentibus diebus tantum unum cibum pro prandio et unum pro coena accipiant, ac si his quoque transactis in electione nondum convenissent, illis nihil aliud, quam panis, vinum et aqua praebeatur. Denique durante toto electionis actu nihil e proventibus camerae Apostolicae aut Ecclesiae Romanae percipiant, nulloque altero, cujuscunque generis negotio occupentur. Quamvis autem constitutio haec Cardinalibus multum displiceret, Gregorius tamen cum singulis speciatim tractans omnes ad illam acceptandam disposuit. Vid. Cap. III. de elect. et electi potest. Nro. 6.

§. 49.
Patriarchae Latini Orientis. Primates particulares.

Latini Patriarchae Orientis secus etiam secundi ordinis dicti, originem ab expeditionibus cruciatis sumserunt Postquam enim Latini cum seculi XI. fine victricibus armi: Orientem inundassent, et Graeci antistites regendis Latini: partim ob linguae ignorantiam, partim quod haeresi e schismate ab illis scinderentur, minus idonei reperirentur tam Jerosolymis quam Antiochiae patriarchis Graecis adjungebantur Latini, quod ipsum tardius etiam in patriarchatu Constantinopolitano, ubi crucesignati eum subegissent, institutum. Imo non solum in patriarchalibus, sed i metropoliticis et episcopalibus quoque Ecclesiis idem obtinui Cum autem Latini mutata fortunae alea provincias Orient rursus amisissent, exturbati inde antistites titulis suis u porro quoque pergebant. Jis autem extinctis Pontifices Romani sub spe recuperandarum ditionum illarum ad titul ibi existentium ecclesiarum praesules nominabant, hodi dumque nominant. Quod porro Primates particulares att net, de his sciendum, vocabulum Primatis veteribus qu dem non fuisse ignotum, non tamen eadem significatio usurpatum, qua hodie; nam cum olim omnes illi Primat vocarentur, qui in administratione reipublicae civilis prae cipuas partes haberent, etiam illis episcopis, qui ceter honore, aut potestate praecedebant, Primatum nomen a tributum est. Unde factum, ut patriarchae quidem diceren tur primates, sed etiam metropolitae hoc nomine insign rentur, cum episcopis praeessent. Seculo IX. media qua piam dignitas inter Patriarcham Occidentis et Metropolit sub nomine Primatum particularium introduci coepit. Tem pus connexae primatialis dignitatis cum Archiepiscopa Strigoniensi ad annum 1279. refertur, dum quippe Phi lippus Firmannus apostolicae Sedis legatus synodum i castro celebrasset Budensi, ac occasione illa Lodome rius episcopus Varadinensis doctrina, virtute, nataliumque splendore illustris consensu Ladislai IV. regis a regendam ecclesiam Strigoniensem evectus, simulque suffragio Pontificis Nicolai III. et ejusdem regis Hunga-

ie Primas regni et Ecclesiae hungaricae denominatus fuis-t [1]). Jura denique tam patriarchis quam primatibus par-ularibus praesertim Primati Hungariae competentia lege Enchirid. Juris Eccles. per me 1848. Posonii edit. m. I. §. 205—211. pag. 182. et seq. edit. III.

Caput II.

Status literarum.

Articulus I.

Artes liberales et Philosophia.

§. 50.

Artes liberales et Philosophia in Oriente.

Quamvis orientale graecorum imperium per publicas alamitates, periculosos tumultus et funestos armorum trepitus turbatum, artibus liberalibus et scientiis philoso-hicis continuum studium impendere nequiverit, insignis men nonnullorum imperantium munificentia, et patriar-harum conatus expirantes artes et scientias philosophicas iquatenus resuscitare conabantur. Et quamvis in artibus iberalibus ut pictura, musica, poesi aliisque Graecia mpore hoc minus ac alias praestiterit [2]), in scientiis ta-en philosophicis, historicis aliisque nonnulli excelle-ant. Peculiarem vero occasionem scientias in Oriente in-taurandi praebuerunt controversiae, quas Orientales cum atinis agitare coeperunt, ita enim factum, ut multorum genia e tristi excitarentur lethargo, et non mediocres rogressus in veterum classicorum operibus volvendis fa-erent. Protegebant artes liberales Theophilus impe-tor et ejus filius Michael III. opera potissimum Bar-ae imperii collegae [3]), qui publicas scholas fundans ar-s liberales et viros literatos peculiariter fovebat, ac uni-

[1]) Péterfy concil. P. I. p. 96. Pray specim. Hierarchiae Eccles. Hung. P. 1. p. 163. sub 6. unde et hoc clarescit Lodomerium fuisse Radislai Haliciae ducis cognatum. Katona Hist. Crit. reg. Hung. Tom. VII. p. 778.

[2]) Schütz. Allgem. Weltgesch. für gebild. Leser. Tom. IV. p. 323. §. Gesch. der Kunst.

[3]) Annalium T. II. L. XVI. p. 126. Tom. X. corpor. Byzantini.

versam rem literariam Leoni sapienti viro cultissi
ad episcopatum Thessalonicensem promoto [1]) gubernan
commisit. Patronus artium et scientiarum magnus
Leo VI. imperator dictus Philosophus ejusque filius C
stantinus Porphyrogenitus; item e stirpe Co
mnena Alexius imperator. Porro Eustachius in Tl
salonicensi episcopatu Leonis successor, qui erudi
commentarios in Homerum et Dionysium edidit,
non Joannes Xiphilinus patriarcha Constantinop
tanus [2]), et alii. Philosophiae Aristotelis tunc in scho
receptae operam eximiam impendit Photius, qui cate
rias ejus exposuit et Michael Psellus junior, o
genere scientiarum excultus, gentis suae fortastis doctis
mus; Eustratius, qui Aristotelis ethica et analyt
opera exposuit; Nicephorus Blemmidas, Greg
rius Pachymenes et alii plures, qui opera alia pul
carunt. Philosophiae tamen Platonis etiam adhaeser
multi pietati ac sapientiae mysticae addicti, cum puta
rint per scripta Platonis elementa pietatis Christia
exponi. Imo tales etiam reperiebantur, qui sub nom
ecclecticae philosophiae Platonis et Aristotelis
stema conjungebant eo fine, quo scholam utramque
conciliarent. Seculo XIV. in stoicorum systema mo
commentatus est Barlaamus [3]).

In Aegypto pariter erant hoc tempore docti viri,
ipsis Graecis jus primatus in scientiis controversum r
derent. Talis erat Eutychius Patriarcha Alexandrin
plurium operum medicorum et theologicorum auctor,
alii plures. In Syria excelluit Gregorius Abulph
rajus, vir in theologicis, philosophicis et historicis c
lebratus [4]); Georgius Elmacinus Arabs origine,

---

[1]) Inter scripta illius majori attentione digna sunt: Libri 60 Basilic
seu legum imperialium Tactica et sermones.

[2]) Qui anno 1075. defunctus est. Ejus decreta canonica sermones et l
milias recenset Albert. Fabrici in Biblioth. Graec. vol. III. p.
et seq.

[3]) Henric. Canis. Lection. antiq. T. IV. p. 405. Idem Barlaamus Ethica
secundum Stoicos edidit.

[4]) Petrus Bayle Diction. T. I. p. 37. Assemann biblioth. orient. Vatica
Tom. II. c. 42. p. 244.

seculo XIII. historiam Saracenorum publicavit [1]). Reliquos, qui in poesi, arte oratoria, critica aliisque elegantioribus scientiis aliquid praestiterunt, silentio praetermittimus.

§. 51.

In Occidente.

In ampla illa Europae parte, quam Franci tenebant, artes et scientias liberalissime promovit Carolus M. qui aliunde etiam viros eruditos uti Alcuinum ex Anglia, Petrum Pisanum, Paulum diaconum, aliosque ad se invitavit, ac eorum opera scientias ad florem evexit, utque posteritati etiam consuleret, praeter Parisiensem scholam a se emendatam et palatinam Aquisgrani fundatam, etiam cathedrales et claustrales scholas erexit [2]). Patris exemplum secutus Ludovicus Pius [3]), ac hujus filius Carolus calvus [4]), nec non Lotharius undique lumen scientiarum diffundere conabantur [5]). Licet vero his in scholis usque ad finem seculi X. soli fere Benedictini docerent, tardius etiam clericos et laicos institutioni in Gallia et Italia publicae praefectos fuisse deprehendimus. In plurimis palaestris literariis septem artes liberales nunc quoque docebantur, methodo tamen multum emendata. Dialecticam enim, ad quam etiam Metaphysicam referebant, zelosius ac antea tractabant, unice dolendum, quod minutissima quaeque, ac saepe ineptissima scrutarentur, res occultas et nunquam revelandas in examen traxerint et lites foventes in plures sectas Realium, Nominalium et Formalistarum semet diviserint [6]). Successu temporis ampliores scholae fundabantur ex quibus Academiae et Universitates originem sumserunt. Ita circa dimidium seculi XII. Lutetiae Parisiorum amplior schola fundata est, quae licet initio manca fuerit,

---

[1]) Opus illius vulgavit Golius 1625. Lugdun. Batav. f.
[2]) Eginhard vita Caroli M c. 33.
[3]) Histoire litter. de France Tom. IV. p. 585. Harduin Coll. T. IV. n. 5. p. 1251.
[4]) Conringii antiq. academ. p. 320.
[5]) Vid. ejus Capitular. in Muratorii. T. I. P. II. p. 151. Rerum Ital.
[6]) Joan. Sarisberiens. in Metalogico L. I. c. 3. p. 741. Boulay Hist. Academ. Paris. Tom. I. p. 408. 409. 511. 512.

successu tamen temporis pluribus instructa subsidiis adaequatum Universitatis collegium evasit [1]). Circa idem fere tempus Andegavi agente Ulgero episcopo schola celeberrima exsurrexit, ubi videlicet scientiae juridicae principatum tenebant [2]).

In Italia praeter scholas alias Bononiensis tanta nominis fama inclaruit, ut ex tota fere Europa Juris tum canonici tum civilis auditores illuc confluerent, praesertim ubi Lotharius II. imperator eam instaurasset, novisque privilegiis exornasset [3]). Prout autem Bononiensis schola jurisprudentiae ita Salernitana in regno Neapolitano medicinae auditoribus celebratissima fuit [4]).

In Anglia artes et scientiae feliciter floruere sub Alfredo rege, qui superatis Danis religionem, justitiam et scientias magna cum mentis acie promovit [5]). Ad quod felicius promovendum ipsemet musis operam diligentissimam impendit, viros doctos aliunde accersitos muneri docendi praefecit, honoribus et proventibus distinctos, ac tria collegia Oxoniensia, quae scholae Parisiensi parum cedebant, erexit.

In Germanicis ditionibus et Bohemia etiam fundatas fuisse multis in locis scholas clarescit e magno numero Universitatum, quae hac periodo exurexere Pragae, Viennae, Heidelbergae, Coloniae, Erfordiae et alibi [6]).

In Hungaria quoque, patria nostra ad fidem nuper conversa, scholas Albaeregiae, Csanadini, et Quinque Ecclesiis erectas fuisse historia testatur, ubi non solum domestici, verum etiam Galli, Teutones, Poloni atque Bohemi docebant. Et ceteroquin notum est, per S. Ge-

---

[1]) Petr. Lambecii Hist. biblioth. Vindobon. L. II. c. 5. p. 260. Boulay Hist. Acad. Paris. T. II. p. 463. Hist. litter. de France T. IX. p. 60—88. Etien. Pasquier recherches de la France L. III. c. 29.

[2]) Poquet de la Livoniere diss. sur l'antiquité de l'Université d'Angers p. 21. et seq.

[3]) L. A. Murator. Antiq. Ital. med. aevi T. III. p. 23. 884. 898. Carol. Ligonii Hist. Bonon.

[4]) Gianone Hist. de Naples T. II. p. 151.

[5]) Antwood Historia et antiq. academ. Oxoniens. Boulay Hist. Academ. Paris. T. I. p. 234. Pulchras dotes et merita ejus lege in Instit. H. E. T. 3. §. 27. p. 75. per me Pest. 1840. editis.

[6]) Vid. Enchiridion Jur. Eccl. per me editum Tom. II. §. 124. p. 182. et seq. edit. III. Posonii 1848.

rardum episcopum Csanadiensem in civitate Morisena (Sanadinum) aedes pro 30 juvenibus posuisse et Valterum ex ord. S. Bened. magistrum ipsis assignasse [1]. Successu temporis in cunctis fere magis conspicuis locis et civitatibus, uti Strigonii, Vacii, Magno Varadini, Cassoviae, Bartfae etc. scholas, Quinque Ecclesiis autem sub Ludovico M. Budae sub Sigismundo, et Posonii sub Mathia Corvino academias fundatas fuisse historice constat. Vid. Vallaszky Conspect. reip. liter. in Hungaria. Fejér Cod. diplom. Tom. IX. p. p. 495. Belnay Histor. bonar. art. in Hungaria pag. 32.

Mathias Corvinus amorem in bonas artes, et studium populos suos scientiis imbuendi, et excolendi multiplici ratione probavit. Nam praeter palaestras literarias munifice erectas, bibliothecam celeberrimam Budae in palatio regio collocavit, ita sensim operibus ditatam, ut 40 millia voluminum exquisitorum, auro, argento et bysso vestitorum numeraret. In eadem urbe anno 1472. primam typographiam condidit, atque ibidem aedes molitus est tam amplas, ut 40 millia juvenum studiis incumbentium recipere posset, verum eximium opus hoc morte praeventus consummare nequivit. Triginta scribas artis pictoriae gnaros intertenuit, qui celebriores auctores describerent, bibliothecae Budensi inferendos. Plurimos eruditos in variis scientiis versatos in Hungariam evocavit, sumptibus, quanticunque essent, nihil parcens. Tanta regis liberalitate alii quoque ad ejus exemplum imitandum excitabantur, et bibliothecas fundabant. Ita floruit Strigonii Viteziana, Varadini episcopalis, et Jani Pannonii Quinque Ecclesiis. Mathiae Corvino regi Hungariae ob merita sequens epitaphium positum:

Corvini brevis haec urna est, quem magna fatentur
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem.

Articulus II.

De scriptoribus ecclesiasticis.

§. 52.

Scriptores seculi IX. et X. Graeci.

Scriptores hoc aevo tam in Graeca, quam Latina ec-

[1] Batthyányi vit. S. Gerardi c. 12. p. 328. Steph. Katona Hist. pragm. Hung. Tom. I. diss. 6. Num. 131. Bolland. in Actis SS. Tom. V. p. 24.

clesia plures erant, qui fidelibus lucem scriptis suis ecclesiasticis communicarunt. Tales erant in ecclesia Graeca: I. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus, qui a Leone Armeno SS. imaginum persecutore in exilium pulsus, et in monasterio a se fundato sepultus est [1]. Opera illius sunt 1) Breviarium Historicum de rebus gestis ab obitu Mauritii ad Constantinum Copronymum usque, quod simplicitate et pondere etiam criticorum judicio [2]) commendari meretur. 2) Chronographia tripartita, qua iconoclastas refutat [3]. Epistola ad Leonem III. Pontificem et plures canones [4]. II. Theodorus Studita monasterii ejusdem nominis abbas, qui cultum SS. imaginum pariter zelose defendit et ad exilium condemnatus est [5]. Opera ejus sunt α) Parva catechesis, latino idiomate versa [6]. β) Magna catechesis in plures sectiones divisa et coenobii regulas speciatim exponens. γ) Orationes numero plures [7]. δ) Liber dogmaticus contra iconomachos. ε) Epistolarum libri V in quibus objecta varia pertractat [8]. III. Methodius Patriarcha Constantinopolitanus, sed paulo post acerbitatibus monomachorum nimis pressus obiit [9]. Opera ejus extant α) Homiliae, β) Historia Dionysii Areopagitae per Anastasium in latinum versa [10]. IV. Photius Tarasii Patriarchae Constantinopolitani ex sorore nepos. Hic imperatori primum a secretis, postea urbis senator factus, ac deturbato Ignatio, patriarchatus Constantinopolitani usurpator quidem, sed detrusus in exilio animam exspiravit. Vir de cetero doctus Historiae

[1]) Acta SS. Tom. II. Martii ad diem 13. p. 293. Oudinus scriptor. eccles. Tom. II. p. 2. et seq.
[2]) Legitur inter scriptores Byzantinos.
[3]) Jacob Goar eam publicavit Paris 1658.
[4]) Opera ejus Theolog. variis collectionibus inserta habentur.
[5]) Biographiam ejus deduxit Michael Studita ejus discipulus.
[6]) V. Tom. XIV. biblioth. patrum edit. Lugdun.
[7]) Gretpher S. J. unam de adorat. vivificae Crucis edidit Tom. II. de Cruce.
[8]) Sirmond. plures ear. gratia Card. Baronii latino serm. vulgavit. Ex vers. ejusd. doctiss. Sirmondi S. J. opera Theodori novissime edita sunt.
[9]) Vitam ejus scripsit anonymus coevus, quam dein Leo Alatius ex duobus Vaticanis codicib. excerptam latine edidit.
[10]) Opus hoc ex trib. Cod. Ms. vulgavit. Chiflet in dissert. de uno Dionysio.

et Philosophiae tunc temporis peritissimus, in Critica versatissimus et in eloquentia aevi nulli secundus. Scripta ejus sunt α) Myriobiblion seu Bibliotheca, in qua crisim librorum a se lectorum exposuit. β) Nomocanon, quo canones Apostolorum et antiquorum conciliorum cum legibus civilibus imperatorum contulit. γ) Commentarius in S. Pauli epistolas. δ) Epistolae [1], ε) IV Libri adversus Manichaeos seu Paulicianos.

Seculi X. scriptores sunt I. Simeon vulgo Metaphrastes, qui stirpis celebritate, et prudentia sua tantam nominis celebritatem consecutus est, ut in aula imperatorum Constantinopolitanorum ad logothetae (cancellarii aut thesaurarii) officium promoveretur. Biographiam sanctorum cum additamentis vulgavit. II. Nicon in Armenia monachus, qui praedicationis munus suscepit, fidemque in patria sua et Graecia promulgavit. Opera ejus sunt: α) Liber de pessima Armenorum religione, β) Liber de injusta excommunicatione, qui tamen principiis non sufficienter fundatis innititur. III. Oecumenius episcopus Tricensis in Thracia, qui secundum Pagi anno 975. vixit. Opera ejus supersunt: Enarrationes in actus Apostolorum, et Commentarii in epistolas S. Pauli, nec non in septem epistolas canonicas. Haec tamen cuncta potius scholia sunt quam Commentarii, ideoque scholiastes Graecus cognominatus [2]. IV. Eutychius Patriarcha Alexandrinus, qui 17 annos Annalibus scribendis impendit, ac eos ab orbe condito usque ad annum 940. deduxit lingua Arabica, quos in latinam linguam vertit Pocokius [3]. Obiit anno 940.

§. 53.

Scriptores ecclesiastici seculi IX. Latini.

Plures scriptores genuit hoc aevo Ecclesia Latina quam Graeca, esto scientia diversos. Memorabiliores sunt I. Eginhardus in Francia orientali natus, Caroli M. a secretis et abbas, circa annum 839. in monasterio suo

---

[1]) Editio earum facta est Londini an. 1651.
[2]) Edita sunt Graece in fol. Veronae an. 1532. et Latine interpr. Jo. Hentenio in f. Antverp. an. 1545. item Parisiis vol. II. an. 1635.
[3]) Arabice et latine vulgavit Pocokius Francof. anno 1658. 4.

Seligenstadiensi tumulo illatus [1]. Scripta ejus sunt: α) Vita Caroli M. eleganti stylo et sincere descripta [2]. β) Annales Francorum ab anno 741—828. nobili sermone deducti [3]. γ) Epistolae 62 de variis objectis [4]. II. Claudius Taurinensis, Hispanus, Felicis Urgelitani discipulus, et episcopus Taurinensis, qui Commentarios in s. utriusque Testamenti libros edidit, quorum tamen solum fragmenta supersunt. III. Agobardus patria Gallus, archiepiscopus Lugdunensis, obiit anno 841. Opera ejus per Papirium Masson, qui casu in bibliopegi Lugdunensis tabernam intrans, et manuscriptum unicum deprehendens juris publici fecit, ab interitu liberata sunt. In his vero infelicem aulae Franciae sub Ludovico Pio statum libere describit, ac vigentes circa judicium Dei superstitiones reprehendit [5]. IV. Walafridus Strabo ex schola Rabani Mauri monachus S. Galli, postea abbas Reichenauensis. Opera ejus sunt: α) Liber de rebus ecclesiasticis et glossa ordinaria in sacram scripturam, quae secundum Rabani M. et aliorum interpretationem deduxit [6]. β) Liber de officiis divinis, seu de exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum. γ) Vitae quorumdam sanctorum et poemata [7]. V. Christianus Drutmarus Aquitanus monachus Corbejensis, erudiendae juventuti monasticae praefectus edidit: α) Commentarium in S. Matthaeum β) Fragmenta quaepiam expositionis in SS. Joannis et Lucae Evangelium. VI. Haymo Anglosaxo aut Germanus Rabani coaevus, Hersfeldensis abbas, postea Halberstadiensis episcopus, anno circiter 853. mortuus [8]. Edi-

[1] Vita Ludovici Pii, Chronicon Fontanellense.
[2] Opus hoc Lupus Ferrariensis in epist. ad auctorem data commendat.
[3] Opus istud Eginhardo proprium esse asserit Duchesne, negat Carolus de Cointe ob stylum ab eo in vita Caroli M. diversum.
[4] Histoire litteraire de la France Tom. IV. p. 550.
[5] Optima editio Agobardi adornata est a Stephano Baluzio in II. Tom. 1666. 8. adjectis etiam epistolis Leidvadi et Amolonis episcopor. Lugdunens. Vid. Caveus Hist. litter. scriptor. eccles. Tom. II. p. 1. 12.
[6] Mabillon L. 32. Annal. Nr. 62. p. 637. et in Analectis p. 420. item Ceillier T. XVIII. Hist. generale des auteurs p. 671—683.
[7] Hist. litter. de la France Tom. V. p. 59.
[8] Oudinus Commentar. de scriptor. eccles. Tom. II. p. 330. Histoire litt. de la France Tom. V. p. III. Tom. VI. p. 106. Le Beuf Recueil des dissert. sur la France T. I. p. 278.

Breviarium rerum ecclesiasticarum; Tractatum de Eu-
ıristiae sacramento [1]; Commentarios in Psalmos, Je-
iam, Ezechielem, in epistolas S. Pauli, Apoca-
sim, et in Evangelia, denique epistolas totius anni de
ore coelestis patriae in VI Libris. VII. Rabanus
urus, Moguntinus Archiepiscopus, vir sui aevi doctis-
us, qui Godeschalcum in synodo Moguntina de er-
e praedestinatianorum convictum anno 848. condemna-
Ludovicum Pium contra rebelles filios defendit, et
s de reverentia filiorum erga parentes vulgavit [2], mor-
anno 856. Publicavit praeterea α) Commentarios in
ıes fere S. Scripturae libros. β) Epistolas tres de prae-
tinatione contra Godeschalcum monachum. γ) Libros
de clericorum institutione et caeremoniis. δ) Libros tres
disciplina ecclesiastica ad Reginaldum. ε) Homilias
pistolas et Evangelia [3]. VIII. Drepanius Florus,
olae Lugdunensis praefectus, qui Joannem Erige-
n Scotum refutavit. Opera ejus sunt: α) Liber adversus
ores ejusdem Erigenae de praescientia, praedestinatione
ibero arbitrio [4]. β) Liber de actione missarum. γ) Opu-
lum de episcoporum electione. δ) Martyrologium [5].
raque reperiuntur in bibliothecis maximis Patrum.
. Lupus Servatus, Gallus, Rabani discipulus et
as Ferrariensis adeo doctus, ut ad omnia fere sui tem-
ris concilia vocaretur, anno 862. obiit [6]. Edidit librum
tribus quaestionibus seu de libero arbitrio, praedesti-
tione et de sanguine Christi, et Godeschalci errores
futat [7]. X. Ratramnus coenobii Corbejensis in Gal-
monachus, eruditione conspicuus. Ex commissione Ca-
li Calvi opera duo deduxit de praedestinatione in duo-

[1]) Fragmenta ejus habentur in spicileg. Dacherii Tom. 1. p. 42.
[2]) Acta SS. Tom. I. Febr. p. 500. Hist. litteraire de la France Tom. V. p. 151. Schannet Hist. Fuldens. Francof. 1729. f. Tom. 1. p. 100. et seq.
[3]) Opera ejus prodiver. Coloniae 1627. opera Georgii Colvener vol. VI. f.
[4]) Walafrid. Strabo in Carm. ad Agobard. item Hincmarus, Usuardus et Wandalbertus in praefat. Martyrol. Sigebert. L. II. de scriptor. eccles. Trithem. L. II. de vir. ill. ord. S. Bened.
[5]) Quod Henschenius et Papebrochius ante Acta SS. mens. Martii Tom. II. vulgarunt.
[6]) Histoire litt. de la France Tom. V. p. 255.
[7]) Edid. Steph. Baluz. Paris 1664. 8. Antverp. (Lipsiae) 1710. 8.

bus libris et de corpore et sanguine Christi in uno libro. Edidit praeterea libros tres responsionum ad objecta Graecorum; Libellos de Christi nativitate; de trina Deitate, et de anima. Circa annum 868. mortuus. XI. Ottefridus coenobii Weisenburgensis Alsatiae monachus et scholae praefectus. Edidit Evangelia rhytmis germanicis in quinque libris. XII. Ado nobili de genere natus episcopus Viennensis Galliae, disciplinae ecclesiasticae instaurator [1]. Scripta ejus sunt α) Martyrologium. β) Chronicon. γ) Vita S. Desiderii Viennensis episcopi et Theuderii abbatis Viennensis [2]. Mortem opetiit anno 875. XIII. Joannes Erigena e Scotia oriundus, eruditione celebratus, arte dialectica excellens, sed mysticismo nimis addictus. Opera illius sunt α) Liber de Eucharistia, quo doctrinae Berengarii et reliquorum sacramentariorum praelusit [3]. β) Liber de praedestinatione, quem contra discipulos Augustini hujusque doctrinam concinnavit [4]. γ) Libri V. de divisione naturae [5] et alia. XIV. Usuardus Benedictinus coenobii Parisiensis, qui Martyrologium juxta S. Hieronymum, Bedam et Florum edidit. XV. Anastasius abbas Romanus Ord. S. Bened. Ecclesiae Romanae bibliothecarius, omni fere scientiarum genere instructus [6]. Conciliorum VII. et VIII. acta Graeca in Latinum vertit [7], collectanea, seu diversas epistolas et relationes ad historiam Monothelismi pertinentes collegit [8], et auctor putatur fuisse Historiae Pontificum Romanorum seu Libri pontificalis [9]. Anno 886. mortuus. XVI. Notkerus nobili genere natus, monachus Sangallensis. Possidemus ab illo plures hymnos, sequentias ecclesiasticas, praesertim vero

---

1) Mabillon in ejus elogio histor. P. II. secul. IV. Benedict. Lupus Ferrariens. epist. ad Gerard. provinc. ducem.
2) Martyrologium edit. a Domin. Georgi Rom. 1745. II. fol.
3) Opus hoc regum piissimo Carolo dedicatum fuisse prologus indicat. Edidit Sollerius Antverp. 1714. f. et in Act. SS. Tom. IV. Jun. Idem postea vulg. Bouillart Parisiis 1718. 4.
4) Edidit Maugini T. I. P. I. p. 103.
5) Edid. Thom. Gole Oxonii 1681. fol.
6) Fabricii bihlioth. med. aevi T. I. p. 230—234. Chaufpié nouv. diction. historiq. et crit. T. I. p. 323.
7) Edit. Paris. 1649. 4.
8) Jacob. Sirmond. vulgav. Paris 1620. 8.
9) Carolus Cenni optim. edit. procuravit Romae 1718—1735. Tom. IV. fol.

Martyrologium et Germanicam psalterii versionem [1]. XVII. Regino Brumiensis in dioecesi Trevirensi abbas, qui penes multos acerbitatum casus [2] plura tamen opera edidit. Ex iis notatu digniora sunt α) duo Chronicorum libri de rebus maxime Franciae. β) Libri Duo de ecclesiasticis disciplinis et religione Christiana, quorum primo de personis ac rebus ecclesiasticis tractat, altero autem de vita ac moribus laicorum agit. Chronic. exstat in Jo. Pistorii scriptor. rer. Germ. Cura B. G. Struve Ratisb. 1726. III. Cf. Libros duos de eccles. discipl. quos emend. Steph. Baluzius Paris. 1671. 8. t Enchirid. Jur. Eccl. per me Posonii 1848. edit. Tom. I. ʟ. 38. pag. 27. et seq. edit. III.

§. 54.

Scriptores ecclesiastici seculi X. Latini.

Seculo X. scriptores in Ecclesia Latina prae ceteris famam nominis consecuti sunt sequentes: I. Flodoardus x partibus Rhemensibus originem traxit, primum canonicus Rhemensis, postea monasterii S. Remigii, ad quod ibidem intravit, abbas pluribus operibus inclaruit [3]. Huc spectant α) Libri 4 Historiae Ecclesiae Rhemensis [4]. β) Chronicon de rebus in Francia gestis. γ) Carmina historica de vitis Sanctorum; et vitae Pontificum [5]. II. Luitprandus ente Italus, episcopus Cremonensis, vir doctus in Latinis t Graecis aeque versatus [6]. Opera ejus sunt α) Historia rerum ab Europae imperatoribus et regibus gestarum 6 libris comprehensa. β) Historia legationis ipsius ad Nicephorum Phocam. Anno 968. vitam cum morte commutavit [7]. III. Ratherius episcopus Veronensis, severus aevi sui censor. Edidit epistolam synodalem ad Clerum,

---

[1]) Vid. Acta SS. Tom. I. April. p. 576. Martyrol. ejus vulgavit Canisius Lect. antiq. Tom. II. P. IV.
[2]) Histoire litt. de la France Tom. VI. p. 148. et seq.
[3]) Ibid. Tom. VI. p. 313. et seq. Caveus Tom. II. p. 108 et seq.
[4]) Edid. Colvener Duaci 1617. 8.
[5]) Fragm. de Rom. Pontificibus a Gregorio II. ad Leon. VII. in Muratorii scriptor. rer. Ital. Tom. III. p. 2.
[6]) Franc. Arisi Cremona literata Parmae 1702. III. f. T. 1. p. 58. et s. Caveus T. II. p. 100. et seq.
[7]) Opera ejus edita et notis illustr. ab Hieronymo de la Hiquera et Laur. Ramirez de Prado. Antverp. 1640. fol.

item librum de contemtu canonum, in quibus in corrupto[s] Cleri mores vehementer invehitur [1]). IV. Roswitha e[x] illustri familia Brandeburgica orta monialis Gandersheimensis in Saxonia circa annum 980. vivens, tantam doctrina[e] et eruditionis famam sibi comparavit, ut plurimi procere[s] praesertim Otto II. imperator eam celebrarent [2]). Opera quibus inclaruit sunt: Panegyricum de gestis Ottonis I. Carmine heroico deductum, et vitae quorumdam Sanctorum [3]). V. Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, qui Eduinum regem Angliae ob vitam laxam corripuit, Edgaru[m] vero ob adulterium poenitentiae subjecit [4]). Ex operibu[s] ejus Concordia regularum 12 capitibus comprehensa memorabilis est [5]). Obiit anno 988. VI. Aimoinus monachu[s] Floriacensis, edidit Historiam Francorum et alia minori[s] momenti opuscula [6]). VII. Gerbertus sub nomine Sylvestri II. ad pontificatum elevatus, vir magni ingenii, artium liberalium, praesertim vero scientiarum mathematicarum egregie peritus, et in theologicis quoque versatus [7]). Opera ejus sunt α) Epistolae, quibus aevi illius historia illustratur [8]). β) Tractatus de Geometria [9]), Rhetorica, Mathesi etc. γ) Tractatus de corpore et sanguine Christi [10]). Anno 1003. mortuus. VIII. Abbo patria Aurelianensis i[n] Angliam evocatus, Floriacensi monasterio praefectus [11]). Opera ejus sunt α) Epitome de vitis Romanorum Pontific[um] XCI. β) Vita S. Edmundi Angliae regis et martyris [12]).

---

[1]) Hist. litt. de France Tom. VI. p. 339. et seq.
[2]) Wüsteman Geschichte der Roswitha eines Stiftfräuleins zu Gander[s]heim 1758. 8. Ziegelbauer Hist. lit. ord. S. Bened. Tom. III. p. 491.
[3]) Opera ejus vulg. Conrad. Celtes Norimberg. 1501. postea Henr. Schur[z]fleisch Vittembergae 1705.
[4]) Acta ss. mense Majo T. IV. p. 346. et seq.
[5]) Reperitur in Reineri discept. hist. de antiq. ord. S. Bened. in Angl[ia] Duaci Tom. III. p. 77. et seq. 1636. f.
[6]) Historia Francor. legitur in Bouquet. script. rer. Gall. Tom. III. p. 21. et seq.
[7]) Analista Saxo ad an. 1002. in Evardi corp. Hist. med. aevi Tom. I. p. 377. et seq. Platina de vit. Pontif. p. 143.
[8]) Epistolae edit. per Joan. Masson Paris 1610. 4. in Du Chesne Hist. Francor. scriptor. T. II. p. 789. et seq. item Mansi T. XIX. p. 141 et seq.
[9]) Geometria in Bern. Pez Thesaur. Anecdot. noviss. Tom. III. p. 8. et seq.
[10]) De corpore et sang. Domini ibid. T. I. p. 2. 131. et seq.
[11]) Aimoinii vita Abonis in Mabillon act. SS. ord. S. Bened. sec. VI. P. 1. p. 30. et seq. Histoire litt. de la France Tom. VII. p. 159. et seq.
[12]) Exstat apud Surium die 20. Novembr.

istolae et alia opuscula, quae majori ex parte in frag-
s solum supersunt. IX. Widikindus coenobii Cor-
sis in Saxonia monachus et scholae magister. Ex ope-
praecipua sunt: Annales de rebus gestis Henrici
upis et Ottonis M. Anno 1004. obiit [1]. X. El-
ıs dictus Grammaticus archiepiscopus Eboracensis.
vit idiomate Latino Grammaticam Saxonicam et Glos-
a Anglosaxonicum, praeterea Biblia sacra, opera Do-
Prisciliani et Dialogos Gregorii M. in linguam
saxonicam vertit. Exstant insuper ejus epistolae et ho-
[2]. XI. Burchardus episcopus Wormatiensis [3], vir
et caesarum amicitia clarus. Juris canonici studium
vit adornando collectionem ex conciliorum canonibus
Patrum sententiis constantem sub titulo: Magnum ca-
a volumen. Edita est collectio Coloniae 1548 f. et Pa-
1549. 8. V. Enchirid. Jur. Eccl. per me 1848. Po-
edit. Tom. 1. §. 38. pag. 28. editio. III.

§. 55.

Scriptores seculi XI. et XII. Graeci.

In Ecclesia Graeca hoc tempore scriptores ecclesia-
memoratu digniores erant: I. Michael Caerularius
archa Constantinopolitanus, maximus Ecclesiae Latinae
, qui ambitione abreptus, exitiales cum Pontifice Ro-
lites fere jam complanatas rursus renovavit. Scripta
sunt α) Epistola ad Joannem episcopum Tranensem.
ıus contra Latinos. γ) Decisio synodica de nuptiis in
no gradu. Anno 1059. mortuus [4]. II. Nicetas Pec-
tus ex coenobio Studiensi monachus, Latinorum ae-
ıagnus inimicus. Edidit opus de azymis, sabbatorum
io, et sacerdotum nuptiis contra Latinos, sed ea re-

---

rithemius de scriptor. eccles. c. 301. Oudinus com. Tom. II. p. 478.
ıbricii bibl. Latin. med. et inf. T. VI. p. 327. Libri historici editi
ınt a Meibomio inter scriptor. rer. Germ. T. 1.
udinus Com. T. II. p. 489. Caveus Hist. liter. T. II. p. 108. Usserius
: scripturis et sacris vernaculis p. 377. idem de duobus Elfricis dissert.
ı Anglia sacra T. I. p. 125.
igebert. Gemblacens. de scriptor. eccles. c. 141. Schannat Hist. epis-
opor. Wormat. p. 331.
asnage Thesaur. monum. Tom. III. p. 281. et seq. Coteler. monum.
ccl. Graec. Tom. II. p. 135. et seq.

vocans igne concremavit [1]). III. Georgius Cedrenus pariter monachus. Exstat illius compendium Historicum ab orbe condito usque Isaaci Comneni imperium. Circa annum 1060. vitam cum morte commutavit [2]). IV. Theophilactus Acridensis Archiepiscopus et Bulgariae Metropolita [3]), vir eruditione conspicuus et a studiis Graecorum notissimus. Opera ejus sunt: Commentarii in prophetas minores, quatuor Evangelia, actus Apostolorum, et in epistolas S. Pauli. Praeterea oratio in adorationem Crucis, epistolae diversae et institutio regia ad Constantinum Porphyrogenitum [4]). V. Euthymius Zigabenus ex ordine S. Basilii monachus, a gratiis Alexii Comneni memorabilis. Opera ejus sunt: Panoplia dogmatica contra omnes haereses ab Anna Comnena aestimata; Commentarius in 4 Evangelia et in epistolas S. Pauli; Catena Graeca in Pentateuchum [5]). VI. Theodorus Balsamon Patriarcha Antiochenus. Opera ejus sunt: α) Commentarius in canones conciliorum et canonicas episcoporum epistolas, β) Commentarius in Nomocanonem Photii. γ) Responsa ad causas ecclesiasticas data. δ) Responsa ad quaestiones 64 canonum Marci Patriarchae Alexandrini. ε) Meditationes [6]). VII. Joannes Zonaras vir honoribus et gratiis aulae Constantinopolitanae peculiariter distinctus, verum mundo valedicens monachus S. Basilii in monte Athos factus est. Opera ejus sunt: α) Chronicon seu Annales, quos ab orbe condito ad annum 1118. deduxit. β) Commentarii in Canones Apostolorum et Sacrorum conciliorum, item in epistolas Canonicas, etc. γ) Canon de sancta virgine [7]).

---

1) Basnage Thesaur. monum. Tom. III. p. 308.
2) Leo Allatius de Georgiis §. 25. Chidinus com. T. II. p. 1130. compendium ejus vulgat. est inter Histor. Byzant. scriptores ex version Xilandri
3) Baronii Annales ad an. 1071.
4) Fabricius in Biblioth. Graeca. Epistolae illius idiomate Graeco leguntur in biblioth. Vaticana a Sirmondo in Latin. versae sed needum typis vulgatae. Eas ex alio Ms. cod. biblioth. Mediceae eruit Andreas Schottus vid. Colon. biblioth. Patr. Tom. XV.
5) Fabricius in Biblioth. Graeca vol. VIII. p. 329. et seq. Schroeckh XXIX. p. 332. et seq.
6) Fabricius ibid. vol. X. p. 373. et seq. Schroeckh christl Kirchengesch. T. XXII. p. 409. T. XXVII. p. 7. et seq. Georgii Voellii et H. Justelli Bibl. Jur. Canon. Tom. II. p. 1217. et seq.
7) Annales ejus vulgavit Carolus du Fresne Parisiis An. 1686. II. Tom. f. Canon de S. virg. reperitur in Biblioth. PP.

Glycas historicus Zonaram frequenter laudat. VIII. Anna Comnena imperatoris Alexii filia Nicephoro Brienio in uxorem collocata, literis insigniter instructa, quae acta et vitam patris sui, quam Briennius orsus erat, 15 libris descripsit sub titulo Alexiadii. Non desunt, qui eam philosophia quoque egregie excultam, et in pluribus artibus versatam fuisse statuunt [1]). IX. Eustathius doctus monachus, postea Archiepiscópus Thessalonicensis, qui Homerum interpretatus est. Is in Dionysium Periegetem Geographum commentarium vulgavit [2]). X. Michael Glycas in Historicis peculiariter versatus, qui Annales ad annum 1118. usque publicavit, pluresque epistolas vulgavit. Annales ejus tanto aestimabantur, ut in corpus Byzantinum assumerentur. Annales hi editi sunt Parisiis 1660. in fol. Vid. Jo. L'Ami diss. de Glyca Tom. I. Deliciar. viror. eruditor. praem.

§. 56.

Scriptores seculi XI. Latini.

Scriptores ecclesiastici hac aetate plures reperiuntur in Ecclesia Latina, quam Graeca. Praecipui sunt: I. Adamus Bremensis Canonicus, is patronum in Suenone rege Daniae nactus Historiam ecclesiasticam dioeceseos Hamburgensis et Bremensis ac vicinarum ditionum concinnavit. Huic postea opusculum de situ reliquarum, quae trans Daniam sunt regionum natura adnexuit [3]). II. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus in Burgundia natus, ingenio acutissimo praeditus, Theologiam aeque ac Dialecticam tractavit. Litibus ob investituras involutus episcopatum resignavit, verum rursus assumsit, juramento regi Angliae Henrico I. tantum simpliciter praestito. Opera ejus sunt: α) Monologium, in quo Trinitatem, Prologium in quo Dei existen-

[1]) Martin. Hanke de Byzant. rer. script. p. 597. et seq. Alexiados Lib. XV. ex edit. Petr. Bossevini Paris. 1651. fol. item in corp. Byzant. scriptor. venet. 1729. fol. Fabricii biblioth. Graec. Tom. VI. p. 390. Conf. J. C. Fesslin diss. de Alexiade A. Comnenae Turici 1766. 4.

[2]) Fabula Romanensis de Ismene, quae illi a nonnullis adtribuitur probabilius alteri ut auctori adscribenda est. Vid. Fabricius Bibl. Graec. vol. X. p. 280. et Hamberger's Nachrichten p. 296.

[3]) Molleri Cimbria literat. T. II. p. 12. A. Seelen Miscell. P. II. p. 415. Alb. Fabricii Bibl. Latina. med. aevi T. I. p. 7.

tiam unico argumento probat. β) Libri duo contra Gentiles. γ) De conceptu virginali, et peccato originali. δ) Tractatus de concordia praescientiae Dei cum libero arbitrio. ε) Alloquia coelestia seu affectus pii erga Deum, Christum, B. V. M. et Sanctos [1]) etc. III. Rupertus patria Germanus abbas Iuitiensis coenobii prope Coloniam. Opera ejus sunt: α) Commentaria ip plures S. Scripturae libros. β) Libri 42 de S. Trinitate. γ) Libri 13 de victoria verbi Dei. δ) Libri 12 de divinis officiis. ε) Libri 4 in regulam S. Benedicti etc. In exegeticis Gregorium M. secutus est. In materia de Eucharistiae sacramento in errorem inpanationis lapsus [2]). IV. Ivo Carnotensis episcopus, qui circa finem seculi XI. vixit. Opus ejus possidemus: Decretum Canonum et Panormia in 17 partes sub nomine: excerptiones regularum ecclesiasticarum divisum. V. Bernardus Fontani, nobili e stemmate natus 1091. in scientiis Theologicis versatissimus, primus ab 1115. Cisterciensium abbas in Claravalle, temporis sui peculiare sidus, Papas, episcopos, reges et principes monebat, luxuriantes eruditos refellebat; mortuus anno 1153. scientiae et sanctitatis fama celeberrimus [3]). Opera ejus sunt: α) Libri V de consideratione ad Eugenium, III. Papam olim discipulum. β) Tractatus de moribus et officio episcoporum. γ) Liber de diligendo Deo. δ) Liber de vita et gestis Malachiae Armacani in Hibernia Archiepiscopi. ε) Sermones et epistolae. Stylo usus nobili, vivido et presso. Nitidiss. editio opm. S. Bernardi publicata est labore Jo. Mabillon Parisiis Tom. II. fol. an. 1668. altera editio Tom. VI. fol. an. 1690. a nonnullis praefertur.

---

[1]) Hist. litter. de la France Tom. IX. p. 398. et seq. Im. Berger Gesch. der Relig. Philos. Berlin 1800. 8. Cadmeri vita S. Anselmi in Act. SS. April. T. II. p. 685. et seq. Fabricii biblioth. Lat. med. aevi Tom. I. p. 111. et seq. Stäudlin Allgem. Kirch. Gesch. von Grosbritann. Götting. 1810. T. II. 8.

[2]) Mabillon in Annal. Bened. T. VI. p. 19. et seq. Hist. litter. de la France T. XI. p. 422. vetustiss. edit. opm. Moguntiae 1631. f. facta.

[3]) Du Pin nouvell. Biblioth. des aut. eccles. Tom. IX. p. 48. et seq. Mabillon Annal. Ord. Bened. T. V. p. 247. Oudin. Com. de script. eccles. T. II. p. 1238. Ceillier Hist. gener. des aut. eccles. T. II. p. 317.

§. 57.

Scriptores seculi XII. Latini.

Inter scriptores hujus aetatis referendi sunt I. Petrus Abailard nobili de stirpe Namnetensi Galliae ortus; ingenii acuti et in disputando versatissimi, at ad sectandas res novas nimium proclivis. Meloduni postea Corbolii literarum palaestram adperuit, celeberrimus Dialecticae magister. Parisios delatus primariam Philosophiae et Theologiae cathedram obtinuit. Taedio mundi captus anno 1119. monachus in abbatia S. Dionysii factus, postquam uxorem suam Heloissam ad velum in monasterio Argentoliensi sumendum disposuisset. Opera ejus sunt: α) Commentarius in epistolam Pauli ad Rom. β) Introductio ad Theologiam libris III. γ) Theologia christiana libris V, quam Petrus Lombardus ejus discipulus adoptavit. δ) Historia calamitatum suarum. ε) Epistolae quae majori ex parte dissertationum formam referunt [1]. Abailardo sequens epitaphium positum:

Est satis in tumulo Petrus jacet hic Abailardus,
Cui soli patuit, scibile quidquid erat.

II. Petrus Lombardus cui nomen a patria adhaesit, magistro Abailardo usus scholasticorum facile princeps, pariter professor Parisiensis, ubi et episcopatum gessit ab anno 1159. Tantam nominis famam consecutus, ut in ipso epocha scholasticismi figeretur. Opera ejus sunt: α) Glossae in psalterium et epistolas S. Pauli. β) Libri IV Sententiarum, quos scholastici zelosissime sequebantur. Inde dictus magister sententiarum, methodum positivam et philosophicam in hoc opere feliciter conjunxit. Innocentius III. Pontifex orthodoxiam operis, contra quod nonnulli exceptiones formabant, in concilio Lateranensi IV. anno 1215. pronunciavit [1]. III. Hugo a S. Victore Saxo aut Flandrer origine. Canonicus regularis in monasterio S. Victo-

---

[1]) Trithemius de scriptor. eccles. c. 377. Fabricius biblioth. Latin. med. aevi vol. V. p. 177. Hist. litter. de la France Tom. XII. p. 555. Henric. Gandaviens. de scriptor. eccles. c. 31. Caveus Histor. liter. T. 2. p. 280. Boulay Hist. Univers. Parisiens. an. 1541. Collectan. in epist. Pauli edit. Paris. an. 1537. 8. Sententiar. Libri IV. editi sunt ab Ant. Monchiageno Demochare Colon. 1576. 8.

ris prope Parisios, ubi suos Theologiam docuit, dictus ter Augustinus. Anno 1141. mortuus. Opera illius su α) Praenotationes de scripturis et scriptoribus sacris. β) notationes allegoricae in Evangelia. γ) Annotationes plerosque libros V. T. δ) Dialogus de sacramentis l naturalis et scriptae. ε) De sacramentis fidei Christi duo, et plura alia. IV. Joannes Sarisburiensis nati Anglus in literis philosophicis et theologicis supra relic sui aevi doctus, episcopus Carnotensis opera scrip α) Polycraticon seu de nugis Curialium libros VIII. β) talogicos libros IV, quibus Grammaticam, Rhetoricam Logicam contra hostes vindicat. γ) Volumen epistolarum Mortuus anno 1182. V. Petrus Blesensis pri discipulus Guilelmi II. regis Siciliae informator, et dius Henrici II. Angliae regis a secretis, et archidia nus Londinensis. Ab illo prodivere 138 epistolae; insu sermones 65 et diversi tractatus [2]. VI. Petrus Mauri dictus venerabilis nobili ex stirpe in Alvernia genitus, licta militia monachus et abbas factus in monasterio Cl acensi anno 1123. S. Bernardo amicissimus. Ejus con Eugenius III. Pontifex in tractandis negotiis exp Opera ejus sunt: α) Libri IV, epistolarum. β) Tractatus c tra Judaeos. γ) Contra Petrobrusianos. δ) Libri duo de raculis sui temporis. ε) Sermones IV, hymni, rhytmi statuta congregationis Cluniacensis. Vid. Histoire litter de la France Tom. XIII. p. 241. et seq. Radulphi mo chi vita Petri Cluniacensis in Durandi et Martene coll ampliss. Tom. VI. p. 1187. et seq. Editio oper. reper in Mart. Marrier et Andr. Quercetani bibl. Cluniacens. l 1614. fol. p. 583. et in Biblioth. max. PP. Lugdun. XXII. p. 813. et seq.

---

[1]) Brucker Hist. crit. Philos. T. III. p. 773. Trithem. de scriptor. ec c. 394. Caveus Hist. lit. T. II. p. 243. Policraticus seu de nugis C alium lib. VIII. item Metalogic. lib. IV. edit. Amstelod. 1664. 8. E exstant in biblioth. patr. max. Lugd. T. 23. p. 244. et seq.

[2]) Oudinus Comm. de scriptor. eccles. T. II. p. 1616. Caveus Hist. li Tom. II. p. 233. Fabricius bibl. med. et inf. aetat. T. V. p. 247. Op edidit Petr. de Gussaville Paris 1667. fol. vid. etiam Bibl. PP. m Lugd. T. XXIV. p. 911. et seq.

§. 58.

Scriptores Graeci seculi XIII. XIV. XV.

Scriptores Ecclesiae Graecae hoc aevo erant et qui-
m seculo XIII. memorabiliores I. Nicetas Acomina-
s Alexii Comneni et Isaaci imperatorum logo-
ta. Publicavit Historiam 85 annorum a morte Alexii
peratoris, ubi Zonaras terminaverat ad annum 1203.
is XV et Thesaurum orthodoxae fidei in libris V. [1]) II.
egorius Pachymeres, summus Unionis inter Grae-
et Latinos hostis [2]). Diversis muneribus Ecclesiae
nstantinopolitanae praefuit. Opera ejus sunt α) Para-
ases Aristotelis, et Dionysii Areopagitae. β) Hi-
ria rerum Byzantinarum sub Michaele et Andronico
laeologis in libris XIII. γ) Tractatus de proces-
ne Spiritus S. et alia [3]). III. Theodorus Lasca-
s junior Ducas compellatus, qui patri suo in solio
nstantinopolitano ab anno 1255. successit. Ei valedi-
ns monasticam vitam professus insigni cum pietate
t eruditione. Edidit diversa opera polemica et ascetica,
orum nonnulla exstant in Bibliotheca Patrum [4]). Seculo
IV. inclaruit. IV. Joannes Cantacuzenus in Histo-
is peritissimus, quem Andronicus imperator filii sui
oannis Palaeologi tutorem denominavit. Imperium
m Joanne divisit, postquam Helenam ejus sororem in
orem duxisset. Taedio vitae captus res humanas adeo
spexit, ut purpuram et sceptrum cum vita monastica
mmutaverit. Opera ejus sunt α) Historia rerum ab An-
onicis duobus imperatoribus et se ipso gestarum [5]).
) Libri adversus Muhammedanos [6]). V. Nicephorus

---

[1]) Cum ceteris Historiae Byzant. auctoribus editi Parisiis.
[2]) Allatius de Georgiis in Fabrici bibl. graec. vol. X. p. 794. Hancke de script. Byzant. p. 566.
[3]) Ejus Histor. Byzant. edid. Poussines. De reliq. tractat Hamberger in Zuverläss. Nachr. P. IV. p. 840.
[4]) Caveus Hist. Lit. Tom. II. p. 303. Dufresne de famil. Byzant. p. 223. Oudinus Commentar. de scriptor. eccl. Tom. III. p. 234. Allatius de consens. p. 722.
[5]) Quatuor libr. Historiae. Byzant. vulgat. Ingolstadii anno 1603. fol. et Paris. 1645. Tom. III. f.
[6]) Editi Basileae an. 1543. f. Cardin. Bona ait de illo, quod sit Historicus eximius, sed res suas nimis extollat.

Calistus, Calisti Xanthopuli filius circa annum 1333. vivens, qui literis addictissimus vitam monasticam in asceterio S. Sophiae secutus juxta Eusebium et alios Historiam ecclesiasticam in libris XVIII deduxit, ordinem et stylum bonum adhibuit, fabulis tamen hinc inde indulsit [1]). VI. Nicephorus Gregoras Ecclesiae Constantinopolitanae chartophilax, magna nominis fama inter Graecos pollens, monasterium ingressus XI libros Historiae Byzantinae deduxit, quibus res ab urbe Constantinopolitana per Latinos subjugata usque ad annum 1361. seu ultimum Andronici junioris complexus est; publicavit insuper opera theologica et philosophica, epistolas et disputationes contra Palamam [2]). Seculo XV. operibus famam consecuti sunt VII. Georgius Phranza splendida prosapia ortus., imperatoris primum camerarius, postea logotheta, sed sub expugnatione urbis Byzantinae in Turcarum potestatem abductus, inde liberatus ad insulam Corcyram penetravit, ubi vitam monasticam professus, Chronico rerum Byzantinarum ab anno 1259. usque 1417. in libris IV deducendo operam diligentissimam impendit [3]). VIII. Bessarion Trapesunti natus, Nicaenus archiepiscopus, unionem in concilio Florentino restituere conatus. Factus Cardinalis et Patriarcha Constantinopolitanus. Obiit Ravennae 1472. Opera illius sunt α) Tractatus de sacramento Eucharistiae, et de verbis quibus Christi Corpus conficitur. β) Liber de Spiritu S. contra Marcum Ephesinum, et contra Alexandrum Lascarem unionis hostes. γ) Edidit alia quoque opera theologica et philosophica [4]).

---

1) Fabricii Biblioth. Graec. vol. VI. p. 130. et seq. Harenberg Memor. scriptor. seculi XV. in Bremens. et Verdun. Biblioth. T. V. p. 657. Oudinus Comment. script. T. III. p. 710. et seq. Histor. Eccles. Lib. XII. edit. a Front. Ducaeo Paris 1630. II. T. fol.

2) Fabricii Bibl. Graec. vol. VI. p. 289. Oudinus Comment. scriptor. eccles. T. III. p. 768. Hancke de scriptor. Byzantin. P. I. c. 35. Historia Nicephori Byzantina edita a Bowi Paris an. 1702. praemissa ejus biographia.

3) Fabricius ibid. vol. V. p. 615. Chronicon ipsius Latine in compendio Ingolstadii vulgat. an. 1604. 4.

4) Fabric. Bibl. Graec. vol. X. p. 401. vol. XI. p. 680. Boerner de doctis hominib. Gr. literar. in Ital. instauratar. p. 36. Bandinus de vit. et reb. gest. Bessarion Romae 1772. Brucker Histor. Critic. Philos. T. IV. p. 43. ejus opera diversi argumenti separatim edita sunt et

X. Georgius Gemistius Pletho inter Graecos scritores facile eruditissimus, philosophiae Platonicae addictissimus. Eo stimulante Cosmus Mediceus academiam Platonicam Florentiae erexit [1]). Ex multis ejus operibus praecipua sunt α) Compendium Zoroastraeorum et Platonicorum dogmatum. β) Liber de fato. γ) Epistolae. δ) Ejusdem et Michaelis Apostolici orationes de immortalitate animae. Fabricius in Biblioth. Gr. vol. XIV. p. 137. Compend. Zoroastraeor. et Platonicor. dogmat. recenset. Librum de fato cum ejus et Bessarionis epistolis de eodem argum. edidit Raimar. De reliq. vid. Hamberger's Zuverläss. Nachricht. P. IV. p. 713.

§. 59.

Scriptores Latini seculi XIII.

Scriptores aetate hac multi reperiebantur in Ecclesia Latina, qui acerrimum mentis acumen, et mirum inquirendi et sciendi spiritum possidebant. Id solum illis exprobratur, quod in illorum scriptis passim nimia disputandi libido, sterilitas ac ad quaestiones metaphysicas summa propensio detegatur. Tales erant Dialectici Occidentis. Ex his attentione digniores erant I. Alexander Halensis natione Anglus, vir eximiae pietatis, universitatis Parisiensis Theologiae et Philosophiae Doctor, quem S. Bonaventura magistrum habuit. Ordini Minorum adscriptus Doctoris irrefragalis nomen tulit. Ex operibus ejus maxime notabilis est Summa universa Theologiae [2]). II. Hugo de sancto Caro Barcinonae in Delphinatu natus, Ordinis praedicatorum Theologiae Doctor Parisiensis, Cardinalis, Lugduni tumulo illatus anno 1264. Opera ejus sunt α) Postilla in universam Sacram Scripturam. β) Concordantiae bibliorum, quod opus utilissimum Carolus Halber-

---

Venetiis exstant in Ms. plurima ejus scripta irenica reperiuntur in actis concil. Florent.

[1]) Allatius de Georgiis in Fabricii Bibl. Gr. vol. X. p. 739. Brucker Histor. Critic. Philos. p. 41. Tom. I.

[2]) Reliqua opera adfert Wadding in Biblioth. scriptor. ord. Minor. Cf. Oudinus in Comment. script. eccles. Tom. III. p. 129. Hager comment. V. de Alex. Hal. Illius Summa prodivit Norimb. an. 1482. f. et alibi.

stad locupletavit [1]. III. Thomas Aquinas, ex illustri comitum Aquinatum stirpe natus anno 1225. Ordini Praedicatorum adscriptus eruditionis et doctrinae incomparabilis Doctor Angelicus dictus Parisiis et in Italia summa cum laude Theologiam docuit, discipulus quondam Alberti M. archiepiscopatum Neapolitanum deprecatus, in Cisterciensium monasterio Fossae novae obiit occasione itineris ad concilium Lugdunense, ad quod a Gregorio X. evocatus fuerat [2]. Sanctorum numero adscriptus anno 1323. Opera ejus sunt α) Summa Theologiae tribus partibus constans. β) Commentarii in Aristotelem. γ) in IV libros sententiarum. δ) Summa Catholicae fidei contra Gentiles et alia [3]. IV. Joan. Bonaventura Florentiae natus, episcopus Albanensis et anno 1274. Cardinalis factus ex ordinis S. Francisci monacho. Vir ingenii subtilis dictus Doctor Seraphicus, sanctorum numero adscriptus. Opera ejus sunt α) Opus de reductione artium ad Theologiam. β) Breviloqvium. γ) Solilognium. δ) Itinerarium mentis ad Deum. ε) De contemptu seculi. ζ) Commentarius in Lombardum [4]. V. Albertus M. Lavingensis e nobili Bolstadiensium stirpe ortus Professor Parisiensis Magni nomen ab eruditione consecutus. Ex ord. Praedicatorum episcopatui Ratisbonensi praefectus. Huic valedicens Coloniam se recepit, operibus suis elucubrandis intentus. Mortuus anno 1280. Opera ejus sunt α) Summa Theologiae. β) Commentarii in Psalmos, in prophetas, Evangelia et Apocalypsim. γ) Commentarius in IV libros sententiarum. δ) Libellus de adhaerendo Deo. ε) Libri XII de laudibus B. M. V. [5]. VI. Rogerius Baco patria

---

[1]) Fabricius Biblioth. Lat. med. aevi T. III. p. 289. Döderlein im literarisch. Museum T. 1. p. 1. 77. Quetif et Eccard Script. Ord. Praedicator. T. I. p. 191.

[2]) A. Touron vie de S. Thomas d'Aquin Paris 1737. 4. B. de Rubeis diss. crit. et apolog. de gestis et scriptis nec non doctr. S. Thom. Aquin. Venet. 1750. fol. Guil. de Toco et B. Quidonis vita S. Thomae in Act. SS. Antverp. Mart. T. I. p. 655. et 716. Quetif et Eccard Scriptor. Ord. Praedicat. T. I. p. 271. et seq.

[3]) Plurima ejus opera edita sunt studio Pii V. Romae 1570. Tom. XVIII. f. Parisiis a 1636 . . . T. XXIII.

[4]) Editio operum ejus mandat. Sixti V. adornata Romae 1588. T. VIII. fol.

[5]) Quetif et Eccard. Scriptor. Ord. Praedicator T. I. p. 162. et seq.

nglus, nobili de familia natus, ord. S. Franc. Oxonienis universitatis Professor Theologiae, nomen Doctoris ۱irabilis tulit. Multa detexit, uti microscopia, telecopia, specula ardentia, aliaque. Inde clausus nomen Iagi sortitus [1]). Doctissimus aetatis suae vir mortuus anno 284. Opera ejus sunt α) Liber de situ orbis. β) Compendium tudii theologici libris V. γ) De speculis ardentibus. δ) De tilitate scientiarum. ε) Rogerina major opus Cleaenti IV. inscriptum, in hoc consilia ad emendandas liteas, inventa ejus in physicis et mathematicis etc. continenur [2]). VII. Jacobus de Voragine Liguri natus, vir sanctitate et doctrina celebratus, Dominicanus primum, ostea archiepiscopus Genuensis factus Genuae pacem per uelphos et Gibellinos turbatam prudentia restituit. Obiit nno 1298. Opera ejus sunt α) Biblia sacra in Latinum ersa. β) Vitae Sanctorum sub titulo: Legenda inaurata.) Sermones de tempore et Sanctis. δ) Manuale de laudius B. M. V. ε) Chronicon Genuense [3]). VIII. Jacobus e Vitriaco canonicus regularis coenobii B. M. Ogniaensis, postea episcopus Anconensis in Palaestina, et Carinalis varias legationes Sedis Romanae in Gallia et Terra ancta obiit. Opera ejus sunt α) Historia Orientalis et Occientalis in Libris III. β) Vita S. Mariae Ogniacensis.) Conciones in Evangelia et epistolas totius anni [4]). X. Raymundus Martini Catalaunus ord. S. Dominici onventus Barcinonensis Professor, qui aliis fratribus juntus opus contra Judaeos vulgavit sub titulo: „Victoria dversus Judaeos" quod plures eruditi in usus suos con-

Brucker Histor. Crit. Philos. Tom. III. p. 788. Tom. VI. p. 532. Opera ejus edita cura Petri Jammy Lugd. 1651. Tom. XXI. fol.

[1]) Wadding Annal. Tom. IV. p. 265. et seq. Tom. V. p. 1. et seq. Wood. antiq. Oxoniens. T. I. p. 136. Meiner's Gesch. der Liter. des Mittelalters Tom. II. p. 675. 711. et seq.

[2]) Opus hoc majus vulgavit Samuel Jebb. Lond. 1733. fol. Alia ejus opera ut epistolae de secretis operib. artis et naturae item de nullitate magiae edita sunt studio Jo. Dee Hamburg. 1617. 8. Speculum Alchimiae Norimbergae 1614. De reliq. tractat Fabrici in Bibl. lat. med. aevi Tom. I. p 161.

[3]) Fabricius bibl. Lat. med. aevi T. IV. p. 20. Eccard et Quetif. Script. Ord. Praedicator. T. I. p. 455. Hist. Lombardica seu Legenda edit. Colon. 1470. f. Chronicon Genuens. e Ms. Cod. Muratori Tom. IX. rer. Ital.

[4]) Opera ejus Hamberger in Zuverläss. Nachricht. recenset. T. IV. p. 272.

verterunt [1]. X. Aegidius ex illustri Columnensium stirpe Romana natus, archiepiscopus Bituricensis ob doctrinam suam Doctor fundatissimus nuncupatus. Anno 1316. Avennione mortuus [2]. Scripta plura reliquit de objectis philosophicis, theologicis, et moralibus. Commentarios in cantica canticorum, in epistolas S. Pauli ad Romanos et Corinthios et alia edidit.

§. 60.

Scriptores Latini seculi XIV.

Inter scriptores seculi XIV. plures ingenio et scientia eminuerunt. Ex scholasticis, qui Sacram Scripturam argumentis philosophicis tuebantur, et quamdam speciem theologiae mixtae sectabantur notabiliores sunt I. Joannes Duns Scotus, ex ordine S. Francisci, vir ingenii subtilissimi, Doctoris subtilis nomen tulit, qui doctrinam S. Thomae Aquinatis reformavit, sicque Thomistarum et Scotistarum compellationi originem dedit. Oxonio Parisiis evocatus et scholis theologicis regendis praefectus anno 1308. mortuus Coloniae Agrippinae, ad quam mandato Generalis sui accesserat, Doctoris publici munus assumpturus. Opera ejus in tractatibus XVI collegit Ludovicus Wadding [3]. Praeterea reliquit quaestiones subtilissimas in primum et secundum librum sententiarum Petri Lombardi [4]. II. Durandus a S. Portiano ex Arvernis ortus, episcopus Aniciensis factus ex ord. S. Dominici monacho, et facultatis Theologicae Parisiensis Doctore, dictus Doctor resolutissimus. Scripta ejus sunt α) Commentarius in 4 libros sententiarum. β) Liber de jurisdictionum origine. γ) Tractatus de statu animarum sanctorum a corpore solutarum. δ) Quaestiones theologicae et Quodlibeticae [5]. III. Thomas Bradvardinus Anglus,

---

1) Eccard et Quetif in script. Ord. Praedicat. T. I. p. 396. et s. Wolfii bibl. Hebr. T. I. p. 1016. T. III. p. 989.
2) Caveus Hist. Lit. Tom. II. p. 339. et seq. Fabricii bibl. lat. aevi m. Tom. VI. p. 40. Pugio fidei adv. Mauros et Judaeos cum observ. Jos. de Voisin et introduct. J. B. Carpzovii Lips. 1687. fol.
3) Wadding publicavit in XII. Tom. Lugdun. 1639. fol.
4) Hugo Cavellus edid. Antverp. 1620. f. T. II.
5) Fabricius bibl. lat. aevi med. et inf. Tom. II. p. 69. Brucker Hist-

ctor profundus dictus, ex Oxoniensi cathedra ologiae et Philosophiae Canonicus postea Archiepiscopus tuariensis factus. Opera ejus sunt α) Liber de causa Dei tra Pelagium. β) Opera alia mathematica, philosophica theologica [1]). IV. Guilelmus Occamus Anglus S. Francisci, discipulus Dunsii, postea illius adsarius, politicae nimis addictus a Pontifice Joanne XXII. munione Ecclesiae privatus, sed a Ludovico Bavaro tectus ac ad secretiora ejus adplicitus. Anno 1347. Mohii obiit [2]). Opera ejus sunt α) Centiloqvium, Theologa in centum conclusionibus exhibens. β) Liber de Core Christi. γ) Dialogus inter magistrum et discipulum. Quaestiones de potestate Papae. δ) Tractatus de jurisione imperatoris in causis matrimonialibus [3]). V. Thos Argentinensis Germanus, Parisiis munus profesis Theologiae obivit, postea eremitarum S. Augustini ior generalis. Viennae mortuus anno 1357. Auctor fuit mmentarii in 4 libros magistri sententiarum. VI. Joannes Taulerus ex ord. S. Dominici inter suos Argentoti concionator celebratus, anno 1361. mortuus [4]). Opera us α) Nachfolgung des armen Lebens Christi [5]). β) Medulla animae [6]). γ). Spiegel der Liebe oder Weg zur Vollkommenheit [7]). VII. Joannes Ruisbroch, quod nomen pago originis suae ad Bruxellas sito accepit. Canonicus Prior Vallis viridis pariter ad Bruxellas situatae. Anno 381. mortem opetiit. Opera ejus sunt α) Summa totius tae spiritualis. β) Speculum salutis aeternae. γ) Tractatus quibusdam praecipuis virtutibus. δ) Commentaria in ta-

Crit. Philos. T. III. p. 838. Tom. VI. p. 601. Launojus in libell. syllabus rationum quibus Durandi causa defenditur T. I. opm.
[1]) Opus primum editum cura Henrici Savilli Londini 1618. fol. Lib. III.
[2]) Fabricii bibl. lat. aevi med. T. III. p. 157. Oudin. Comment. T. III. p. 904.
[3]) Goldasti monarchia T. I. p. 13. T. II. p. 312. illa exhibet.
[4]) Die Historie und das Leben des ehrwürd. Dr. Tauler Basil. 1521. fol. G. Fr. Hempelii memoria Teuleri Wittebergae 1689. 4. Eccard. de scriptor. Ord. Dominic.
[5]) Vulg. cura Cassederi Francof. 1821.
[6]) Quos vertit idem Casseder Francof. 1822. 8.
[7]) Edidit G. P. Silbert. Viennae 1824. Vid. Die gesammelten Werke von Tauler nach Handschriften und den besten Ausgaben kritisch bearbeitet und herausgegeben von N. Casseder 2. B. Luzern 1823. 8.

bernaculum Mosis et alia [1]). VIII. Nicolaus Lyran patria Normannus a loco sic nominatus, magnae erudi nis vir in literis Hebraicis versatissimus, monachus S.Fr ord. Minor. gradum Theologiae Doctoris Parisiis conse tus, ubi inter suos pluribus annis Scripturam Sacram in pretabatur, anno 1340. mortuus, Doctoris plani utilis nomen consecutus. Opera edidit α) Breves C mentarios in Scripturam S. β) Tractatus contra Juda γ) Librum de Corpore Christi. δ) In Libros sententia Commentarios et alia. Vid. Wadding in Biblioth. (Minor. p. 265. Volf. bibl. Hebraica vol. 1. p. 912. vol. p. 838. Marc. Escher Excerpta e Lyra in bibl. Brem T. II. p. 389. Michael Reinhard elogium Nicola Lyra in ejusd. Pent. conatuum sacror. Lips. 1709. 8. p. 1 et seq.

§. 61.

Scriptores Latini seculi XV.

Seculo hoc Ecclesiam Latinam scriptis suis illustra bene multi, iique insignes auctores, tales erant I. Joi nes Charlier sub nomine Gerson a loco natali c bratus, Theologiae professor Parisiensis, et univers cancellarius, in concilio Pisano et Constantiensi ad tol dum schisma operam contulit, tandem post fata adv Lugdunum delatus, ubi vitam finivit anno 1430. A scri theologicis, moralibus, mysticis et miscellaneis cele tur [2]). II. Petrus de Alliaco Compendiensis te familia ortus, cujus defectum virtute et doctrina supple Facultatis Theologicae Parisiensis Doctor, et cancell universitatis, episcopus primum Aniciensis, postea Ca racensis, tandem Cardinalis; in Synodo Pisana et C stantiensi praesens. Anno 1425. in grandi senecta m tuus. Opera ejus sunt α) Commentarii in IV libros sent tiarum Lombardi. β) Quaestiones in Hexameron. γ) Co

[1]) Fabricius biblioth. Lat. T. IV. p. 127. Foppens bibl. Belg. T. 421. T. II. p. 720. Edita opera ejus Coloniae 1552. f. 1609. 4.

[2]) Van der Hardt Acta Concil. Constant. T. I. p. IV. p. 26. et Fabricius bibl. aevi med. lat. Tom. III. p. 49. Launoyus hist. G nas. Navarr. P. III. L. II. c. 1. op. T. IV. P. I. p. 514. Opera ejus Antverp. 1706. Tom. V. fol.

mentarii in Psalterium et Cantica Canticorum. δ) Liber de Ecclesia et conciliorum auctoritate [1]. III. Nicolaus de Clemangis a loco natali sic nominatus, professor Theologiae Parisiensis, postea Benedicti XIII. Pontificis secretarius, sed muneris sui oneribus ferendis impar in Galliam reversus, vitam monasticam inter Carthusianos professus est. Opera reliquit α) Librum de ruina Ecclesiae, seu de corrupto Ecclesiae statu. β) Carmen epicum sub titulo: Deploratio calamitatis ecclesiasticae per schisma nefandissimum. γ) De Antichristo, ejus ortu, vita, moribus et operibus [2]. IV. Alphonsus Tostatus patria Hispanus Theologiae professor in universitate Salmanticensi ad episcopatum Abulensem promotus. Opera ejus erant α) Commentarii in utrumque Testamentum voluminibus XXIV. β) Diversa aliorum objectorum opuscula [3]. Propter theses quaspiam subsumptus Eugenio IV. Pontifici apologiam praesentavit. V. Antoninus Florentinus ordinis Praedicatorum, postea ad archiepiscopatum Florentinum promotus. Obiit anno 1459. inter Sanctos relatus. Opera ejus sunt α) Summa historialis, seu Chronicon tripartitum ex diversis auctoribus compilatum. β) Summa theologica. γ) Summa confessionalis [4]. VI. Nicolaus Cusanus filius miseri piscatoris, Canonicus regularis dein archidiaconus Leodiensis, postea Episcopus Brixiensis et Cardinalis. Opera ejus sunt α) Libri tres de docta ignorantia ad Julianum Caesarinum Cardinalem. β) Dialogi de sapientia, de mentis natura, de concordia catholica. γ) Epistolae VII Bohemis exaratae. δ) Libellus de conjecturis novissimorum temporum et alia. Anno 1464. obiit. Vid. I. N. ab Hont-

---

1) Launoyus Histor. Gymnas. Navar. P. III. L. 1. c. 1. Fabricius bibl. lat. aevi med. T. V. p. 702. et seq. Boulay hist. academ. Paris T. IV. p. 979.

2) Trithem. de scriptor. eccles. cap. 730. Oudin. Commentar. de scriptor. eccles. T. III. p. 2321. Boulay histor. academ. Paris. T. V. p. 908. Van der Hardt vita Nicolai de Clemang. in act. concil. Constant. T. I. P. II. p. 71. et seq. Omnia opera vulg. I. M. Lydius Lugd. Batav. 1613. 4.

3) Wharton. ad Caveum p. 135. Hamberger, Zuverläss. Nachrichten. T. IV. p. 740. Antonius Bibl. Hist. T. II. p. 168. et seq. Opera autem prodiver. Venet. an. 1728. T. XXVII. fol.

4) Fabricius bibl. lat. aevi med. T. I. p. 117. Eccard script. ord. Praedicator. T. I. p. 817.

heim hist. Trevir. diplom. T. II. p. 327. Wyttenbach's Gesch. von Trier. T. II. p. 169. et seq. Fabricius bibl. Lat. aevi med. et inf. T. I. p. 1238. et seq. Jos. Egg purpura docta L. III. p. 143. et seq. Trithemius de scriptor. eccles. c. 805. Opera ejus omnia edita Basileae an. 1565. fol. Tom. III.

§. 62.

Continuatio.

VII. Joannes Vesselus Graeninga ortus, artibus liberalibus, Poesi, Rhetorica, philosophicis et theologicis scientiis insigniter excultus, Lumen mundi communiter dictus, sed ad res novas in ecclesiasticis objectis nimis promptus. Reliquit plures tractatus de rebus theologicis. Anno 1489. defunctus est [1]). VIII. Hieronymus Savonarola Ferrariensis S. Dominici monachus, orator zelosissimus, at sine moderamine in mores cleri Romani et Pontificis Alexandri VI. detonans, litesque funestas inter Florentinos seminans, carceri mancipatus et anno 1498. ad rogum condemnatus [2]). Opera ejus sunt α) Epistolae diversi generis. β) Opera philosophica. γ) Dissertationes contra Astrologiam. δ) Libri IV de simplicitate vitae Christianae. ε) Liber egregius de triumpho crucis. ζ) Conciones plures, sed ad indicem librorum prohibitorum relatae [3]). IX. Thomas a Kempis (Hamerken) in exiguo ad Coloniam oppido natus, Canonicus regularis in monte S. Agnetis dioecesis Ultrajectensis, vir pietate et scientia insignis, cujus nomen in tota Ecclesia venerandum. Mortuus 92. aetatis, salutis autem 1471. anno. Sub ejus nomine exstant IV Libri de imitatione Christi; opus celeberrimum, an tamen illi adscribendum sit, inter Canonicos regulares et Benedictinos ab antiquo disputatur. Hi enim posteriores

---

[1]) Oudin. Comment. Script. eccles. T. III. p. 2707. et seq. Goezii Comment. de Joan. Wesselo Lubl. 1719. Van der Hardt memor. Joan. Wessel Gröning. Frid. Fabricii. bibl. lat. med. T. IV. p. 492.

[2]) Joan. Pici vita Savonarolae in G. Batesii vita cel. viror. Londini 1681. Eccard scriptor. ord. Praedicat. T. 1. p. 884. Trithem. de scriptor. eccles. additam. c. 6. A. Touron. hist. des hommes illustres de l'ordr. de S. Domin. T. III. p. 571.

[3]) Scripta ejus singillatim tantum edita sunt.

lud Joanni Gersen abbati Benedictino Vercellensi adscribunt [1]. At primorum argumenta ex notis internis petita pro ipsorum sententia magis pugnant quam pro secunda [2]. Reliqua opera ejus sunt sermones sacri et varii tractatus, unctione et spiritu insignes. X. Joannes Trithemius loco natali prope Treviros sito sic dictus, ord. S. Bened. professor, dein abbas Herbipolensis, eruditione insignis bibliothecam in Spanheim, ubi prius abbatis munus gesserat, resuscitavit, anno 1516. mortuus. Opera ejus sunt α) Catalogus scriptorum ecclesiasticorum. β) Chronicon monasterii Hirsaugiensis ab anno 830—1514. γ) Chronicon monasterii Spanheim. δ) Chronicon monasterii S. Jacobi Majoris etc. [3]. XI. Gabriel Biel Spirensis in Uracensi Ecclesia Praepositus, et professor Tubingensis, ad societatem clericorum vitae communis transiens, vir doctus et ad meliores scholasticos suae aetatis relatus. Opera ejus sunt α) Commentarii in IV libros sententiarum magistri. β) Expositio canonis Missae. γ) Varii sermones. Anno 1495. mortuus [4]. XIII. Joannes Capistranus ex nobili stirpe ortus, nomen a Capistrano Brutiorum oppido sortitus, ordini seraphico cum consensu uxoris adscriptus, tantum sanctitatis nomen consecutus, ut apud omnes Pontifices aevi sui optime audiret, a Calixto III. haereticae pravitatis inquisitioni praeficeretur, et multos converteret. Turcarum Sultanum vexillo Crucis copias ducens Belgrado in fugam conjecit. Anno 1456. in Hungaria mortuus, et serdius Sanctis adscriptus. Opera ejus sunt Tractatus diversi, qui eruditionis ejus in Theologicis et Jure testimo-

[1]) Recentissime eandem sententiam defendit Georg Gregory in Denkschrift über den wahren Verfasser des Buch's von der Nachfolge Christi, übersetzt von Weigl. Sulzbach 1832.

[2]) Trithem. de scriptor. eccles. c. 707. Du Pin Nouvelle biblioth. T. XII. p. 101. 151. et seq. Jac. Revius Hist. orbis Daventriens. Lugd. Batav. 1650. 4. p. 6. Desbillons disp. qua libror. de imitat. Christi auctor Thomas a Kempis probat.

[3]) Bönicke Grundr. einer Gesch. d. Universit. zu Würzb. 1782. Fabricii biblioth. lat. aevi med. T. IV. p. 451. Opera ejus vulgata Francof. 1601. II. T. fol.

[4]) J. Jac. Moser vitae professor. Tubing. ord. theol. Tubing. 1718. 4. Fabricii bibl. lat. aevi med. T. III. p. 1. et seq. Gottl. Wernsdorf. de Gabr. Biel Antipapista Wittenb. 1719. 4. De operib. illius leg. Hamberger Zuverläss. Nachricht. T. IV. p. 822.

nium praestant [1]). XIV. Joannes Geiler Caess tanus, Schafhusiae natus anno 1445. Theologiae qui oratorem sacrum Argentorati egit, et contra ecclesiasticorum impavide concionatus est. Opera e 110 sermones, quibus variae stultitiae genera iron scribit, et clericis praesertim monachis nihil parc Oberlin de Joanne Caesaremont. Script. Argent. 1787. 4. Melch. Adami vitae Theolog. nor. p. 6—11. Bouterveck's Gesch. der Poe Beredsamk. T. IX. p. 580.

Caput III.

De Doctrina Catholicorum.

§. 63.

Ejus Summa.

Ecclesiam Catholicam hujus periodi etiam pen tinua haereticorum molimina unam, eandemque se immotam fidei morumque doctrinam retinuisse, quis teatur oportet, qui scriptorum ecclesiasticorum o acta conciliorum vel obiter inspexerit. Ut adeo Pr tium commenta, quasi legi et praeceptis sanctissim sti et Apostolorum inventa Pontificum et monachor trusa fuissent, historica veritate et sinceritate su futentur. Id solum concedimus, plures fidei articul rum mentio expressa quidem ni Sacro Codice aut lis vetustioribus non legitur, qui tamen in Tradition per continebantur, propter veritatis claram expos aut occurrentem necessitatem hoc tempore uberius citos et majori in luce collocatos, seu theologice l definitos fuisse. Ita concilium Lugdunense II. non s Florentinum Ecclesiae Catholicae dogma de Spiri Patre, Filioque processione, quod inde ab antiquo batur, contra Graecos clarius ac antea explicuit el ravit additione particulae: Filioque, neque con

[1]) Wadding de scriptor. ord. minor. p. 196. et seq. Oudin. (scriptor. eccles. Tom. III. p. 2460. et seq. Fabricii biblioth. med. Tom. 1. p. 913. et seq.

eque diversum aliquid additum, sed doctrinae Christi et postolorum, fidei symbolo et patrum doctrinae conforme ljectum fuisse [1]). Ita Eugenius IV. Pontifex in de- 'eto de Armenorum institutione dogma Ecclesiae Catholi- ie de septem sacramentis, quod jam Petrus Lombar- is, Hugo a S. Victore, Petrus Blesensis iique Theologi scholastici distincte docebant, solide ex- mit, atque Ecclesiae Latinae et Graecae consensu con- mat [2]). Circa doctrinam de Eucharistiae sacramento ni- l novi definitum, ut falso contendunt Protestantes [3]), sed tustissima Ecclesiae fides de commutatione panis et vini corpus et sanguinem Christi a Synodo Lateranensi IV. lut dogma exposita [4]) et vocabulum Transsubstantiatio- s, quo jam Petrus Blesensis [5]), Hildebertus enomanensis [6]) et Fulbertus Carnotensis [7]) utebantur, modalem adprobationem tulit. Quod sanctum confessionis icramentalis praeceptum attinet, illud supposuit conci- um Lateranense IV. dum can. 12. statuit, ut singuli fide- s illud conscientiose impleant, ac ad minus in paschate ucharistiae Sacramentum reverenter suscipiant [8]). Non similiter dogma vetustissimum Ecclesiae Catholicae de eneralium conciliorum in definiendis fidei morumque ob- ectis vi et potestate non solum in conciliis hujus temporis pote Constantiensi [9]) et Basileensi [10]) stabilitum, sed tiam a Petro Alliaco, Joanne Gerson, Aenea

---

1) Mansi in coll. concil. T. XXIV.
2) Petr. Lomb. Libr. IV. sententiar. dist. 2. Hugo a S. Vict. L. I. de cerem. Sacrament. c. 12. Concil. Constant. sess. 15. Richard Poore episc. Sarum, apud Mansi T. XXII.
3) Jablonszky in Instit. Hist. Christ. T. I. fabulatur dogma Transsubstantiationis in concilio Lateranensi a. 1215. de novo stabilitum in tota Eccles. Latina nunc jam introductum fuisse, illudque esse dogma Antichristianum.
4) Canon. II. apud Harduin Tom. VII. et Mansi Tom. XXII.
5) Epist. 140.
6) Operum pag. 513. 719.
7) Epist. I. p. 10. Vid. Arnaldi et Nicolai perpetuité de la foi.
8) Mansi T. XXII.
9) Sess. IV. et V. Mansi T. XXVII. et Van der Hardt acta magn. Oecumen. Concil. Const.
10) Sess. III. Harduin in concil. T. VIII. Herzheim concil. Germ. T. V. Lenfant hist. de la guerre des Huns et du Conc. de Basle. Aeneas Sylv. Lib. III. de concil. Basil. Richer Hist. concil. general. L. III.

Sylvio aliisque doctoribus Catholicorum explanatum. Porro sacerdotem etiam improbum valide administrare Sacramenta, dummodo intentionem habeat faciendi id, quod facit Ecclesia, hac periodo universaliter credebatur, ideoque Waldensibus et Wiclefitis contrarium docentibus anathema dictatum [1]. Ecclesiae Catholicae dogma de Ecclesia vera non e solis praedestinatis composita confirmavit concilium Constantiense et Joannem Huss, qui oppositum tenebat, proscripsit [2]. Denique dogma de Romani Pontificis Primatu et particulares [3] et generales synodi [4] stabilivere. Reliqua dogmata Ecclesiae Catholicae, quae hoc aevo vel novitus exposita, vel propter haereses clarius exposita sunt, tunc recensebo, ubi materia de haeresibus et conciliis pertractabitur.

§. 64.

Iconoclastarum lites renovantur.

Licet cultus sacrarum imaginum in concilio Nicaeno II, pristino honori restitutus fuerit (period. II. §. 97.) aevo tamen hoc is novis persecutionibus expositus fuit, donec tandem his quoque superatis per totum, qua late patet, orbem Christianum ad hodiernum usque diem propagatus, nullam amplius notabiliorem adversitatem experiretur. Series rerum sic se excipit: Sub Nicephoro imperium Orientale depulsa Irene occupante, et ejus successore Michaele Curopalate ss. imaginum cultoribus quietos esse licuit [5]. Verum Leo Armenus, qui Michaeli successit, tanto crudelius eos persecutus est. Cum enim is Nicephorum Patriarcham Constantinopolitanum provocaret, quo doctrinam de sacrarum imaginum cultu e documentis Apostolorum et primorum Ecclesiae patrum probaret, hic vero reponeret traditionem sufficere etiam non scriptam ad idem docendum, imo Theodorus Studita

---

[1]) Vid. Concil. Trident. sess. VII. de sacram. in genere Can. 12.
[2]) Vid. Hardt acta concil. Constant. T. IV. Natal. Alex. H. E. sec. XV. et XVI. T. IX. et X. p. 288.
[3]) Synod. Oxoniensis an. 1408. contra Wiclef. Vid. Labbeus Tom. XI. Harduinus T. VIII.
[4]) Synod. Constantiensis et Basileensis in Van der Hardt. loc. cit.
[5]) Theophanes, Zonaras, et Cedrenus.

ıs, aliique monachi audacter declararent, negotia fidei in palatio, sed in Ecclesia tractanda, neque decens , ut ea, quae concilio definita sunt oecumenico, re-entur [1]), litesque hinc augerentur [2]), Leo imperator ato anno 815. decreto ss. imagines sufferi jussit, et ephorum Patriarcham decreto huic reluctantem in um relegavit [3]), ac successorem ei Theodotum siterra imaginum persecutorem assignavit. Hic mox iliabulum Constantinopoli celebravit, in quo reprobata do Nicaena II. omnem sacrarum imaginum cultum con-ıavit. Cujus decreti is fuit effectus, ut imagines sacrae cclesiis et domibus sublatae, ac monachi, aliique in um pulsi, aut gravissimis poenis mulctati fuerint [4]). ituta sub Michaele Balbo tantisper pax non diu vit, nam filius ejus Theophilus tantus inimicus arum imaginum fuit, ut earum etiam picturas vetuerit, on parentes Catholicos carceribus et morte affici cu-rit [5]). Melior tamen sors illuxit sub Theodora prio-idua, quae devotissima et cultui sacrarum imaginum ctissima imperatrix, senatus et optimatum consiliis ad-, anno 812. synodum Constantinopolitanam convocans, eta synodi Nicaenae II. instauravit, Methodium as adversitates ob cultum sacrarum imaginum perpes-Patriarcham urbis regiae nominavit, et sacrarum ima-m cultum solemniter reduxit [6]). Ita honor imaginibus is postquam eae bellum centum annorum et ultra susti-ent, tandem in toto fere Oriente revindicabatur, ne-ab ullo unquam imperatore Romano amplius impugna-:, imo ad veram Orientis fidem eatenus perpetuo con-ndam festum quavis Dominica prima Quadragesimae lendum instituebatur. Vid. Leo Allat. de Methodio 31. Fabricius Biblioth. Graec. vol. V. p. 259.

Michael monachus in vita Theodori Studitae.

Theodorus Studita epist. 2. lib. II.

Anonymus in Histor. Leon. Armeni. Ignatius in vita Nicephori.

Vid. Baronius ad. an. 818.

Spanheim Histor. imagin. rest. p. 586. et seq.

Theophanes Cedrenus et Leo Allatius de Methodio p. 361. narrant. Vid. etiam Fabricius B. Graec. vol. V. p. 259.

§. 65.

Communio sub una specie.

Quamvis Christus Apostolis suis Eucharisti utraque specie porrexerit [1]) et quandocunque sacr hoc in novo Testamento memoratur, fere semper u speciei mentio fiat, semper tamen Ecclesia pra Christi de sumenda Eucharistia ita intellexit, ut ad integritatem Sacramenti non spectare communio utraque specie. Doctiores enim Theologi scholasti bant nihil decedere perfectioni Eucharistiae sacrar porrigatur populo corpus sine sanguine, cum tot stus contineatur sub specie panis, imo eos in err sari, qui asserunt utriusque speciei participatione lutem consequendam requiri. Talis erat Guilel Capellis, qui plane scripsit, haeresim comitte qui ait utramque speciem sumi oportere [2]); Rud abbas S. Trudonis presbyterum hortatur [3]), aegris aut sanis tribuat de sanguine Christi tum i aliqua ratione effundatur, tum ideo, ne simplices non esse sub utraque specie totum Christum. Ider etiam Robertus Pullus [4]). Idem sensit S. Bo tura et S. Thomas Aquinas, quos cuncti se tur Franciscani et Dominicani. Tandem a concilio (tiensi sess. XIII. contra Bohemos sancitum, ut om les laici sub una solum specie, idque jejuno s communionem sumant, declaratumque est ab eod cilio, ritum hunc ob pericula et scandala legitim ductum, ac in omnes presbyteros, qui sanctum Euc sacramentum sub utraque specie dispensarent cens madvertendum esse. Successu temporis postquam praesertim Calixtini ope legationis nuntiarent Cath paratos esse ad unitatem ecclesiasticam resumenda modo ipsis calicis usus concedatur, concilium Ba

---

[1]) Matth. XXVI. 26—28. Marc. XIV. 22. Lucas XXII. 19. Paul. XI. 23.

[2]) E manuscript. in Mabill. act. SS. Ord. S. Bened. seculi III. Nro. 75.

[3]) E manuscript. in Bona rer. Liturg. L. II. c. 18.

[4]) Sententiar. P. III. c. 3.

ssione 30. sacerdotibus eorum concessit, ut in Bohemia Moravia fideles, qui annos discretionis assecuti id pie devote peterent, sub utraque specie communicare post, eo tamen adjecto, ut eos exacte instruerent, Chrim integrum et totum sub qualibet specie esse. De hac teria Protestantes plures scripserunt, verum fere omnes n partium studio. Tales sunt I. A. Schmidt in opere fatis calicis eucharistici in Ecclesia Romana a concilio nstantiensi usque ad nostra tempora Helmstadt 1708. 4. lixtus de communione sub utraque specie. Augusti Denkwürdigk. aus der christl. Archaeologie 8. B. 393. et seq. item 485. et seq. Spittler Gesch. des Kelch's Abendmal. Lemgo 1780. 8. I. G. Walch compend. ann. eccles. p. 200. et seq.

§. 66.

Status Theologiae.

Quamquam modus doctrinam Religionis exponendi hac riodo conformis fuerit exili conditioni, quam scientiae periebantur, quovis tamen seculo unus alterve reperitur, i scientiarum reliquias colligebat, easque verbis aut riptis exponendo universalem interitum praevertebat. Ita ad studium biblicum attinet, Graeci nihil aliud fere fabant quam textus patrum Scripturam Sacram interpretium colligebant, eosque ad marginem Sacri Codicis ribentes, sic dictas catenas concinnarunt [1]). Inter eos, i ex Graecis Scripturam Sacram interpretati sunt, mame excelluit Photius seculi IX. scriptor, esto et ille mi interpretis partes haud expleverit. Seculo X. solus ecumenius episcopus Trecensis in Thracia Commentaum in Actus et Epistolas Apostolorum scripsit. Seculum XI. obis fere solum Metropolitam Heracleensem Thraciae nomine Nicetam recenset, qui catenam in Librum Job cripsit. Latini plures erant, qui Scripturam Sacram interpretabantur. Tales erant Christianus Druthmanus monachus Corbejensis, qui expositionem in Matthaeum cribendo sensum literalem plus quam mysticum secutus

[1]) Catenas Patrum recenset Fabricius in Bibl. Graec. vol. VII. p. 727. et seq.

est. Rabanus Maurus, qui expositiones in Matthaeum et Epistolas Pauli, Walafridus Strabo, qui Glossas in Biblia publicavit. Remigius Antisiodorensis, qui Graecam et Hebraicam callens Parisiensis universitatis magistrum egit. Hincmarus Rhemensis miscellaneorum in 4 libris auctor. Allegoricas interpretationes autem sectabantur Haymo episcopus Halberstadensis, Joannes Erigena, Paschasius Radbertus et alii plures. Quod Theologiam Dogmaticam attinet, eam tenui methodo tractabant, memoriam magis onerantes, quam judicium perficientes, ac cor penetrantes. Cujus rei indicio sunt Lupi Servati Collectaneus de tribus Quaestionibus et Remigii Libellus de tenenda Scripturae veritate. Cumque Joannes Erigena, Lanfrancus, Anselmus aliique horum vestigia secuti Philosophiam Aristotelis cum Theologia conjungerent, Theologiae scholasticae initia posuere [1]). Cultores ejus, seu Theologi scholastici passim in tres classes dividuntur. Ad primam spectant seculi XI. et XII. Theologi, imprimis Anselmus, Roscellinus, Hildebertus, Petrus Abailardus, Hugo a S. Victore, ac Petrus Lombardus etc. Hi acumine ingenii et subtilitate dogmata Christiana exponebant quidem, principia tamen doctrinae ecclesiasticae presso pede sequebantur [2]), excepto Roscellino et Abailardo, qui haereseos suspicionem incurrerunt. Inter illos autem maxime excelluit Petrus Lombardus Theologicae Scholae Parisiensis praeses celeberrimus, et urbis episcopus (§. 57.) Ad secundam classem referuntur illi, qui philosophiam peripateticam (Aristotelem) adeo adamarunt, ut eam fere solam ceu codicem rationis spectarent, multaque Religionis capita novis terminis explicarent, nonnunquam adeo obscure, ut eos pauci mente assequerentur, licet fatendum sit, eos veram fidei doctrinam, et sana morum praecepta nunquam neglexisse. Tales erant Alexander Halensis, Thomas Aquinas, Albertus M. Bonaventura, Jo-

---

[1]) Histoire litter. de la France T. VIII. Brucker Hist. Crit. Philos. T. III. Fabricius in bibl. lat. aevi med.

[2]) Anselmi L. II. ep. 41. ad Fulconem et de incarnat. verbi c. 2. Hildebert. tractatus theolog. in excerpto apud Schroeckh T. 23. p. 401.

annes Duns Scotus et alii (§. 59.) qui a seculo XIII. usque medium XIV. circiter vixerunt [1]. Classis haec in Thomistarum, Scotistarum, et Aegidianorum scholam subdivisa est. Tertiam classem scholasticorum constituebant Durandus, Guilelmus Occam, Petrus de Alliaco, Gabriel Biel et alii a medio seculi XIV. usque initium seculi XV. viventes (§. 60 et 61.), qui tamen plerique doctrinam sanam subtilitatibus philosophicis et argu-s quaestionibus nonnunquam ad risum usque cumularunt, t terminis barbaris deturparunt [2]. Quantum ad Theologiam moralem fatendum quidem est, doctores hujus temporis magnam ei operam impendisse, vixque existere hominis christiani officium, aut virtutem in operibus eorum non explicitam, verum id passim sine systemate et delectu praetiterunt [3]. Donec tandem et Theologiae mysticae usus um per monachos, tum per Dionysii Areopagitae scripta propagata invaluisset, qui Caroli Calvi commendatione probatus majora sensim incrementa coepit.

§. 67.

Controversia theologica Paschasii Radberti.

Non parvam attentionem excitavit controversia de modo praesentiae Corporis et Sanguinis Christi in Eucharistia inter Gallos seculo IX. mota. Licet enim omnes tenerent verum Christi Corpus et Sanguinem in Eucharistia adesse, de modo tamen hujus praesentiae varie sentiebant, cum nulla adhuc Ecclesiae lex definivisset, quid de hac re credendum sit. Occasionem controversiae dedit liber: De Corpore et Sanguine Domini, quem Paschasius Monachus Corbejensis anno 831. vulgavit, in quo docuit, post consecrationem praeter figuram panis et vini nihil ad-

---

[1] Alexandr. Hal. Summa univ. Theolog. in IV. Part. Thomae Aquin. Comment. in IV. Libr. sentent. Petri Lomb. summa Theol. in III. Part. Alberti M. Comment. in IV. Libr. Sentent. Bonavent. Comment. in IV. Libr. Sent. porro Brevilog. et Centiloquium.

[2] D'Argentrée de novis errorib. T. I. p. 337. Baluzius Miscell. T. IV. p. 531. et seq. Brucker Hist. Crit. Philos. Tom. III. p. 809. et seq. Frobese de Buridano ejusque asino Helmstadt 1748. Wundt de Marsilio Inghen etc. in Waldau thesaur. biogr. T. I. Nro. 6.

[3] Odonis abbatis Cluniac. moralia in Job. ex Gregor. M. libris desumta. Bedae et aliorum homiliae.

esse, quam Christi Carnem et Sanguinem, eande
quae ex Maria nata, eundemque Sanguinem, qui
latere manavit [1]). Doctrina haec praesertim v
ejus pars, quae licet hucdum penitus ignota non
pote in se clarissima et in operibus patrum con
nullis nova et offensiva esse videbatur, eamque
runt Rabanus Maurus, Joannes Erigena,
Unde Protestantes nonnulli contendunt, Pas
primum fuisse, qui novam doctrinam de dogmat
stico divulgaret, et carnalem praesentiam Christi
ristia adfirmare auderet [2]). Verum in errore vers
testantes, nam doctrina de reali praesentia Corp
et Sanguinis in Eucharistia omnibus nota et pr
neque ullus Paschasium hoc obtutu impugnavit
Joannes Erigena Scotus, qui secundum E
testimonium docuit: Sacramentum Eucharistiae
verum Corpus et Sanguinem Domini, sed ejusde
riam. Ceteri omnes cum Paschasio Radbe
tum ad essentiam et articulum fidei convenerunt,
alium loquendi modum tenuerunt, asserentes n
in Eucharistia idem Christi Corpus relate ad exi
dum. Nam nonnulla de Corpore Christi in Euch
apse praedicari possunt, quae illi, dum inter ho
sabatur, non conveniebant, uti quod caruerit
locali, quod per se non moveretur, manducaret
his proinde satis clarescit, universam contro
modo explicandi existentiam Christi, non aut
sterii essentia suscitatam fuisse. Et profecto si Pa
attentasset, novam hactenus inauditam, et fidei
tem doctrinam in medium proferre, non illum pe
rum spatium tanta benevolentia complexi fuisse

---

1) De Corpore et Sanguine 831. edit. Studio Joan. a Fuch 1616. 8. et in Martene et Durandi collect. ampliss. vete IX. p. 367. et seq. Idem docuit Hincmar. Rhemens. ep Calv. de cavendis vitiis — c. 12.

2) Nonnulli plane eo delapsi sunt, ut Paschasio ejusque di miniosum nomen Stercoranistarum adtribuerent, uti Ch. diss. de Stercoranistis med. aev. Tubing. 1750. et seq.

3) Tales erant Joh. Gast. Lutheran. Matth. la Roque Calvi l'Eucharistie Amsterd. 1671. 8.

illum tanto in pretio habuissent reges, ut ad concilia aretur. Imo patres synodi Parisiensis de anno 846. a privilegia monasterii Corbejensis, quod Paschasius ebat, concederent, Venerabilem Fratrem Radbertum libus extollunt. Vid. Dupin Histoire des controvers. tées dans le IX. Siecle. Item Ant. Arnauld la perpétuité de la foi touchant l'Eucharistie.

§. 68.

Controversia Gotteschalci.

Ecclesiam Francogallicam inde a medio seculi IX. lis de praedestinatione suscitatis perturbavit Gottesalcus Orbacensis in dioecesi Suessionensi monachus, redux ex itinere Romano apud Eberardum comitem rojuliensem anno 848. divertit, et cum Nottingo episo Veronensi, qui aeque ibidem morabatur in literarios mones descendens, duplicem praedestinationem adstru-, unam quippe eorum, qui vitam, aliam eorum, qui mora aeternam consequuntur [1]), hancque sententiam suam coram episcopo et coram Eberardo propugnavit. Rabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus de hac doca Gotteschalci per Nottingum informatus, non solum ris ad Eberardum exaratis sententiam de praedestitione malorum ad mortem aeternam refutavit, cum per ila Deum velut auctorem interitus hominum statui videret, etiam opusculum ad ipsum Gotteschalcum refellendum no 848. divulgavit [2]). Hanc Rabani oppugnationem aegre ens Gotteschalcus doctrinam suam concilio Moguntino dem anno celebrato obtulit, et concilii praesidi Rabano uper libellum praesentavit, quo eum propter impugnatam edestinationem malorum ad mortem vellicabat. Licet aut Gotteschalcus non aliud sensisse videatur nonlis, quam praedestinationem ad mortem propter demei, praedestinationem vero ad vitam propter merita a Deo i, se attamen ita dubie expressit, ut sententiae ejus eres proderent. Quare examinata in concilio ejus profes-

---

1) Hincmarus lib. de praedest. Dei et lib. arb. item epist. ad Nicolaum I. nec non Annales Bertini ad an. 849.
2) Praefatio Rabani ad Nottingum.

sio condemnata, doctrina ejus velut haeretica proscripta, ipse vero Hincmaro Rhemensi, cujus dioeceseos presbyter erat fine custodiae transpositus est, ne alios in errorem seduceret [1]). Hincmarus recipiens Gotteschalcum anno insequente synodum cum episcopis provinciae suae celebravit, in qua Gotteschalcus propter errores et defectus morales presbyteratu exauctoratus est. Cum vero turbas et civiles et ecclesiasticas excitasset, carceribus mancipatus, postea flagris caesus, neque prius e carcere dimissus, quam vitam finivisset [2]). Sententiae ab quas subsumebatur erant: I. Deus non omnes homines, sed solum ad beatitatem praedestinatos vult salvos fieri. II. Christus non pro omnibus hominibus, sed tantum pro praedestinatis ad vitam aeternam mortuus est. III. Homines libero arbitrio per Adami peccatum privati, libere unice malum agere possunt [3]). Gotteschalcus e carcere duas publicavit fidei suae professiones, verum adeo dubias, ut difficile fuerit intelligere, an praedestinationem reproborum ad poenam solum, an vero etiam ad culpam adstruat, ideoque Ecclesia Gallicana relate ad illum in duas partes scindebatur, una eum defendente [4]), altera vero condemnante [5]). Quamvis autem agnoscere debeamus, Gotteschalcum fuisse virum acutae mentis et vastae doctrinae, eum tamen subtilitates et innovationes studiose quaesivisse, inconstantem et pacis publicae turbatorem fuisse nullus dubitat. Circa annum 868. mortuus in carcere, et extra monasterii ambitum absque cantu tumulo illatus est. Vid. Hincmarus Libr. de non trina Deitat. Gilbert Maugin veter. auc-

---

[1]) Rabani epist. ad Hincmar. epist. trib. de praedest. Dei advers. Gotteschalc. edit. a Sirmondo item in ejus operib. T. II. p. 1289. et in Maugin vet. auctorib. de praedest. etc.

[2]) Hincmar. de praedest. c. 2. Harduin. concil. T. V. p. 17.

[3]) Amolonis epist. ad Gotteschalc.

[4]) Ex hac erat Prudentius Tricassinus episcopus in singulari opere, quod legi pot. in Celloti operib. miscell. ad histor. Gotteschalci opusc. III. p. 420. et seq. Ratramnus in libr. de praedest. Lupus servatus in epist. 128. ad Carol. Calv. reg. et in epist. 129. ad Hincmar. nec non in libr. de trib. quaestion. Remig. Lugdunens. Archiepiscop. et alii. item integra concilia uti Valent. III. Lugd. et Tullens. vid. Mansi T. XV. p. 1. et 525. et seq.

[5]) Ad hanc spectab. Raban. Maur. cum concilio suo, et Hincmar. pariter cum concil.

r. qui seculo IX. de praedest. et gratia scrips. Natalis lex. dissert. 5. in Hist. Eccl. secul. IX. et X. Du'Pin st. des controverses traitées dans le IX. siecle. Cellot stor. Gotteschal. et accurata controversiae per eum reicatae disput. Liber histor. Gotteschalcor. Lip. 1712. 4. . G. Gesch. Merkwürdigk. aus dem Leben Hincmars Gotgae 1806. 8.

§. 69.

Controversia Berengarii.

Funestam seculo XI. excitavit controversiam Berenarius Turoni in Gallia natus, archidiaconus Andegavensis, i dum adhuc in schola Fulberti magistri versaretur, n ob neotericum spiritum admonitus [1]), nunc jam pluries contra se propter heterodoxam doctrinam de Eucharia excitavit, et multa adversa passus est. Docuit autem erengarius in altaris sacramento solam figuram, similtudinem, et pignus Corporis Christi et Sanguinis adesse; ita alios autem statuit, fieri quidem in Eucharistia Corpus hristi, sed ita, ut ipse panis illud Corpus sit, adeoque imnationem adstruxit [2]). Utramque hanc sententiam erengarii asseclas tenuisse ita, ut una pars unam, alia aliam propugnaret, testatur Witmundus Aversanus Italia Episcopus et Cardinalis. Cum doctrina haec dogti catholico de Eucharistia adversaretur, et epistola Berngarii intercepta Leoni IX. Papae praesentaretur, anno 1049. Romae, anno insequente Vercellis concilm congregans, Berengarii doctrinam proscripsit, mque auctor ipse comparere personaliter detrectaret, lam illum ut haereticum e sinu Ecclesiae exclusit. Synos Vercellensis porro doctrinam Erigenae Scoti . 53. et 67.) quam Berengarius adoptaverat, condemna-

---

[1]) Histoire litt. de la France T. VII. p. 107. et seq. Franc. de Roye de haeresi et poenitent. Berengarii, item Vita Berengarii in Hildeb. Cenoman. operib. p. 1324. et N. Dassovii dissert. de haeresi Berengarii Gryphisii 4.

[2]) Berengarium scriptis Erigenae potius, quam Jos. Albonis Judaei de fundam. leg. Mosaicae in errorem inductum fuisse Natal. Alexander probat inde, quod Jos. Albo 300 annis tardius vixerit ac Berengarius vid. Natal. Alexand. H. E. secul. XI. et XII. diss. I. art. II. p. 216.

vit [1]). Berengarius autem admonitus errores su Romae et Vercellis coram synodo revocavit, librum genae igni devovit et fidei professioni sibi propositae scripsit quidem, at tardius errores suos novitus propı vit non obstante paterna Alexandri II. Pontificis reptione. Quare et Lanfrancus et integrae synodi ciatim Rothomagensis anno 1063. Romana sub Gr rio VII. anno 1079. celebrata eum rursus refutarui ad novam fidei professionem disposuerunt sequentem: nis et vinum altaris verbis consecrationis substantiali veram et propriam Christi carnem et sanguinem con tur, estque verum Christi corpus e Maria natum, qu cruce passum est, quod ad dexteram Patris sedet, et Christi sanguis, qui ex ejus latere emanavit, et haec dem non per signum et virtutem Sacramenti, sed in prietate naturae et veritate substantiae.“ Post haec (gorius VII. Berengarium ab omni instructioı disputatione de Eucharistia cohibitum ad lares patrios sit [2]). Licet autem Berengarius postea etiam in (fidei professione vacillaret, versus finem vitae tamen i sula Cosmae prope Turones inter asperrima poenit opera vitam duxit et anno 1088. qua nonagenarius eı tus est. Illum ad extremum vitae suae in orthodox constantem mansisse et post retractatos errores su aliam vitam poenitentem migrasse testantur Guiliel Malmesbury et Matthaeus Paris. Idem confii laudes Clarii monachi Floriacensis, Hildeberti (manensis in eum effusae tanto magis quod Dupin s Berengarii memoriam hodiedum apud Turonenses brari. Vid. Dupin histoire des controverses traitées l'onzieme siecle. Item Lessingii Berengarius Turon

§. 70.

Controversia Abailardi.

Quam immaturae parumque sobriae fuerint schol

---

1) Lanfrancus libr. de Corp. et Sang. Domini Cap. 1. Anonym. Ch in opera de Berengarii damnat. multipl.

2) Bertholdi Constantiens. Chronicon et Lanfranc. liber de corp. et s Domini. c. 2.

corum subtilitates, quibus dogmata explicare solebant, extra dubium collocant illius temporis controversiae theologicae, quae pacem Ecclesiae Occidentalis perturbarunt. Ita seculo XII. Petrus Abailardus magnam attentionem excitavit, qui in explicanda fidei doctrina principium tenens: A Christiano omnem doctrinam relinquendam esse, quam mente non assequitur [1]), naturam Dei et mysterium SS. Trinitatis adeo subtiliter et argute exposuit, ut tam privati doctores quam concilia eum de haeresi accusarent. Errores ejus recensens S. Bernardus de illo scripsit: Cum de Trinitate loquitur, sapit Arium, cum de gratia Pelagium, cum de persona Christi Nestorium. Doctrinam vero sequentem vulgavit: 1) Patrem esse omnipotentem, Filium minus potentem, Spiritum S. impotentem. 2) Spiritum S. quidem ex Patre et Filio procedere, sed non esse de Patris, Filiique substantia. 3) Christum non fuisse factum hominem ut nos redimeret. 4) Deum nec posse, nec debere mala impedire. 5) Hominibus non imputari culpam peccati originalis sed poenam. 6) Potestatem ligandi et solvendi tantum Apostolis, non autem etiam successoribus eorum fuisse collatam. 7) Homines operibus nec meliores nec pejores fieri [2]). Doctrina Abailardi in synodo Senonensi anno 1140. coram Ludovico VII. Galliae rege, S. Bernardo, et aliis celeberrimis viris discussa, et proscripta est, persona auctoris salva relicta. Cum vero Abailardus ad Innocentium II. P. appellaret, hic vero synodi actis et S. Bernardi literis perlectis synodum adprobasset, libros Abailardi in flammas projici, eum vero custodiae tradi jussit [3]). Composuit demum hos motus prudentia et charitas Petri Venerabilis Cluniacensium abbatis, qui Abailardum S. Bernardo et Innocentio II. Pontifici reconciliatum suavibus verbis eo disposuit, ut

[1]) Abailardi Introd. ad Theolog. L. II. c. 1. opm. pag. 1074.

[2]) Errores hos illi adtribuunt S. Bernard epist. 190. ad Innocent. I. Guillel. abbas S. Theodorici in disput. adv. Abailard. Anonymus in disput. adv. eundem L. III. contenta Tom. III. biblioth. Cisterciens. et Otto Frising. L. I. de gestis Friderici c. 47. item Epistola 187. Bernardi.

[3]) Haec nota sunt ex Goffrido Clarevall. monacho in vita S. Bernardi L. III. c. 5. et ex Ottone Fris. Lib. I. de gest. Frider. c. 48.

reliquos vitae suae dies remotus a Scholasticorum contentionibus pacifice in Cabilonensi Cluniacensium monasterio transigeret [1]). Abailardum omnino emendatum et poenitentem ex hac vita decessisse testis est omni exceptione major idem Petrus venerabilis [2]), et Chronicon Cluniacense. Denique quantumcunque operae impendant historici praesertim recentiores, ut orthodoxiam et innocentiam Petri Abailardi probent, eumque injuria a S. Bernardo affectum fuisse contendant, malam tamen causam eos defendere nullum fere dubium patitur. Nam Abailardum philophismo nimis libero deditum et Religionis mysteria ratione sua metiri, et veritates supra captum humanum positas, naturaliter explicare volentem, in gravissimos errores lapsum fuisse, plus quam certum est. Hos tamen ille vita poenitente in aqua doloris et pane tristitiae ante finem vitae exemplariter reparavit. Vid. Abailard und Dulcin oder Leben, Meinungen, und Schwärmereien eines Philos. von F. Ch. Schlosser Gotha 1807. 8. p. 37—247. Ersch et Gruber allgem. Encyclop. Th. I. p. 29—37. Conf. §. 49. Nro. 1.

§. 71.

Controversia Gilberti Porretani et Roscellini.

Intra breve a praedictis concertationibus tempus S. Bernardus in alteram controversiam satis asperam contra Gilbertum Porretanum olim professorem Philosophiae et Theologiae Parisiensem, nunc Episcopum Pictaviensem se immisit. Episcopus hic ab integra quidem vita et Christiana gravitate commendatus, subtilitatum tamen dialecticarum amantissimus erat, qui cum per Galliam pluribus in locis praesertim vero Parisiis de rebus philosophicis et theologicis sermones misceret, nonnullas sententias etiam paradoxas promulgavit. Ex Ottone Frisingensi [3]) sequentes Gilberti errores fuisse discimus: 1) Divina essentia, vel natura, aut divinitas, qua Deus est, *ab ipso* Deo distingui debet, et Divinitas non est Deus, sed *solum*

---

[1]) Petr. venerab. epist. ad Innocentium II. pro Petro Abailardo.
[2]) Petr. vener. epist. ad Heloissam.
[3]) Libr. I. de gest. Frider. cap. 50.

forma, qua Deus est. 2) Proprietates personarum divinarum non sunt ipsae personae, proinde in Deo distinctio facienda est inter substantiam, qua Deus est, et inter hypostasim. 3) Divina natura non est incarnata, sed persona verbi. 4) Dei filius non est omniscius. 5) Nemo apud Deum mereri aliquid potest praeter Christum [1]. Propositiones Gilberti clerum dioeceseos Pictaviensis praesertim Arnoldum et Calonem archidiaconos tantopere offenderunt, ut Episcopum suum anno 1146. Eugenio III. Pontifici Senis tunc moranti deferrent. Causa haec primum Parisiis, postea anno 1148. in frequentiori synodo Rhemis discussa, et Gilbertus a S. Bernardo aliisque fidei defensoribus erroris convictus est [2]. At cum de symbolo contra errores edendo non convenirent patres, Eugenius Papa doctrinam Gilberti confixit claris verbis praecipiens, ne liber ejus legatur, aut transscribatur prius, quam Sedes Romana eum ab erroribus emendasset. His auditis Gilbertus errores suos ipse proscripsit, ac ad dioecesim suam redire permissus est [3].

Quod Roscellinum canonicum Compendiensem attinet, hic aeque magnus disceptator erat, dialecticorum nominalium fundator et Abailardi magister. Cum vero is non secus ac reliqui nominales assereret „universales conceptus seu ideas nihil aliud esse, quam flatum vocis, imo veram et essentialem realitatem tantum inesse individuis", facile ad eam cogitationem devenit: Tres personas Trinitatis tres esse res, seu realitates ab invicem distinctas, secus enim id sequi deberet, putabat ille, ut Pater et Spiritus S. aeque fuerint incarnati. Differentiam porro hanc illustrabat exemplo trium angelorum, aut trium animarum, reducendo nimirum personarum divinarum unitatem ad voluntatis et consensus unitatem. Talia cum doceret Roscelli-

---

[1] S. Bernard. sermone 80. c. 50. Otto Frising. Libr. de gest. Frider. c. 56. Gaufredus Claraevall. epist. ad episcop. Albanens. Reliqui errores Gilberti leg. in act. concil. Rhemens.

[2] Concil. Rhemense in Mansi Tom. XXI. p. 711.

[3] Gaufredus monach. Claraevall. epist. ad Episcop. Alban. Otto Frising. lib. cit. c. 56. Fabricii biblioth. Lat. L. VII. p. 167. Hist. litt. de la France. D'Argentrée coll. judic. de nov. errorib. T. I. p. 38—42. Neander's Heil. Bernard und seine Zeit. p. 218.

nus alii Sabellianismum, alii Arianismum, alii vero Tritheismum ipsi objiciebant. Licet autem errores suos in concilio Suessionensi anno 1092. revocaret, cum tamen eos novitus spargeret, et ex Gallia et ex Anglia exulare jussus est [1]). Ad quam sortem devenerit postmodum vir hic adeo litigiosus, non constat. Nonnulli opinantur, eum ab Ivone Carnotensi qua consiliis, qua monitis eo permotum fuisse, ut ad saniora rediverit, et in Aquitania vitam poenitentem finiverit. Vid. J. M. Chladenii diss. histor. eccles. de vita et haeres. Roscellini Erlang. 1756. 4. quae reperitur in G. E. Waldan thesaur. bio. et bibliograph. Chemnicii 1792. 8. Boulay hist. univers. Paris. T. I. p. 485. 489. Brucker Hist. Crit. Philos. T. III. p. 904. Contra Roscellin. strinxit calamum Anselmus in Libr. de fide Trinitat. et incarnati verbi.

§. 72.

Schisma inter Graecos et Latinos.

Longiori jam tempore contentiones Sedem Romanam inter et Constantinopolitanam vigebant. Nam antistites Constantinopolitani ab eo praesertim tempore, a quo sedes imperii Roma Byzantium translata erat, indigne ferebant, Pontificibus Romanis primum inter Patriarchas locum relinqui, idque eo magis, quod Constantinopolis nova jam Roma diceretur, imperiumque Romanum in Orientale et Occidentale divideretur. Hinc evenit, ut Constantinopolitani non cives tantum, sed etiam Patriarchae auctoritatem Pontificis Romani vilipenderent, spem sibi formantes, ut in hisce ausibus per suos imperatores etiam contra Romanos protegerentur. Quod licet ipsis imperatores magis probati nunquam praestiterint, praestiterunt tamen tales, quales erant Leo Isaurus et Leo Armenus, quos cum Pontifices Romani propter iconomachiam infestare debebant, Patriarchae tanto magis ad partes suas pertrahere poterant. Non tamen schisma generarunt prius dissensiones hae, quam Photius summae ambitionis vir patriarchatum *Con-*

---

[1]) Anselm. Cantuar. L. II. epist. 35. et 41. Petr. Abailard. epist. 21. ad Paris. episcop. Ivo Carnot. epist. 27.

stantinopolitanum sibi arrogasset [1]). Series rei sic se excepit. Cum Michael III. imperator minorennem adhuc aetatem ageret, Bardas avunculus ejus omnem imperii potestatem sibi asserens, omni etiam morum licentiae indulsit, palamque nurui suae uxoris instar convixit. Abusum hunc Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus Bardae saepius atris coloribus depinxit, eum ad frugem reducere conatus, cum tamen oleum et operam perderet, eum e communione Ecclesiae exclusit. Occasionem de Ignatio vindictam sumendi quaerens Bardas, eam mox invenit. Postquam enim Michael imperator Theodorae filius consiliis Bardae usus, Ignatium jussisset Theodoram viduam matrem in monialem velare, hocque is invita ipsa facere nequiret, Bardas Ignatium velut inobedientem in insulam Therebinthum exulare fecit, sedemque ejus Photio laico, qui intra sex dies contra spiritum canonum per Gregorium Syracusanum Episcopum anno 858. sacris ordinibus initiatus est, contulit [2]). Verum non pauca impedimenta Photio tam ex parte cleri Constantinopolitani, quam episcoporum patriarchatui ingremiatorum ponebantur adeo, ut hi synodum in templo S. Irenes celebrantes, Photio anathema dicerent. Cum tamen et Photio addicti partibus suis non deessent, et anathema in illos pariter vibrarent, Photius per legatos Nicolao I. Pontifici nunciavit, Ignatium ob grandaevum aetatem patriarchatui valedixisse, sibi vero invito per Metropolitas et universum clerum patriarchalem dignitatem collatam fuisse, ideoque se solitas communionis literas submittere. Pontifex rem Rodoaldo et Zachariae episcopis inquirendam commisit quidem, sed hi partim terrore, partim muneribus seducti sententiae conciliabuli a Photio anno 861. Constantinopoli celebrati, in quo Ignatius velut inhabilis munere suo exutus erat, subscripsere. Imo Photius exauctoratum Ignatium militibus traditum

---

[1]) Maimbourg hist. du schisme des Grecs. Natal. Alexand. diss. IV. de schism. Photii H. E. sec. IX. et X. Leo Allatius de consensu utriusq. Eccles. L. II. c. 4. 7.

[2]) Le Quien Orien. Christ. T. I. p. 246. Hancke de Hist. Byzant. script. p. 269—396. Fabric. bibliot. Graec. vol. IX. p. 369.

tamdiu afflixit, quoad ipse dictatam sibi sententiam publice ex cathedra basilicae Apostolorum promulgaret. Quo praestito post multas alias adversitates Ignatius tandem ab imperatore et Barda impetravit, ut in monasterio quopiam vitam agere possit. De his cunctis informatus Nicolaus I. Romae anno 863. concilium celebravit, ac legatos suos, qui contra mentem ipsius omnia egerant, excommunicavit. Photium e statu clericali exclusit, Ignatium pristinae sedi restituit, ejusdemque hostes clericos depositos, laicos e sinu Ecclesiae ejectos promulgavit, tandem episcopos aliosque clericos propter fidem Ignatio servatam sedibus privatos, in integrum reponi jussit. At Photius his tam parum turbatus, ut et ipse in conciliabulo anno 867. celebrato Nicolao Pontifici et omnibus adhaerentibus ejus vices excommunicationis rependerit [1]). Postea encyclicas ad omnes Patriarchas et Episcopos Orientis dimisit, in quibus Latinae Ecclesiae sequentia criminationis puncta exprobravit: 1) Quod contra Ecclesiae canones die sabbati jejunet. 2) Quod diebus jejunii lactis et casei usum admittat. 3) Quod conjugia clericorum damnet. 4) Quod teneat sacramentum confirmationis a solo episcopo administrari posse. 5) Quod symbolo Constantinopolitano particulam Filioque addiderit [2]). Ceterum paulo post situs alter rerum invaluit. Nam Basilius Macedo in locum caesi a militibus Michaelis anno 867. electus imperator Photii molimina perspiciens, eum in monasterium reclusit, et restituto Ignatio legatum ad Hadrianum II. Pontificem cum literis misit, quibus confirmationem Ignatio largiendam oraret, simulque consilium peteret, quid cum Photii adhaerentibus agendum esset. Cumque legationi huic etiam altera succederet, in eo inter Basilium et Hadrianum II. conventum, ut anno 869. concilium Constantinopoli inter oecumenica octavum celebraretur, ubi causa Photii rursus assumta, is denuo proscriptus et

[1]) Nicetas vita Ignatii in Harduin concil. T. V. Zonaras Annal. Tom. II. p. 161. Photii epist. II. Nicol. ep. 1. II. V. VII. Leo Gram. Chronogr. p. 470. edit. Paris.

[2]) Photii encycl. epist. Nro. 2. ad Montacut. p. 47. et ad episcop. Aquilej. in Combefisii auctoris biblioth. PP. noviss. T. I. p. 527. item Walchii histor. controvers. de process. Spirit. S. p. 38.

Ignatii ceterorumque ipsi adhaerentium restitutio in integrum adprobata est. Vid. Mansi concil. Tom. XVI. Richardi analysis concil. Tom. 1. pag. 198. et seq. Harduin. concil. Tom. V.

§. 73.

Schisma sopitum renovatur.

Restituto sedi suae Ignatio pax Ecclesiae per aliquod tempus tuta esse videbatur. Verum mox aliam faciem res induere. Photius enim tolerata sex et quod excedit annorum poena iterum revixit, inventis apud Basilium imperatorem gratiis, quem ut narratur, deducendo per obscuram ejus originem a Tyridate Armenorum rege sibi devinxerat. Imperator enim in palatio suo eum tolerabat, functiones quasdam ecclesiasticas exercere permittebat, imo defuncto interea Ignatio sub praetextu pacis et harmoniae in Ecclesia reparandae per imperatorem restitutus est. Factum hoc ex parte imperatoris nullus quidem mirabitur. Verum ex parte Joannis VIII. Pontificis omnis mirari debet, quod is ad literas Basilii imperatoris et Photii in hujus novam inthronisationem consenserit, adjectis solum conditionibus, ut Photius in concilio coram legatis pontificiis servando facta sua deprecaretur, et Bulgariam Ecclesiae Romanae, ad cujus jurisdictionem patriarchalem spectabat, restitueret [1]. Photius interim nec his conditionibus satisfecit, verum anno 879. in celebri Sophiae templo Constantinopoli 380 episcoporum sibi adhaerentium conciliabulum convocavit, in quo ipse ut legitimus Patriarcha agnitus est, rescissis cunctis actis, quae in prioribus conciliis contra illum definita fuere. Imo in altero concilio in aureo palatii regii triclinio celebrato factio Photii congregata ex symbolo Nicaeno-Constantinopolitano particulam Filioque exclusit [2]. Seriem hanc perperam actorum a legatis reducibus inaudiens Joannes VIII. illico Photium novitus e sinu Ecclesiae ejecit, ad quod publicandum Marinum legatum in urbem regiam expedi-

---

[1] Joannis VIII. episto'. 199. et 203. apud Mansi concil. Tom. XVI. p. 136.

[2] Vid. Mansi Concil. Tom. XVI. p. 373. et seq.

vit. Verum hic ab imperatore tam illibenter exceptus est, ut illum in obversum juris gentium et reverentiae Sedi Pontificiae competentis carceribus unius mensis manciparet [1]). Marinus successor factus Joannis VIII. Pontificis Photium non obstante imperatoris sollicitatione in communionem Ecclesiae amplius nullatenus recepit. Idem et Hadrianus III. et Stephanus VI. fecere. Imo Leo Sapiens Photium seu ob conspirationem detectam, seu ut fratrem suum Stephanum in locum ejus promoveret, patriarchatu privavit, sicque schisma sopitum, quoad Michael Caerularius circa annum 1050. illud renovasset. Hic nempe superbus, violentus et Latinis inimicissimus inaudita audacia Ecclesiae Latinae datis suo et Leonis Acridani Bulgariae Archiepiscopi nomine literis ad Joannem Tranensem Apuliae Episcopum sequentia exprobravit: 1) Quod Latini in pane azymo consecrent. 2) Quod suffocatorum nec non immundorum animalium carne vescantur. 3) Quod monachis esum carnis indulgeant. 4) Quod barbas radant. 5) Quod duobus fratribus duas sorores ducere permittant. 6) Quod clericis connubia vetent. 7) Quod in Quadragesima Alleluja non canant. 8) Quod particulam Filioque symbolo adjungant [2]). Cum porro idem Michael Patriarcha adeo intolerans esset, ut omnes Latinorum ecclesias Constantinopoli clauderet, et religiosos e monasteriis suis expelleret, Leo IX. Pontifex eum literis erudite et nervose scriptis redarguit, eidemque Ecclesiae unitatem vehementer commendavit, imo per legatos tres, quos inter Humbertus Cardinalis erat, tam imperatorem, quam Coerularium provocavit, quo tandem concordiam Orientem inter et Occidentem reducere conaretur [3]). Sed cum Coerularius Patriarcha legatos Romanos ne ad conspectum quidem suum admisisset, ipsosque

---

[1]) Literae Stephani VI. ad Basilium imperatorem.

[2]) Leo Allatius de Eccles. Occident. et Orient. perpetua consensione L. III. c. 14. p. 1163. et seq. Kiesling hist. concert. de esu sanguin. et carn. morticinae. Hermann hist. concertation. de pane azymo et ferment. L. G. Walchii histor. controvers. de process. Spirit. S.

[3]) Leonis IX. epist. ad Michael. Caerular. et Leon. Acrid. in Baronii annal. ad an. 1058. n. 13. Ejus epist. ad Constantinum ibid. Nro. 34. Vid. Fabricius Biblioth. Latin. med. et inf. T. IV. p. 259.

iam a sacro Missae sacrificio offerendo prohibuisset, leti pontificii in templo Sophiae Patriarcham Constantipolitanum, cunctosque ei adhaerentes publice excomnicarunt. Cum vero Michael Coerularius pariter in legatos et in Pontificem Romanum excommunicationis ntentiam pronunciaret, ab illo tempore schisma Graecos er et Latinos tantopere invaluit, ut fere jam insanabile e videretur. In cujus permissione etsi non alia sapien- divinae consilia perspiciamus, illud certe nobis arguntum suppeditatur, ut ex eo refutare illos valeamus, qui ntiunt Religionis Catholicae systema aevo medio per eologos scholasticos, ordines mendicantium, et Pontis Romanos introductum esse. Nam si hoc veritate nietur, tam mirum in dogmatis fere omnibus cum Graeca clesia consensum, qui hodiedum existit et semper ex-t, reperire nullatenus possemus, cum Graeca Ecclesia s jam seculis a Latina separata fuerit. Vid. Leo Allais de Eccles. Occid. et Orient. perpet. consens. Maimurg histoire du schisme des Grecs. Baron. in annal. ad le. Tom. XI. ubi disputationem de azymo et ferment. per imbert. Card. contra Graecos habitam, item Nicetae ectorati librum contra Latinos editum, et ab ipso ctore flammis traditum, recenset.

§. 74.

namina pacis Ecclesiam Latinam inter et Graecam.

Non semel quidem inde a seculo XIII. tentatum, ut isma, quod a multorum annorum serie Ecclesiam Graen inter et Latinam vigebat, tandem si possibile esset, e restituta penitus sufferretur. Nec infundata esse spes c videbatur inde, quod imperatores Graeci post revinatam anno 1261. Constantinopolim favore ac adjutorio tinorum omnino indigerent [1]. Unionis tentamen jam regorius IX. Pontifex anno 1233. fecit missis ad Geranum Patriarcham Constantinopolitanum, Nicaeae tunc bitantem legatis duobus ex parte Dominicanorum totidem-

[1] Du Pin dans la nouvelle Biblioth. T. X. p. 88. 89. etc. Leo Allatius de Eccles. Occident. et Orient. perpetua consens. L. II. c. 14. 15. 16. Franc. Pagii Breviarium Pontif. Tom. III.

que ex parte Franciscanorum ut negotium hoc suscipei
Colloquii hujus, quod in praesentia imperatoris Gr
Joannis Duca servatum est, materia erat: proce
Spiritus S. et usus panis azymi in Eucharistia. Utrir
summo cum fervore qua voce qua scriptis disputatum. G
corum petitum erat, ut dimisso symboli additamento I
ram in materia posteriori fidem sibi admitterent Latini,
negantibus de cetero Graecis, posse etiam cum pane az
valide sanctum Eucharistiae sacramentum confici. Ve
Latinis de dogmate nihil remittere queuntibus res in irri
cecidit, majori adhuc animorum exacerbatione secuta
Tardius quoque sub Alexandro IV. et Urbano
Pontificibus unionis tentamen factum, verum irrito com
Consummata demum res est in synodo Lugdunensi II. a
1274. sub Gregorio X. Pontifice convocata, siquidem i
peratoris legati propositum sibi fidei symbolum acceptaver
et post ejuratum schisma primatui Romani Pontificis se s
miserint [2]). Sed concordia haec diuturna non fuit, Gra
mox a concilio et fidei symbolo recedentibus. Pontifi
Romani Graecos quidem factorum promissorum reflec
bant, eisque cuncta subterfugia praeripiebant. Cum ta
Michael imperator unionem saltem ad speciem iniv
videretur, Martinus IV. Pontifex eum velut schism
praecipuum patronum anno 1281. censura notavit. A
tempore unionis vinculum semper magis dissolvebatur
que dum Andronicus II. filius Michaelis acta uni
penitus rescidisset, omnesque praesules, qui vel a l
ginquo unioni faverent, sedibus suis depulisset. Tracta
novitus Manuel et filius ejus Joannes Palaeologus
Martino V. P. et cum Eugenio IV. ejus success
Comparuerunt quippe anno 1438. Ferrariam Joann
Palaeologus, Josephus Patriarcha Constantinopolita
pluresque Praesules et Theologi Orientales adlaboraturi
dummodo possibile sit, unionem in concilio ibidem cong
gato restituerent. De 5 propositionibus inter utramq
partem controversis primum Ferrariae, postea Florenti

---

[1]) Pagius Breviar. Pontific. T. III. Vita Gregorii IX. p. 270. 271.
[2]) Michael Palaeolog. ep. ad. Gregor. X. in Mansi concil. Tom. XXI
p. 51. Burigny Hist. des Kaiserth. zu Constantinop.

quo concilium anno insequente transferebatur, disputatum est, donec gratia divina illustrati Orientales reconciliati Occidentalibus fuissent *). In concilio enim Unionis decretum Latine per Julianum Cardinalem, Graece per Bessarionem Archiepiscopum Nicaenum litteris consignatum summus Pontifex, Cardinales, Imperator et utriusque Ecclesiae Episcopi dempto Marco Ephesino subscriptionibus suis confirmarunt. Ceterum pax haec non eo successu firmata est, quem omnes exspectabant. Multi enim ex iis Graecis, qui concilio Florentino intererant, agentibus Sylvestro Sguropulo et Marco Ephesino ea, quae conclusa fuerant, domi revocarunt, et eos, qui pro pace se dederant, velut apostatas et fidei proditores diffamarunt [1]), omnemque fere conatuum fructum interruperunt. Neque, cum breve post tempus Ottomani imperium Graecum subjugassent, consilia eatenus movere, aut resumere ab inde tempore oportunum videbatur. Vid. Dupin nouvelle biblioth. Tom. X. p. 88. XII. c. 2.

Puncta unionis inter utramque ecclesiam sequentia erant: 1) Spiritum S. a Patre, Filioque procedere ab aeterno, velut ab uno principio et unica spiratione. 2) Particulam Filioque licite et rationabiliter symbolo additam fuisse. 3) SS. Eucharistiae Sacramentum consecrari posse pane triticeo seu azymo seu fermentato. 4) Animas eorum, qui pie in Domino moriuntur, priusquam dignis poenitentiae operibus peccata expiaverint, in purgatorio detineri, et ut a poenis hujusmodi releventur, fidelium precibus adjuvari; purgatas vero ad vitam aeternam recipi. 5) Romano Pontifici competere Primatum in universum orbem, cum esse D. Petri successorem, verum Christi Vicarium, et plenam habere potestatem a Christo sibi datam pascendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam. Vid. Harduin concil. T. IX. p. 535. Sguropulus in Histor. concil. Florent. Raynald. ad an. 1437. Nro. 13.

---

[1]) Walch Hist. controvers. de process. Spirit. S. p. 114. Nessel Catal. Mss. Graec. Bibl. Caesar. p. V. p. 39. Hermann Hist. concert. de pane azymo P. II. p. 121.

Caput IV.

De Haeresibus.

§. 75.

Pauliciani.

Seculo IX. magna incrementa coepit secta nova di Paulicianorum, quae jam circa medium seculi VII. Armenia ex reliquiis Manichaeorum conflata erat. Non suum juxta aliquos a Paulo Armeno, qui Phanareae Armenia Joanni cuidam sociatus coetum collegit, ei doctrinam suam communicavit [1]). Cum autem secta hi penes qualiacunque impedimenta sensim augeretur, im ratores Graeci Constantinus Pogonatus et Jus nianus II. belli ducibus et magistratibus suis mandat dedere, ut eam radicitus extirparent. Quare Pauliciani Armenia vicinas terras Arabibus subjectas petierunt, a in Phrygiam et Pisidiam fugientibus. Et licet hic initio culi IX. sub Nicephoro imperatore ipsos tolerante parum aucti sint [2]), subsequentes tamen imperatores pr sertim vero Theodora, quae nomine Michaelis norennis filii imperio praefuit, magistratibus cunctis m davit, ut Paulicianos omnes, qui ad Religionem Cath cam transire nollent, supplicio afficerent. Mandatum tanta severitate executioni mancipatum est, ut fere cent millibus Paulicianorum mors inferretur, reliquis Melitin in Armenia secunda Arabibus subjectam dilapsis. Se haec tantos progressus fecit, ut occupatae Armeniae pr cipem e suis constituerent [3]). Neque hic tantum subsis bant, sed ad alias quoque provincias doctrinam suam p pagabant vicinos Bulgaros et Chazaros ad castra sua p trahentes [4]). Inde in Italiam ac per totam fere Europ dispersi hierarchiam vilipendendo, seditiones excitan cuncta miserum in modum perturbabant. Apud Germa

---

1) Photius L. I. contra Manich. 74. in Wolfii anecdot. Graec. T. I.
2) Cedrenus Compend. hist. T. II. p. 480. edit Paris.
3) Georg. Cedren. ibidem p. 541. Zonaras Annal. L. XVI. Tom. II. p. 122. edit Venet.
4) Nicolaus I. epist. ad Bulgar. N. 106. mentionem eor. facit apud Harduin. T. V. p. 384.

athari, aut Gazzari, apud Mediolanenses Pataveni, ud Gallos Boni homines (bons hommes), alibi autem ıblicani nominabantur. Doctrina eorum cum principiis terum Manichaeorum fere congruebat, et quidem 1) Dinguebant summum Deum a mundi conditore. 2) Docent Christum, quem corpore coelesti ornabant, per Maam ut aquam per canalem transiisse, adeoque eum nec re passum, nec mortuum fuisse. 3) Vetus Testamentum ote a Demiurgo conditum respuebant, novum Testantum vero demptis epistolis Petri, qui Christum negave- [1]), amplectebantur, illud tamen allegorice explicabant. Nec Baptismum conferebant, nec Eucharistiam conficient, sub illo Christum velut aquam vivam, sub hac vero utarem ejus doctrinam intelligentes. 5) Duo principia erum bonum, alterum malum statuebant, corpus humam a malo, animam a bono principio procreatam fuisse, entes. 6) Aedes sacras, sacerdotes, imagines et ceremnias omnes repudiabant. Vid. Photius contra Manich. 1. Petrus Siculus de ortu, progressu et occasu nichaeor. Fr. Schmidt dissert. hist. Paulicianor. Havıe 1826. 8. Baumgarten Gesch. der Paulic. p. 452. 2.

§. 76.

Bogomili.

Bogomili (Euchitae, Messaliani,) nomen suum inde rtiti sunt, quod misericordiam Dei continuo implorarent verbis: Bog milui (Domine miserere mei). Cum his aeci, ceterique Orientis Christiani aliquo tempore conrtare cogebantur [2]). Secta haec jam ante annum 1118. Bulgaria viguit, et paulo post ad Constantinopolitanam bem quoque penetravit. Hic in occulto latitantem sectam lexius Comnenus imperator sequenti modo e teneis protraxit. Cum quippe Basilius eorum dux, arte

---

[1]) Photius Lib. II. contra Manichaeos p. 74.

[2]) Andreae disquisit. de Bogomilis in Vogt. bibl. haeresiologie T. I. fasc. I. p. 121. Herbelot biblioth. Orient. voce Messali. Suicer Thesaur. Eccles. voce Βογμοιλ T. I. p. 703. Usser de Christian. Eccles. continua success. Lond. 1613. 4. p. 209.

medicus, habitum monachi deferens in regia quoqu errores suos spargeret, Alexius imperator secta versitate intellecta, eam sequi velle simulavit, ac j verba cum Basilio miscens, difficulter quidem et sed tamen impetravit ab eo, ut is cuncta sectae su cana manifestaret. Quibus detectis imperator tant rore erga Bogomilos ferebatur, ut eos in err suis defendendis obstinate perseverantes, una cu tesignano ignis supplicio affici, et e medio tolli cura Quod autem errores eorum attinet, eos ex Euth Zigabeno [2]), erudito monacho, qui imperatoris m eos litteris consignavit, sequentes fuisse discimus: 1 ginem mundi ab Angelis e coelo pulsis repetebant. ; tus Testamentum respuebant. 3) Dogma SS. Trinita gabant docentes: Filium Dei et Spiritum Sanctum esse creatos. 4) Christum umbratile solum Corpus in fingebant. 5) Baptismum aquae rejiciebant, utpote anne inventum, huic substituerunt Baptismum Chri Spiritum. 6) Praeter orationem dominicam reliquas respuebant. 7) Liturgiae et Eucharistiae Catholicor sultabant, S. Crucis, Sanctorum, et imaginum cult superstitiosum explodentes. E quibus cunctis claresci trinam Bogomilorum simillimam esse docetismo Gno rum. Vid. Petr. Fritz Ketzer-Lexic. 2. B. Voc. mil. Wolfius in Histor. Bogomilor. Vitemberg. 17 J. L. Oeder in prodr. Histor. Bogomilor. Götting ronius autem in Annal. ad an. 1118. T. XII. p. 1 alii recentiores Bogomilos assimilant Albigensibus t ratione errorum, quam supplicii.

§. 77.

Petrobrusiani. Henriciani. Tanchelinus. Eudo. stolici.

Ad haereticos periodi hujus speciatim vero Ca referuntur adhuc 1) Petrobrusiani, qui turbulentius

[1]) Anna Comnena Alexi. ad L. XV. p. 487. Zonaras annal. L. X
[2]) Panoplia dogm. orthodoxae fidei Graece edit. per Gregoram vistae 1700. fol. Pannopliae appendix existit. Victoria de Mess secta in Tollii insignib. itiner. Ital. p. 106. Latine Panoplia in Biblioth. Patrum max. Lugd. Tom. XIX. p. 1. et seq.

quam prieres semet gerentes, licet malorum morum essent, contra corruptos tamen mores, et ut illi dicebant, contra cultus Catholici mechanismum potenter insurgebant, rudemque plebeculam in eandem secum perditionem raptabant. Horum princeps erat Petrus Bruisius, sacerdos quidam et canonicus e Gallia, vel Italia proveniens, qui circa annum 1110. in Provincia primum postea in Languedoco, et aliis Galliae meridionalis regionibus doctrinam suam proposuit, magnos motus per id causatus. Historia enim testis est, magnam multitudinem sectatorum ab illo, et discipulis illius rebaptizatam, altaria confracta, cruces in ignem pojectas, sacerdotes injuriae, et risui expositos fuisse; imo narrant aliqui Petrum Bruisium igne ex confractis crucibus structo carnes coxisse in Quadragesima, quae si veritate nituntur, saltem ex genuino religionis sensu, quo se animatum spargebat vir fanaticus, proficisci minime poterant. Tandem postquam 20 annis ex uno loco in alium peregrinaretur, interceptus et per furibundam plebem in ignem projectus ad fanum et abbatiam S. Aegidii exspiravit [1]). Errores Petrobrusianorum erant: 1) Paedobaptismum inutilem et sine omni fructu esse. 2) Templa nulla ponenda, nec frequentanda esse, cum Deus ubique coli possit. 3) Cruces, cum in earum una Filius Dei tantam ignominiam passus fuerit, potius sufferendas, et frangendas esse, quam colendas aut adorandas. 5) Corpus Christi in sacrificio Missae non offerri. 5) Defunctos sacrificiis, eleemosynis et orationibus nullatenus juvari. Petrum Bruisium Manichaeis et Bossuetus [2]) et Daniel [3]) accensent. Hos alii quoque sequuntur. Et merito cum aliqua tamen distinctione, nam et carnibus vescebatur et S. Scripturam utriusque Testamenti admittebat [4]).

2) Henriciani, quorum auctor Henricus mo-

---

[1]) Baronius in Annal. ad an. 1126. item Petr. Cluniacens. qui eum in villa S. Aegidii dioeces. Nemausens. igne damnatum et concrematum fuisse refert.

[2]) Hist. des variations des eglises protest. T. II. p. 60. et seq. 420. et seq.

[3]) Hist. de la France T. I. p. 1377.

[4]) Ex Petrobrusianorum secta erant etiam illi, de quibus Bruno Archiepiscopus Trevirensis quaestionem movit. Vid. spicileg. Dacherii T. XII. p. 243.

nachus apostata erat. Is eandem fere doctrinam cu
cedentibus secutus, non tantum sermonibus zelo
sed etiam affectata vitae severitate, morumque in
adhaerentes suos paulo post adeo percelluit, ut e
feminae saepe sub sermone jam, omni ornatu abdi
tos se ejus ductui concrederent, ac in omnibus lo
praedicabat, uti Lausanae, Cenomani, Pictavii, Bu
et Tolosae plurimi eum sequerentur. Verum ubi
praedicatione illius ad seditionem concitaretur, is
Tolosana exire jussus, et in itinere captus Rhemis m
Eugenio III. Pontifice clausus, anno 1149. in
vitam finivit [1]. Errores illius erant: 1) Clandestin
ventus cum suis discipulis celebrabat. 2) Dies festo
repudiabat, ritus Ecclesiae Catholicae nihili faci
sacerdotum mores graviter carpebat. 3) Paedoba
Ecclesiae damnabat, et in plurimis Petri Bruisi
cipia sectabatur; in eo tamen ab eo recessit, quod s
que crucem praeferri curaret, quam is omni loco c
voluit [2].

3) Tanchelinus, qui non tam nova doctrin
potius peculiari vivendi methodo inter haereticos
XII. semet distinxit. Is in literis omnino rudis sola
sua attentionem excitavit, de cetero mollitiei et ve
bus totus devotus. Trium millium armatorum manu
Antverpiam intravit, auro et argento ornatus suos
mis conviviis excipiebat, sicque rudem plebecula
sequendum facile persuasit. Malum augebat, quod
piae, licet conspicua urbs esset, unicus pastor a
curam exerceret, isque officio suo frigide fungeretu
chelinus itaque his in adjunctis magnam sibi e
tionem procuravit, sibique filium Dei nominato
erigi permisit. Baptismum et sacram coenam prout

---

[1] Bernard. epist. 252. ad comitem S. Aegidii Hildefons. Gaufre
chus L. III. de vita S. Bernard. c. 5. Chronicon Caenomanen
c. 35. a Mabillon edit. T. III. veter. Analector.

[2] Alberi Chronicon ad an. 1148. in Leibnitzii accession hist.
M. Flacci Illyr. catal. test. verit. N. 204. p. 576. in edit. J
therici Matth. Paris. Hist. maj. ad an. 1151. p. 71. Neande
Bernard. p. 248. p. 323. Petr. de Bruis et Henricum Protest
fundatorib. adoptant.

m publicum respuit, clandestinos conventus cum suis cebrans. Saevientem hanc haeresim S. Norbertus exirpare conatus, auctoritate sua id effectuavit, ut magna ductorum fidelium multitudo ad Ecclesiam Catholicam reieeretur, auctore mali ex urbe excluso. De eo Roberts de Monte refert, quod is circa annum 1124. in setione quapiam a se excitata vitam amiserit [1]).

4) Eudo de Stella sive Eon in Britannia minori itus, qui auditis ex Latina exorcismi formula verbis: per um, qui venturus est judicare vivos et mortos ex similitudine vocis Eum cum suo nomine concluonem formavit, se esse eum, qui venturus est judicare ivos et mortuos. Verosimile autem est Catharos, cum quius familiaritatem iniverat, eum seduxisse, mentemque ejus sque adeo perturbasse. Historici narrant Eudonem quaneque palam prodivisse, per diversas provincias apparatu gio provisum circumivisse, ac strages ex improviso edisse, ecclesias et monasteria vastasse, praedasque et rapinas exercuisse. Quare Eugenius III. Pontifex eum in ynodo Rhemensi ut haereticum condemnavit. Is postea ne os ultro quoque deliriis suis in transversum ageret, carribus mancipatus est, ubi vitam finivit. Plurimi e discipuli illius in Britannia minori delitescentes cum ab ejus adtione et cultu removeri nequirent, judicibus civilibus aditi, et supplicio ignis affecti sunt [2]).

5) Ad haereticos periodi hujus spectant sic dicti Apostolici. Homines quippe rusticani et illiterati seculo XII. rope Coloniam Agrippinam et in regione Perigord Galliae e alibi auctore Gerardo Segarello ingentes motus ecitarunt, dicentes se divinitus missos esse, ut aequalem tam cum Apostolis ducerent, indeque nomen illis adhaeit [3]). Errores eorum erant: 1) Matrimonium damnabant,

---

1) Robert de Monte app. ad Chronograph. Sigebert. ad ann. 1184. apud Pistori, p. 61. D'Argentrée collect. judic. de nov. errorib. T. 1. sect. 1. p. 10—12. Vita S. Norberti in act. SS. T. XIX. Jan. Petr. Fritz Keizerlexic. voc. Tankelin Tom. III.

2) Otto Frising. L. 1. de gest. Friderici c. 54. Wilh. Neubrigens. L. 1. de reb. Anglicis c. 19. Robert. de Monte in Append. ad Chronograph.

3) Le Paige Biblioth. Lat. med. et inf. aetat. T. II. p. 119. Evervini Praepos. Praemonstrat. Steinfeldiens. Ep. ad S. Bernard. in Mabillon. analect. p. 473.

feminis attamen cohabitabant. 2) Baptismum parvulorum invocationem SS. et orationes pro defunctis illicitas esse judicabant. 3) Carnes, lac et cuncta ex coitu progenita non edebant. 4) Sacerdotes nullos agnoscebant. 5) Omnem bonorum temporalium possessionem et usum vetabant. 6) Austeram et rigidissimam vitam sectabantur. Honorius IV Pontifex anno 1286. haeresim hanc proscripsit. Auctor ejus Segarelli Parmae vivus in flammas conjectus est anno 1300. siquidem mori potius, quam converti voluerit. Vid. Petr. Fritz Ketzerlexic. vocib. respectivis.

§. 78.

Waldenses.

Graviora his damna Religioni Christianae sub specie pietatis externae et vitae rigidae intulerunt Waldenses, ita compellati a Petro Waldo mercatore Lugdunensi opulento, qui eos circa annum 1170. in societatem adunavit vetusto cultui infensissimam. Cum nempe is per subitam mortem cujusdam ex proceribus Lugdunensibus vehementi terrore afficeretur, poenitentem vitam agere, majoremque perfectionem et ipsemet sectari, et aliis instillare constituit. Ideoque statim cuncta bona sua inter pauperes distribuit ac novi Testamenti versionem in vulgarem sermonem adornavit. Waldum tum Lugdunenses, tum aliae urbes Galliae sequebantur, imo doctrina ejus ad Lombardiam usque penetravit. Nullus tamen id mirabitur, cui notum est, Waldensibus proprium fuisse, ut malos mores clericis et monachis exprobrarent, superioribus debitam obedientiam denegarent, vitae integritatem et innocentes mores simularent, vestes antiquas portarent, barbas alerent, pedibus nudis ambularent, peculiarem Sacrae Scripturae peritiam jactitantes. Joannes Archiepiscopus Lugdunensis videns, quod per sectam hanc periculum Ecclesiae Catholicae imminere severissime eam a praedicando inhibuit. Verum Waldenses eo temeritatis lapsi sunt, ut ad Pontificem Romanum fine impetrandi libertatem praedicandi recurrerent, ac errores suos a Lucio III. Pontifice plane confirmari peterent. At Pontifex agnita eorum superstitione in synodo Veronensi anno 1184. Petrum Waldum et ejus asseclas una

a Catharis, Patarenis et aliis velut haereticos e sinu Ec-
siae ejecit [1]). Initio Waldenses non magnos fovebant er-
es, at successu temporis gloria paupertatis voluntariae
ati, ceteros cunctos idem non facientes acerrime calum-
iantur, Ecclesiam Catholicam, ejusque praelatos bona
poralia haud respuentes, acerbe castigabant, omnem eis
dientiam denegantes. Errores eorum erant: 1) Eccle-
a Romanam non esse Ecclesiam Christi, sed societatem
ignantium, et hoc inde a tempore Sylvestri II. Pon-
is, quo divitiae in Ecclesia invalescere coeperunt.
Pontificem Romanum esse fundamentum omnium erro-
1. 3) Praelatos scribis, religiosos vero Pharisaeis esse
uiparandos. 4) Soli Deo non autem praelato esse obe-
ndum. 5) Duo tantum esse a Christo instituta Sa-
menta, Baptismum et Eucharistiam. 6) Baptismum par-
orum velut inutilem repudiabant. 7) Sacerdotes in pec-
o mortali constitutos non posse Eucharistiam conficere,
ue transsubstantiationem fieri in manu indigne conse-
ntis, sed in ore digne suscipientis. 8) Missam esse inu-
m ceremoniam lucri causa adoptatam. 9) Sanctorum in-
ationem et reliquiarum usum reprobabant. 10) Aedium
rarum, ararum, earumque dedicationis, imaginum, thu-
cationum, aquae lustralis usum prohibebant etc. [2]). Mo-
1. praecepta ultra modum severa, et rigida sectabantur,
his conformiter Scripturam S. interpretabantur; ideoque
la gerere, famam ac vitam defendere, vim vi retrudere,
nas capitales dictare, jurare, opes et bona acquirere ve-
ant [3]). Dividebantur in duas familias, nempe in Italos,
fratres Lombardi, et in Gallos, qui pauperes de Lug-
io, vel sabotati a calceis ligneis (Sabots) vocabantur. V.
ineta L. V. advers. Catharos et Waldenses edit. ab

1 Alexand. III. an. 1179. apud Mansi T. XXII. p. 211. et seq. Lucius III. an. 1184 ibid. pag. 488.
) Reineri Sacchoni Summa de Catharis et Leonistis etc. in Martene et Durandi Thesaur. anecdot. T. V. 1761.
) Cf. Chronicon Ursperg. ad an. 1212. Claud. Seyse'l. Libr. adv. error. et sectam Waldens. qui edit. est an. 1520. J. Leger Hist. des églis. Evangel. des Vallées du Piemont, ou Vaudoise Loyd. 1669. T. II. fol. P. Alix some remarks upon the eccle. hist. of the ancient churches of Piemont Lond. 1690. Claude de Vie et Josef de Vaisette histoire gener. de Languedoc. Par. 1730—45. T. V.

Aug. Richini et praemiss. dissert. de Catharis R(1743. Alanus de fide contra Waldens. Lib. II. P 1652. 8. J. Benois Hist. des Albigeois et des Vau ou Barbets Paris 1691.

§. 79.

Albigenses.

Inter hos et Waldenses magnum intercedebat et et rituum discrimen, neque commune aliud utrique quam quod et hi et illi insano, religionem reformandi ritu ducerentur. Nomine autem Albigensium omnes sectae veniunt, quae seculo XII. et XIII. in regione ' sana, Biterrensi, Carcassonensi, Albigensi, Narbone in aliis Occitaniae partibus, fors et in regno Arragonia bas excitabant, antiquorum Manichaeorum principiis d tabantur, et a Catharis et Bruisianis probabilius ori trahebant. Nomen ipsis ab Albiga, ubi praecipuos c suos collegerant, adhaesit. Quod doctrinam eorum at scriptores passim consentiunt eos unice Scripturam S. fidei, morumque regulam adoptasse, sacramentis Ca corum renunciasse, liturgiam, disciplinares leges, e salutaria instituta sustulisse, Catholicae Ecclesiae ej ministris detestabiles calumnias et convicia adscrip Papam lupum Ecclesiae impie nominasse, ex templis abstulisse, calicibus, aliisque vasis publice confrac profanatis etc. [1]). Cum per crescentem eorum num atque temerarios ausus Galliae pars meridionalis tur tur, eorumque scelera nullos limites agnoscerent, xander III. et Lucius III. Pontifices omnem mov lapidem, ut eos in sinum Ecclesiae Catholicae reduc Verum per Raymundum comitem Tolosanum pr templa porro quoque spoliabant, ministros Ecclesiae u injuriis et calumniis afficientes [2]). Quare ut tantis exc bus finem imponeret Innocentius III. cum initio s III. legatos apostolicos Rudolphum et Petrum

---

[1]) Histoire des Albigeois par Jean Chassanión Paris 1595. Histoi Albigeois et des Vaudois ou Barbets T. II. Paris 1691. 8. He hist. des heresies T. I. p. 285.

[2]) Guilelm. Catel Histoire des comtes de Toulouse Toul 623. fol.

Castro novo monachos Cistercienses in partes Narbonenses expedivit, eosque juncto sibi Arnoldo ejusdem ordinis abbate in Archiepiscopum Narbonensem inquirere, huncque sede sua privare jussit, quod in causa fidei se tam ignave gessisset, et Albigenses tantos progressus facere permisisset [1]). Ad hos accessit anno 1206. S. Dominicus, qui novem jam annis haeresi huic refutandae, verae religioni propagandae, et strenue defendendae verbo et pietate operam diligentissimam impenderat [2]). Hi omni modo et ratione Albigenses in gremium Ecclesiae revehere conabantur, verum frustra, obsistente eorum obstinatione, imo malitia eorum adeo increvit, ut Petrum de Castro novo ex insidiis trucidarent. Quare Innocentius III. anno 1207. sacram militiam ad tam perversam haeresim eradicandam publicavit [3]), et regem Galliae Philippum Augustum ad sacrum exercitum ducendum promissis plenariis indulgentiis excitavit [4]). Raymundum vero comitem Tolosanum Albigensium patronum, in cujus ditione, et fors eo etiam influente Petrus de Castro novo trucidatus erat, censura ecclesiastica percussit. Anno itaque 1209. militia sacra terras comitis Raymundi ingressa, initium hostilium oppugnationum fecit. Comes Tolosanus omni ex parte pressus statim Milonem Sedis Apostolicae legatum adivit, et veniam precatus, declaravit, se voluntati Ecclesiae in omnibus obsecuturum esse, et Pontificis Romani judicio se submisit. At hoc non obstante comes Simon Montisfortis bellum prosecutus, urbes plures uti Biterras, Carcassum duplici muro cinctum, una cum castro Minervae, plura item castella armis et vi occupavit, qua occasione ingens haereticorum numerus partim belli furore, partim ignis supplicio exstinctus est, urbe Biterrensi in cineres redacta [5]). Postquam Simon Mon-

[1]) Innocentii III. epist. II. p. 122. et seq. IX. 26. et seq. X. 49. Vid. concil. Lateran. IV. Cap. III. apud Mansi T. XXII. p. 986. et seq.
[2]) Platina Libr. de vitis Pontif. in Innocentio III. Lucas Tudens. Lib. II. advers. Albigens. c. 11.
[3]) Innocent. III. Epist. Lib. X. epist. 49.
[4]) Idem L. IX. epist. 26—29.
[5]) Benedictini congregat. S. Mauri in Hist. General. de Languedoc. Paris 1730. J. B. Langlois Hist. des Croisades contre les Albigeois Rouen 1703.

tisfortis diligentem operam in devincendis Albiger navasset, absoluta pugna veri et strenui militis Chri invicti Catholicae fidei propugnatoris titulum a Ro Pontifice tulit, et in praemium laborum ditionem l mundi comitis Tolosani, quam cruce signati milites (paverant, a rege Galliae velut directo Domino don(cepit.

§. 80.

Joachitae. Guilelma. Stedingi. Fratres et soror beri spiritus. Flagellantes. Almaricus. Arnoldu Brixia.

Alii quoque reperiebantur fanatici, qui sectato suis somnia et deliria praedicabant, eosque in unam s errorum sentinam trahebant. Tales erant

1) Joachitae nomen a Joachimo magistr sortiti. Erat is primum monachus Cisterciensis, postea rensis monasterii in Calabria abbas, vir pietati et conj ris propheticis addictissimus, cujus opera non parva tentionem in Ecclesia excitarunt. Nam praeter varia lumnias in Pontificem Romanum et clerum effutitas, duo jam imperfectionis secula, seu imperfectos Deu lendi modos, nempe Patris et Filii effluxisse, nunc aute gere seculum Spiritus S. Conceptum hunc vere insi vulgavit in opere: Evangelium aeternum [1]. l ticas ejus ideas tam universitas Parisiensis anno quam Alexander IV. Pontifex proscripsit, Joacl vero synodus Arelatensis anni 1260. inter haeretico tulit [2].

2) Guilelma ex Bohemia orta et adeo amb femina, ut se ex regina Bohemiae Constantia Pri lai regis, anno 1243. defuncti vidua, natam effing quae ex Joachimi scriptis inepte sibi primum, p vero aliis persuadere conabatur Spiritum S. in ipsius sona humanam naturam assumsisse, se igitur esse Spir

---

[1]) Parisiis an. 1624. typis vulg.

[2]) D'Argentrée collect. judicior. de novis errorib. T. I. p. 162. et 168. et seq. Eymerici Direct. inquisit. P. II. Quaest. 9. p. 254. J Wolf Lect. memorab. T. I. p. 446—58.

et a Deo missam, ut Judaeos, Saracenos, et Christianos pravatos salvaret; ideoque quatuor evangelia deinceps llum amplius pretium habitura et in locum eorum alia atuor evangelia a se substituenda esse. Sectatores quosm nacta Mediolani post duorum annorum ibidem comotionem mortua, tumulo in ecclesia Carthusianorum illata, in honore ejus a rudi plebecula altare erectum est. Vem ubi sectatores ejus anno 1300. doctrinam suam publirent, inquisitores fidei everso Guilelmae sepulcro liquias ejus in ignem projecerunt [1].

3) Stedingi fanatici majori ex parte nautae et ruci a regione, quam inhabitabant (Stade, rippa) nomen rtiti. Hi ex Frisia in territorium Archiepiscopi Bremensis ostium Visurgis versus Oceanum tendentis delati, magnos itus excitabant, armata manu Archiepiscopo Bremensi se ponentes, sed opera Henrici Brabantiae ducis, alionque prostrati et dissipati sunt. Refertur de illis, quod Daemoni devoverint, de vero Deo nec cogitantes; ac omiscuae libidini litaverint, clericos et monachos crudesime tractaverint [2].

4) Ad haereticos hujus aevi referri solent Fratres Sorores liberi spiritus, quorum historia perobsa est, cum plures varii generis homines sub hoc nomine babilius latere vellent. Ad veritatem proxime accedunt , qui existimant nomine hoc exprimi illos fanaticos, qui ulo XIII. in Belgio, Gallia, Germania, Italia, et Anglia rantes diversos homines fucata pietate seducebant. Omi hi sectarii austero mysticismo philosophicis principiis erstructo et ad perversum pantheismum accedenti adrebant, docentes: Omnia ex Deo emanasse, et ad eum itura; animas rationales esse essentiae divinae partes, mundum totum non a Deo distinctum, sed ipsum Deum

1) Mabillon Mus. Ital. P. I. p. 19. et seq. Spondani Continuat. Annal. Baronii ad an. 1300. Calchi Hist. Mediol. L. XX. Mediol. 1628. p. 406. et seq. Murator. antiquit. Ital. med. aevi T. V. p. 90. Laurent. Berti Breviar. Hist. E. T. III.

2) Albert. Stadens. in Chronic. literas Gregorii IX. ad Archiepiscop. Mogunt. anno 1233. datas refert, ex quibu cuncta haec nota fiunt. Joan. Daniel. Ritter Tract. de pago Steding, et Stedingis secul. III. haeret. Viteb. 1751. 4. Petri Fritz Ketzerlexic. Tom. III. p. 327.

esse, hominem cum Deo velut rerum omnium auctore co jungi, et in unum quasi ens componi, dum animam suai rebus externis abstrahit, proinde precibus, jejuniis, saci mentis, cultu divino nullatenus indigere. Imo nonnulli il rum eo dementiae lapsi sunt, ut statuerent homines in t perfectionis statu, qualis apud ipsos viget, nec quidem p care posse, ideoque eos nullo amplius obedientiae vinc obstringi. Conventibus suis nudi interesse et cum femi quas nomine sororum in consortio habebant, nefanda trare solebant. Nequam fratres hi in Gallia Beghardi, rores Beguinae, in Italia Bizochi aut Turlepi in Germania Schwestriones nominabantur. Doctrii eorum proscripsit concilium Viennense [1]. *)

5) Flagellantes, quorum origo a calamitatib speciatim vero peste seculo XIV. grassante derivanda. C enim multi tam virorum quam feminarum existimarent, lamitates publicas flagellatione averti posse, catervatim nudato corpore in Italia, Helvetia, Gallia, Anglia, Ger nia, Polonia, Hungaria et alibi flagellabant. Quia vero h agendi ratio speciem quamdam pietatis praeseferebat, F gellantes multorum adprobationem merebantur, hincqueif tum, ut et ipsi Flagellantes tantum meritum sibi adtribi rent, ut sacramentalem absolutionem contemnerent, ips que sacerdotes vilipenderent. Imo sub specie plectendi p catores Judaeos aeque ac Christianos trucidare, cleri rum et laicorum bona depopulari, superiorum jurisdic nem usurpare coeperunt, errores sequentes praeter d tenentes: 1) Loco baptismi aquae substituendum esse b tismum sanguinis, seu flagellationem. 2) In Eucharistia existere Corpus Christi. 3) Nullum existere purgatori 4) Quodcunque scelus flagellatione facile expiari. Sec hanc Pontifices Romani condemnarunt, imperantes civi autem sacram inquisitionem contra eos procedere juss runt, quae multos eorum ad fidem reduxit, at pertina

[1]) D'Argentrée coll. judicior. de nov. errorib. T. I. p. 156. 269. 290. seq. Fuhrmann Handwörterb. der Christl. Relig. und Kirchenges Halle 1826. T. 1. p. 243. et seq. Mosheim de Beghardis et Beguin Comment. ex edit. J. H. Martini Lips. 1790. 8. Conrad. de Mon puellar. (Magdeburg et Mahrburg) de errorib. Beghardor. in Bib Patr. Max. Lugd. T. XXV. p. 310.

os inter erat Conradus Schmid antesignanus eorum Thuringia, ad rogum condemnavit [1]).

6) Almaricus, qui a patria Carnotensis dictus se- entia commenta propagavit: 1) Deum esse materiam mam. 2) Non solum mundi structuram, sed ipsam etiam teriam ex Deo emanasse. 3) Omnes creaturas tandem Deum redituras esse. 4) Nullam futuram fuisse genera- nem sexusque discrimen, si Adam non peccasset. 5) Ces- se cum lege Moysis potestatem patris, et tempore Al- rici legem Christi, ideoque. 6) Nunc vigere legem Spi- us S. per quem sublata religione externa, quisque homi- n sola gratia interiori salvari potest. Commenta haec in ncilio Lateranensi IV. proscripta sunt [2]).

7) Arnoldus Brixiensis, Abailardi discipulus, i non solum turbas Romae contra Pontifices excitavit, rum contra opes et possessiones clericorum tantum ze- e coepit, ut qui dominium aliquod seculare tenerent, equidem salvos fieri posse contenderet. Arnoldum propter c assertum haereticum jam Innocentius II. Pontifex concilio Lateranensi II. condemnavit et ex Italia excedere sit. Ex Italia in Galliam, hinc rursus in Italiam delatus rnoldus una cum asseclis suis ubique seditiones excita- t, clerum insectabatur, adeo ut seu ipse, seu asseclae ipsius rnoldistae) Cardinali cuipiam etiam lethale vulnus in- erent. Quare a praetore Romano adprehensus Arnol- s ad laqueum condemnatus, postea concrematus, cine- que ejus in Tiberim projecti sunt, ne ab asseclis velut rtyr in iis coleretur. Muratori Gesch. von Italien. anc. Pagi breviar. gestorum Rom. Pontif.

) Beghardis similes erant Hesychiastae seu Quie- tistae seculi XIV. Hi monachi Graeci in monte Athos ha- bitantes docebant, in vita contemplativa omnium animi per- turbationum internecionem positam esse. Moris erat apud illos, ut quovis die in obscurissimo quodam loco pluribus horis corpore deorsum inclinati, oculos in umbilicum defi- gentes, respirium anxie supprimentes precibus musitando

---

[1]) Trithem. in Chron. Hirsaug. ad an. 1349. Rehdorf Annal. apud Fre- her. Theodoric. Urie hist. concil. Constant. Schöttgen de secta Flagell.

[2]) Vid. Martene Tom. IV. anecdot. Fleury ad an. 1210. Num. 59. Prateo- lus in elencho haeres.

vacarent, spargentes se hoc faciendo videre lumen piam divinum, ex cujus intuitu laetitiam nullatenus bilem persentiscerent. In plures sectas uti Palamit Barlaamitarum, Acindynitarum divisos co Constantinopolitanum anni 1350. ceu haereticos pro V. Cantacuzeni Hist. L. II. c. 39. Leo Allatius sensu Eccles. orient. et occident. L. II. c. 7. Niceph. Hist. Byzant. L. XI. c. 10. Rechenberg de Hesychast in exercitat. p. 378. Concil. Constant. an. 1350 celel Mansi T. XXVI. p. 127.

§. 81.

Wiclefitae.

Horum auctor erat Joannes Wiclef Angl anno 1368. Theologiae in universitate Oxoniensi pr et Lutterworthensis ecclesiae parochus, vir in litter dem, si humaniores et politiores scientias, nec non tionem sacrarum linguarum excipias [1]), utcunque ve sed ambitione tumidus et indolis vehementia abreptu derationis omnis limites transgressus est. Cum is pra ram collegii Cantuariensis, quae vi fundationis sol nachis competebat, contra omne jus invasisset, m eum coram Simone Langhamo Archiepiscopo C riensi actione convenerunt, causamque tum hic, tu ram Urbano V. Pontifice anno 1370 lucrati sunt [2] haec adeo afflixit Wiclefum, ut virus suum omn poterat occasione in Pontifices Romanos episcopos nachos scriptis effunderet. Wiclef gratiis Joannis castriae ducis, qui ob grandaevam Eduardi III tem, regnum gubernabat tutus, ac audax nunc in gravissimos lapsus est. Ita Romani Pontificis auctor in universam Ecclesiam oppugnavit, clero facultat gandi et solvendi denegavit, Decretales Pontific excommunicationem velut Antichristi inventum e ordines religiosos, coelibatum clericorum, Sanctor imaginum cultum, nec non indulgentias sugillavit, nam catholicam de Eucharistia, speciatim de Transsu tiatione negavit, imo haereticam pronunciavit, in 1

[1]) Walsingham Hist. Angliae ad an. 1376. Nicol. Harpsfeld Hi clef. c. 1.
[2]) Dupin Biblioth. nouvelle Tom. XII. p. 128.

publicae disceptationi expositis defendens, panem et
n eucharisticum nonnisi signum virtuale corporis
ti esse; ministrum in peccato constitutum non con-
sacramentum, peccatoris preces nullius utilitatis
omnia necessitate absoluta produci statuens [1];
ripturae denique in linguam Anglicam a se versae [2])
nem omnibus promiscue concedendam esse docebat [3]).
ersim Wiclef quae non capiebat, impossibilia, quae
lacebant, maledicta vocare solebat [4]). His inauditis Gre-
us XI. Pontifex Archiepiscopum Cantuariensem et
opum Londinensem deputavit, ut in Wiclefum in-
rent. Episcopi Angliae iteratis vicibus convenientes
lefum exaudiverunt, at cum doctrinam suam mitius
pretaretur, eum condemnare nequeuntes silentium ipsi
uere, tanto a fortiori, quod Eduardus III. rex et
nes Lancaster ejus partes tuerentur. In nova
a synodo Londinensi anni 1382. propositiones 24 ipsius
sae, erroneae, et haereticae proscriptae sunt. As-
s Wiclefus et in vivis, et maxime post mortem
1387. interventam copiosos nactus est tum ex civibus,
ex membris universitatis Oxoniensis. Ideo rex a senatu
pellatus, episcopis mandatum dedit, ut efficacissima
eresim hanc exstirpandam remedia admoverent. Hinc
iepiscopus Cantuariensis in duobus conciliis Londini
ratis 18 propositiones e trialogo Wiclefi novitus
cit, et sub poena excommunicationis prohibuit, ne
monachus aut clericus sine speciali indultu verbum
romulgaret, aut opus Wiclefi legere auderet; imo
nulti non parerent, anno 1413. prope Londinum ad
n condemnati sunt, sicque Wiclefitae in Anglia par-
exspirarunt, partim emigrare coacti sunt. Cum porro
s eorum in aliis terris speciatim in Bohemia errores
spargerent, concilium Constantiense anno 1415. sess.

---

rrores illius legi possunt in actis concil. Constantiens. ubi sess. III. errores illius 45 proscribuntur.
he New Testam. from the Vulgate with Lewit's History of the glisch. Bibles Lond. 1731. f.
Varthon Auctar de script. et sacris vernacul. p. 432.
lapin Gesch. von England. Tom. III. p. 18. Mansi concil. T. XXVI. . 561. Wood antiquit. Oxon. T. I. p. 187.

VIII. propositiones 45 e scriptis Wiclefi excerptas ut haereticas, et scandalosas proscripsit, eo adjecto, ut opera ejus igne concrementur, ossa autem ejus exhumata pariter comburantur. Quo effectui mancipato discipuli ejus per inquisitores fidei poenis maximis subjiciebantur, ut sic malum radicitus exstirparetur. V. Henr. Knygthon de eventib. Angliae. Thomae Walsingham hist. Angl. et D'Argentrée collectio judicior. de novis errorib.

§. 82.

Hussitae.

Opera Wiclefi nullibi avidius legebantur, quam in Bohemia praesertim in universitate Pragensi. Sed cunctos zelo erga opera Wiclefi superavit Joannes Huss, in Hussinetz pago Bohemiae ortus, ab anno 1398. Theologiae professor in universitate Pragensi, et reginae Sophiae conjugis Wenceslai regis confessarius, celebris sacelli Bethlehem concionator, vir eloquentia, et morum integritate conspicuus, regique charus. Is licet corruptos seculi mores in sermonibus suis zelosissime perstrinxerit, ab omni tamen errore initio immunis mansit. Verum tardius Wiclefi scripta sic adamavit, ut ex iis pro concione diceret, eadem coram populo laudaret, in Bohemicam linguam verteret, ac maximo animi fervore contra Pontificum, Episcoporum, et totius Cleri auctoritatem insurgeret. Rem hanc egerrime ferens Sbinko Archiepiscopus Pragensis Hussium anno 1409. Alexandro V. Pontifici detulit, qui malo repagula ponere volens sub poena excommunicationis prohibuit, ne quis deinceps verbum Dei in sacellis privatis promulgaret. At non obstantibus his Hussius regis et populi suffragio protectus, sententias suas ultro quoque seminabat, a Pontifice male informato ad melius informandum adpellans [1]), et Archiepiscopum Pragensem, qui opera Wiclefi concremari jusserat, proscindens. Cum autem Hussium etiam clerus Pragensis, cujus mores ex ambone indiscrete carpebat, Pontifici Romano velut haeresum auctorem deferret, Romam citatus, sed non comparens ut hae

[1]) Aeneas Sylvius Hist. Bohem. in ejus operib. et Geograph. Helmstadi

ındemnatus, munere concionatoris privatus, una clis suis e sinu Ecclesiae ejectus, et omnis locus, ıemet detineret, interdicto affectus est. Verum ab hac sententia ad concilium generale adpellante, executioni dare non permisit. Cum igitur Hussius ficis Romani auctoritati quidquam deferret, siquinnis XXIII. bullam, qua iis indulgentias concei expeditionem cruciatam contra Ladislaum num susciperent, cavillaretur, nec Archiepiscopi , qui eum a praedicando arcebat, jurisdictioni et a Wenceslao rege, qui voluptatibus seculi dulgebat, nulla mali medela sperari posset, Joan- II. causam Hussii selectis a se Cardinalibus discucommissit, qui post auditos ejus procuratores, et re examinatam. ipsum ut haereticum proscripsegenses audita sententia Cardinalium turbas excita- autem Hussius a Pontifice ad Christum adpellarinam suam quaquaversus publicans [1]. Pontifex tum pessimum esse cernens, cum Sigismundo re, quem paci restituendae parem esse noverat, consilium inivit. Utrique visum unicam optimamque mponendi viam fore concilium. Quare Hussius imperatoris ad concilium Constantiam indictum e jussus est, rationem doctrinae suae redditurus. s itaque anno 1414. in consortio Joannis de aliorumque salvi conductus litteris, quae violen-, non tamen executionem justitiae prohibebant, ab re provisus Constantiam comparuit [2]. Itaque in a Pontificis et quorumdam Cardinalium provocatus em doctrinae suae reddendam, respondit: Deum Maximum testor, quod nullam haeresim propaga-t si erroris cujuscunque convictus fuero, eum re-s sim. Errorum tamen plurium a Stephano Pa-sque convictus, ad aedes Cantoris Constantiensis est, quia innotuit tantos illi addictos esse, ut si

—

ıld's Hussitenkrieg, darinnen begriffen das Leben, der Tod und hre des Joh. Huss. Breslau 1750. 4. Lenfant hist. du concil. de nce.

ı Annal. regni Hungar. p. II. p. 255.

liber dimitteretur, in Germania et Bohemia gravissimam seditionem et universalem persecutionem contra Ecclesiam Catholicam, ejusque ministros orituram esse. Constantiam adveniens imperator initio liberum dimitti volebat Hussium, ubi tamen is errores suos nec coram imperatore retractare vellet, concilium doctrinam ejus haereticam declaravit, scriptaque ejus igni devovit, Hussiumque ipsum ordine sacerdotali exutum judicibus secularibus tradendum decrevit. Hi eum novitus provocatum, ut meliora saperet, tandem obstinatum, nihilque de emendatione errorum suorum audire volentem ad rogum condemnarunt, cineresque ejus ad Rhenum projecerunt, ne a Bohemis superstitiose colerentur. Poenam eandem etiam Hieronymus Pragensis assecla ejus amicissimus subivit. Vid. Vollständ. Gesch. der Hussiten seit der Hinrichtung J. Huss. Leipzig 178?. Royko Gesch. des gross. allg. Conciliums.

§. 83.

Hussitarum placita et ulteriora fata.

Joannis Hussii placita e concilio Constantiensi prae ceteris sequentia referimus: 1) Omnis superior potestatem amittit, quamprimum peccatum mortale committit. 2) Subditi possunt, imo debent vitia superiorum revelare. 3) Obedientia ecclesiastica nihil aliud est, quam inventum sacerdotum. 4) Quemadmodum homo praedestinatus, qualis fuit Paulus, etiam, si in mortale peccatum labitur, non fit membrum diaboli, cum sit ad vitam aeternam electus, ita reprobus, qualis fuit Judas Iscariothes nunquam fit membrum Ecclesiae, licet sit in gratia secundum praesentem justitiam, cum desit illi praedestinatio ad vitam aeternam. 5) Unica existit Ecclesia universalis, ad quam soli praedestinati spectant. 6) Ecclesiae Caput solus Christus est, non autem Papa, cujus dignitatem imperantes civiles tantum fundarunt. 7) Censurae ecclesiasticae ab Antichristo derivandae. 8) Condemnatio 45 articulorum Wiclefi injusta est, et reliqua [1]. Porro Hussitae intellecta magistri sui et Hieronymi Pragensis morte in so-

---

[1]) Vid. Natalis Alexand. Hist. Eccl. secul XV. T. IX. p. 63.

tatem coaluerunt tam concilio, quam clero vehementer
ignati, plebs vero ad sacellum Betlehem congregata
ssium et Hieronymum martyrum nomine condeco-
int. Cum insuper Hussitae duce Jacobello pastore
gensi sumtionem calicis cuivis ad salutem necessariam,
que laicis subtrahere vetitum esse contenderent, seces-
iem ab Ecclesia Catholica hoc quoque obtutu fecerunt.
s vero sectarii hi, praeter liberum religionis suae exer-
im, quod violentis quoque mediis sibi asserere stude-
t, Catholicos opprimere et dominium quodpiam in eos
rcere vellent, hi vero resisterent, causam suam fortis-
e propugnantes, Hussitae anno 1419. ad arma confu-
unt, Catholicos crudelissime tractantes, sacerdotes, mo-
hos, templa dirum in modum devastantes [1]). Imo duce
anne Ziska totam Bohemiam peragrantes, ubique
mmunionem sub utraque specie vi et armis inducebant,
praecipua conventicula in civitate Tabor a se nunc fun-
a servabant [2]). Ex hac eodem adhuc anno Ziska cum
s Pragam intravit, tantas violentias et caedes ibidem
rcens, ut Wenceslaus rex terrore apoplectico ictus,
im illico finiverit. Successor ejus et frater Sigismun-
s vim vi retrudere conatus, belli Hussitici initium fecit,
durante quidquid rabies, furor, vindicta, ambitio, et
atismus aliquando producere potuit, id totum a Joanne
ska tentatum est, qui licet oculis orbatus et ab exer-
i imperatoris anno 1422. ad Brodam Teutonicam decre-
clade affectus, pacem tamen nullatenus inire voluit [3]).
autem per pestem anno 1424. absumto Hussitae in plu-
sectas abivere. Alii quippe Hussii doctrinae strictius
aerentes, Taboritarum nomine compellati [4]), sibi in
em Rasum avunculum Ziskae elegerunt [5]). Alii

---

1) Lenfant Hist. de la guerre des Hussites et du concile de Basle Amst. 1731. T. II. 4. item supplement de Beausobre Laus. de Geneve 1745. 4. Byzinii diarium belli Hussit. in Ludewig relig. manuscr. Cochlaei Histor. Hussit. Aeneas Sylvius Hist. Bohem.
2) Haeberlin elog. Joan. de Trocznova cognom. Ziska. Schirack's Biographie der Deutschen T. III. p. 187.
3) Beausobre supplem. à l'hist. des Hussites p. 102.
4) Beausobre ibidem p. 14. 15. et seq. 45.
5) Kurze Beschreibung berühmter Böhmen.

longe moderatiores ac hierarchiam ecclesiasticam re
tes, nihil aliud postularunt, quam Eucharistiae sub
que specie usum, ideoque Calixtini compellati. Tun
tum aliae minores inter ipsos Hussitas exortae sect
colas Austriae, Franconiae, Saxoniae, Lusatiae et
siae vehementer affligebant, terrorem ubique sparg
et atrocitates summas exercentes [1]). Postquam ver
his ad concilium Basileense anno 1431. fine pacis ev
nec Sigismundus imperator, nec Julianus C
rini legatus pontificius proficeret, patres concili
unionis restituendae legationem ex episcopis et the
Pragam miserunt, quae anno 1433. nonnulla Hussiti
cessit, inter quae ante omnia calicis eucharistici usu
tinebatur. Concessiones hae vulgo Compactata Basil
dicuntur. Quibus obtentis Hussitae Calixtini arma dep
runt, Taboritis causam suam ultro prosequentibus,
tandem anno 1434. per Catholicos et Calixtinos ad B
Bohemicam duce Meinhardo Neuhaus intern
delerentur. Calixtini deinceps Catholicis juncti ma
verum Taboritae in occulto latitantes coetus suos
quoque servabant, e quorum posteris fratres Boh
Moravi hodiedum existunt. Cf. Aeneas Sylvius ii
Bohem. item Vollständ. Gesch. der Hussiten nec non T
bald's Hussitenkrieg.

Caput V.

De Ritibus ecclesiasticis, moribus Christianorum et dis Ecclesiae.

§. 84.

Status Liturgicus.

Status liturgicus Ecclesiae Catholicae quantum a
lebrationem Missae et administrationem Sacramentoru
riodo hac non multas subiit mutationes. Omne id,
hoc ex respectu novitus institutum, eo solum tendel
uniformitas etiam in Liturgia introducatur. Ita Pon

---

[1]) Schmid Gesch. der Deutsch. Vollständig. Gesch. der Hussite
fant Hist. de la guerre des Hussites. T. II. Amsterd. 1731.

tomani, praesertim vero Gregorius VII. nullo non conatu Liturgiam Romanam cum lingua Latina in totam Ecclesiam introducere studuit [1]). Agapae in concilio Trullano nni 692. sublatae, et mos, quo fideles Eucharistiam proria manu excipiebant et ori suo admovebant, in concilio lothomagensi anni 878. sublatus, ac hodiernus usus introactus est. Praeterea oblationes, quae praecedente periodo igebant, cessarunt, ac earum loco Missae privatae, et tipendia ad intentionem data invaluerunt, sicque et ille ios introductus, ut non jam unicum quavis in Ecclesia lissae sacrificium ab Episcopo aut sacerdote celebraretur, erum quisque sacerdos Missam quotidie absolveret. Imo ertis diebus uti Circumcisionis Domini, Vigiliae Epiphaiae, quatuor temporum plures missas celebrarent, qui tamen nus ab Alexandro II. Pontifice in concilio Romano anni 063. ad solum. Natalem Domini restrictus est. Porro mos icis calicem eucharisticum denegandi a seculo XIII. apud lerosque invaluit, si Bohemorum et Moravorum sectas . 83. excipiamus. Diversi insuper ritus, hoc aevo invaerunt, qui doctrinam de Transsubstantiatione, cultumque itriae eidem competentem confirmarent, siquidem Guido ardinalis legatus apostolicus Coloniae morem tintinaula tum in sacro Missae sacrificio, tum occasione ea, qua anctissimum ad aegros defertur, pulsandi anno 1203. inroduxerit [2]).

Quod Baptismum attinet, in hoc qui jam una, jam rina immersione conferebatur, nulla fere alia mutatio facta st, nisi quod loco immersionis teste Thoma [3]) plurimis n ecclesiis adhuc ad seculum XIII. usque vigentis, ablutio ntroduceretur. Baptismus autem, excepto necessitatis casu, semper in Ecclesia ad fontem lustralem conferebatur [4]).

De Sacramento Poenitentiae hujus quoque periodi fideles tenebant, illud summe necessarium esse ad moralitatem conservandam, ac cuivis Catholicorum intime persuasum

---

[1]) Gregorii VII. epist. 64. L. I. Epistol. item epist. 18. Libr. III. et epist. 11. libr. IX. Epistolar.
[2]) Chronicon Alberici ad an. 1200.
[3]) Summa Theolog. P. III. Qu. 80. art. 12.
[4]) Concil. Tribun. c. 8.

ad minus quovis anno tempore paschali proprio sacerd
ciendam esse [2]). Verum ratione poenitentiae publica
tationes invaluere, dum in locum ejus peregrination
crae, expeditiones cruciatae, opes, aut elemosynae
plis, clericis, et monachis collatae, vel vero indulg
surrogarentur. Harum species sunt indulgentiae jub
quas primus in Ecclesiam introduxit Bonifacius
Pontifex, qui nempe annum jubilaei Veteris Test
imitari volens, statuit, ut quemadmodum apud Ju
anno 50. omnes servi libertate donabantur, agri et
praecedenti tempore venumdatae ad antiquos posse
redibant, debita quaecunque remittebantur etc. ita
apud Christianos contriti vere et confessi peccatores
ea, ad quae ex praescripto religionis tenentur,
vantes et exequentes ab omnibus peccatis immunes
rati, vera conscientiae libertate donarentur. Indulg
has jubilaei idem Pontifex omnibus illis concedenda
promulgavit, qui anno 1300. basilicas SS. Apostolor
sitarent, sacris Poenitentiae et Eucharistiae sacramen
fecti. Initio quidem jubilaeum saltem omni centesim
affixum erat, verum Clemens VI. Pontifex anno
illud omni 50. celebrari voluit [3]), quod Urbanus VI

tus V. denique initio Pontificatus sui anno 1585. pro felici regimine indixit jubilaeum, a quo tempore singuli fere Pontifices in sui inauguratione, et in majoribus Ecclesiae calamitatibus illud concedere solent. Hue spectant porro indulgentiae B. M. V. Angelorum alias de portiuncula dictae, quarum originem Bartholomaeus de Pisis [1]) sic narrat: Cum S. Franciscus noctu anni 1221. preces in sacello B. Mariae Angelorum sibi a Benedictinis donato, et prope Assisium posito, preces ad Deum funderet, splendorem Majestatis Divinae vidit, atque a Christo obtinuit, ut omnes, qui in hoc sacello vere poenitentes sacram confessionem peragerent, tum peccatorum omnium, tum poenarum remissionem, proinde plenarias indulgentias impetrarent. Quidcunque de his tenendum sit, certum est, S. Franciscum Deo intime conjunctum, atque exemplari rga omnes charitate conspicuum apud Honorium III. Pontificem tamdin intercessisse, quoad anno 1223. indulgentiarum gratiam pro sacello suo impetraverit. Quae indulgentiae in 2[am] Augusti defixae postmodum ad omnes ecclesias Ord. S. Francisci per Romanos Pontifices extensae sunt [2]). De sacramento Matrimonii sciendum, quod eet varia in variis dioecesibus circa ejus administrationem bservarentur, ubique tamen conveniebant, matrimonia in ecclesiae facie haud contracta, et benedictione sacerdotali destituta, quae vulgo clandestina nuncupabantur, illicita et detestabilia esse, et quamvis non declararent ea irrita, postquam jam inita erant, omnimoda tamen ratione impedire conabantur tum praecipiendo, ut cuivis Matrimonio solitae promulgationes, seu banna ecclesiastica praemittantur, tum extendendo impedimentum consanguinitatis usque ad septimum gradum [3]). Hoc per Innocentium III. P. ad quartum gradum restrictum est. Porro circa puellas Urbanus II. Pontifex sanxit, eas ante duodecimum aetatis annum nuptias nullatenus celebrare posse. Porro adulteri

[1]) Qui anno 1510. opus concinnavit de indulg. Portiunculae.

[2]) Kritische Gesch. des Portiuncula Ablasses von Cyprian dem jüngern. 1794. Corn. Stephani diss. hist. Jenae 1782. T. III. p. 111. Hortig Kirchengesch. 2. Band. 1. Abth. p. 288.

[3]) Concil. Romanum anno 1063. sub Alexandro II. Pontif. celebrat. Richard analys. Concilior. Tom. II.

jam hac aetate poenis ecclesiasticis, et bonorum confisca tione aut mulctis, imo et morte plectebantur [1].

Denique cultus sanctorum et reliquiarum hac period promotus est. Ille quidem, praesertim vero B. M. V. per id quod ejus honoribus sabbati pars pomeridiana, corona Mariae seu Rosarium,*) officium parvum, et salutatio angelica sac rata sint. Porro quisque coetus imo singularis homo in pri vatis necessitatibus patronum e Sanctis eligebat, qui apu Deum pro ipso supplicaret. Cultus autem reliquiarum au tus est, cum omnes Ecclesiarum consecrationes cum rel quiis fieri praeciperentur [2], ac hae ad altaria ponerentur [3] Hoc ipsum probant etiam peregrinationes sacrae, quae h periodo frequentissimae erant praesertim Jerosolymam a sepulcrum Christi et Romam ad limina SS. Apostolor Petri et Pauli. Vid. Fleury dissert III. in Hist. eccl

*) Rosarium nec a Petro Eremita ex Oriente adlatum, neo S. Dominico inventum fuit. Nam ante seculum X. jam r sarii vestigia inter Orientales reperiuntur. Et alioquin not est, ipsos Aegypti eremitas Paulum et monachos solit fuisse preces suas juxta numerum lapillorum, quos sec portabant, absolvere, Benedictinos vero seculi VI. penes l borem manuum orationi secundum seriem globulorum e zo pendentium vacasse. S. Dominicus igitur nihil aliud praesti hoc obtutu, quam quod rosario hodiernam formam indider et illud mysteriis auxerit.

§. 85.

Novi dies festi et canonizatio SS.

Festis veteribus adjecta sunt hac periodo: 1) Festu S. Michaelis et omnium Angelorum, quod longo ja tempore in Ecclesia Orientali et Italia vigebat, et nunc pe totum Occidentem extensum [4].

2) Dies Commemorationis omnium fideli um defunctorum, de cujus origine varii varia nar rant. Ad verum proxime accedunt, qui eam ab Odilone monasterii Cluniacensis in Gallia abbate repetunt. Is nempe

1) Hortig Kirch. Gesch. Tom. II. p. 301.
2) Concilium Nicaen. II. can. 7.
3) Mabillon Act. SS. Ord. Bened. T. VI. P. I. praefat. §. 5.
4) Honorat. Augustodunus Lib. III. c. 167. et Durandus L. VII. c. 12.

o 994. die sequenti post festum OO. SS. primo cum mo-
his suis Missam pro omnibus fidelibus defunctis celebra-
plures preces et eleemosynas solito majores distribu-
Cujus mos sensim per totam Ecclesiam non in claus-
solum, sed inter cunctos fideles invaluit [1]).

3) Festum Theophoriae seu Corporis Chri-
cui occasionem dedisse fertur Juliana ordinis Ci-
iensium monialis, in dioecesi Leodiensi, quae cultum
i Sacramenti zelosissime a longiori tempore jam fre-
tans, cum occasione plenilunii adorationi Sanctissimi
tissima observaret nigram in luna maculam, hac divino
omine sibi significari putabat festi Theophorici in Ec-
a defectum. Visione hac intellecta Robertus Leo-
is ecclesiae tunc episcopus synodum anno 1246. ce-
vit, ac audita suorum mente festum Corporis Christi
lioecesim Leodiensem quovis anno celebrandum con-
t. Quod festum Urbanus IV. P. anno 1264. in to-
Ecclesiam introduxit [2]).

4) Festum SS. Trinitatis, quod pariter hac periodo
a ad universam Ecclesiam extensum est. Joannes
. Pontifex autem officium de SS. Trinitate acceptavit,
universa Ecclesia absolvendum praescripsit [3]).

5) Festum Immaculatae Conceptionis B. M.
uamvis sententia haec: Beatissimam V. Mariam sine
iis labe conceptam fuisse, antiqui patres jam tene-
[4]), Paschasius Radbertus et Petrus Lom-
lus eam docerent, imo canonici Lugdunenses festum
in ecclesia sua celebrarent, sententia attamen haec
in adversarios offendit, usque dum Joannes Duns
is auctor Scotistarum contra Thomam Aqui-
m auctorem Thomistarum rem insigniter demon-

---

labillon Act. SS. Ord. S. Bened. Secul. IV. P. I. pag. 584.
arth. Fisen origo prima fe ti Corporis Christi ex viso sanctae virg.
ulianae divinitus oblato Leodii 1619. 8. Acta SS. April. T. 1. p. 437.
t seq. Bened. XIV. de festis Christi et Mariae L. 1. c. 13. p. 360.
om. X. opm.
oan. Launoyus Hist. acad. Navar. T. II. p. 473. Bened. XIV. de festis
hristi et Mariae L. 1. c. 12.
yrillus Hierosolym. Catech. XII. 29. Epiphan. haer. 79. Ambrosius
le instit. virginis. August. Lib. de natur. et gratia c. 36. Damascen.
le fide orthodoxa lib. III. c. 12.

straret, ac concilium Basileense declararet: Doctrin immaculata conceptione Deiparae V. tanquam piam, e tui ecclesiastico, fidei catholicae, rectae rationi, Scripturae consonam ab omnibus Catholicis adproba tenendam, et amplectendam esse [1]). A quo tempoı stum immaculatae conceptionis B. M. V. per totam I siam celebrari coepit. Cum tamen Thomistae ı immaculatae vel non reciperent, vel cum voce ginis conjungerent, Sixtus IV. P. indulgentias on cultum immaculatae conceptionis B. M. V. celebraturis cessit quidem, utramque tamen sententiam sequi l esse publicavit, ac eos solum anathemate feriit, qui trariam Suae doctrinae amplectentes pro haereticis (rare auderent, cum Ecclesia quaestionem hanc non ut maticam deciderit [2]). Quid de hac doctrina recentissin Pium IX. Pontificem modo Ecclesiam felicissime g nantem actum sit, periodo subsequente exponam.

6) Festum Visitationis B. M. V. quod anno 1263 mum S. Bonaventura in monasteria quaepiam Fn canorum induxit, a quibus tardius nonnulli ex clero q illud amplexi sunt, donec tandem Urbanus VI. P. 1389. universae Ecclesiae idem praescripsisset. *)

Quod canonizationem Sanctorum attinet, licet cu mis Ecclesiae initiis omnes sancti per Metropolitam et copum audita etiam populi opinione canonizarentur, s tamen integrum actum canonizationis synodi exercere perunt. Cessantibus synodis provincialibus jus hoc a dem Romanam translatum est, ac Alexander III. tifex statuit, ne ullus in Ecclesia pro Sancto, nisi cum toritate Ecclesiae Romanae colatur [3]). Vid. L. Mur in opere de ingenior. moderat. in relig. negot. Frey tisch. Komment. des Kirch. R. T. 2. p. §. 75. et E ridion Juris Eccles. per me edit. 1848. Poson. editio. 161. pag. 137.

*) Quod aedes sacras cultui B. M. V. dicatas et frequenti sitatas attinet, inter has potissimum inclaruit 1) Dc

[1]) Concil. Basileense sess. 36.
[2]) Extravagant. com. cap. II. de relig. et venerat. Sanctor. L. III. tit
[3]) Cap. I. de reliq. et venerat. SS. in Decretal. Gregorii IX. Pontif

Lauretana communiter La casa santa nuncupata, quae Laureti in marchia Anconitana existit, et in medio Ecclesiae cathedralis e ligno cedrino, lateribus coctis posita, externe marmore obducta, ac diversis summi pretii insignibus ornata effigiem thaumaturgam B. V. M. fidelium cultui publico expositam complectitur [1]). De domo hac Lauretana nonnulli scriptores opinionem piam tenent: Illam esse Nazarethanam, in qua angelus Gabriel Beatissimam V. Mariam salutaverit; eamque ministerio angelorum anno 1291. in Dalmatiam, anno autem 1295. in Italiam, speciatim Lauretum transpositam fuisse. 2) Cella Mariana vulgo Mariazell dicta, quae in ducatu Stiriae existit, estque aedicula B. M. V. sacra pariter in medio amplissimae Ecclesiae exstructa, in qua B. V. Mariae statua publicae fidelium venerationi exposita habetur. Ecclesiam ipsam autem Ludovicus M. rex Hungariae relata de Turcis anno 1377. victoria in gratitudinis et pietatis suae monimentum erexit [2]), multisque ornamentis dotavit. 3) Ecclesia Radnensis in oppido ejusdem nominis comitatus Aradiensis in Hungaria sita ord. S. Franc. prov. Capistr. cum claustro regularium, quae ortum et splendorem suum cultui B. M. V. referre debet. Eam multas vicissitudines passam religiosi semper restaurare conabantur. In illa effigies B. M. V. thaumaturga colitur, et quotannis ab infinita fere fidelium multitudine visitatur [3]). 4) Ecclesia Sasvariensis in comitatu Nitriensi sita, a Francisco Lotharingo Romanorum imperatore Augustae Mariae Theresiae conjuge aucta, ad splendidum statum posita, et multis donis ornata, olim ordini S. Pauli adscripta, nunc in parochialem conversa. In hac thaumaturgam Deiparae statuam e ligno sculptam fideles venerantur. V. Alexii Jordánszky Magyar országban és ahhoz tartozó részekben lévö Boldog Asszony képeinek leirása. Posonban 1836.

§. 86.

Mores Christianorum.

Morum corruptela priori jam periodo inchoata, nunc ultro serpebat, et cunctas laicorum et clericorum classes invadebat. Laici praesertim nobiles comessationibus et ebri-

[1]) De domo hac Lauretana plura lege in Instit. Hist. Eccl. per me Pestini 1840—1841. edit. Tom. 3. p. 426. §. 81.

[2]) Katona Hist. crit. Hungar. Tom. 10. p. 395. V. Car. Comes de Purgstall Germ. Austriaca seu Topographia omnium German. provinciar. Augustiss. domui Austr. subject. Viennae 1701. p. 38.

[3]) Alexii Jordánszky Szüz Maria Kegyes Képeinek rövid leirása 97. 98. 99. Cap.

etati indulgebant, et aliorum bona occupabant. Clerum avaritia, simonia, mollities, aliaque vitia depascebant ita, u hierarchiae ecclesiasticae subordinationem fere everterent Concilium Moguntinum anni 888. detestatur vitia inde ortu quod mulieres sub eodem tecto cum clericis cohabitare permittantur. Episcopi quandoque imberbes et nimis juvene constituebantur, qui spectacula frequentabant, convivi sumtuosa et plane moriones servabant. In toto Occident ferocia quaedam militaris per expeditiones cruciatas alebatur, imperantes civiles litibus a sacerdotio abalienabantu ac ipsa Ecclesia Romana multorum annorum schismate scindebatur, ut adeo mirum non fuerit, magnam morum corruptionem invaluisse [1]. Nec deerant hujus temporis scriptores nomine et numero conspicui, qui de hac tristi morum corruptela ingemiscerent, uti Nicolaus de Clemangis, qui opus peculiare de corrupto Ecclesiae (Gallicanae statu vulgavit, Guilelmus Tyrius, qui monstrosum statum vitiorum hominum Orientis depingit [2]. Conradu Urspergensis abbas, qui seditiones, depraedationes incendia in Germania regnantia describit [3]. De Episco et abbatibus seculo XI. et XII. militantibus Ivo Carnotensis [4]) et Matthaeus Paris [5]) conqueruntur, narrantes eos Martis asperitatem et castrorum corruptos mores inbibisse. Quo circa Gregorius VII. Pontifex pro suo erga disciplinae integritatem zelo securim radici admovens, malum funditus exstirpare conatus est, ac saluberrima decreta contra concubinatum aliaque vitia edidit, quae licet optimo successu donarentur, omnem tamen morum corruptionem sufferre minime potuerunt [6]. Quare ab illo praesertim tempore, quo Ecclesia Romana schismate Pontificum in factiones dividebatur, omnes fere fideles Christiani re-

---

[1]) Idem testantur acta concil, Pisani, Constant. et Basileensis aliaque ejus temporis opera, quae recenset Van der Hardt de concil. Constant. T. I. p. 10. 60. 93. et seq. P. IV. VII. VIII—XVII. item Schoelhorn amoenit. liter. Tom. III. p. 40 et seq. Chronica Oldenburg apud Meibom T. II. p. 171. 174.

[2]) Guilel. Tyrii histor. sacri belli L. XXI. c. 7.

[3]) Conrad Ursperg Chronic. ad an 1192.

[4]) Epist. XXVIII. ad Philip. regem.

[5]) De Guilelmo conquestore relationem faciens ad an. 1070.

[6]) Paulus Bernried in vita Gregorii VII.

formationem quamdam optabant, sed disputantibus inter se Ecclesiae rectoribus, utrum reformatio in Aula solum Romana, an vero in cunctis Ecclesiae ordinibus suscipienda it, totum reformationis negotium optato effectu frustratum. Non tamen haec ita sumenda sunt, ac si omnis penitus moralitas e medio Christianorum exulasset. Nam praeter id, quod Ecclesia omnem conatum adhibuerit, ut vitia crassiora statutis disciplinae decretis reprimerentur, multa periodo hac evenerunt moralitati sive proficua, sive contraria, quae maxime e Religionis Christianae spiritu intimius concepto, et inter fideles semper magis propagato, repetenda sunt. Huc spectat, quod mores hominum per Religionis Christianae principia sensim a ferocia sua remitterent, industria et mercatura per bella sacra cresceret, urbes potentiores et opulentiores evaderent, ac libertate donarentur, Ecclesiamque ipsam contra hostes tuerentur. Sensus religiosus in multis omnis sexus et conditionis hominibus tanto vigebat, ut omnem suam sentiendi et agendi rationem legibus evangelicis exacte conformarent, et sanctitatem, ad quam tendebant, reapse multi consequerentur. Ex eorum numero paucissimos solum allegandos duxi, tales erant seculo XI. Stanislaus Cracoviensis episcopus a Boleslao Poloniae rege, quem propter scelera e gremio Ecclesiae excluserat, ad ipsam aram mactatus; Gerardus Csanadiensis episcopus sub rege Petro a conjuratis Vathanis e monte, qui Pestino imminet, in Danubium praeceps actus [1]; Canutus rex Daniae a subditis suis ob conatum decimas introducendi occisus; Stephanus rex Hungariae, et ejus filius Emericus, item Ladislaus que rex Hungariae ob praeclara in utramque rempublicam merita inter sanctos relati; Margaretha regina Scotiae plures alii. Seculo XII. Gulielmus episcopus Bituricensis, Leopoldus marchio Austriae. Seculo XIII. Ludovicus Tolosanus episcopus, Ferdinandus rex Castiliae, Margaretha filia Belae IV. regis Hungariae ord. S. Dominici, Agnes e filia regum Bohemiae, Hedvigis e familia marchionum Moraviae uxor ducis Po-

[1] Pray Hist. Hungar. T. I. p. 49. Thurocz. c. 39. 40.

loniae, Elisabetha filia Andreae II. regis Hı uxor comitis Thuringiae, Isabella soror S. Lu regis Galliae, Eleonora regina Angliae. Secul Andreas Corsinus episcopus Fesulanus, Jo Nepomucenus canonicus Pragensis, Elisabe gina Portugalliae. Seculo XV. Joannes Cantianu byter secularis Cracoviensis, Casimirus e fan gum Poloniae, Ferdinandus e familia regum P liae, Nicolaus rusticus Helvetius postea eremita res alii, in omni classe et sexu reperti. Vid. Klei Eccl. Christ. T. I. p. 777. §. 50. et T. II. p. 176.

§. 87.

Judicia Dei seu Ordalia.

Quamvis autem plurimi hujus aevi homines p bus et vitiis frena laxarent, plerisque tamen sens giosus inerat, licet is quandoque etiam apud ill supra vulgus sapiunt, cum superstitione conjunct Hujus rei uberrima documenta praebent judicia D Ordalia, quae ex veteri Germanica voce Ordel thel compellabantur. Haec in eo posita erant, de crimine aliquo accusatus vel suspectus testimo digna pro innocentia sua comprobanda adducere no bat, experimento, aut probationi cuidam subjic quae ex natura sua cum difficultate, laesione corp excidio conjuncta erat, hanc si quis illaesus sustin innocente habebatur, si vero secus velut reus con batur. Ex variis autem ordalium generibus sequen tatu digniora erant: 1) Probatio per ignem, vi cu cusatus vel prunas candentes in pectore sustinere, rum candens manibus contrectare, vel per carbone nudis pedibus aut per rogum flagrantem transire co 2) Probatio per aquam ferventem, aut frigidissimam, delatus brachium in aquam ferventem immergere ob tur, vel vestibus exutus in aquam frigidissimam immittebatur. Si brachium illaesum ex aqua extrahel aquae frigidae non supernatabat, sed ad fundum me tur, velut innocens absolvebatur. 3) Probationis erat jus stillicidii, et cruentationis seu feretri, dum

n propter homicidium delatus, ad cadaver occisi ductus, ad attingere jubebatur, et si tactus cadaveris spumam, t salivam ipsi ex ore elicuit, aut sanguinis cruorem e lnere expressit, velut reus condemnabatur. 4) Probatio r Eucharistiam quam clerici potissimum subibant. Suspecti licet de crimine S. Coenam accedere jubebantur, et si notes fuissent, illico post absolutam communionem Dei tate morituri aut infirmitatem passuri putabantur. 5) Prolo per duellum. 6) Probatio per saltum honoris, dum quis castelli aut arcis cacumine desiliens et integer perseverans innocente, secus pro reo declarabatur. His aliisque proionibus aliud adhuc superstitionis genus addendum nempe inatio illa, quae sors Sanctorum, sors biblica aut rtilegium patrum vulgo dicebatur, dum videlicet rimo Bibliorum fortuito adpertorum textu futura praedintur [1]. His cunctis probationibus superstitiosa fiducia ei justitiam suberat, qua innocentis mortem non tolerus, sed immediate nocentem manifestaturus credeba-, et iisdem omnes fere lites decidebantur [2]. Et prolo licet Deus miracula non patret, ubi media naturalia finem assequendum sufficiunt, probationesque hae subte tales essent, ut sceleratissimus eas facile sustinere, nocentissimus iisdem facile opprimi posset, non tamen mus fieri potuisse, imo et factum fuisse, ut quandoque innocentiam per miraculum quoque tuitus sit. Nam si per id, quod naturalis rerum conditio postulabat, accidet, si nunquam seu innocentia seu culpa extraordinario ido manifestata fuisset, ordalia intra breve tempus omnem ctoritatem amisissent, ac cessare debuissent. Vid. Trat. Hincmari Rhemens. de divortio Lotharii et Teutrgae. Cellot in Historiae Goteschalci append. ter miscell. opuscul. 6. de vulgari Dei judicio.

---

1) Vid. Du Cange in Glossario voce: Sors Sanctor. item. Schöne Geschichtsfor. P. III. p. 423.

2) Du Cange ibid. vocibus aquae frigidae judicium etc. Mabillon praefat. in act. SS. Ord. Bened. secul. VI. P. I. §. 5. Nro. 45. Martene de antiqu. Eccles. ritib. T. III. L. III. c. 7. p. 330. et seq. Lebrun Histor. crit. de ritib. superstit.

§. 88.

Abusus quidam circa Missam. Festum Stultorum et Asinorum.

Cum superstitio non eadem serie semper decresc qua cultura et progressus scientiarum augentur, mirum n est, ejusdem vestigia adhuc seculo XII. et XIII. in rel sanctissimis reperta fuisse. Ita 1) in ipsam cultus divini pa tem sanctissimam utpote Missae incruentum sacrificium al sus quospiam in nonnullas ecclesias irrepsisse depreh dimus. Postquam enim prohibitio emanasset, ne ullus s cerdos plures, quam unam Missam intra diem celebret, s cerdotes quidam defectum hunc per id supplendum es putabant, quod semel quidem consecrationem et comm nionem in Missa persolverent, reliquas tamen partes M sae omnes ante et post Canonem contentas bis terve ad i tentionem fidelium repeterent, et Missas has bificat et trificatas compellarent. Abusum hunc praelati ecc siarum, et Sedes Romana iterato castigatum tandem p tus extirparunt. 2) Ad abusus hujus temporis spectant quidam festi, et solemnitates turpes, ac ludicrae adi veterum saturnalium in ipsis Christianorum ecclesiis c bratae, uti festum stultorum et asinorum. Haec Gallia et Germania a seculo XII. et XIII. celebrabantur. I lud in eo consistebat, quod inferior clerus unum e gre suo in Episcopum joci causa die natali Domini eligeret, eodem die pontificalibus indutus velut summus antistes s crum solemne decantaret, reliquis e minori clero ins Canonicorum sedes occupantibus, et magna cum vocifer tione verba Psalterii cantantibus: Deposuit potentes sede et exaltavit humiles. Qui episcopo festi sub sacro a sistebant, corio antiquorum aut abjectorum calceorum i thuribulum immisso illum incensabant, aliis sub choro sta tibus, aliis farcimina edentibus, tesseras vel chartas tr ctantibus, aut obscoenas cantilenas intonantibus. Post al solutam in Ecclesia solemnitatem totus coetus horrend cum clamore foras se proripuit, cui postea laici in platei et foro obvii se jungentes festum prosequebantur [1]. Hu

[1]) Harduin collect. concil. T. VI. P. II. p. 2017. Memoires pour ser à l'histoire de la fête des foux par M. Tilliot à Lausanne et Ge

simile festum celebrabant pueri scholastici Moguntiae et alibi in festo S. Nicolai, et SS. Innocentium [1]), dum vesperas in ecclesia cathedrali solemniter absolvebant. Nugas has et abusus Pontifices Romani et concilia omni ratione extirpare conabantur, verum ante seculum XIV. non successit, quo nempe concilium Basileense festum fatuorum, spectacula, saltationes, convivia, et nundinas in templis et coemeteris servari solitas severissime prohibuit [2]). Quod denique festum asinorum attinet, nec istud minorem offensionis et scandali occasionem praebebat. Celebrabatur vero in nonnullis Galliae praesertim ecclesiis ad memoriam Christi in Aegyptum fugientis magna cum solemnitate. Die quippe natali Domini, aut post Epiphaniam asinus splendide ornatus, cui virgo insigni decorata vestitu insidebat, magna cum pompa et laeto cantu per ecclesiam conducebatur, eique sub solemnitate Missae flexis genibus jacenti pabulum pingue porrigebatur. Pro quo festo teste Du-Fresne [3]) propria plane liturgia et specialis cantilena asini laudes complexa cantabatur. Licet autem indecoram hanc festivitatem concilia uti Lateranense IV. et Salisburgense anno 1247. sufferre conarentur, et scurriles ludos hos in domo Dei celebrari solitos interdicerent, effectus tamen optatus ante seculum XV. nequaquam secutus est, quo nempe Nicolaus de Clemangis erudito opere [4]) festum illud velut abusum descripsit absurdum, et acerrime perstrinxit, synodus autem Basileensis, et impetentes civiles pluribus decretis severe prohibuerunt, sicque abusus hic tandem profligatus est. Vid. Michl's Kirchengesch. II. B. 1. Abth. Landshut 1827. p. 312.

§. 89.

Sacrae inquisitionis origo.

Cum episcopi innumeris laboribus pressi Catholicam

1741. Michl's Kirch. Gesch. 2. B. 227. W. D. Thurman Handw. Buch der christl. Relig. und Kirchen-Gesch. Halle 1829. Tom. III. p. 199.

[1]) Ant. Dürr comment. Histor. de episcop. pueror. Mogunt 1755.

[2]) Anton Michl Kirchen-Gesch. Tom. II. p. 287. Durandi rationale divin. offic. L. VI. c. 15.

[3]) Du Fresne Glossarium ad script. med. et inf. Latin. Tom. II. voc. Fest. asinor. p. 402. et seq.

[4]) De novis celebritatib. non instituendis.

fidem non zelose satis defendere, neque haereticos, q utrique reipublicae perniciosissimi fundamentum status Ecclesiae subvertebant, criminis laesae majestatis divin et humanae rei, omnis superiotatis auctoritatem concule bant, fidem negabant,. furta, latrocinia licita esse doceb sanctimoniam thori, et proprietatis libere violabant, co vertere, aut exstirpare valerent, Gregorius IX. Pon fex anno 1233. fratres praedicatoris S. Dominici in r gione Tolosana et reliqua Gallia, nec non Italia existen plena potestate instruxit de haereticis inconsulto èti episcopo dioecesano inquirendi., et judicandi., relicto m gistratibus civilibus executionis. jure [1]. Hinc ortum inq sitionis sacrae tribunal. Primi haereticae pravitatis inq sitores Tolosae electi sunt: Petrus Cellanus et Gu lelmus Arnaldus. Reliqui ex hoc ordine ad inquis tionis munus deputati fungebantur in Montepessulano (Mon pellier), Carcassone ac alibi. Ab hac Gregorii I aetate inquisitionis tribunal Tolosae et Carcassone erecta est, quod omnes haereticos, aut de haeresi suspect Magos, Judaeos et alios praevie citatos judicabat. Inq sitores sacri ad conversionem et emendationem unice pe catorum tendebant, verum magistratus civiles eorum se tentias rogo et carceribus exasperabant. Plurimum aux praesidii tribunali inquisitionis accessit per principum con firmationem et auctoritatem. Ita Ludovicus IX. Galli rex anno 1229. in regione Narbonensi et Arelatensi leg severas, quibus haereses sufferebantur, publicavit [2]. Pl praestitit adhuc Fridericus II. imperator, qui anno 12 conditis Patavii quatuor decretis, et inquisitores sub su peculiarem protectionem recepit, et haereticos ab Eccle pro talibus declaratos per judices seculares poenis subj ciendos statuit, illis qui in malo pertinaciter perseverabar poenam ignis, ad saniora autem redeuntibus carceres per petuos dictans, denique poenas perduellionum nec no

[1] Histoire generale de Languedoc. T. III. p. 394. 395. Gregorii Cap tula contra Patarenos an. 1236. et epist. ad Prior. Ord. Praedicat. Lomb. an. 1237. apud. Mansi Tom. XXIII. p. 74.

[2] Vid. Histoire gener. de Langued. Tom. III. p. 371. et recueil d Ordonances T. I. p. 50. Catel. Hist. des Comtes de Toulouse p. 3 et seq.

ae Majestatis haereseos crimini praestituens [1]). Quas-
orantium civilium leges poenales Pontifices quoque Ro-
i Innocentius IV., Alexander IV. et Cle-
ns IV. adprobarunt. Cum autem inquisitionis sacrae of-
m utriusque sacrae nempe et profanae tantam adproba-
em ferret, mirum nemini videri debet, illud in aliis
jue Europae ditionibus introductum, et ita stabilitum
se, ut eodem vix carere posse viderentur. Sic a Gre-
·i o IX. Pontifice duo haeresum inquisitores in Italia
stituti sunt ex ordine Dominicanorum. Sicilia jam anno
4:. inquisitionis officium per Dominicanos Panormitanos
inatum, et per Fridericum II. imperatorem privile-
auctum recepit. Postea Arragoniae, Castellae regna,
reliqua Hispania haereticae inquisitionis tribunal in me-
ni invalescere siverunt [2]). Venetarum ditiones pariter
d receperunt ea tamen sub conditione, ut senatus incu-
brum examen et poenam illis infligendam viris secculari-
numero tribus a duce constitutis relinqueret [3]). In Ger-
niam quidem iteratis vicibus penetravit inquisitio, quin
men ibi constanter perseverare posset. Imo Conradus
arburg praedicator fidei primus in Germania inquisitor
um et nimium rigorem suum morte solvit. Cum enim is
Gregorio IX. Pontifice missus, ut Stedingos infensis-
mos Religionis hostes (§. 80) vel ad fidem converteret,
si in errore obstinati perseverarent, indicto sacro bello
opparet, non procul a natali solo suo Marburg ex insi-
illorum trucidatus est [4]). In Hungariam quoque et pro-
cias eidem adnexas receptam fuisse Inquisitionem sacram
et inde, quod Bonifacius VIII. anno 1299. fratres
ordine Dominicanorum et Franciscanorum inquisitores
reticae pravitatis sub directione Gregorii Archiepi-

Limborch. Hist. inquisit. p. 48.
Convent. Taracon. in Martene coll. ampliss. T. VII. p. 123. Mansi Concil. Tom. XXIII. p. 329.
Paolo Sarpi discorso dell' origine, forma, leggi, ed uso dell' inquisit. di Veneta 1630. 4. Latin Rotterdam 1651. 12.
Wadding Annal Minor. T. II. p. 151. 355. et seq. Jacob. Alberic Chronicon ad an. 1233. p. 544. et seq. J. E. Estor observ. vit. Conradi de Marburg illustr. in J. Ph. Kuchenbecker Analect. Hassiae Marburg 1728. T. XII. 8. Jacob. Ecchard script. Dominic. Tom. I. pag. 487. et seq.

scopi Strigoniensis constituerit. Hancque usque ad sec lum XVI. contra omnes innovatores fidei in patria nosl officio suo defunctam fuisse Historia docet [1]). Maximos t men progressus fecit inquisitio sub Ferdinando Arr gonio et Isabella conjugibus contra Mauros, Judae et quoscunque alios haereticos. Generalis haec inquisitio p litica magis quam ecclesiastica ex consilio ejusdem r gis Ferdinandi cum consensu omnium regni ordin instituta primum Sevillae, dein Madriti sub generali inq sitore Thoma de Torquemada fungebatur [2]). Pos quam vero in hoc tribunali capitis sententia pronunci erat, magnus et solemnis adparatus vulgo Auto da (actus fidei) dictus executioni praemittebatur. Praeced tibus nempe cum cruce Dominicanis condemnati ad poen ignis nudatis pedibus et lugubri veste crocei coloris (sa benito) induti, in qua ludicrae diabolorum imagines pi erant, nec non infulis ex charta factis capiti eorum imp tis, patrinis suis stipati splendide quasi ad locum supp ducebantur. Quod si quidam ex iis poenitentia tacti abs confessione mortis poenam effugissent, non solum j fide se erroribus abdicare, sed etiam promittere ob bantur, se animo prompto omnes poenas sibi infligen sive illae in carceribus perpetuis, sive in flagellatione denique in honorum jactura consisterent, ultro assumpt esse: Reliqui vero ad rogum positi concremabantur. Phil. Limborch. Hist. Inquisition. Amstelodam. 16 fol. Nicol. Emerici Director. inquisit. Barcinae 1 Spittler Entwurf der Gesch. der span. Inquisit. vor Sammlung der Instrukt. des span. Inquisitionsger. üb von Renso Hannover 1784. Llorente's Kritisch. Ges der span. Inquisit. aus dem Französisch. mit Anmerk von Höck T. IV. Gmünd. 1819—1821. qui tamen cum praejudiciis et partium studio abrepti sententiam ultra ju limites criticam tulerunt. Cf. de hoc objecto Institut. H. E. p me Pestini 1840—1841. edit. Tom. 3. §. 74. pag. 393. et se

[1]) Szvorényi Amoenitates Histor. Eccles. Fascic. 3. p. 57—95. Jau 1795. 8.

[2]) Thomas de Turrecremata ordinationes et statuta circa modum proc dendi inquisitorum. Quetif Bibl. ord. Praedicator. T. I. p. 19. Pa mo de orig. et progress. inquis. Madriti 1529.

§. 90.

Canonici Regulares et Cathedrales.

Institutum Canonicorum juxta normam a Chrodegango 'dinatum semper majorem adprobationem ferebat, ideo- le plura Canonicorum collegia seu Capitula (§. 86. pe- od. II.) in ecclesiis Occidentalibus fundabantur, amplis nis et proventibus dotata, e quorum membris episcopi nctitate et eruditione conspicui ad regendos fidelium coe- apti eligebantur. Verum circa dimidium seculi X. Ca- nici quarumdam ecclesiarum cathedralium a veteris regu- disciplina recedere coeperunt, normam vivendi liberio- n inducentes. Reperiebantur enim, qui ut narrat Tri- emius [1] ab antiqua disciplina recedentes communi vita regula Aquisgranensi repudiata proventus inter se divi- rent, privata sibi hospitia conducerent, et distinctum ab iscopis corpus constituerent. Quare ad veterem canoni- rum disciplinam partim conservandam, partim instauran- m non pauca tentarunt Pontifices; speciatim Nicolaus II. Alexander II. qui in synodis Romae celebratis con- ituerunt, ut Canonici juxta ecclesias, ad quarum servi- m ordinati sunt, simul manducent, ac ad vitam commu- m redeant, nullus tamen illorum perfectam peculii re- nciationem postulavit, sed suasit tantum [2]. Rem ultro movere conabatur Ivo Carnotensis qui anno 1078. qua aepositus Canonicorum ecclesiae S. Quintini suos fra- s non modo ad id permovit, ut vitam communem resu- rent, verum etiam patrimonio ac aliis quibuscunque pro- ntibus renunciarent, quam vivendi normam monasticae nillimam aliis quoque Galliae capitulis communicavit [3]. m tamen eum omnes non sequerentur, hinc secutum, ut qui ad vitam communem redirent eadem domo et mensa entes, ac votum paupertatis observantes, qui nomine nonicorum regularium veniebant, alii vero cum con- nsu Ecclesiae praelatorum suorum proventus communes

---

[1] Trithemius in Chronic. ad an. 974.
[2] Concil. Roman. an. 1059. et 1063. Thomassini discipl. Eccles. P. II. L. III. p. 208. Mabillon annal. Bened. T. IV. p. 748.
[3] Sigebert. Gemblac. de scriptor. eccles. c. 167. Frontonis vita Ivonis in ejus Epist. et diss. p. 490. item in Act. SS. Maji T. V. p. 247.

inter se dividerent, in una quidem civitate, sed in
hospitiis domiciliarentur, qui Canonici Cathedral
Collegiati, generatim Canonici seculares hodiedum
pantur. Cum porro Canonici regulares institutum se
tur simile illi, quod S. Augustinus inter cler
clesiae Hipponensis induxerat [1]), etiam Canonici r
S. Augustini dicebantur; et quia S. Norberi
viensis origine vir aulicus, vitae liberrimae addic
ictu fulminis amicum ipsius prosternentis territus,
tam poenitentem conversus cum nonnullis sociis in
monstratum (pré montré) dioecesis Laudunensis v
litariam petiit, suisque regulam S. Augustini p
formatam cum albo vestitu praescripsit, enati su
Canonici regulares Premonstratenses seu S. No
Uterque ordo Romanorum Pontificum adprobatione
in conversione infidelium et haereticorum, cura a
et studio literarum theologicarum sibi magna me
ciliavit, ac ad alias Europae ditiones propagatus e
Canonicos Cathedrales attinet, hi primum Coloniae
pinae cum consensu Güntheri Archiepiscopi Col
et cum adprobatione synodi ibidem 885. celebrat
communem deseruerunt; ac corpus quidem commu
tulum constituerunt, at ab invicem separati, quisq
stincta domo ex propriis proventibus se, familiam
mesticam intertenuit. Exemplum horum alia quoq
tula uti Trevirense, Confluentinum, Vormatiense,
tinum, Spirense et reliqua sequebantur, neque ali
nomen, gradum hierarchicum et proventus commun
erunt. Instituto hoc successu temporis ad omnes
ses introducto, capitula evasere corporationes di
propriis privilegiis et juribus ornatae, praepositis,
riis, et ordinariis membris provisae, ac Episcopis
sanis, quorum senatum constituunt, subordinatae. V
billon annal. Bened. T. IV. p. 586 et oper. posthu
II. p. 102. Muratori antiq. Ital. med. aevi T. V.

---

[1]) Vid. S. Augustini epist. 211. edit. Mauriuae; ubi legitur re
passim S. Augustini nuncupatur, quis tamen auctor ejus fue
rice probatum non est.

Thomassini discipl. eccles. circa benef. T. I. P. I. L. 3. c. 11. p. 657.

§. 91.

Collegia Canonicorum secularium et regularium in Hungaria.

S. Stephanum protoregem Hungariae Archiepiscopatum Strigoniensem et plures episcopatus in patria nostra fundidisse (§. 12.) innuimus. Cunctis his episcopatibus uti Strigoniensi, Agriensi, Baesiensi, Csanadiensi, Colocensi, Jaurinensi, Quinque Ecclesiensi, Transylvaniensi, Vaciensi, Varadinensi, et Veszprémiensi collegium quoque canonicorum adjectum fuisse, et mos seculi, et indigentia temporum illorum dubitare nos non sinunt, sed et doctissimus Pray hoc ipsum de Strigoniensi capitulo non obscure insinuat [1]) et biographus S. Gerardi de Csanadiensi capitulo velut S. Stephano coaevo mentionem facit, alii item scriptores de reliquis patriae nostrae Capitulis id satis evincunt [2]). Proinde cum haec alioquin nota sint, necesse est, ut quaepiam de Capitulis collegiatis patriae nostrae recenseam. Prout autem generatim Capitula collegiata inde orta sunt, quod cum crescente numero cleri omnes civitatis episcopalis presbyteri ecclesiis cathedralibus adscribi non possent, Canonicorum institutum ad nonnullas ecclesias inferiores extenderetur, ita hoc ipsum in Ecclesia quoque Hungarica obtinuit, pluraque Capitula collegiata fundata sunt. Inter haec spectata antiquitate primum locum sibi vendicat Capitulum Posoniense. Hujus prout et Praepositi fundatorem et originem nemo quidem hactenus cum omnimoda certitudine edocuit. Magna tamen cum probabilitate asseri potest, illud ad tempora Geisae ducis referendum esse. Ab quo nempe Piligrinus Metropolita Laureacensis seu Pataviensis in Hungaria praedicans et a Benedicto VII. Pontifice potestate ordinandi ecclesias episcopos et presbyteros instituendi ornatus, Capitulum cum Praeposito Posonii eum in finem fundavit, ut inde velut ex seminario ob-

---

[1]) Pray in specim. hierarch. Hung. P. I. p. 2.
[2]) In cujusvis fere dioeceseos patriae schematismo praemittitur brevis historia episcopatus et capituli.

tinerentur Evangelii praecones, qui tum novos reg
las Hungaros a gentilismo converterent, tum veter
stianos seu Slavos terrae illius (comitatus Pos
Christianae fidei pabulo pascerent. Praepositus Ca
risdictione episcopali in eum terrae tractum provi
eamque exercuit usque dum Honorius III. Ponti
1221. Capituli ex castro in urbem Posoniensem tr
nem concessisset, ac Praepositus una cum Capitu
hucdum Passaviensi metropolitae suberat, Archi
Strigoniensi subjectus; et jurisdictio episcopalis ej
archidiaconalem conversa fuisset [1]). Alterum C
collegiatum est B. M. V. Albaregalense. Vitam hu
siae simulque splendorem S. Stephanus rex H
largitus est. Qui postquam se regnumque B. V. M
credidisset, famosam teste Carthuitio [2]), et grandem
construere coepit, quam rex et Gisela conjux parame
licibus, gemmis et ornamentis ditarunt [3]). Ibi sacra
rona asservabatur, reges et reginae coronabant
sepeliebantur. Capitulum hoc variis privilegiis tum
bus tum a Pontificibus ornatum est [4]). Reliqua Ca
bensia recenset Szvorényi [5]). Strigonii praete
politanum collegiata quoque erant Capitula, quor
erat S. Georgii de viridi Campo Strigoniensi [6])
S. Thomae, tertium erat S. Stephani prot
per Philippum Archiepiscopum Strigoniens
1272. fundatum, aut saltem auctum [7]). Praeter di
riebantur plura Budae uti SS. Apostolorum Petri
ab ipso S. Stephano Vetero Budae inchoatum
Ladislao consummatum; S. Sigismundi i
Budensi a Sigismundo a. 1424. erectum. Mem
superest in praepositura S. Sigismundi quae
pella arcis regiae conjuncta per Ordinem Crucige

[1]) Vid. dissert. Schematism. Nitriensis dioeces. anno 1835. pr
1. pag. 90. et 102. et seq.
[2]) Michael Szvorényi Amoenit. Histor. Eccl. Hung. fascic. 5.
[3]) Carthuit. apud Schwantner T. I. p. 418.
[4]) Ibidem.
[5]) Szvorényi ibidem.
[6]) De hoc plura vid. in Instit. Hist. Eccl. per me Pestini
edit. Tom. 3. p. 145. §. 55.
[7]) Szvorényi ibid. fasc. V. p. 247.

rubea Stella possidetur, cujus membra et parochiam arcensem provident, et S. Dextram S. Stephani custodiunt [1]; S. Joannis B. in palatio regio Budensi una cum splendida capella per Mathiam Corvinum posita, ad quam Mathias Corvinus corpus S. Joannis Elemosynarii Patriarchae Constantinopolitani, a Turcarum Sultano sibi dono datum intulit [2]. Reliqua recenset Szvorényi [3]. Quantum ad collegia Canonicorum regularium, ex illis apud nos primum erat praepositura S. Stephani Protomartyris de promontorio Varadinensi, quae una cum praepositura S. Crucis de Lelesz et S. Joannis de Jászo hodiedum a Canonicis regularibus Jaszoviensibus in Agriensi dioecesi existentibus possidetur. Altera ejusdem Ordinis praepositura est S. Michaelis A. de Csorna et Horács in dioecesi Jaurinensi, cum qua praepositura B. M. V. de Türje et Jánoshid conjuncta est. Reliquas praepositoras Ordinis hujus quondam in patria nostra existentes refert Carolus Péterfy in Concil. Hungar. Tom. II. p. 276 et seq.

§. 92.

Ordines equestres. Ordo equitum S. Joannis.

Ordines equestres seu militares tempore expeditionum cruciatarum triplices orti sunt, quorum fama in toto orbe percrebuit. Officium eorum fuit vias contra latronum impetus defendere, peregrinantibus servitia praestare, contra infideles pugnare, ac cuncta sua ita instituere, prout Christianae reipublicae utilitas vel necessitas exposcebat. Ex illis primus origine erat ordo equitum S. Joannis Jerosolymitani Hospitalarium, qui sic enatus est: Amalphitani quidam mercatores in Palaestinam negotiorum causa profecti, dum civitatem sanctam Saraceni adhuc tenerent, ab Aegypti principe oblatis muneribus facultatem impetrarunt, ut in vicinia sepulcri Domini monasterium et hospitale aedificare possint, quod cum capella S. Joannis Bapt. ex-

---

[1] Ibidem.

[2] Bombardi topograph. Hung. libr. IV. c. 1. §. 9. Szvorényi ibid. fasc. V. p. 162.

[3] In Amoenitat. H. Eccl. Hungar. fasc. I. et V.

structum nomen monasterii de Latina obtinuit [1]). chi hujus instituti peregrinis loca sancta invisentibu tia praestabant, imprimis vero infirmorum et egenor ternam curam gerebant. Cum occupata per cruce urbe sancta fratribus aeque ac opibus ditesceret m rium, Gerardus quidam Syrus in hospitali paupe infirmis zelose serviens, domum hospitalem cum c Pontificis anno 1113. a monasterio separavit, et tam s suos regulae salutari ac piis exercitiis adstrictos sub pa Pontificis Romani existere voluit [2]). Quinque annis autem Raymundus Du Puy successor Gerar res Ordinis prosperari videret, milites quoque cu entibus ad ordinem suscepit, quo terram sanctam s Saracenos tueretur. A quo tempore ordo, cujus d hactenus fuit pauperum et infirmorum ministerio v equestrem conversus, et in tres classes equitum, s tum, et servientium divisus est. Vestem habebant n loris candida simplice cruce distinctam. Magnam famam, et possessoria ampla fidelium beneficentia cuti sunt [3]). Dum Latini ex Palaestina exulare de ad urbem Limosso a regibus Cypri recepti contra pugnarunt. Anno 1310. insulam Rhodum unde etlar dii nominabantur, occuparunt, quam ultra 200 ann tra Turcas defenderunt. Tandem anno 1522. su lippo Villiers Magno Magistro suo a Solima victi deditionem facere coacti sunt. Ubi a Carolo V. insulam obtinuissent, etiam nomen Melitensium Equites hos in Hungaria quoque extitisse, eosque tus, qui in praeceptoratus dividebantur tenuisse terfy Conc. Hung. P. II. p. 278. legimus. De I sib. generatim vid. Renat. Aubert. Vertot H Chevaliers de S. Jean Paris 1726. Helyot Ges Orden P. III. p. 86.

---

[1]) Wilhelm. Tyrius Histor. XVIII. 4. Jacob. de Vitriac. Hist solym. c. 64. Cf. Paciaudi de Cultu S. Joan. Bapt. p. 273. (

[2]) Bullae Paschalis II. et Callixti II.

[3]) Privilegia ordinis ab Anastasio IV. P. concessa refert Man T. XXI. p. 708. et seq.

§. 93.

Ordo equitum Templi.

Circa idem fere tempus ordo Templariorum ex integro ıris fundatus est. Nomen inde obtinuit, quod in vici-;mpli Salomonis domicilium haberet [1]. Primos ordinis auctores Hugonem de Paganis, Godofre-de Audomaro aliosque septem nobiles Gallos ɜ constat, qui nempe 1118. coram Patriarcha Jeroso-ano spoponderant, velle se deinceps secundum leges ixas in aedibus a Balduino II. rege sibi mutuo da-itam communem agere, ac peregrinantibus in terram am viarum securitatem procurare, illosque contra om-ıostium insultus defendere [2]. Per integrum attamen niuiu semet ex eleemosynis in veteri quadam simpli-intertenebant, donec anno 1128. Pontifex Hono-II. in Trecensi concilio ordinem in equites et famu-visum, ac capellanis pro re sacra instructum solemni ı confirmasset, et regulae singulari subjectum ad pe-ıatores defendendos ac ad bella sacra adversus infi-gerenda obligasset [3], nec non ab Eugenio III. ice pallium candidum cum rubra Cruce obtinuisset. es hi primigenia innocentia sua, religionis studio, ac s contemtu numerum suorum insigniter auxerunt, di-et bona sibi per totam Europam compararunt [4]. Ve-anta haec eorum potentia non parvam aemulationem invidiam plane regum excitavit, cumque nonnulli eo-ıb originali morum integritate, atque ab instituti sui eptis deficerent, aliqui excessibus indulgerent, non

---

1) onnulla documenta Anglica vocant ordinem hunc: Militiam templi ı'omonis Antiqua autem eorum Statuta vocantur: regulae pauperum ımilitonum templi Salomonis. sigillum autem dicitur: Sigillum ilitum Christi.

2) ıilel. Tyrius Lib. XII. c. 7. de bello sacro (in Bongarsi gestis Dei r Francos T. I. p. 819. et seq.) Jacob. de Vitriaco Histor. Hiero-ly. c. 65. p. 1083. etc.

3) gulam hanc primo Miraeus in Chronic. Cisterciens. edit. Colon. 1614. 43. et seq. postea in Luc. Holstenii Cod. regular. edit. Brockie T. p. 429. et seq. reperitur apud Mansi XXI. p. 359. et seq. Vid. id. Münter Statutenbuch des Ordens der Tempelherrn P. I. Berolin. '94. 8.

4) rnard. Tractat. de nova militia c. 5.

pauci occasionem ipsos supprimendi quaerebant. Nullus tamen id magis optabat, quam Philippus IV. rex Galliae, qui opibus eorum inhians id executioni etiam dedit, ubi duorum malefactorum ex ordine ejectorum testimonia de ejusdem ordinis criminibus excèpisset [1]). Haec testimonia licet suspecta et majori ex parte ficta rex acceptans Clementi V. Pontifici primum solus Lugduni, postea per legatos Pictaviam missos communicavit, eidemque ordinis sibi invisi sublationem summa cum vehementia persuadere conabatur. Quare Pontifex supremum Ordinis Magistrum Jacobum de Molay cum aliis sexaginta Ordinis viris examini subjecit. Verum rex morae impatiens literas ad militum duces per totam Galliam misit, eo cum mandato, ut Templarii omnes uno dié intercepti carceribus mancipentur, ac bona eorum occupentur [2]). Adveniente igitur die 13. Octobris anni 1307. utpote die praefixo 140 equites cum supremo Ordinis Magistro in palatio suo Parisiensi ex improviso intercepti et examinati sunt. Eorum aliqui tormentis afflicti aut promissis allecti grandia quaedam Templariorum scelera fatebantur. Talia erant abnegatio Christi, adoratio idoli Baphomet, absolutio a peccatis per Magnum Magistrum, licet laicum, facta etc. His auditis rex omnia eorum pretiosa, aurum, argentum, et scripta occupavit. Pontifex quidem libertatem Ecclesiae vindicare volens protestatus, at rex reposuit, se hanc causam unice cum Sedis Romanae interventione terminare, ac cuncta bona Templariorum subsidiis terrae sanctae consecrare velle. Quo audito Pontifex episcopis Galliae totius negotii inquisitionem commisit, solius Magni Magistri examine sibi reservato. Hoc ipsum aliorum quoque regnorum episcopis commisit Pontifex quoad causa ipsa synodi oecumenicae sententia decideretur. Verum quia rex Templariorum sublationem ante inquisitionem jam decreverat, sub decursu litis 54 equites pro innocentia ordinis pugnantes ad

---

[1]) Thomasii dissert. de Templarior. ord. sublato in Semlers Contingent zur Gesch. der Templer p. 229. Anon. histoire de l'abolition de l'ordre des Templiers Amst. 1779.

[2]) Mezeraeus Abrégé Chronolog. Tom. III. p. 550. Contin. Histor. Bossueti T. II. p. 64. Moldenhauer Prozess gegen die Templer Frankf. 1792.

um condemnavit. Licet porro in reliquis regnis Temrii fere ubique absolverentur, in Anglia tamen eandem tem ac in Gallia experti sunt [1]). Absoluta inquisitione o in concilio Viennensi anno 1311. cum ex commissaum relationibus claresceret, nonnulla ejus membra culilia esse, neque causam suam sufficienter defendere vat, non quidem per sententiam definitivam, quae ex deu sufficientium argumentorum ferri non poterat, sed per n provisionis tenore ordinationis apostolicae sublatus [2]), ac ejus bona hospitalaribus S. Joannis adjudia sunt. Decretum concilii in Gallia cum gravi violentia cutioni datum, siquidem multi mortis poena affecti, Jabus Molay supremus Ordinis Magister, et Guido phini frater et Normanniae Magnus Prior anno 1314. ad um condemnati sint. De hoc ordine plura lege in Instit. t. Eccl. per me Pestini Anno 1840—1841. edit. Tom. §. 17. pag. 195. et seq.

§. 94.

Ordo equitum Teutonicorum.

Cum Germani quoque proficiscerentur in Orientem ad am Sanctam recuperandam, pariter de ordine quopiam Palaestina fundando meditabantur, qui pauperibus vulatis, et peregrinis auxilio esset. Occasionem autem anisui propositum exequendi mercatores quidam Bremenses Lubecenses sumserunt, cum anno 1119. Henricus lpot de Blassenheim Ptolemaidem urbem Syriae ideret, multosque milites partim vulneratos, partim innatos cernerent, ac nosocomium quoddam eorum gratia gerent. Initium operis quidem tenue erat, cum ex teniis, quae e navigiorum velis confecta erant, xenodoum primum coaluerit. Institutum tamen hoc paulopost iscoporum, ducum, marchionum aliorumque adprobation tantam tulit, ut illi ordinem equestrem inde fundarent, non solum aegrotorum et vulneratorum curam haberet,

---

[1]) Coll. novissima concilior. M. Britan. Tom. II. p. 323.

[2]) Mansi Concil. Tom. XXV. p. 350. Quaedam acta ad ordinis hujus condemnationem pertinentia publicavit Leibnitz in Mantissa cod. Jur. gent. P. II. Hannover 1700.

verum et fideles peregrinantes contra hostes defe
Nomen Ordinis Teutonici obtinuit, quod a Teutonibu
tus servitio Germanorum destinatus fuerit, nobilesqu
mani nosocomii servitio et militiae semet obstrin
Eum Coelestinus III. Pontifex anno 1192. co
vit, et reliquorum equitum privilegiis donavit. Prim
dinis Magistrum praedictum Henricum Walp
gerunt. Ad ordinem autem solis Germaniae nobilibu
patuit. Regulam sequebantur S. Augustini, albas
cum cruce nigra deferentes. Cum ceteris Europaeis
stinam, deserentibus et illi in patrium solum rever
Magistro eorum Venetiis sedem figente, sed ubi ann
Conradus Massoviae dux illos in societatem belli
Borussos evocasset, adeo feliciter pugnarunt, ut tot
russiam et Livoniam subjugarent. Ab hoc tempore
mus eorum Magister sedem suam Marienburgi in B
fixit [1]. Cum tamen ordo hic tributa nimia a populis
gatis exigeret, proceres et urbes arma contra eum
runt, et eum debellarunt. Quare ordo anno 1454. Pol
protectioni se subjecit, sed quia Poloni his non cont
tum ordinem sibi subjugare conabantur, equites T
Albertum Brandeburgi marchionem in Magistrum
nis elegerunt, sperantes se adjutorio illius vasalloru
ditionem porro quoque effugere posse. Cum tamen
niae proceres Polonis adhaererent, supremo Equit
gistro nihil aliud restabat, quam pacem cum Poloni
lerare. Hujus effectus fuit, quod anno 1525. illa Bo
pars, quam Equites Teutonici hucadusque possideb
prepositionem regis Poloniae Alberti marchioni
que fratrum successoribus masculis velut ducatus h
tarius jure feudatario assignata fuerit. Alberto
ordini et officio valedicente ac ad castra Lutheri def
ordo Equitum Teutonicorum e tota Borussia ad Ger
transivit, ipso Magno Magistro Mergentheimi sedem
Equites Teutonici, etiam B. M. V. Jerosolymitanae
insigniti in Hungaria quoque extiterunt, quod ex Bull

[1] Duellii Histor. Teuton. Viennae 1727. Petrus de Dusburg i
Prussiae P. II. c. 5, cum Hartnockii annex. dissert. XIV.

ficis anno 1434. expedita et in tabulario Strigoniensi asservata clarum fit. Vid. Péterfy in conc. Hungar. P. II. 278. De ordine Teutonico generatim Hartnock's Preuss. Kirch. Hist. p. 33. Arnoldi's Kirchengesch. des Königreichs Preuss. p. 84. Lilienthal's Act. Boruss. T. I. 384. Helyot Hist. des ord. equestr. et religieus; item Histoire de l'ordre Teutonique par un chevalier de l'ordre Paris et Rheims 1784. Cf. Animadvers. in aevum med. §. de ord. equestri. Pestini 1839. auctore Joa. Ujfalusy 20.

Ordo Gladiferorum seu fratrum militiae Christi sic originem coepit: Livones ad fidem conversi, sed novitus in apostasiam lapsi, immanes crudelitates exercebant, praecones fidei trucidantes, cunctosque fideles possessoriis suis spoliantes. Videns haec Albertus episcopus Bremensis munimentum Rigae erexit, ac Ordinem militiae Christi anno 1201. a se auctoritate Coelestini III. Pontificis fundatum eorsum illocavit, qui inde velut ex specula moribus et fidei Livonum invigilaret, ac eos, qui interea lumen Evangelii novitius sequebantur, intra limites justi teneret. Ordinis hujus equites in reliquo eidem cum Templariis regulae obstricti, pallium candidum gestabant, gladio et cruce instar insignis ornati. Vid. Helyot Histoire des ordres equestr. T. III. Conr. Schurzfleisch de ord. Ensiferor. Viteberg. 1701.

§. 95.

Camaldulenses. Vallumbrosani. Cistercitae. Carthusiani.

Sensum religiosum hujus aetatis ingens vitae monasticae propagatio testatur. Et profecto vita monastica ut summum perfectionis Christianae exemplar spectata multos plane reges et principes ad sui amplexum permovebat *), alii pro prolium suarum unam aut alteram S. Benedicto offerebant. Cum tamen periodo hac religiosi a primaevae institutionis rigore inter diuturna bella recessissent, ex iis reperiebantur, qui pristinam normam reducere volentes, fratres suos in extructis monasteriis novis collectos reformabant. Talis erat Benedictus Ananiensis, cumque huic S. Odo Cluniacensis coenobita eodem spiritu animatus succederet, reformatio bono successu donata, in plurima monasteria Galliae, Germaniae, Italiae, et aliorum introducta, vitam monasticam instauravit. Speciatim I.

novum Ordinem Camaldulensium S. Romualdus e ducil Ravenatum ortus in campo Maldoli prope Florentiam an 1018. fundavit. Religiosi hi in privatis cellis vitam erei ticam agentes preces in communione absolvebant quid sed perpetuum fere silentium ac jejunium observantes, mensam communem frequentabant, nec carnes mandu bant. Alexander II. Pontifex Ordinem, qui album ve tutum cum scapulari ejusdem coloris et cingulo laneo de rebat, ac barbam alebat, anno 1072. confirmavit [1]. II. Exe plum Romualdi imitatus Joannes Gualbertus in k Vallis umbrosa dicto pariter monasterium et ordinem ju regulam S. Benedicti prope Florentiam fundavit. Huj membra in multis Camaldulensium institutum sequeban precibus, rerum divinarum contemplationi, manuum labo aliisque asperis pietatis exercitiis vacantes, et paupertat colentes nomen Vallumbrosanorum tulere [2]. Ide praestitit III. Robertus Molismensis in Burgundia abb qui veterem rigorem vitae monasticae reducere volens cu viginti fratribus Cistercium se contulit, locum desert cellis ligneis providit, ac se cum fratribus eorsum illo vit, donec Hugo Burgundiae dux ipsis monasterium aed ficasset, amplis fundis dotatum. Roberto Molismam re verso successit Albericus, qui confirmationem ordi Cisterciensis a Paschali II. Pontifice anno 1100. impet vit, ac suis album vestitum cum nigro scapulari praescri In hoc ordine velut sidus quodpiam seculo XII. S. Be nardus luxit, qui in monasterio Claravallensi abbas ctus, vitam monasticam perficere et propagare mu studuit. Ordinem hunc in patriam quoque nostram induc fuisse ostendunt abbatiae Cisterciensium de Pásztó B. M. anno 1190; de Zircz anno 1198; de Egres anno 1200; Pilis B. M. V. anno 1384. fundatae. In abbatia de Egr Andreas II. rex Hungariae ceu ejusdem fundator sepu tus est [3]. IV. Idem effectuare conabatur S. Bruno Rh

[1]) Mabillon Annal. Ord. S. Bened. T. IV. p. 388. et seq. M. Ziegelbau Centif. Camaldulens. Jo. Mittarelli Annal. Camald. Helyot Histoi des ordr. relig. et equestr. P. V.

[2]) Mabillon act. SS. Ord. S. Bened. secul. VI. P. II. p. 273. Jo. Lam deliciae eruditor. T. II. p. 238. et T. III. p. 177. 212. et seq.

[3]) Péterfy conc. Hungar. T. II. p. 274. plures recenset.

...nsis canonicus, qui cum sex sociis Carthusiam petiit, ...cum inter rupes continuis fere nivibus tectas positum, ubi ...no 1086. sub directione S. Hugonis episcopi Gratia...politani Ordinem Carthusianorum condidit, vita eremi...ca, victu, vestitutu, et silentio inter omnes asperrimum, ...quidem cilicium portarent, ac certis temporibus semet ...agellis caederent, labore manuum victitantes, et super...um tempus descriptioni codicum impendentes [1]). Ordo ...e in Hungaria quoque pluribus in locis exstitit, e. g. in ...epusio erat domus lapidis refugii; in comitatu Borso...iensi, vallis auxilii in Tárkány; vallis S. Michaelis in ...föld a Ludovico M. fundata etc. V. Péterfy con... Hungar. T. II. p. 273.

*) Talis erat Vamba Gothorum rex in Hispania, qui cum multis aliis ejus opinionis erat, quod Deus ipsi tonsuram et habitum monasticum assumenti facilius peccata et reatus vitae condonaturus sit. Idem fecere Dagobertus et Carolomannus Galliae, Ethelredus Angliae, et Rachis Longobardorum reges.

§. 96.

Dominicani. Franciscani. Carmelitae. Augustiniani.

Omnes ordines hucdum recensos, si forma et nume..., si jura et privilegia in considerationem sumantur, ...tum superarunt ordines mendicantes, quorum fundatio ...illud tempus incidit, quo Ecclesia eorum existentiam ma...le desiderare videbatur. Cum enim haeretici, speciatim ...aldenses, §. 78. Arnoldus Brixiensis §. 80. ...que contra opes cleri immoderate detonarent, oportu...n esse videbatur, ut Ecclesia quoque Catholica haberet ...gremio suo viros, qui morum severitatem et paupertatem ...endo, vitae sanctitatem sectando calumniatorum ob...tiones refutarent, nec promissis ullis aut minis a sub...tione, et obedientia Romano Pontifici exhibenda sepa...entur [2]). Hac occasione nati sunt ordines mendicantes, ...s Gregorius X. Pontifex ad 4 classes reduxit nempe

---

Petr. Blesens. epist. 86. ad Alexandr. monach. Joan. Sarisber. L. VII. Polycrat. c. 23. Chronic. Maurinae Congr. L. II. Jacob. de Vitriaco c. 18. Hist. occident.

Fleury dissert. VIII. in Hist. Eccles. c. 8.

Dominicanorum, Franciscanorum, Carmelitarum, et Au
stinianorum Eremitarum [1]).

Quod 1) Dominicanos attinet, hos fundavit S. Domi
cus anno 1170. ex illustri Gusmanorum familia Cala
in Hispania ortus, Oxomiensis ecclesiae Canonicus reg
ris, qui primo in episcopi sui Didaci, postea in alio
consortio Galliam penetrans Albigenses aliosque haereti
ab erroribus suis reducere conabatur. Cum successu te
poris alii quoque insignes viri se illi adjungerent, fund
que et domum societati adferrent, episcopus Tolosa
vero sextam partem decimarum suarum illi donaret, D
minicus ordinem Praedicatorum instituit, cujus supre
finis esset, verbum Dei omnibus, sed praesertim haere
cis et infidelibus annunciare. Primo coenobio ordinis a
1215. Tolosae posito Innocentius III. non secus
Honorius III. Pontifices ordinem penes regulam S. A
gustini [2]) adprobarunt. Ordo, hic, qui omnium bo
rum possessioni renuncians paupertatem sequi voluit,
nomine Praedicatorum fidei, Dominicanorum, Fratrum m
rum S. Dominici innotuit, ac per totam Europam rec
est [3]). In Hungaria provincias duas unam Hungariae,
ram Dalmatiae possidebant [4]).

2) Ordinem Fratrum minorum condidit S. Franci
cus Assisii in Umbria anno 1182. natus, filius mercat
opulenti, a tenera aetate jam valde liberalis ac benefi
de rebus temporalibus parum sollicitus, pietati, humili
et morum severitati addictissimus. Cum vita ascetica p
que operibus suis multorum attentionem excitaret Fra
ciscus anno 1209. multos sectatores nactus est, q
pariter ad poenitentiam praedicandam et paupertatem s
ctissimam sectandam disposuit [5]), ac pro casu necessit
stipem eis colligere permisit. Innocentius III. Ponti

---

[1]) Harduin coll. Concil. T. VII. p. 715. Mansi T. XXIV.

[2]) Holsten cod. regul. monast. T. V. p. 1—219. edit. Brockie Queti Eckhard biblioth. scriptor. Ord. Praedicator. vol. II.

[3]) Mamachi, Pollidorii et alior. Annales Ord. Praedicator. vol. I. R 1756. fol. Rivii monast. hist. occident. Lips. 1737. p. 259—268.

[4]) Péterfy concil. Hung. T. II. p. 278. et seq.

[5]) Thomas Cellanus vita S. Franc. apud Bolland. octobr. II. p. 1 Wadding Ord. minor. T. I. Bonaventura vita de Seraph. Franci etc. Venet. 1608. 4. et ibid. 1719. 8.

ordinem hunc eodem ex motivo, quo praecedentem adpro-bavit, et S. Franciscum diaconatu, reliquos vero fratres minoribus ordinibus initiari permisit. Ordo hic seraphicus, membra ejus vero Fratres minores aut Franciscani nuncupantur, qui successu temporis tantopere aucti sunt, in provincias SS. Salvatoris, S. Mariae, S. Ladislai et S. Joannis a Capistrano distinguerentur. Ordinem S. Francisci apud nos quoque speciatim Agriae, ubi clerus et episcopus vivente adhuc S. Francisco monasterium illi erexit, viguisse, hodiedumque vigere, et laudabilem in cura animarum operam praestare, omnibus constat.

3) Quantum ad ordinem Carmelitarum, hunc Bertholdus origine Calaber in extrema parte montis Carmeli, ubi rudera monasterii cujuspiam deprehendit, fundavit. Hic cum sequacibus suis vitam eremiticam orationibus et operi disciplinae junctam secundum regulam a Patriarcha Hierosolymitano sibi anno 1209. datam vixit, adeo austere, ut continuam abstinentiam a carnibus, silentium per majorem partem diei, et laborem manuum observare tenebantur. A Muhamedanis afflicti in Europam transivere, ac in Cypro, Sicilia, Anglia, Gallia et alibi considentes Innocentius IV. Pontifex a disciplina eremitica dispensavit, permittendo, ut ad communem mensam manducare, ubi carnibus vesci possint, ac generatim silentium ad arctiores restrinxit.

4) Quod ordinem Eremitarum Augustinianorum attinet, is sic enatus est. Seculo XIII. in pluribus Italiae regionibus dispersim victitabant eremitae, hos Alexander IV. Pontifex anno 1256. ad unum ordinem sub regula S. Augustini viventem reduxit, et habitum nigrum praescribendo in ordinem Mendicantium transmutavit, atque Sedi Apostolicae solum subjectum esse voluit. Ordo hic prout et ceteri Mendicantium successu temporis mutationes subivit, ac in Augustinianos calceatos et discalceatos divisus est. V. Christ. Lup. de Origine Eremit. Augustin. diss. op. T. XII. 1. Kurze Historie vom Ursprung der geistl. Ord. Augsb. 1692. p. 102. Oelsinger Bibl. Augustiniana August.

Vindel. 1768. f. Helyot Histoire des ordr. r
equestres T. III.

Cum Fratres mendicantes praesertim Francisca
nicani quavis occasione maximam adhaesionem
Romanam testarentur, nihilque magis intenderent
ram fidem promovere et Ecclesiam Catholicam
Pontifices Romani merita eorum praemiare vole
sima eis privilegia et jura contulerunt. Ita cum
certo tempore ecclesias eorum visitantibus rite d
dulgentias concesserunt, ita eosdem in certis reg
dispensarunt, a decimis immunes declararunt,
ubique fidem praedicandi, juventutem instituendi
cesserunt [1]). Muneri docendi in philosophicis et
cathedris praefecti tantos progressus in scientiis f
ipsis adeo scientiarum universitatibus fere soli d
rent. Lites attamen seculo XIII. inter Dominican
ciscanos de cathedris Parisiensibus, de praeceder
de paupertate qualiter intelligenda etc. exortae
parum turbarunt [2]). Imo nonnulli eorum adec
fuere, ut cum fratricellis haereticis se jungentes
que negarent. Fratricelli constituebant sectam i
Calabria et alibi ex opificibus, pastoribus, aliisq
collectam, cujus error characteristicus in eo situ
duas ecclesias distinguerent, unam divitum, qua
episcopi et clerus, aliam pauperum, quam ipsi s
Jesu Christi constituere dicebant. Sectam han
sia proscriptam fuisse alibi dicetur. Vid. Rayn
1318. Nro. 469, Petr. Fritz Ketzerlexicon v
cellen.

§. 97.

Alii Ordines minus extensi.

Ordines minus notabiles hujus periodi erant
1) Grandimontenses, horum auctor erat
nus Tigerni in Avernia anno 1076. natus, r
dini inde adhaesit, quod asseclae ejus regulam
dicti vita asperrima, orationibus, labore ma
lentio, et continuo jejunio auctam Grandimonti
triam fundatoris observaverint [3]).

---

1) Alphonsi de Casarubios compend. privileg. Fratr. mino
ris Hist. maj. p. 634. 689. etc. Balluzii miscell. T. IV. p.
p. 392. 441.
2) Matth. Paris Histor. maj. pag. 540.
3) Histor. Priorum Grandimont. apud Martene.

2) Ordo S. Antonii, quem Gasto vir nobilitate et
ius conspicuus in Delphinatu fundavit motivo ex eo,
d filium suum a morbo, quem ignem S. Antonii no-
abant, patrocinio ejusdem Sancti liberatum crederet.
dcirco Mottae in Delphinatu prope ecclesiam, in qua
reliquiae S. Antonii colebantur, hospitale erexit, in
ipse una cum filio suo anno 1095. vestibus nigris as-
tis quibus T caeruleo colore intextum erat, aegroto-
et peregrinatorum sacrorum curam gerebat. Cum exem-
hoc misericordiae ducti plures se illis associarent, Ho-
rius III. Pontifex illis tria vota profiteri permisit, sic-
in ordinem Antonianorum cum cura infirmorum con-
si sunt. Imo eos Bonifacius VIII. Pontifex regula
Augustini provisos in collegium Canonicorum regu-
um transmutavit [1]).

3) Ordo de fonte S. Eberardi, cujus fundationem
bertus in Britannia minori natus, Theologiae prius
essor suscepit. Is ob mores corruptos hominum tanto
illi odio affectus est, ut prope Cratumnum vitam eremi-
a potius ducere, quam inter coaetaneos suos perse-
re voluerit. Asseclas mox nactus anno 1100. in pro-
iae Pictaviensis amplissimo campo nomen a fonte
Eberardi sortito duo monasteria pro viris et feminis
ficavit, et regulam S. Benedicti omnibus praescripsit.
) hic per Galliam, Hispaniam et Angliam propagatus,
a monasteria erexit, et semet sensim latissime diffudit [2]).

4) Ordo Olivetanorum, quem Joannes Tolo-
nobilis Senensis antea philosophiae in patria sua pro-
or anno 1313. fundavit, cui regula S. Benedicti per
nnem XXII. Pontificem assignata est, quam adeo
re observabant, ut quandoque in monasteria Benedicti-
um reformanda transponerentur.

5) Ordo Jesuatorum, cujus auctor erat Joannes
ambino, pariter nobilis Senensis, et muneribus in
blica clarus. Is avaritiae quondam deditus, lectione

Mabillon in Annal. Ord. S. Bened. Helyot histoire des Ordres relig. et equestr.
Baldric. vita Roberti Abrisset. Mainfrene clypeus nascentis fontevraud.

vitae Mariae Aegyptiacae celebris in Palaestina ascetricis tanto dolore compunctus, ut liberalissimus in pauperes fieret, et non solum egenos, peregrinos et aegrotos in domum suam reciperet, verum et curaret. Exemplum hoc plures imitati ordinem Jesuatorum ab Urbano V. Pontifice adprobatum et regula S. Augustini circumscriptum constituerunt. Nomen ordini a frequenti usu SS. Nominis Jesu adhaesit. Erant autem laici tantum, qui artem pharmaceuticam exercebant, medicamina pauperibus gratis distribuentes.

6) Ordo Minimorum, quem Franciscus de Paula condidit. Hic a parentibus ad monachos datus, jam 13 aetatis suae anno tam rigidam vitam duxit, ut plures ex ipsis patribus monasterii superaret. Anno aetatis 15. eremum petiit, herbas et radices manducans, ac in duro saxo somnum capiens. Sectatores nactus anno 1435. prope Paulam cellas cum sacello illis aedificavit, postea Paterni primum monasterium erexit. Regulam suis praescripsit adeo severam, ut praeter frequentissimas preces, perpetuum silentium, et abstinentiam a carnibus observare tenerentur, imo et vestes deponere vetarentur. Ordinem Sixtus IV. et Alexander VI. Pontifices adprobarunt. Nomen vero fratrum eremitarum Francisci de Paula, Minimorum, aut Paulanorum tulit.

7) Clerici et fratres de vita communi auctore Gerardo Grotio Deventriensi fundati. Is absolutis in universitate Parisiensi litteris philosophicis et theologicis easdem magno cum discipulorum profectu Coloniae docuit. Licentiori vitae, cui addictus erat, valedicens vitam poenitentem duxit, pueros probos et clericos instruxit, cunctosque, qui eum sequi cuperent, recepit, ac ex amplo patrimonio suo intertenuit. Morte praeventus suis provinciam exstruendi monasterium pro institutis a se canonicis regularibus commisit. Quo praestito ordinem per Belgium et Germaniam propagatum Paulus II. Pontifex adprobavit, et privilegiis ornavit [1].

8) Praeter hos ordines etiam congregationes a S. Hie-

[1] Thomae a Kemp. vita Gerardi M. Ejusd. vita Florentii Ejusd. Vita discipulor. Florentii. Henrici Sumallii vita Thomae a Kemp. praefixa operib. ejus.

onymo patrono suo compellatae hoc aevo fundabantur, iles erant eremitae S. Hieronymi, quos Petrus cubicularius Petri regis Castellae, item quos Petrus de Pisis seculo XIV. condidit. Vid. Helyot histoire des ordres relig. et equestres. Istoria della vita e miracoli del B. Piero Gambacorti Romae 1716.

Attentionem nostram peculiariter meretur ordo eremitarum S. Pauli primi eremitae vel ideo, quod is in patria nostra fundatus sit. Fundator ordinis erat Bartholomaeus episcopus Quinqueecclesiensis, qui eis anno 1225. regulam vivendi praescripsit, primumque monasterium et ecclesiam titulo S. Jacobi de monte Irugh insignem prope Patach fundavit. Scriptores nonnulli monasterium hoc cum Patachiensi confundunt, sed perperam, cum monasterium Patachiense uno seculo tardius nempe anno 1334. exurrexerit. Ordo hic per B. Eusebium Canonicum Strigoniensem, qui anno 1251. claustrum de S. Cruce in Pilisio prope Strigonium ipsis posuit, et alios egregie propagatus est, ita, ut vicarios 21 et prioratus 43 in Hungaria tenuerit, et Joannes XXII. Pontifex ad preces Caroli Roberti regis ordinem sub regula S. Augustini confirmaverit. Vid. Jos. Koller Canon. Quinqueeccles. Hist. episcop. ejusd. nomin. T. II. p. 13 — 18. nec non Péterfy concil. sacr. Hungar. Tom. II. p. 282.

§. 98.

Virgines sacrae.

Quamquam fere cuncta hucdum recensa religiosorum instituta feminae quoque imitarentur, singularis tamen pro solo sexu sequiori exurrexit ordo S. Brigittae, quae anno 1302. nobilibus et pietate claris parentibus nata Vadstenae in Suecia monasterium condens, sociabus suis regulam praescripsit, qua precibus, lectionibus sacris et manuum labori vacare obligabantur, directioni abbatissae subjectae. Vestitum canum; mitram quamdam lineam albi coloris 5 rubris guttulis signatam in memoriam passionis Domini portabant, fossam quampiam instar sepulcri apertam quotidie visitantes, precesque ibidem absolventes. Socias suas S. Brigitta B. M. V. dedicans nomine ordinis S. Salvatoris compellari voluit. Ordo a Pontificibus adprobatus ubique fere receptus est [1]. Ordinis hujus in Hun-

[1]) Vastovii Aquilonia, seu vitae Sanctor. in Scandinavia M. etc. item

garia nulla quidem vestigia exstant, fuere tamen aliae in patria nostra virgines, quarum nonnullae ab ipso S. Stephano, aliae vero tardius fundatae sunt. Ad illas spectant Moniales S. Basilii Graeco ritui addictae, quas protorex in valle Veszprémiensi, et in Tormova dioecesis Varadinensis fundavit, amplisque bonis dotavit. Graecas fuisse diploma pro iis idiomate Graeco expeditum [1]) satis clare ostendit. Ad has, seu ad tardius fundatas referuntur 1) Virgines S. Dominici quae regulam Dominicanorum sequebantur. 2) Virgines S. Clarae, quae praelucente eadem S. Clara ex nobili genere nata, et S. Francisci Assisii imitata in societatem coaluerunt. His S. Franciscus regulam a Gregorio IX. Pontifice adprobatam, quae ipsis paupertatem, labores communes, et certis diebus silentium imponebat, praescripsit. 3) Virgines de monte Carmelo, quae institutum Carmelitarum tenebant. 4) Paulanae quae regulam Paulanorum sequebantur; aliaeque plures. V. Thomae a Kempis vita Gerardi M. Ejusdem vita Florentii, ubi aliae quoque Virgines sacrae recensentur.

§. 99.

Coelibatus Clericorum.

Ex instituto Canonicorum regularium non solum id emolumenti in Ecclesiam Catholicam redundavit, quod virtus et perfectio moralis clericorum promota sit, verum eos etiam coelibatui magis addictos reddiderit. Coelibatum enim Canonici seculares et multi e clericis matrimonium contrahentes non raro violare solebant, licet actus talis et Pontificum Romanorum et conciliorum provincialium decretis severissime vetitus esset. Gregorius VII. Pontifex praedecessorum suorum exempla secutus, et manutenendis canonibus, et indepedentiae Ecclesiae sustentandae intentus, leges matrimonia clericorum prohibentes illico cum initio regiminis sui renovavit, ac in synodis pluribus a se cele-

---

ordin. S. Brigittae fundatio. Helyot Histoire des ordr. relig. et equestres.

[1]) Diploma hoc apud Pray in Annalib. reg. P. I. p. 29. item apud Katona Histor. Crit. T. I. p. 247. reperitur. In diplom. Colomanni reg. de an. 1109. confirmantur, et monasterii possessiones recensentur. Vid. Katona op. cit. Tom. III. p. 263.

atis decreta tulit, ne ullus presbyter, aut diaconus uxori se convivens, functionem quampiam sacram in Ecclesia ire possit. Episcoporum plurimi decreta haec Pontificis ecutioni quidem dare conabantur, nonnullis tamen hac in rte remissioribus existentibus eventus Pontificis voto me haud respondit. Conatus Gregorii VII. omnes fere ccessores ejus nec non episcopi Galliae, Angliae, et Germaniae in conciliis congregati adjuvabant, tum veteres suspensionis, depositionis et excommunicationis poenas in Cleros uxoratos pronunciantes, tum nova decreta in conciliis ntra matrimonia Clericorum ferentes. Poenae hae tandem ecerunt, ut ab aetate praesertim Calixti II. Pontifi-, qui anno 1119. cathedram Petri conscendit, Clerici in joribus ordinibus constituti uxorum suarum communione tinerent. Apud nos in Hungaria seculo XIII. statutum idonis Cardinalis et legati Pontificii adoptatum est, unice tales ad presbyteratum, diaconatum, aut subdianatum promoveri permittuntur, qui coelibes sunt, aut qui orem in id consentientem a cohabitatione sua removent [1]). Decretis Pontificum et conciliorum contra nuptias leri saepe repetitis poenis, in transgressores statutis, tan- disciplina Cleri tam saecularis, tum regularis sic coa-it, ut nullus jam matrimonium contrahere auderet, idque to minus, quod talia matrimonia ob impedimentum Ordi- et Voti velut nulla et irrita spectata suapte dirimeren-. V. Enchiridion Juris Ecclci. per me edit. Tom. II. §. 9. et 160. p. 166. seq. edit. III. Posonii 1848.

§. 100.

Disciplina poenitentiae.

Poenitentiae disciplina praesenti periodo magnam quin mutationem passa est, ipsum tamen institutum abroga- nullatenus dici potest. Nam quovis fere periodi hujus ulo publicae poenitentiae exempla recenseri queunt. Ita ulo IX. Nicolaus I. Pontifex patri, qui filios intererat poenitentiam publicam imposuit. Ita in Gallia Hincmarus Rhemensis et Isaacus Lingonensis episcopi [2])

[1]) Péterfy Concil. Hungar. Part. 1. p. 89. et 90.
[2]) Concil. Galliae T. VIII. p. 385 T. III. c. 1—39.

pro quovis crimine publico legitimam poenitentiai cam ordinarunt. Idem concilia statuere, ita Vor anni 868. gravioribus peccatoribus totius anni jejui signavit [1]. Ut adeo clarescat publicae poenitenti plinam hac epocha adhuc sustentatam fuisse, eai nonnullas mutationes tardioribus periodi hujus sec sam. fuisse certum est. Causae erant 1) Status r quem multi ad graviora delicta expianda ingredi tur. 2) Peregrinationes sacrae Romam, Jerosoly ad alia loca sacra suscipiendae, quarum incommod tentiae vicem sustinere dicebantur, aut oblatione pecunia aut aliis rebus ad altare quoddam privilegi sitae, quae plurium annorum poenitentiam suppler bantur [2]. His poenitentiae speciebus aliae adhuc bant, quibus peccatores juxta proprium arbitrium catis suis satisfacere conabantur, cum nempe det pite, nudis pedibus, aut corpore ciliciis vel catenis diversas terras peragrarent, aut se ipsos ad sangu que flagellarent, quod postremum poenitentiae gen nachis primo, postmodum a laicis etiam adhibebat dem jejunia, psalmorum recitationes, missae audi opera pauperibus, qui poenas pecuniis redimere n bant, valde accommoda erant [3]. Verum quidem substitutiones nonnunquam insufficientes fuisse ac vandum verae poenitentiae spiritum, qui veran abominationem, animi compunctionem, et emendati quirit. Episcopi attamen et hic omnem operam i bant, ut fideles exercitia haec religiosa non solun nice, sed animo contrito, ac poenitenti, spirituque rali obirent, etsi votis non semper responderet Denique et hoc sciendum, quod licet episcopi ho tempore suis indulgentias dioecesanas largirentu jure hoc suo etiam per concilia confirmarentur, tamen hoc inde a saeculo IX. ad ipsos Pontifices

---

[1]) Richard analys. concil. Tom. 1. p. 196. Concil. Vormat. cil. Galliae T. VIII. p. 950. 952.

[2]) Mabillon Annal. T. IV. p. 250. exemplum talis indulgentia Archiepiscopo Arelatensi concessae refert.

[3]) Canones editi sub Edgaro rege c. 18. in Wilkins concil. tann. Tom. I. p. 227.

ensim delatum fuerit, cum et ipsi episcopi in gravioribus negotiis consilia Pontificis Romani exquirerent, aut poenitentes Romam mitterent eorum causas Sedi Apostolicae subternentes *). Vid. Osvaldi vita Dunstani c. 34. apud Surium, item Breviarium in annalib. ad annum 970. ro. 11.

*) Exempla hujus videmus in Wiliperto Archiepiscopo Coloniensi, qui Joannem presbyterum ad Joannem VIII. Pontificem fine absolutionis impetrandae ablegavit. Joannes XIII. Pontifex autem comiti cuidam Anglicano absolutionem ab excommunicatione impertivit ita, ut ob itineris incommoda etiam partem poenae remiserit. Vid. Joannis VIII. epist. 283.

Caput VI.

Concilia.

§. 101.

Concilium Constantinopolitanum IV. oecumenicum VIII.

Postquam Basilius Macedo in locum Michaelis trucidati imperii fasces consecutus fuisset, Photium illico in exilium relegavit, ac Ignatium pristinae dignitati restituit (§. 72), ideoque concilium generale Constantinopoli cum consensu Hadriani Pontificis anno 869. convocavit. Pontifex ad concilium Stephanum et Donatum episcopos, nec non Marinum diaconum deputavit. Advenerunt ad concilium etiam legati a patriarchis Orientalibus deputati, ac concilium in ecclesia S. Sophiae sub praesidio legatorum Pontificis inchoatum. Sessione 1) lecta sunt acta et sermones praeliminares dicti, quibus scopus concilii exponebatur. Sessione 2) omnes episcopi et presbyteri, qui metu et terrore ad Photium defecerant, compuncti in communionem Ecclesiae recepti fuere [1]. Sessione 3) episcopi formulae a legatis Pontificis adlatae subscribere nolentes e concilio dimissi sunt [2]. Sessione 4) Theophilus et Zacharias episcopi Photio adhaerentes e concilio pariter exclusi fuere. Sessione 5) citatus

[1] Nicetas vita Ignatii.
[2] Anastas. bibliothecar. refert.

Photius comparuit, legati pontificii, ceteriq plura ex illo quaesiere, ad quae nihil respon ideoque lectis literis Pontificis ad Michaelem-i rem et ad ipsum Photium datis, audito insup patriarchae Jerosolymitani deputato, qui ceterorui talium nomine declaravit, nec Jerosolymitanam, tiochenam ecclesiam cum Photio unquam comm Photius e concilio dimissus et ad poenitendum est, qui affectato silentio suo porro quoque inhaer sessionem 6) comparuit Basilius imperator, qu tis Pontificis interpellatus, ut ea quae a Nicola driano Pontificibus contra Photium statuta sunt tioni manciparet, cunctos factioni Photii adscrip copos, reliquosque e clero ipsi adhaerentes per p tharium ad synodum venire jussit. His comparenti rae Nicolai I. Pontificis ad imperatorem et P expeditae perlegebantur, ut ex his Photii elect ordinationem invalidam fuisse agnoscant. Post ha episcoporum Orientalium longa oratione probarunt resignationem et Photii intrusionem nunquam ab rum ecclesiarum, quarum vices sustinent accept adprobatam fuisse, neque ullam inter Photium sias suas literarum communionem viguisse, cessic tem Ignatii, quam nonnulli praetendunt, nulliu momenti esse, utpote coactam, et tyrannice expre sessionem 7) rursus evocatus Photius cum Gr quondam Syracusano episcopo aliisque sibi addictis ruit. Cum tamen ille et ceteri adhaerentes ipsius mulam a Pontifice missam acceptare, nec acta co suorum damnare vellent, imo potius ad canones A rum et conciliorum provocantes, judicii auctoritate conarentur, anathemate in omnes pronunciato e con clusi sunt. Sessione 8) Photii scripta contra N um Pontificem aut Ignatium patriarcham vu mandatum imperatoris flammis devota, anathema i clastas et Photium renovatum, ac omnes illi, qu bus iconoclastarum valedicentes ad sinum ecclesiae runt, recepti sunt. Sessione 9) omnibus illis, qu testimonium contra Ignatium dixerunt, poena i

tamen discretioni Ignatii relicta est. Sessioni 10) timae Basilius imperator, ejusque filius Constan-is nec non Ludovici imperatoris et Italiae regis le-interfuerunt, quibus praesentibus lecti et adprobati 27 canones concilii, quos patres condiderunt [1]. Con-a hoc vere oecumenicum fuisse Natalis Alexan-probat [2] inde, quod Hadrianus II. Pontifex [3] te seculi IX. Pontifices Romani [4], nec non omnes ci orthodoxi, prout et Anastasius bibliothecarius, ir libelli synodici [5], illud ceu tale receperint. Cf. Ri-rdi analys. concil. Tom. I. p. 199. 209.

Adolescente in patria nostra Religione Christiana, et re-iurgatis magna Stephani cura gentilium sentibus in agrum Domini abibat Hungaria, ex quo plenos Ecclesia receptura nanipulos, illius potissimum opera in firmanda Christi lege iti voluit, in quo prima deponens regni insignia Apostoli ina merita et nomen agnovit [6]. Quanta S. Stephanus prae-titerit, ut gentem suam ab ethnica barbarie liberaret, et ex atriae annalibus et ex constitutionibus in salutem Ecclesiae Iungaricae auxiliante Sebastiano Archiepiscopo Strigoni-nsi circa annum Christi 1016. latis clare patescit. Similibus nim statutis Hungarorum animi ad jugum Christi ferendum ensim mitiores reddebantur, cum eae et sacram, profanam-que rempublicam ordinarent, et recti honestique limites po-ulo defigerent. Quare illico ut sacra regni corona redimitus est Stephanus, mitigatum jam opera Piligrini Pataviensis §. 11.) populum civili gubernationi consuescere voluit. Prae-titum hoc per constitutiones Tolnae aut Strigonii anno prae-icto 1016. latas, ex quibus decretum S. Stephani origi-em traxit [7]. Mortuo S. Stephano regnum turbis reple-um et Religionem Christianam Andreas I. ab interitu li-eravit, statuendo: 1) Quiscunque Hungarus seu peregrinus n Hungaria deposito Scythico gentili ritu ad veram Jesu Christi fidem illico non rediret, capite et bonis mulctetur.) Si quis Deo, sanctisque ejus et sacerdotibus malediceret, ut in eos mali quid patraret, Dei primum, postea suam vin-

---

os lege sis in Institut. Hist. Eccl. per me Pestini 1840—1841. edit. om. III. p. 153 et s. §. 59.
atalis Alex. diss. IV. in H. E. secul. IX. et X.
pist. ad Basil.
id. profess. fidei a concil. edit. apud Mansi.
aefat. VIII. synodi.
:terfy concil. Hung. P. I. p. 1.
orpus Jur. Hungar. T. I.

dictam incursurum esse. Denique praeter alia decrevit quis constitutionem hanc contemneret capitis, omniumq norum jacturam incurrat[1]). Non absimiliter lata sunt Ladislao plura decreta in salutem regni et Ecclesi dentia in synodo Szabolcsensi, XII. kalend. Junii (20 1092. celebrata, uti de presbyteris et diaconis ab u: sub poena degradationis separandis; de ecclesiis dote enti providendis; de conjugiis inter Judaeos et Chr. vetitis. His et pluribus aliis a rege et regni ordinibu citis et regni prosperitas et salus Ecclesiae insignit mota est. Vid. Péterfy Concil. Hungar. P. I. p. 16—

§. 102.

Concilium Lateranense I. et II.

Ad pactum Vormatiense inter Henricum V. ratorem et Calixtum II. Pontificem initum de tol investituris per baculum et annulum §. 33. solemnite firmandum Pontifex anno 1123. concilium Romae in lica Lateranensi convocavit [2]), quod inter generali summo cum totius Christianitatis solatio celebratum e quidem post longum schisma et diuturna bella sopita, Italiam et Germaniam longissimo tempore afflixerant, tandem in pacis foedus coalescerent, et imperantes Ecclesiae pacem redderent. Concilium hoc a solo Po Romano convocatum fuisse e literis Pontificis ad He cum V. imperatorem datis clarum evadit, cum in illi peratorem interpellans, ut legatos Sedis Romanae i imperiali existere solitos remitteret, sequentia verba motivi adferat: quia concilium indictum a nobis acce Ex Sugerio abbate S. Dionysii, qui concilio i fuit, notum est [3]), ad concilium hoc confluxisse patre centos et amplius, qui sub praesidio Pontificis Calix negotia tractarunt, imo nec Henricus imperator pr concilio erat, quo si difficultas quaepiam respectu pol tis civilis oriretur, eandem facilius resolveret. Pax h concilio inter imperium et sacerdotium feliciter insta

---

[1]) Péterfy Concil. Hung. Eccles. P. I. p. 11—14.

[2]) Baronius et Pinus quidem illius opinionis sunt, quod concili hoc anno 1122. celebratum fuerit, at Gabriel Cossartius eos ref anno insequenti celebratum fuisse probat.

[3]) Vid. Vita Ludovic. Crassi a Sugerio concinnata.

ıla concordati Vormatiensis in facie totius Ecclesiae ıperatoris legatos confirmata sunt [1]. Praeter haec um suppetias ad bella sacra tum in Oriente tum in ia contra Saracenos gerenda decrevit, renovatis inliis per Urbanum II. Pontificem quondam occasuscipiendarum expeditionum cruciatarum concessis. ıe disciplinae ecclesiasticae restaurationem suscepit, e plures canones eatenus sanxit, quos legere licet in Hist. Eccles. per me Pestini 1840—1841. edit. Tom. 465. §. 94.

uod concilium Lateranense II. attinet, illud pariter lica Lateranensi anno 1139. sub Innocentio II. ce convocatum est. Convenerunt ad hoc generale um mille circiter praelati [2]. Occasionem huic conura praebuerunt speciatim: 1) Schisma Leonis an-. Eadem enim die, qua Innocentius II. in Pontnominabatur, factio quaepiam illi adversa Petrum is in Pontificem sub nomine Anacleti II. elegit. ıo Innocentius relicta Roma ad Ludovicum VI. um regem, postea vero ad Lotharium imperatocessit, quorum opera Pontifex sedi suae restitutus: eresis Petri de Bruis (§. 77.) et Arnoldi ısis (§. 80.) 3) Disciplinae collapsae reparatio. His ı medelam adferre cupiens concilium omnia acta Leonis sustulit, omnesque ordinationes ab illo ıullas esse declaravit [3]. Petrobrusianis et Arnoldiu haereticis anathema dixit [4], novasque leges ad nam ecclesiasticam reparandam aptas condidit. Caıniversim triginta sanxit. Canones hujus concilii lecet in Instit. Hist. Eccl. per me Pestini 1840—1841. Tom. III. §. 94. pag. 465 et seq.

§. 103.

Concilium Lateranense III. et IV.

:hisma inter Alexandrum III. et Victorem IV.

ı Frisingens. L. VII. cap. 16. Godfrid. Vitterbiens. Chron. Part. I. p. 500.
ı Frising. L. VII. Chron. c. 33. et Conrad. Ursperg. ad ann. 1139.
ın 30.
ın. 23.

Pontifices enatum sic tandem compositum, ut Alexan III. a majori Cleri et fidelium parte pro legitimo Pontifice nosceretur, et ipse Fridericus I. imperator ejurato mum schismate ob fortunae inconstantiam ad Alexa partes transiret. Quare Alexander III. concilium nerale Romam pariter in basilica Lateranensi celebra convocavit, ad quod anno 1179. praelati 300 conf runt [1]). Concilio praesedit Alexander III. illudque bus potissimum ex causis convocatum esse declar 1) Nempe ut schismate damnato pax ecclesiae restituat media uniformiter deinceps Pontificem eligendi stabi tur. 2) Ut Waldenses (§. 78.) et Albigenses (§. 79. perversa dogmata proscribantur. 3) Ut disciplina eccle stica nimis jam collapsa instauretur. Relate ad primum lata est canone I. „Si in Papae electione unanimis Ca nalium consensus non adsit, is habebitur pro Pontifice, votorum duabus tertiis partibus electus fuerit, quod si tertiam tantum votorum partem aut minus habens Pa nomen sumpserit, omni ordine spoliatus excommunic perinde ac illi, qui eum velut Papam receperint." Ca II. Ordinationes Schismaticorum irritae pronunciantur. none XXVII. in Waldenses, Catharos, et Patarenos thema dictum, et omnes eorum protectores proscripti, principes et populi Catholici ad arma contra eos vibr datis indulgentiis provocati sunt. Ratione disciplinae mum restaurandae plures canones disciplinares conditi, versim XXVII. publicati fuere [2]).

Quod concilium Lateranense IV. inter oecume duodecimum attinet, hoc Innocentius III. Pontifex 1215. ibidem convocavit. Non parum ad concilium cong gandum contulit, quod Innocentius III. insignem La norum victoriam, qua Constantinopolim occupave (§. 1. et 19.) inaudiens, putaverit religionem veram ap in Orientem via tanto facilius propagandam esse [3]). C

[1]) Guilelm. Tyrius Lib. XXI. belli sacri c. 2. qui concilio interfuit.
[2]) Raderic. de gestis Frider. I. imperat. Romuald Salernit. in Chro Baronius in Annal. ad ann. 1159. Richard op. cit. item vide Ins Hist. Eccl. per me Pestini 1840—1841. edit. Tom. III. §. 95. p.
[3]) Hoc ex convocationis bulla : Vinea Domini Sabaoth colligitur.

enerunt ad synodum 412 patres, quos inter patriarcha onstantinopolitanus, et Jerosolymitanus, apocrisiarii Alexandria et Antiochia deputati, plures abbates et priores onasteriorum, item imperatorum Orientis et Occidentis, ac non regum plurium legati [a]). Concilio praesedit Innocentius III. Pontifex et egregio sermone illud adperuit. copus concilii fuit: 1) Condemnatio Joachitarum §. 80.) et Almarici Carnotensis (§. 80.) 2) Expeditio cruciata in terram sanctam, pax inter Christianos stabilienda, et subsidium cruce signatis ferendum, ad quod unto celerius praestandum Pontifex, Cardinales, Episcopi t clerus; tertiam proventuum partem illico obtulere.) Decretum, ut haeretici non resipiscentes potestati secalari fine poenarum consignentur, qui in eos animadvertere teneantur. 4) Omnes piratae eisque faventes, nec non hristiani Saracenis arma, naves, aut instrumenta bellica ssignantes excommunicati. 5) Lites inter Fridericum I. imperatorem et Ottonem ratione successionis vigentes in favorem primi decisae, rejecto et excluso Ottone.) Canones ad collapsam Ecclesiae disciplinam reparandam nditi. Hos inter notabilior est XXI. qui omnibus fidelibus prolibus ad rationis usum pertingentibus susceptionem cramenti poenitentiae et eucharistiae in paschate praecipit. um XIV. XV. et XVI. qui clericos incontinentes, aut matrimonium contrahentes, ebrietati deditos, venationi vacantes, spectacula frequentantes, tonsuram non deferentes, cessus in vestitu comittentes, aut aleas tractantes poenis bjiciendos decernunt. Universim canones septuaginta nditi sunt. Vid. Richardi Concil. Annal. Tom. II. p. 27. 34. Mansi coll. concil. Tom. XXII. p. 954. et seq.

§. 104.

Concilium Lugdunense I. et II.

Concilium hoc, quod inter generalia locum decimum tium occupat, anno 1245. ab Innocentio IV. Pontife convocatum est, ut tristi tandem Ecclesiae statui finem poneret. Licet enim is Fridericum II. imperatorem mi meliori modo, oblatisque modestissimis pacis condi-

tiónibus mitigare conaretur, hic tamen nec inter su
suos quietem restituere, nec promissum bellum s
etiam penes preces et provocationes Pontificis effe
voluit, verum potius in acerbas querelas contra Pont
erupit. Quare Pontifex relicta Italia, ubi omnia tur
bellorum fluctibus agitabantur, cum consensu S. L
vici regis Galliae huc se recepit, et convocato Lug
concilio ipse praesedit. Interfuere concilio Balduin
imperator Constantinopolitanus, qui dextram Pontifici
que seculares principes, qui sinistram ejus partem
parunt, praeterea tres patriarchae, Constantinopoli
Antiochenus et Aquilejensis, 140 circiter praelati ex
Gallia, Hispania, et Britannia, plures insuper abb
claustrorum regularium superiores, denique et proc
res a Friderico II. ad causam ipsius propugnandam
Pontifex synodi quinque sequentes causas proposui
Quod Tartari christianas terras invaserint. 2) Quod sc
Ecclesiae Graecae perduret. 3) Quod haereses omi
parte augeantur. 4) Quod Saraceni terram sanctam re
raverint, eamque affligant. 5) Quod Fridericus I
perator Ecclesiam gravissimis injuriis afficiat [1]. C
ultimae medelam in instanti adferre volens Pontife
concilio statim discutiendam proposuit, imperatorem
reseos, perjurii, et sacrilegii reum pronuncians. Fr
ricum quidem potenter defendebat Thaddaeu
Suessa ejus procurator, ac nomine ejus promittebat
expeditionem sacram in Orientem assumturus, patrim
S. Petri redditurus, damna illata reparaturus, in
Graecorum schisma pro viribus sublaturus sit; verum
non invenit Thaddaeus, cum imperator saepius jam
promissa haud exolverit. His cunctis praemissis I
centius IV. Pontifex imperatorem Fridericum
munione Ecclesiae coram synodo privavit [2]) imperi
gnitate exuit, et regno Apuliae et Siciliae privavit.
minata hac causa concilium 17 canones condidit, qu

---

[1]) Sternonis Annales apud Henric. Canis. T. II. antiq. Lection. item. Paris qui extense et diligenter acta hujus concilii recenset in Hist ad an. 1245.

[2]) Epistol. Petri de Vineis ad Matth. Paris.

ores duodecim super judiciariis actis versantur; reliqui expeditione sacra contra Turcas et Tartaros suscipienda de subsidio in hunc usum praestando sonant.

Quantum ad concilium Lugdunense II. huic occasionem iebuit subsidium Christianis in Oriente ferendum et unio ər Graecos et Latinos restituenda. Postquam enim Gre- rius X. Pontifex quondam in Syria expeditioni cru- tae ipse interfuisset, propriisque oculis calamitates Chri- ınorum Orientalium conspexisset, omnem movit lapidem, a ut subsidia afflictis in Oriente Christianis adferret, tum Graecos ad unam eandemque fidem cum catholica Eccle- profitendam reduceret. Cumque ratione posterioris ob- iti Pontifex Michaelem Palaeologum interpellans, m non alienum ab acceptando consilio unionis intellexis- ;, dummodo Pontifex Carolum Neapolitanum regem am ad partes Michaelis ratione subsidii contra Turcas ıestandi pertraheret, eapropter Gregorius X. expe- is ad omnes partes literis et legatis praesules ecclesia- n et principes praesertim vero Michaelem Palaeo- gum imperatorem ad generale concilium Lugduni ser- ndum evocavit. Confluxerunt ad concilium hocce anno 74. duo patriarchae Constantinopolitanus et Antiochenus us Latini, episcopi quingenti, magistri ordinum hospi- is Jerosolymitani, et equitum Templi, abbates prope ptuaginta, regum Galliae, Germaniae et Siciliae orato- ı. Concilio praesedit ipse Gregorius X. Pontifex. In mis duabus sessionibus nulla gravioris momenti causa umta fuit, verum Pontifex cunctos antistites eo solum suasit, ut decimam partem proventuum, in adjutorium ıeditionum Cruciatarum per sex annos conferendam pro- terent. In tertia sessione quaepiam ratione electionum, ıtulationum, ac provisionum statuta sunt. Post sessionem tiam tandem et Michaelis Palaeologi Graecorum ıeratoris legati ad concilium comparuerunt, duas epi- las concilio praesentantes, in quarum altera nomine im- ratoris missa, dogmata, quae Clemens IV. instar pa- ı conditionum Graecis jam alias proposuerat, adoptan- r, adjectis tamen precibus, ut Graeci symbolum sine ad- cta particula Filioque retinere, item ritus suos cum

fide catholica, Sacris Scripturis, decretis conciliorum oecumenicorum, nec non sanctorum patrum nullatenus pugnantes porro quoque retinere possint. Altera nomine plurium metropolitarum, et suffraganeorum suorum signata, sinceram Graecorum voluntatem de unione amplectenda, obedientia et subjectione Pontifici Romano praestanda profitebatur. Ideoque omnes hi legati solemni Missae a Pontific Romano celebratae intererant, in qua symbolum Graece Latine cum additione particulae Filioque cantabatu terque ista verba: qui ex patre filioque proce dit, repetebantur. Postmodum in sessione quarta concil tam legatus imperatoris, quam episcoporum Graecorum le gati schisma ejurarunt, praelectam a concilio professione fidei orthodoxae elicuerunt, et primatialem Pontificis pote statem agnoverunt. His domum revertentibus Papa liter imperatori ejusque filio Andronico nec non episcop Graecis sonantes consignavit, quibus cunctos ad reliqui quoque schismatis eradicandas provocabat. Et profecto Mi chael imperator sincerae mentis suae plura document praebuit, nam Josephum patriarcham, unionis adversarium, sede sua privavit, substituto ei Joanne Vecco liturgiam aulicam Graece et Latine introduxit, et Pontificis Romani nomen in precibus commemorari jussit. At his non obstantibus Graeci paulo post ad priora redivere, totumque unionis negotium optato effectu frustrarunt. Celebratis adhuc duabus sessionibus de disciplinae restauratione post absolutas preces solitas Pontifex concilio finem imposuit, triginta canonibus universim conditis, quos Gregorius X. Decretalium textui inseruit. Vid. Georgii Pachymeres hist. rer. a Michael. Palaelog. gestar. Nicephorus Gregoras histor. Byzant. J. G. Valch hist. controvers Graecor. et Latinor. De process. Spirit. S. Richardi concil. sacr. Tom. II. p. 58. et seq. Mansi concil. Tom. XXIV. p. 37. et seq.

Circa idem tempus anno quippe 1279. celebrata fuit synodus Budensis, quam Philippus episcopus Firmanus Apostolicae Sedis legatus sub Ladislao IV. rege Hungariae et Lodomerio Archiepiscopo Strigoniensi convocavit. Causae synodi fuerunt: 1) ut regni pax et moralitas

quae ex discordia potissimum regem inter et ejus consortem Isabellam Caroli Sicitiae regis filiam detrimentum capiebat, restituatur. 2) Ut sedi metropolitanae Strigoniensi, quae jam in sextum annum vacabat, de pastore provideatur. Cum enim Hungaria in afflicto nimis statu ob depravatum moribus Cumanis regem gemeret, optimates, qui providam in servanda utraque republica voluntatem gerebant, Nicolaum III. Pontificem ob impendens omni ex parte Religionis et patriae discrimen per nuncios interpellarunt, quatenus malo medelam adferret. Nihil moratus Pontifex Fr. Philippum ord. Minor. episcopum Firmannum potestate Legati Apostolici instructum ad mala communi cum ordinibus regni consilio reparanda in Hungariam expedivit. Philippi prudentia et lenitate rex a vitiis, quibus ex nimio erga mulieres Cumanas totamque gentem earum amore immersus erat, sensim retractus, ac meliora amplexus, in gratiam cum uxore redivit, fidemque jurejurando fecit, se omnem conatum adhibiturum, ut Cumani ab idolorum cultu recedentes Religionem Christianam amplectantur, in fixis sedibus permaneant, erepta aliis bona restituant, et lites inter illos et Hungaros vigentes Palatinus regni discutiat. His promissis recreatus Philippus ad synodum Budae celebrandam omnes praesules Hungariae invitavit, quibus comparentibus initium synodi auspicatus Philippus ante omnia regis Hungariae venia Lodomerium episcopum Varadinensem doctrina, virtute, et natalium splendore illustrem Ecclesiae Strigoniensi velut Archiepiscopum praefecit, eumque ex voluntate Pontificis adprobante rege in Primatem Ecclesiae Hungaricae nominavit [1]). Postea consultatum de variis fidei et disciplinae capitibus, inhibiti gentilium mores, multaque constituerunt patres, ut regnum nova disciplina vires novas, novamque faciem resumeret. Omnes canones hoc in concilio sanciti praeter pauca fidem attinentia, solam fere disciplinam respiciunt. Vid. Péterfy in sacr. Conc. Hungar. Part. I. p. 107—126.

§. 105.

Concilium Viennense.

Philippus pulcher Galliae rex pluribus jam ab hinc annis Clementem V. Pontificem clam disponere conabatur, ut ordinem equitum Templi tolleret, ideoque plura concilia particularia ad eundem finem tendentia hic et ibi celebrabantur, donec tandem anno 1310. Pontifex conci-

[1]) Péterfy concil. Eccles. Hung. Tom. I. p. 96.

lium generale Viennam Galliarum indixisset, anno insequente celebrandum. Clemens V. ipse adperuit concilium, cui interfuerunt plures Cardinales, duo Latini ritus patriarchae Alexandrinus et Antiochenus et multi ecclesiarum antistites [1]). Causas celebrandi concilii Pontifex in convocationis diplomate sequentes statuit: ut quippe ordo Templariorum aboleatur, Fratricelli, Beguardi et Beguinae condemnentur, subsidium terrae sanctae feratur, ac disciplina ecclesiastica restauretur. Licet vero Pontifex in sessione I. ratione primi objecti omnibus concilii patribus communicaverit inquisitiones et acta in negotio Templariorum assumta, omnes tamen tribus Archiepiscopis demtis vindicias Templariorum audiendas esse censebant. At postquam Philippus Galliarum rex cum filiis et fratribus, multorumque praelatorum ac procerum comitatu Viennam anno 1311. advenisset, Pontifex consistorium Cardinalium, cui multi e concilii quoque patribus interfuerunt, servans ordinem Templariorum abolendum proposuit, via tamen provisionis potius quam condemnatione. Sententiam hanc Pontifex in secunda sessione, ubi rex cum integro comitatu suo praesens erat, proposuit, ac ulteriora de bonis ordinis, prout et de singulis Templariis decernenda patres assumserunt, nempe ut bona eorum equites S. Joannis Jerosolymitani occuparent, iis tamen exceptis, quae in Castilia et Lusitania sita erant, cum haec ad bellum sacrum contra Saracenos continuandum destinata fuerant. De personis porro Templariorum concilium decidit, ut eorum causas synodi provinciales tractarent et discuterent, demptis iis, quorum examen solus Pontifex sibi reservavit. Denique licet circa modum Templariorum causam dijudicandi etiam disceptarent patres concilii, illi tamen praevaluerunt, qui optabant, ut ordo eorum non definitiva sententia, sed via solum provisionis et ordinationis apostolicae sufferatur [2]). Quod etiam factum est. His absolutis patres Bonifacium VIII. Pontificem, quem jam mortuum Philippus IV. proscribi volebat, acriter defenderunt, illum-

[1]) Juxta Guil. Nangii continuator. fuerunt episcopi 114; juxta S. Antonin. Chronic. P. III. tit. 2. C. 2. episcopi 300. fuisse referuntur.
[2]) Odoricus Raynald ad an. 1311.

ue legitimum Pontificem pronunciaverunt salvo tamen reis honore [1]. In sessione tertia et ultima Pontifex Clemens V. sermone patres ad subsidium terrae sanctae ferendum animavit. In cujus rei sequelam episcopi Galliae decimam partem proventuum suorum ad sex annos obtulerunt. Philippus rex autem spopondit se intra spatium unius anni in comitiva liberorum et fratrum suorum aliorumque regni procerum expeditionem cruciatam susceptu-um, nunquam tamen promissa exolvit [2]. Denique varia fidei disciplinae decreta contra Fratricellos, §. 96. Beguardos et eguinas §. 80. hoc in concilio lata fuere, cathedrae pro linuis Hebraica, Arabica et Chaldaica Bononiae, Parisiis, almanticae, Oxonii, et in omnibus urbibus, ubi residere olebat Pontifex fundatae sunt et festum Corporis Christi b Urbano IV. institutum, adprobationem tulit. Plurimae oncilii hujus constitutiones in Corpore Juris Canonici speiatim in Clementinis leguntur. Vid. Corpus Jur. Caon. item Enchiridion Jur. Can. per me 1848. Poson. edit. . 46. pag. 36 et seq. edit. 3.

§. 106.

Concilium Pisanum.

Magnis calamitatibus, quae Ecclesiam seculo XV. affligebant, adnumerandum est infaustum schisma Occidenis, quod Ecclesiam Romanam in partes dividebat. Optabatur diu jam reformatio, ast frustra, Benedicto XIII. et Gregorio XII. penes promissa solum restituendae unionis manentibus. Quare ut tandem malo medela adferretur, utriusque obedientiae Cardinales per regem praesertim Galliae adursi oecumenicum in civitate Pisana celebrandum concilium anno 1409. convocarunt invitis licet Pontificibus. Objecta hoc in concilio pertractanda erant sublatio schismatis et Ecclesiae reformatio. Interfuerunt concilio Cardinales, Patriarchae Alexandrinus, Antiochenus, Jerosolymitanus, Archiepiscopi, Episcopi 180, abbates et Theologiae doctores magno numero, legati insuper regum Galliae, Angliae, Lusitaniae, Bohemiae, Siciliae

[1] S. Antonin. Chron. Part. III. tit. II. c. 2.
[2] Nangii Continuator. Alexand. Natal. H. E. secul. XIV. Tom. VIII. p. 424.

et aliorum principum. Concilio praesedit Cardinalis Pictaviensis utriusque collegii decanus. In sessione prima suscepta est concilii officiorum electio, recitata fidei professio, statutae ceremoniae durante concilio observandae et tam hac, quam secunda et tertia sessione citatio Gregorii et Benedicti facta et ad valvas Ecclesiae adfixa est, cumque nullus comparuisset, ambo pro contumacibus declarati sunt. Sessione quarta ad collegium admissi oratores Roberti Bavariae ducis et electi Romanorum regis, qui partes Gregorii tuentes contra decreta Cardinalium difficultates movebant, postulantes ut concilium ad aliam quamdam urbem transferretur, si quidem Gregorius ibidem motu proprio pontificatui resignare velit, dummodo idem faceret etiam Benedictus. Sed cum patres declararent se alio die responsum daturos esse, oratores clam non expectato responso recesserunt. In sessione quinta rursus contumaciae accusati sunt ambo litigantes et concilii promotor triginta septem articulos adversus eos proponi jussit, qui totam schismatis historiam exponebant. In sessione 6. 7. et 8. electi sunt ex quavis natione viri, qui simul congregati testium fassiones exciperent, et omnia documenta ad causam praesentem spectantia discuterent. In eadem sessione 8. declaratum Cardinales utriusque obedientiae legitime potuisse convenire, legitimumque eos constituere concilium generale, quod universam Ecclesiam repraesentat, et plena potestate medelam Ecclesiae vulneribus adferendi gaudet. Sessione 15. pronunciatur coram coetu, populoque, cui aditus concessus est, definitiva sententia velut lata ab universa Ecclesia contra ambos antipapas notorie schismaticos, schismatis fautores, haereticos et perjurii reos, qui sua pertinacia toti Ecclesiae scandalo essent, et dignitate pontificia excidissent, ac propterea ab ipsa Ecclesia sejuncti essent. Sessione 16. statutum, ut quiscunque Cardinalium in Papam eligeretur, praesens concilium prosequeretur tamdiu, quoad Ecclesia in Capite et membris reformata esset. Sessione 19. post praemissos ordines et absoluto sacro solemni Cardinales conclave ingressi unanimi consensu Petrum de Candia presbyterum Cardinalem in Pontificem eligunt, qui Alexandri V.

nomine insignitur. Sessione 20. et 21. legitur Papae jussu decretum, quo is omnes matrimonii, aliasque ad conscientiam spectantes dispensationes, item omnes dignitatum et beneficiorum collationes, provisiones, translationes omnesque ordinationes a Benedicto et Gregorio factas, dummodo canonice concessae fuerint, adprobat. Quantum vero ad reformationem Ecclesiae in capite et membris Pontifex eam ad concilium oecumenicum elapso triennio celebrandum transtulit, cum multi jam, ut dicebat, praesules domum discesserint. Vid. Mansi coll. Concil. Tom. XXVI. p. 1131. et seq. et XXVII. p. 1. et seq. Lenfant histoire du concile de Pise Tom. II.

§. 107.

Concilium Constantiense.

Praeterlapsis a concilio Pisano tribus annis praestitutum concilium reapse convocatum est. Ad duos fines concilii schismatis quippe exstirpationem et Ecclesiae reformationem tertius accessit discussio scilicet errorum, quos Hussius ejusque asseclae disseminaverant. Quod primum attinet, cum Gregorius XII. et Benedictus XIII. concilii Pisani canones parum curarent, sicque nulla spes componendi schismatis affulgeret, Sigismundus imperator pacem Ecclesiae restituere volens, non solum legatos ad omnium provinciarum imperantes misit, sed ipsemet Galliae, Hispaniae, Angliae, Germaniae et Italiae principes adivit, non prius quiescens, quam Joannes XXIII. Pontifex concilium generale indixisset. Locum extra Italiam eligere illud suadebat, quod plurimae Italiae urbes litibus Ladislaum inter et Ludovicum Andegavensem ferventibus turbarentur. Urbem igitur Constantiam ad Rhenum sitam, et amoeno lacu ornatam eligentes anno 1414. concilii initium fecerunt patres. Interfuerunt concilio praeter Joannem XXIII. Pontificem et Sigismundum imperatorem electores imperii, aut horum legati, non pauci e Baronibus et nobilitate, Cardinales 22, Patriarchae titulares 3, Archiepiscopi 20, Episcopi 192, et plurimi ex aliis praelatis, abbatibus, generalibus, et universitatis Parisiensis, Coloniensis et Viennensis deputati, nec non alii Theologiae et Juris Canonici doctores.

Commemorandi autem ex praesentibus peculiariter sunt Petrus de Alliaco Cardinalis et Archiepiscopus Cameracensis, item Joannes Gerson Cancellarius universitatis Parisiensis, magnae auctoritatis viri. Post solemnem Missam diploma indicti concilii de 16. Novembris perlectum et initium primae sessioni datum est, in qua audito Pontificis sermone ministri et officiales synodi eligebantur. Ad evitandas vero omnes partium factiones patres in quatuor nationes Gallicam, Germanicam, Italicam et Anglicam, quibus postmodum Hispanica adjuncta est, semet diviserunt. Eo autem a patribus perspecto, quod pax Ecclesiae unice tunc restitui possit, si etiam Joannes XXIII. pontificatui resignaret, ac novus unanimi consensu Pontifex eligeretur, Patriarcha Antiochenus nomine concilii Joannem interpellavit, quatenus communis Ecclesiae salutis causa pontificatui renunciaret. Votis concilii se pariturum, si Benedictus et Gregorius idem facerent, promittebat quidem Joannes, abdicationis attamen instrumentum consignare de die in diem morabatur. Et quamvis in sessione secunda ad preces imperatoris bulla mediante promissum suum confirmaret, cum tamen in sequenti conventu novus Pontifex eligendus fuisset, clam Schaffhusiam in ditionem Friderici Austriaci foedere sibi juncti discessit, sperans concilium discessu suo solvendum, seque Pontificem mansurum. Licet vero discessus hic patres concilii aliquantum anxios reddiderit, Sigismundus imperator attamen ordini et securitati publicae intendens, cunctis annunciavit concilium prosequendum fore, ideoque ipsum concilium in sessione tertia declaravit, se Pontificis et nonnullorum praelatorum discessu minime solutum, nec solvendum esse prius, quam schisma exstirpatum, et Ecclesiae reformatio in capite et membris peracta fuerit. Circa idem tempus Joannes Gerson regis Galliae orator sermone publico concilii potestatem supra Papam probavit, atque concilium sessione quarta decretum publicavit: „Quod ipsa synodus Spiritus S. nomine congregata generale concilium faciens, quod militantem Ecclesiam Catholicam repraesentat, acceperit proxime a Christo Domino potestatem, cui omnis et singulus cujuscunque dignitatis et conditionis etiamsi papa-

lis existat, obedire tenetur in iis, quae ad fidem, schismatis exstinctionem, Ecclesiaeque in capite et membris reformationem spectant.“ In quinta sessione idem decretum confirmatum est. Postea concilium articulos 45 Wiclefi non secus ac opera ejus damnavit, ignique addixit. Joannes XXIII. in sessione nona et decima auditis testium fassionibus, probatisque accusationis punctis contra ipsum publicatis, postquam iterato citatus ad concilium non comparuisset, ab officio suspensus, imo sessione duodecima pontificatu privatus, custodiae electoris Palatini Manhemii traditus, et fideles ab obedientia ejus sublevati. Circa idem tempus etiam Hieronymus Pragensis coram concilio comparuit, cum tamen melius sapere nollet, carceribus mancipatus est. Sessione 13. decreta est communio sub una specie a laicis sumenda. In sessione 14. Gregorius XII. resignationem suam submisit, cui primus in collegio Cardinalium locus datus. In sessione 15. Joannes Huss velut fautor haereseos Wiclefi convictus, brachio seculari traditus, a quo ad rogum condemnatus est (§. 82); et Joannis Parvi doctoris Parisiensis sententia: Licitum et meritorium esse tyrannum occidere, pariformiter proscripta est, auctoris persona intacta manente. In sessione 19. Hieronymus Pragensis errores suos quidem revocavit, verum in eos rursus relapsus, sessione 20. condemnatus sortem Hussii expertus est. In sessione 37. sententia depositionis in Benedictum XIII. velut schismatis fautorem et perjurum pronunciata est. In sessione 40. latum est decretum reformationis, juxta quod eligendus Pontifex Ecclesiam in capite et membris, nec non curiam Romanam reformare teneatur. Decretum hoc respicit vel maxime Sedis Apostolicae reservationes, annatas, beneficiorum collationes, et gratias expectativas, commendas, casus, in quibus Papa deponi potest, simoniam, dispensationes et indulgentias. In sessione 41. praecepit concilium, ut hac vice praelati sex intra 10 dies deputarentur, qui cum Cardinalibus conclave ingressi Pontificem eligerent. Horum omnium vota in Ottonem Columna ceciderunt, qui Martini V. nomen assumsit. In sessione 43. edita decreta, quibus novus Pontifex exemptiones et dispensationes limi-

tavit, simoniam damnavit etc. In sessione 45 finis impositus concilio, quod annis 4 et mensibus 6 duravit, ejusque decreta fidei omnia Martinus V. adprobavit. V. Lenfant histoire du concil de Constance Amsterd. 1714. 4. Mansi Tom. XXVII. Van der Hardt magn. oecum. concil. Helmstadt 1700. T. VII. Royko Gesch. der grossen allg. K. V. zu Kostnitz 1782. T. IV. f.

§. 108.

Concilium Basileense.

Concilium hoc a Martino V. Pontifice indictum celebravit Eugenius IV. Pontifex, qui in illius successorem anno 1431. electus, praedecessoris sui decreta ratione decreti Basileensis adprobavit, ideoque illud Juliano Cardinale praeside celebrari voluit. Objecta concilii erant: 1) Restitutio unionis Graecam inter et Latinam Ecclesiam. 2) Hussiticarum haeresum exstirpatio. 3) Disciplinae reformatio. 4) Restitutio pacis inter principes Christianos. Sessione 1. audito sermone Juliani Cardinalis praeter multa, quae ad legitimam synodi auctoritatem spectabant, communi consensu statutum, concilii Constantiensis decreta contra synodi praesentis hostes confirmari, iisque omnibus, qui turbas excitarent, poenam intentari. Pontifex paulo post concilium differi quidem, et Bononiae post 18 menses continuari volebat. Verum a patribus interpellatus cedere videbatur, et concilium negotia Ecclesiae prosecutum est. Sessione 2. et 3. decreta Constantiensia de superioritate concilii supra Papam, et de concilio sine hujus consensu a nemine dissolvendo, aut ad alium locum transferendo renovavit, et declaravit s. synodum Basileensem legitime fuisse convocatam et esse generalem, potestatemque habere suam a Christo, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis etiamsi papalis obedire teneatur. In reliquis sessionibus causa Bohemorum Hussitarum quidem discussa est, exitiali tamen discordiae Pontificem inter et concilium finis tam parum impositus fuit, ut potius usque ad 5. Febr[uarii] 1434. perduraret. Sessione 15. constitutiones de synodis dioecesanis quovis anno semel, aut bis celebrandis de provincialibus vero synodis quovis triennio servandis publi[cavit]

bantur. Sessione 16. lecta praesente imperatore Eugenii adprobatio relate ad concilium expedita, ejusque, quam perficere volebat, dissolutionis revocatio. Sessione 17. legati Eugenii IV. Pontificis ad concilium admissi, atque praesidium eis concessum. Ceterum quia Eugenius IV. unionis inter Graecam et Latinam Ecclesiam restituendae gratia legatos Constantinopolim dimiserat, isque nunciaret Graecos pristino proposito suo Constantinopoli eatenus concilium celebrandi porro quoque inhaerere, synodus Basileensis, ne occasionem ipsos ad sinum Ecclesiae reducendi negligere videatur, alios legatos Constantinopolim deputavit significaturos, Basileae universam Ecclesiam collectam esse, non Constantinopoli, proinde illuc ipsos confugere oportere, si unionem sincere desiderant, quod si fecerint, reperturos etiam esse Sigismundum imperatorem patronum, qui ipsis subsidia contra Turcas suppeditare non renuit. Legatione huic respondit effectus, ut Graecorum legati mox advolarent de synodo fine unionis tractaturi. Post longiores consultationes in eo conventum, ut si Basilea displiceret, alia civitas eligeretur, et Graecis triremes necessariaeque expensae ad concilium resolverentur. Cunctis his Eugenius Pontifex subscripsit. Plura interea decreta reformationis edita felicem successum pollicebantur, cum spem hanc nova dissensio interrupit. Nam ubi legati Pontificis sessione 24. concilium in urbem aliquam Italicam speciatim Florentiam transferri petiissent, fine unionis inter Graecos et Latinos restaurandae, patres vero Basileenses hoc sine injuria synodi fieri non posse asserentes, Pontificem ad rationem facti sui reddendam provocassent, principes plerique, quibus unio Graecorum cordi erat, promulgatas deinceps a concilii patribus adversus Pontificem decisiones haud probarunt, imo a Sigismundo imperatore hucdum concilii fautore, ab Hispaniae rege, aliisque principibus protestatio contra concilium Basileense interposita est. Cum insuper Eugenius IV. concilium hoc medio diplomatis Ferrariam transtulisset, et patres in sessione 25. de loco continuandi concilii dissentientes alii Florentiam aut Utinam, alii Basileam aut Avenionem eligerent, cunctorum negotiorum ulterior progressus adhaesit. Syno-

dus haec postmodum duce Ludovico Cardinali ex solis fere minoris ordinis sacerdotibus congregata sessiones suas ad anni 1443. mensem Majum Basileae continuavit, et in sessione 26. plura crimina Eugenio licet innocenti adscripta, in quorum nexu eum in faciem concilii intra 60 dies evocarunt. In subsequentibus sessionibus synodales Eugenium IV. porro quoque insectati tandem eo devenerunt, ut eum pontificatu privatum declararent, et in sessione 39. in separato quodam conclavi Amadeum Sabaudiae ducem sub nomine Felicis V. successorem illius eligerent. Demum in sessione 45. quae ultima dicitur, licet Lausannae quoque sessiones aliquae celebrarentur, decretum tulerunt, concilium proximum generale Lugduni intra triennium convocandum esse. Fatis functo anno 1447. post varias calamitates Eugenio successit Nicolaus V. Pontifex, vir a pacis studio celebratus, ideoque facili opera Amadeum eo perduxit, ut anno 1449. titulo Pontificis renunciaret. Vid. Edm. Richer Histor. concil. gener. L. III. p. 20. 50. Richardi analys. concil. T. II. p. 99. et seq. Labbé concil. T. XII. p. 450. Lenfant Histoire de la guerre des Hussit. et du concil. de Bâle T. I. II. Amsterd. 1731. Mansi supplem. concil. Tom. IV. p. 159 — ad Tom. V. p. 192. Tom. VI. p. 573. Aeneae Sylvii commentar. histor. libr. III. de concil. Basil. juxta edit. Colon. 1535. Fresti et Lips. 1791. 8. Harduin concil. Tom. VIII. p. 1103. Tom. IX. X.

§. 109.

Concilium Ferrariensi-Florentinum.

Cum Graeci unionem ecclesiarum optantes concilium velut optimum ad eam effectui mancipandam medium spectarent, Joannes VII. imperator Constantinopolitanus, quem Turcae in dies magis premebant, Eugenio IV. Pontifici missis legatis significavit, se paratum esse ad concilium in occidente indictum cum suis accedere, dummodo illud in proximiori Italiae civitate compendii gratia celebraretur. Quare Pontifex concilium Basileense anno 1438. Ferrariam transtulit, eoque Graecos missis legatis invitavit. Patriarcha Constantinopolitanus Josephus, aliique Graecorum epis-

opi fere omnes unioni adversabantur, verum imperatoris onsiliis et mandatis tandem parentes, in ejus consortio eoem adhuc anno Ferrariam adpulerunt. Sessiones 16 cum raecis Ferrariae celebrabantur, praecipua patrum cura eo extendebat, ut decreta Basileensium, quos frustra exectabant, a tempore Ferrariam translati concilii condita, it postmodum condenda damnarent, et fidei capita Graeos inter et Latinos controversa, uti de processione Spiritus S. de purgatorio, de statu animarum ante judicii diem, e pane eucharistico, et de Pontificis primatu deciderentur. raecipui inter Graecorum theologos Marcus Archiepisopus Ephesinus et Bessario Episcopus Nicaenus erant. erum orta Ferrariae pestilentia Eugenius concilium lorentiam transferre cogebatur, quo et ipse Pontifex et eliqui Latinorum, Graecorumque patres communi consensu nno 1439. discesserunt [1]. Florentiae sessiones 9 disputando absolverunt. In sessione prima, quae post sessiones errariae habitas decima septima est, constitutum, ut Graeci e methodo unionis instaurandae inter se consilia agitarent, amque proximae sessioni substernerent. Cum tamen in nulla onvenirent privatam disputationem a septem ex utraque arte eligendis theologis suscipiendam proposuerunt. At um Pontifex publicam disputationem praeferendam censeet, in 8 sessionibus sequentibus Joannes de Monte Iigro provincialis Lombardiae FF. praedicatorum et Marus Ephesinus dogma de processione Spiritus S. a Patre t Filio pro objecto disputationis assumserunt, et doctrinam atholicam Joannes contra Marcum adeo solide evi-it, ut hic ad summas angustias redactus exemplo suo reliuos etiam Graecorum episcopos imprimis Bessarionem Nicaenum, et Isidorum Ruthenum de veritate fidei coninceret. Rebus his sic ferentibus supremum diem in communione Ecclesiae obiit Josephus patriarcha Constantiopolitanus, qui ob morbi gravitatem alioquin synodo interesse non valebat. Hoc mortuo communi utriusque partis

[1]) Sylv. Sgurropulus in vera histor. unionis non verae inter Graecos et Latinos seu concil. Florent. exacta narrat. edit. a R. Creygtho Hagae Com. 1660. fol. Mansi coll. concil. T. V. pag. 197. Harduini coll. concil. T. I. p. 535.

consilio et opera unionis documentum conscriptum duabus linguis graeca nempe et latina in publica sessione perlectum est. Diploma unionis, quod ab Eugenio IV. Pontifice, Cardinalibus, imperatore Joanne Palaeologo, ecclesiae utriusque episcopis et abbatibus, Marco Ephesino excepto signatum et confirmatum est, sequentes 4 definitiones velut utrique ecclesiae proprias comprehendebat: 1) Spiritus S. ex Patre et Filio tamquam uno principio ab aeterno procedit, ad quam veritatem declarandam secundum indigentiam veteris aetatis particulam Filioque symbolo addere rationabile et licitum erat. 2) Corpus Christi tam in azymo, quam in fermentato pane valide conficitur, unde alteruter pro Ecclesiae consuetudine adhibendus est. 3) Qui in vera poenitentia et amore Dei hanc vitam deserunt, quin tamen sufficienter peccata expiaverint, post mortem poenis purgatorii mundantur, eisque ad illarum abbreviationem a Deo consequendam Missae sacrificium, preces, eleemosynae, aliaque pietatis opera a fidelibus secundum praescripta Ecclesiae pro iis peracta prosunt, illorum autem animae, qui in actuali mortali peccato moriuntur, mox in infernum descendunt, poenis tamen disparibus puniendae; denique visio beatifica animabus plene purgatis non differtur. 4) Romanus Pontifex in universum orbem primatum tenet, successor est B. Petri totiusque ecclesiae Caput, et verus Christi Vicarius, cui pascendi et regendi veram ecclesiam potestas plena tradita est. His feliciter terminatis Graeci Florentiam deserentes Constantinopolim anno 1440. rediverunt. Absentibus Graecis Eugenius IV. Pontifex concilium prosecutus Basileenses synodales, qui sententiam depositionis in eum ferre ausi fuerant, velut haereticos et schismaticos condemnavit. Postea Armenos, qui apocrisiarios fine unionis resumendae miserant, in sinum Ecclesiae recepit, edito decreto, in quo doctrinam Christi egregie explicuit. Porro Felicem V. a Basileensibus in Pontificem electum (§. praeced.) antipapam, haereticum et schismaticum esse declaravit, denique Jacobitas §. 65. per. II. quoque in sinum Ecclesiae recepit, conciliumque Romam transtulit, ubi tamen duae solum sessiones celebrabantur. Vid. Leo Allat. exercit. in R. Creygthon adparat. etc. Romam 1666. 4.

rduin concil. coll. T. IX. Mansi concil. T. V. Ri-ardi analys. concil. T. II. p. 99. et seq. Sgurropu-in vera hist. unionis non verae inter Graecos et Latin. concil. Florent. exact. narrat edit. a R. Creygthon g. 1660 fol. Natalis Alexand. H. Eccles. secul. XV. m. IX. p. 514.

§. 110.

Concilium Lateranense V.

Decedente anno 1437. Sigismundo imperatore ctores Germaniae Francofurti convenere imperatorem cturi. Hi partes Eugenii IV. et Felicis V. asper-ates decreta Basileensia, in quantum haec reformationem clesiae respicerent, in conventu Moguntino anni 1439. tis quibusdam modificationibus receperunt. Decreta hujus aventus majori ex parte complectuntur concordata inter dem Romanam et Germaniam inita, nempe concordata ancofordiensia cum Eugenio IV. et Schaffnaburgense m Nicolao-V. celebrata [1]. Germanos imitati Galli et i decreta Basileensia receperunt. Sanctioni suae prag-ticae illata. Sanctio haec pragmatica occasionem dedit lebrando concilio Lateranensi V. Cum enim eam Pontifi-s omnes inde ab Eugenio IV. usque Julium II. im-gnarent, Ludovicus XII. Galliae rex vicem Sedi Ro-nae redditurus anno 1511. concilium Pisas convocat, od paulo post solutum Mediolani, dein Lugduni continua-n est. Quare Julius II. Pontifex huic attentato occur-rus concilium oecumenicum Lateranense V. indixit, quod no 1512. inchoatum et sessionibus 12 absolutum est. Pri-s quatuor sessionibus Julius II. Pontifex, quintae Ra-ael Cardinalis episcopus Ostiensis praesedit Julio ntifice per morbum impedito; reliquis Leo X. Pontifex ioris successor. Fines huic concilio praefixi e bulla con-catoria Pontificis intelliguntur, nempe extirpatio haere-m, schismatis seu conciliabuli Pisani sublatio, morum endatio, et pacis inter Christianos principes restitutio.

---

[1] Horix concordata nation. German. integra variis additamentis illustrata. Würdtwein observationes historico-jurid. in concord. nat. Germ. cum Sede Romana.

Episcoporum ad hoc concilium confluentium numerus minor erat, ac in ullo alio concilio generali, cum aliquot solum supra centum, iique fere omnes Itali comparuerint. In sessione 1. ordo concilii praescribitur et officiales eliguntur. In sessione 2. et 3. proscribuntur facta conciliabuli Pisani, et Cardinales schismatici, aliique conciliabuli fautores plectuntur. In sessione 4. lectae Ludovici XI. regis patentes Literae ad Pium II. Pontificem quondam missae, quibus abrogatur sanctio pragmatica, ejusque ulterior abrogatio petita. In sessione 5. cui Pontifex non interfuit, decretum est, electionem quamcumque Romani Pontificis simoniace factam invalidam declarandam, Cardinales vero eam facientes poenis canonicis subjiciendos esse. In sessione 6. cui Leo X. Pontifex praefuit, deputatio quorumdam praelatorum designata est, ex quibus aliqui Curiae Apostolicae reformationem, alii fidei propagationem, alii sanctionis pragmaticae abolitionem pro scopo habebant Sessione 7. lectae Bernardini de Carvajal et Friderici a S. Severino Cardinalium schismaticorum, qui in conciliabulum Pisanum influxerant, litterae supplices, quibus schisma ejurant, et proscripto conciliabulo Pisano a Pontifice veniam postulant et obtinent, sedibus suis restituti. In sessione 8. adhaerentes doctrinae Averrois philosophi Arabici condemnati propterea, quod docerent animam rationalem mortalem esse, aut unicam in omnibus hominibus. Sessione 9. praeter alia lectum est decretum de Curiae Romanae reformatione, quod varias utilissimas constitutiones ad disciplinam spectantes continet. Sessione 10. lecta sunt decreta Pontificis Romani, quorum primo montes pietatis liciti, justi et ab omni specie usurae immunes declarantur; secundo exemptiones sufferuntur, et tam capitula quam monasteria exempta Ordinarii jurisdictioni subordinantur; tertio appellatae coercentur; quarto cuncta opera ante impressionem Ordinarii judicio substerni jubentur. Sessione 11. admissi sunt ad Pontificis obedientiam deputati patriarchae Maronitarum, et lecta eorum fidei professio; demum confirmata concordata Bononiae inter Leonem X. et Franciscum I. regem Galliae celebrata in locum sanctionis pragmaticae substituta, quibus jus denominandi episcopos per regnum

illiae regi conceditur, confirmatione tamen pontificia salva inente. In sessione 12. cuncta quae in praecedentibus 11 ssionibus decreta sunt, adprobantur, anathema pronunitur in omnes, qui tempore electionis pontificiae domos ardinalium infestant et ad bellum contra Turcas suscipidum decimae proventuum ex ecclesiis, monasteriis, et neficiis ad triennium resolvuntur; denique declaratur ncta decreta hujus concilii ab omnibus inviolabiliter obrvanda esse. Guicciardini la Historia d'Italia Lib. IX. icher Histor. concilior. general. lib. IV. Part. II. Paus Jovius vita Leonis X. Panvini vita Leonis X.

Hic loci memorari meretur synodus Strigoniensis sub Uladislao II. rege et Hippolyto Estensi principe, Cardinali et Archiepiscopo Strigoniensi celebrata. Postquam nimirum Joannes Arragonius Beatricis reginae frater Cardinalis et Archiepiscopus Strigoniensis gratia pacis inter Innocentium VIII. et patrem suum Ferdinandum regem Neapolitanum Strigoniensi sedi valediceret, Romam anno 1485. concedens, et alterum in annum jam archiepiscopatus Strigoniensis vacaret, magna expectatio occupabat regni episcopos, cujus tandem caput princeps haec infula insessura sit. At expectationi haud respondit eventus, nam Mathias Corvinus, licet fortissimi animi princeps conjugis suae Beatricis artibus et precibus circumventus, tandem nepotem ex reginae sorore Hippolytum licet quinquennem in Archiepiscopum Strigoniensem nominat. Superandae quidem multae erant difficultates apud Innocentium VIII. Pontificem, qui repetitis licet nunciis pulsatus Hippolytum ob defectum aetatis et praejudicium aliis dignissimis viris inferendum confirmare recusabat [1]. At cum rex proposito suo inhaereret, Innocentius VIII. Joannis Arragoniae Cardinalis, et Gabrielis Rangonii [2] consiliis permotus anno 1487. votis Mathiae subscripsit, ne discrimen a Turcis rei Christianae imminens per offensum regem, cujus ensem nomenque defendendis limitibus necessarium noverat, magis augeret. Hippolytus itaque Estensis dictus de Arragonia Italus gente [3] expleto nondum septennio Budam deductus, administrator

---

[1] Vid. Literae Innocentii VIII. Pontificis ad Mathiam Corvin. reg. datae 6. Junii anno 1486. apud Péterfy T. I. p. 213. et seq.

[2] Gabriel Rangonus Cardinalis ord. Minor. S. Franc. Agriensis eppus Mathiae reg. legatus Romae cujus opera in arduis quibuscunque rebus rex utebatur.

[3] Timon Purpurat. Pannon. item Caspar. ab Eggs Purpura docta.

archiepiscopatus Strigoniensis factus, Petro Ranzano episcopo Lucerino apud regem Mathiam legato, in artibus et scientiis erudiendus traditur [1]. Ne vero ecclesia Hungarica ex hoc tenello archiepiscopatus administratore damna quaepiam patiatur, antistites Strigonii in synodum hanc sub Uladislao Mathiae successore coaluerunt, et Thomam de Ibafalva praepositum S. Georgii de viridi campo virum amplissimae eruditionis et prudentiae communi consensu in Vicarium Generalem elegerunt, qui vicibus Hippolyti principis functiones sacras obiret. Cum autem Hippolytus Thomam Vicarium generalem munus suum, licet septennio summa cum laude illud gereret, abdicare jussisset, ac praeter id, quod munus hocce cuidam Italo legum ecclesiasticarum ignaro conferret, omnis negotiorum ecclesiasticorum administratio quotidie laberetur, Uladislaus II. Alexandrum Pontificem interpellavit, quatenus Hippolytum alioquin jam Cardinalem factum, Romam evocaret, et Thomam Bakács ab Erdöd auctoritate, et rebus gestis versatum sedi aegrotanti concederet. Res quidem difficulter agebatur, successit tamen, cum Pontifex intra duorum annorum spatium tandem Hippolytum Romam invitaverit. Synodo huic praesedit Thomas de Ibafalva, qui etiam in absentia praesulis constitutiones concilii de sacramentis, de vestitu clericorum, de concubinatu castigando, usura etc. in ordinem redegit. Ex constitutionibus synodi hujus attamen plures interiisse ostendit Péterfy [2]. Quae supersunt leguntur in Institut. Hist. Eccles. per me Pestini edit. anno 1840—1841. Tom. 3. pag. 197 et seq. Item apud Péterfy in sacr. concil. Hungar. P. I. p. 212—233.

---

[1] Laudes Ranzani Joannes Lambucus in praefat. ad epitom. rer. Hungar. edidit.

[2] Carol. Péterfy concil. sacr. Hungar. Part. I. pag, 216. et seq.

Periodus quarta.

Historiae Ecclesiasticae N. F.

a

.thero, seu a praetensa reformatione usque ad nostram aetatem,

id est,

ab anno 1517. usque ad annum 1854.

PARS PRIMA.

storia Status externi Ecclesiae Christianae.

Caput I.

Facies rei civilis et fata Ecclesiae Christianae prospera.

§. 1.

Status civilis Europae generatim.

Cum initio periodi hujus tanta fuit domus Austriaco-bsburgicae potentia, ut Europa a temporibus Caroli M. ncipem Carolo V. domus ejusdem surculo potentiorem ıd noverit. Is enim tenebat Hispaniam, Neapolim, Sicin, magnam partem Americae, Belgium, cunctasque ›vincias, quas Austria in Germania possidebat [1]). Ad ›eratoris vero dignitatem sublimatus Carolus V. tann in potentia crevit, ut reliquas nationes metus invade-, ne ipsis praejudicium inde nasceretur. Metus hic tanto ıjus incrementum coepit, ubi Austriaci etiam Hungariae, haemiae regnis, ceterisque iis adnexis provinciis potiren-

) Abbé Milot elemens d'histoire generale Tom. VII. Chap. I. p. 139. chap. II. p. 153. Chap. III. p. 105. Chap. IV. p. 172. et les suiv. edit. de Vienne 1815. I. B. Schütz allgem. Weltgesch. für gebild. Leser T. VI. p. 1.—20. item p. 30 et seq.

tur. Immensa haec potentia gravissima bella peperit, eoque inclinavit reliquos principes, ut aequilibrii inter reliqua Europae regna restituendi gratia foedera inter se arctissima paciscerentur. Debilitata sensim tum his tum aliis ex causis Austriacorum potentia, Galli extensione et viribus crescere coeperunt. Factionibus enim, quas ambitio et fanatismus produxerat, paulatim decrescentibus, aerarium regni ad meliorem statum positum, res navalis perfecta, artes, fabricae, manufacturae florentiores redditae, commercium promotum, politica administratio regni ministris Richelieu [1] et Mazarin [2] Cardinalibus emendata adeo, ut summa rerum Europaearum inde a medio seculi XVII. penes Gallos esset. Horum rex Ludovicus XIV. bella 40 fere annis gerens victoriis reportatis regni sui limites mirum in modum ampliavit, latius adhuc eos extensurus, nisi Guilielmus III. rex in Angliae et Belgii imperantem simul electus, ex utraque provincia copiosum militem congregans potentiam ejus repressisset [3]. Eventus hic tanto majora impedimenta Gallorum dominationi posuit, cum felices Guilelmi III. anno 1702. defuncti expeditiones Angli etiam sub ejusdem filia Anna magna cum prosperitate prosequerentur. Turbae civiles in quavis praedictarum provinciarum exortae quietem Europae quidem nonnihil succussere, verum devictis, et partim exultantibus, partim punitis seditiosis pax Europae restituta est. Vid. Pölitz die Weltgesch. für gebild. Leser. Tom. III. §. 518. p. 253. et seq. Wittenberg. 1813. Schütz. allgem. Weltgesch. Tom. VII. p. 40. et seq. Abbé Millot elemens d'hist. gener. Tom. IX. Chap. XIV. p. 55. et suiv. Dr. Fr. A. Scharpff Vorles. über die neueste Kirchengesch. Freiburg 1850. 2. Vorles. Seite 19. und die folg.

§. 2.

Status Galliae.

Quanto majorem gloriam Gallia sub Ludovico XIV. feliciter pugnante consequebatur, tanto magis gemebat po-

[1] Le clerc vie du Card. Richelieu Amsterd. 1753. V. Tom. item Maximes d'état ou testam. polit. du Card. Richelieu Paris 1764. II.

[2] Aubery Histoire du Card. Mazarin Amsterd. 1751. IV. Tom. item Richard Parallele du Card. Richelieu et du Card. Mazarin Amsterd. 1716.

[3] I. B. Schütz allgem. Weltgesch. T. VII. p. 41. et seq.

pulus tributorum onere opressus. Calamitas haec sub Ludovico XV. non minuta verum aucta est, cum non solum onera et tributa populi multiplicarentur, verum et morum laxitas in dies cresceret. Malum reparaturus videbatur Ludovicus XVI. aequi justique amantissimus et parsimoniae studiosissimus princeps, prioris successor. Verum tanta fuit aeris alieni a praedecessoribus levati copia, ut aerarii publici instauratio non leves facesseret difficultates [1]. Neque tollendi mali medium oportunius regi videbatur, quam omnes regni Ordines [2] convocare. Igitur ex universo regno convocati Versaliam anno 1789. comparuere deputati [3]. Ordo tertius [4] seu deputati civium ad unam cum nobilitate et clero sessionem haud admissi, peculiarem conventum nationalem dictum efformare coeperunt. Ad hunc, ubi paulo post Aurelianensis dux regiae familiae infensissimus una cum asseclis suis accederet, ac nobilitas quoque eidem se adjungeret, omnes tres ordines Conventum Nationalem stabiliverunt [5]. Inter tumultus conventus nationalis novam constitutionem edidit, systema feudale evertit, regis et nobilitatis jura restrinxit, Jacobinorum influxu omnia bona cleri pro nationis proprietate declaravit, regnumque in departamenta dividens judicia communitatum (municipalités) introduxit. Ultro progressus conventus nationalis bonorum regiorum confiscationem, religiosorum sublationem publicavit, aerarii publici administrationem sibi reservavit, parlamenta et omnia tribunalia sustulit, nobilitatem haereditariam cum omnibus insignibus abrogavit, et a clero sub poena amittendi officii jusjurandum de constitutione servanda exegit [6]. Ipse rex, quod nonnulla senatus decreta alteranda optaret, et fuga sibi salutem quaereret, in limitibus Galliae interceptus, de conjuratione contra libertatem Galliae insimulatus, regia dignitate privatus, et in turri templi clausus est, regno die 21. Sep-

[1] Karl von Rotteck allgem. Gesch. 9. B. §. 9. p. 69 et seq. 10 Auflag. Freiburg im Breisg. 1834.
[2] Assemblée des états generaux.
[3] Rotteck allgem. Gesch. T. 9. §. 1. p. 80.
[4] Tiers etat.
[5] Rotteck ibidem p. 83.
[6] Rotteck allg. Gesch. Tom. IX. p. 80—106.

tembris 1792. in rempublicam converso [1]. Cum vero conventus nationalis in varias partes scinderetur, aemulumque haberet magistratum urbis Parisiensis [2], huncque Robespierre hominum truculentissimus concitaret, proscriptiones, incarcerationes, et caedes ubique grassabantur adeo, ut et regem ipsum velut tyrannum ad mortem condemnarent. Cum porro conventus nationalis constitutionem paulo ante conscriptam insufficientem cerneret, alteri concinnandae manum admovit, in qua salutis publicae cura ac suprema potestas selectis aliquot senatoribus a nutu Robespierrii dependentibus interea concredebatur [3], quoad bellum ab extraneis principibus Galliae indictum terminaretur. Senatores hi absoluta potestate instructi tantam crudelitatem in cunctos Galliae cives exercebant, ut hi eam ultro sustinere non valentes, arma contra ipsos arriperent, ac tam Robespierre quam socios ejus ferali instrumento (Guillotine) anno 1794. e medio tollerent, finemque Jacobinorum tyrannidi imponerent. Senatus porro novam rursus constitutionem Quinqueviratus [4] decrevit, eamque anno 1795. confirmavit. Cum tamen et haec defectu illo laboraret, quod potestatem executivam quinque solum viri, saepe in factiones abrepti, exercerent, dissensiones et discordiae novae nascebantur, reipublicae perniciosissimae. Verum et his et perplexitati Galliae inde ortae, quod pacem Campoformiensem anno 1797. confectam, Austriae et Russiae copiae junctae Italiam fere totam occupaverint, ac Galliam ipsam jam invadere paraverint, succurrit Napoleon Bonaparte, ex victoriis Orientis reversus, mox alias in Occidente reportaturus. Et reipsa postquam is novam constitutionem consulatus anno 1799. proposuisset, ac in consulem ipse electus fuisset, reportatis ad Marengo, Hohenlindam et alibi victoriis fines Galliae in tantum ampliavit, ut populus eum anno 1804. imperatorem salutaverit. Mox rex Italiae et protector foederis Rhenani factus est, ac vita ejus per plures annos nihil fere aliud fuit, quam victoriarum

[1]) Rotteck ibid. Tom. IX. p. 80—132. item p. 139. et seq.
[2]) La municipalité de Paris.
[3]) La comitée du salut public.
[4]) Directoir executif.

t gloriae cursus, donec tandem et ille omnia possidere upiens omnia amisisset, ac ipsi de throno deturbato Luovicus XVIII. (Bourbon) anno 1815. successisset. Hunc xcepit frater ejus Carolus X. qui in favorem Henrici rincipis Burdegallensis nepotis sui resignans, Ludovicum 'hilippum Aurelianensem ex laterali linea Burbonica rincipem locumtenentem regni constituit, tamdiu regnum ubernaturum, quoad Henricus nepos regni habenas caessere posset [1]. Interim mox camera deputatorum emenata et confirmata charta Ludovicum Philippum in egem Gallorum, ejusque filium Ferdinandum excluso [enrico regni haeredem pronunciavit. Verum novis turis in Gallia anno 1848. enatis Ludovicus Philippus esignavit, ac Gallia rursus in rempublicam conversa, praeidem Napoleonem imperatoris primi nepotem elegit. Hic inta prudentia et moderatione praesidium gessit, ut poulus eum unanimi fere consensu in imperatorem anno 1852. d finem vergente elegerit. Is nunc stupente tota Europa opulum Galliae in pace continet, feliciter regit, ac in armonia cum cunctis Europae principibus existens novum imerium Galliae sub nomine Napoleonis III. salutaribus Regionis, et politiae institutis ordinat. Vid. Fridr. Bülau llg. Gesch. der Jahre 1830—1838. p. 31—66. Leipz. 1838. [emoires pour servir à l'hist. de France sous Napoleon crites à S. Helène par les generaux, qui ont partagé sa aptivité et publiées sur les manuscrits entierrement corigées de la main de Napoleon 8. Tom. à Paris et Bern 1823. Oeuvres compl. de Napoleon Stuttgart et Tuing. 1822. et suiv. Annegarn's Weltgesch. erweitert on Oberhage 1852. 8. Band. 5. 190. §. 38. und 54. . 286—302. Scharpff Vorles. über die neuest. Kirch. esch. 1. H. 1850. Seite 54—78.

§. 3.

tatus Germaniae, Angliae, Hispaniae, Portugalliae.

Has inter rerum conversiones Germania continuis fere ellis jactabatur, innumeris calamitatibus pressa. Funestis-

---

[1]) Bülau allgem. Gesch. der Jahre 1830—1838. §. 5. S. 35.

simas ei sequelas adtulerunt bella contra Gallos sub constitutione directorali et consulari gesta [1]. His enim infeliciter cedentibus Germania vi pacis Campoformiensis anno 1797. et Lunevillensis anno 1801. confirmatae non solum omnes ditiones trans Rhenum sitas reipublicae Galliae addicere, verum et plerasque liberas imperii civitates, archiepiscopatus, Moguntino excepto, episcopatus praepposituras et abbatias principibus secularibus, qui possessiones suas trans Rhenum amiserant, in compensationem cedere debuit [2]. Postquam autem Napoleon I. imperator Galliae foedus Rhenanum fundasset, Franciscus II. titulum haereditarii imperatoris Austriae anno 1804. assumsit, duobus annis tardius deposito etiam imperatoris Romani titulo eum tantum imperatoris Austriae sub nomine Francisci I. gerere coepit, Germania autem tota fere inter regulos et principes divisa ad Rhenanum foedus spectavit, armis Napoleoni junctum [3]. His tamen cunctis, victo ad Waterloo anno 1815. Napoleone ac ad insulam S. Helenae relegato, finis impositus, totaque Germania per congressum Viennensem [4] eam faciem nacta est, quae in hodiernam usque diem, non obstantibus etiam recentissimis anni 1849. motibus, perstitit [5].

Anglia magnitudinis suae fundamentum sub Elisabetha, quae anno 1558. thronum conscendit, posuit; hoc enim tempore commercium suum versus Indiam orientalem, Persiam, Russiam et Turciam Asiaticam extendit, et prima civitas colonialis in America exurrexit, manufacturae, negotiatio marina, res navalis multum promota. Quamvis autem successor ejus Jacobus I. filius infelicis Mariae Stuart, regna Angliae et Scotiae sub nomine Magnae Britanniae conjunxerit, non tamen prospere regnavit, eoque turbae sub Carolo I. filio ejus devenerunt, ut hic

---

[1]) Haec duravit a 28. Octobr. 1795 — 9. Novembr. 1799. ab hoc vero usque 18. Maji 1804. viguit consulatus.

[2]) Rotteck allg. Gesch. Tom. IX. p. 33. §. 13.

[3]) Rotteck allg. Weltgesch. T. IX. p. 365.

[4]) Pölitz die Weltgesch. für gebild. Leser Ergänz. Heft. p. 57. et seq. Wien 1820.

[5]) Hanc et Pölitz loc. cit. et Bülau in allg. Gesch. der Jahre 1830—1838. describit.

nno 1649. agente potissimum democrata Cromwell caite minutus fuerit [1]. Anglia in rempublicam sub protectoatu Cromwellii conversa, post decennium rursus reem Carolum II. nacta est, sub quo potentes duae factioes una pro regum (Torys), altera pro constitutionis Whigs) parte pugnans, hodiedumque vigens, exurrexere. ub regina Anna Anglia et Scotia in unum parlamentum oaluit. Post ejus mortem domus Hannoverana ad thronum levata est. Hodie praeest Angliae Victoria neptis Guielmi IV. anno 1838. coronata [2]. Quantum Angli ad doandum communem Europae hostem Napoleonem I. raestiterint, vel pugna ad Waterloo testis est [3]. Qualier autem subdola administri Palmerston politica turbas t motus intestinos in Gallia, Germania et Austria anno 1848. ortos, foverit et auxerit, omnibus notum est.

Hispania sub Carolo I. (V. imperatore) et Philippo II. llius filio ad summam potentiam eluctata, postea in pejus vergere coepit, cum regni negotia administri debiles regerent, ac per expulsionem Maurorum et Indorum non solum impopulationem notabiliter minuerent, sed etiam ulteriori scientiarum culturae impedimeta ponerent. Mortuo Carolo II. domus Austriacae ultimo surculo, notabile vulnus Hispaniae inflictum est per bellum successionale, quod annno 1713. pace Ultrajectensi finitum est ita, ut Hispania plures provincias amitteret, eidemque deinceps reges e domo Bourbonica praeficerentur. Ex his Carolus IV. regnum Josepho fratri Napoleonis I. cedens regno excessit. At Napoleone copias suas ex Hispania contra Russos educente, et Jourdan copiarum Gallicarum duce ad Vittoriam anno 1813. devicto Josephus in Galliam elapsus, fuga sibi salutem quaerere debuit. Cum lapsu Napoleonis Ferdinandus VII. legitimus Hispaniae rex Caroli IV. filius regni habenas capessivit, at sublata anno 1833. lege salica ordinem successionis in favorem natae

[1]) Pölitz die Weltgesch. T. III. p. 248. §. 515. Millot elemens d'histoire gener. T. VIII. chap. VI. p. 137. et s.
[2]) Bülau allg. Gesch. der Jahre 1830—1838. p. 85. et s.
[3]) Rotteck allgem. Gesch. T. IX. §. 17. p. 514. et seq. Pölitz die Weltgesch. für denkend. Leser Ergänz. Heft §. 32. p. 160.

filiae Isabellae commutando patriam funestissimo bello civili involvit [1]), quod sic tandem terminatum est, ut regina Isabella nepoti coronae praetendentis Francisco nuberet, qui hodiedum Hispaniae praeest.

Portugallia inde a medio aevo propriis regibus subjecta [2]), per Philippum II. regem Hispaniae anno 1581. occupata et per 60 annos eidem regno unita mansit, quoad Joannes IV. excusso Hispanorum jugo regnum Portugalliae independens reddidisset, stirpemque suam Braganza ad thronum elevasset. Successores ejus varia fortuna regnum gubernabant, magnorumque eventuum Europaeorum ingratos effectus experti vel maxime tunc sunt, ubi copiae Galliae anno 1807. duce Junot Lisabonam intrassent, ac Joannes, qui nomine viduae reginae matris suae regni gubernacula tenebat in Brasiliam secessisset, indeque foedus cum Anglis anno 1810. contra Gallos inivisset. Is mortua matre sub nomine Joannnis VI. in regem Portugalliae proclamatus, Brasiliam non reliquit, sed titulum regis Portugalliae et Brasiliae ac utriusque Algarbiae assumens, in Rio Janeiro sedem stabilem tenuit. Anno 1821. in Portugalliam reversus post 5 annos mortuus est. Decertantes de throno Michael et Petrus filii defuncti regis tandem in eo convenerunt, ut Michael ducturus in uxorem Mariam da Gloria filiam Petri regnum Portugalliae adiret. At Michaele in obversum datae fidei Mariam ducere nolente, thronumque occupante, Petrus armis contra eum processit, eoque devicto thronum Portugalliae filiae suae Mariae vindicavit, quem illa hodiedum tenet et secundis nuptiis principi Ferdinando e domo Koburg-Koháry juncta in Portugallia regnat. Vid. Pölitz die Weltgesch. Tom. III. §. 507—512. p. 233—240. T. IV. §. 721—724. p. 385—391. item Ergänz. Heft der Jahre 1812—1818. §. 31. p. 157. et seq. Bülau Gesch. der Jahre 1830—1838. §. 17. p. 103—113. Annegarn's Weltgesch. erweitert von Oberhage 7. B. §. 20—38. Seite 77—133.

---

1) Pölitz die Weltgesch. T. IV. p. 715—722. p. 360. et seq. item Ergänz. Heft p. 153. et seq. §. 30. Bülau die Gesch. der Jahre 1830—1838. §. 14—17. p. 86—102.

2) Pölitz op. cit. Tom. III. §. 507. et seq. p. 233. et s.

§. 4.

Status Hungariae.

Hungaria rege Ludovico II. in pugna infaustissima ad Mohács anno 1526. amisso, regnantes suos ex Augusta Domo Austriaca obtinuit. Decertantibus enim pro sceptro regni Ferdinando Austriaco et Joanne Zápolya, vicit tandem prior, in regem Hungariae anno 1527. coronatus. Quia tamen Joanni Zápolya aliquot comitatus Hungariae superioris et Transilvaniam cedere debuit, divisio haec regni continuis simultatibus occasionem praebuit, quae progressibus Turcarum, post pugnam ad Mohács versus Budam properantium, eamque una cum parte regni occupantium, nimiopere favebant, ac regni sub jugo Ottomanico gementis tristissimam sortem non parum augebant. Neque prius affulsit pax, quam Leopoldus M. anno 1686. Buda Turcas profligasset, ac Transilvaniam relictis propriis principibus cum Hungaria conjunxisset. Ubi autem dynastia principis Apafy in Michaele II. anno 1713. exstincta fuisset, Transilvania eidem cum Hungaria principi subesse coepit, per augustam Mariam Theresiam magni principatus titulo insignita. Devictis sub Carolo III. a Joanne Pálfy ad Carloviczium, ab Eugenio Sabaudiae ad Petrovaradinum et alibi Turcis totus Banatus Temesiensis, Valachiae et Serviae pars medio pacis Carloviczensis anno 1718. Hungariae restituta, sicque Hungaria sub M. Theresia paulo felicius florere coepit. Non parvas quidem partes in communibus Europae vicissitudinibus et Hungaria habuit sub Francisci regimine, devicto tamen communi omnium hoste Napoleone I. Hungariae quoque pax illuxit. Donec erumpentibus anno 1848. sub filio ejus Ferdinando motibus intestinis regnum vehementer succussum et maximis calamitatibus belli civilis afflictum fuisset adeo, ut cum in tota monarchia Austriaca bellum civile glisceret, solum armis imo et extraneo Russorum subsidio componi potuerit. Devicto igitur bello intestino regnum Hungariae adinstar ceterarum haereditariarum provinciarum monarchiae Austriacae incorporatum, partem imperii constituit, eique Augustissimus Imperator Franciscus Josephus, post-

quam Ferdinandus patruus, et Franciscus Carolus pater ejus in favorem ipsius regimini se abdicassent, velut Rex Apostolicus praeest, feliciterque a 2. Decembris anni 1848. regnat, ac almam pacem conservat. Longaeva Ei vita et prosperitas!! V. Annegarn's Weltgesch, erweitert von Oberhage. Münster 1852. 8. Band §. 88. 89. S. 452—464.

§. 5.

Dania, Suecia, Norvegia. Russia.

Dania, Suecia et Norvegia uni regi ex domo Oldenburg prius subjectae cum initio periodi hujus sub Christiano II. ab invicem divulsae sunt ita, ut Suecia Christiani II. jugum ob crudelitatem excutiens proprium regem Gustavum Vasa eligeret. Deposito postmodum etiam in Dania rege Christiano, Dani Fridericum I. ejusdem patruum ad thronum elevarunt. A quo tempore duo haec regna jam armis mutuis se impetebant, jam foedere juncta communi studio hostes suos debellabant. Dania in hodiernum usque diem proprios reges retinuit, Norvegiam tamen occasione congressus Viennensis Sueciae erga Pomeraniam, aliasque parvas ditiones cedere, ac auxiliares copias contra Napoleonem Galliae imperatorem statuere debuit [1]. Hodie regnat Fridericus VII.

Suecia a quo tempore se a Dania separavit propriis subest regibus, ac jam sub Gustavo Adolpho II. qui in bello tricennali anno 1632. occumbens, coronam filiae suae Christinae reliquerat, item sub Carolo XII. magnam attentionem excitavit. Hic tamen inanibus bellis regnum nimiopere debilitavit. Gustavus IV. throno ob innovationes privatus anno 1809. successorem habuit Carolum XIII. quo sine prole decedente Sueci principem de Ponte Corvo (Bernadotte campi marechallum Galliae) sub nomine Caroli XIV. in regem elegerunt. Hodie regnis Sueciae et Norvegiae praeest Oscar ejusdem filius [2].

---

1) S. F. Thaarups Statistik der Dänischen Monarchie Koppenhag. 1818. 6. Theile

2) Ekendahls Gesch. des schwed. Volkes und Reiches. Weimar 1827. item Lundblad's Gesch. des Königs Karl X. Gustav Berlin 1826. 1. Th.

Quod Russiam attinet, ibi Joannes magni principis itulum assumsit, filius vero ejus Basilius anno 1505. onjunctis omnibus principatibus nomine ducis universae ussiae (Zár) compellari voluit. Sub Joanne II. circa anum 1582. detecta Siberia ultro semet extendit Russia. lortuo autem Feodoro ultimo e dynastia Rurichii anno 613. successere principes stirpis Romanow, inter quos iaxime inclaruit Petrus I. qui imperatoris titulum assuiens ac multis pugnis contra Suecos clarus, civitatis Petroolitanae et imperii Russici auctor extitit, mortuus anno 725. Vigentibus inter successores ejus de throno litibus, lii incarcerati, alii vero ex iis per fortiores plane vita priati, donec tandem anno 1762. non sine vi et violentia atharina II. ad clavum imperii elevaretur. Cum hujus nperio nova epocha Russiae illuxit. Nam confecta pace mnem curam et conatum ad leges imperio utiles sancienas convertit, agriculturam, manufacturas, artes et scienas promovit. Magnam partem divisae iterato Poloniae imerio suo adjecit. Filius ejus et successor Paulus I. manum exercitum duce Suwaroff contra Gallos in Italiam iisit, qui negotia quidem haud infelicia gessit, potentia imen et virtute bellica Napoleonis I. repressus victoiam Gallis cedere debuit. Ejus successor Alexander raeclara gessit, ac maxime in bello contra Gallos anno 812. suscepto inclaruit, sub cujus videlicet imperio tous Europae hostis Napoleon I. imperator victus ita, ut x integro se amplius colligere nequiverit. Poloniae regnum congressu Viennensi sibi adjudicatum imperio suo adjet. Mortuus anno 1825. fratri suo Nicolao imperium requit, qui in recentissimis Europae motibus componendis artem magnam habuit, siquidem bene organizato exercitu nno 1849. suppetias in Hungariam mittens bellum intestium compresserit, ac rebus bene gestis copias suas illico omum reduci jusserit. Vid. Charles Dupin observaons sur la puissance de l'Anglet. et de la Russie Paris 824. Erdman Beiträg. zur Kenntniss. des Innern von ussland Leipz. 1822. Karamsin's Gesch. des Russisch. eich. Deutsch übersetzt von Oertl 1826. Annegarn's Veltgesch. erweitert von Oberhage Münster 1852.

8. Band. §. 1. 2. 3. 4.... S. 3. 6. 8.... item 7. Band §. 39—56. S. 137—204.

§. 6.

Nova regna fundata. Oriens. America.

Hac periodo fundata fuere regna sequentia:

1) Borussia; nam Fridericus III. elector Brandeburgicus conciliatis sibi reliquorum Europae principum animis titulum regium sub nomine Friderici I. anno 1701. assumsit, coronam sibi Regiomonti solus imponens. Regnum hoc celerrime crevit, praesertim temporibus Friderici II. qui regiminis sui annis 46 omnia ad elevandam regni sui potentiam impendit, artes, scientias, rem militarem, quibus et ipse egregie excultus erat, insigniter promovens, neque dubitandum tunc jam positum fuisse potentiae ejus fundamentum, ad quam successive ascendit. Napoleon regnum hoc jamjam tumulo illaturus erat, verum throno privatus, ipse incrementum ejus impedire nequivit. Hodie Fridericus Guilelmus IV. regno praeest, qui aevo nostro etiam multum luctabatur cum motibus regni sui intestinis, siquidem is parum sibi constans jam cum factiosa, jam cum sana subditorum suorum parte communem causam ageret, donec tandem meliora secutus foederi reliquorum principum se jungens hodie pacem coleret [1]).

2) Bavaria aeque ex electoratu occasione pacis Posoniensis anno 1806. ad regni honorem per Napoleonem elevata, deinceps regibus paruit. Primus ex iis Maximilianus Josephus fuit, qui anno 1818. novam constitutionem regno dedit, cunctis regni subditis et aequalia jura concedens, et onera rei publicae inter omnes aequaliter distribuens. Hodie regno praeest Maximilianus II. magnus artium et scientiarum cultor, qui regni prosperitatem promovere satagit [2]).

3) Saxonia eodem anno 1806. ad regni titulum eluc-

---

[1]) Vid. Voigt's Gesch. von Preussen bis zum Untergang des Deutsch. Ord. 2. B. 1827. Königsb. C. Ch. von Leutsch. Gesch. des Preuss. Reichs von dessen Entstehen bis auf die neueste Zeit. Berlin. 1825. 3. B. Annegarn's Weltgesch. erweit. von Oberhage Münster 1852. 8. B. §. 90—110. S. 478—584.

[2]) Ignatz Rudhart über den Zustand des Königr. Baiern. Stuttgart 1825. 1. T. Römer Gesch. Geogr. und Stat. des Baiernland. München 1825. 3. Th.

ta occasione bellorum Gallicorum multum passa suam ingritatem etiam decretis congressus Viennensis retinuit. odie regno praeest Fridericus Augustus.

4) Würtembergia, cujus princeps Fridericus anno 805. per Napoleonem I. regis honore ornatus, at poea mortuus regnum suum Guilelmo I. filio reliquit, qui diedum regnat [1].

5) Belgium in congressu Viennensi cum Hollandia conactum uni principi Guilelmo I. subjiciebatur. Cum taen subditi Catholici a principe protestantico nonnihil preerentur, in exercitio Religionis et educatione prolium litarentur, Belgium se anno 1831. ab Hollandia separavit, regem Leopoldum e dynastia Saxonico-Koburg connatientibus Europae principibus sibi elegit, qui jurata Bels fide regni gubernacula adivit [2], Hollandia sola Guilmo I. remanente [3].

6) Lombardico-Venetum regnum, quod e veteri reblica Veneta et Lombardia, aliisque ditionibus anno 1815. rmatum in duo gubernia Mediolanense et Venetum divim, partem monarchiae Austriacae constituit. In ejus meopoli utpote Mediolani vicerex residere solebat, verum eo r motus intestinos anni 1849. inde turbato status regni cdum in suspenso est [4].

7) Graeciae regnum e Peloponesi insulis, quae excusso urcarum jugo anno 1832. sibi regem Ottonem Bavaie regis filium elegerunt, ortum est. Rex Athenis sedem am fixit, quam civitatem fundata ibidem anno 1837. scitiarum universitate, residentia regia, aliisque aedificiis veterem splendorem quotidie magis reducere pergit.

Quod Orientem attinet: I. Othomanidarum imperium r tres orbis partes hodiedum late diffusum existit, licet llis intestinis vexatum multum ex antiqua potentia amirit. Extenso huic imperio praeest Abdul-Medschid anno 1839.

---

[1]) Memminger Beschreibung von Würtemberg. edit. 2. Stuttgart. 1823.
[2]) Nothomb Historisch. diplom. Darstell. der völkerrechtl. Begründung des Königr. Belgien aus dem Französ. übers. von Michaelis Stuttg. 1836.
[3]) Bülau Gesch. der Jahre 1830—1838. §. 23—28. p. 139—161.
[4]) Annegarn's Weltg. Münster 1852. 8. B. §. 61—63. S. 326—333.

II. Inter reliqua imperia Asiatica utpote Persicum et Mogolicum principatum tenet Sinense, quod sub imperatore Kien-Long florentissimum erat [1]. Hoc regnum coeleste ut Sinenses loquuntur, tenet Tav-Kuang, qui tamen saepius litibus ob impedimenta, quae commercio Anglorum ponebat, implicabatur, donec ab Anglis recenter devictus, hodie commercium ipsis liberum secundum pacta admisisset.

Quantum ad Americam, haec quoque systema civilisationis periodo praesenti adoptavit. Postquam enim Americae septentrionalis incolae duce Washington a Gallis et Hispanis adjuti libertatem suam contra Anglos vindicassent, ac anno 1782. ut liber populus declarati fuissent, in respublicas foederatas coaluerunt, quae uni praesidenti certis in castibus parent, ac nomine foederatarum provinciarum Americae Septentrionalis veniunt. Exemplum Americae septentrionalis etiam meridionalis imitata emancipationem suam ab Hispania impetravit, novis pariter rebuspublicis Mexicana, Columbia, Argentina aliisque constitutis. Brasiliam vero prius Portugallis parentem Petrus I. imperator a Portugallia separavit ac anno 1831. throno ejusdem semet abdicavit in favorem Petri II. filii, qui ut imperator eam hodiedum gubernat. Bülau Gesch. der Jahre 1830—1838. §. 50. p. 359.

§. 7.

Propagatio Religionis Christianae in India orientali.

Cum per molimina Lutheri ejusque asseclarum multi fideles a vera Christi Ecclesia in Europa deficerent, Pontifices Romani hunc Ecclesiae defectum suppleturi, tanto magis solliciti erant de doctrina Christi in aliis quoque mundi partibus propaganda. Ad summi momenti negotium isthoc felicissime propagandum ordo Jesuitarum nuper fundatus prae ceteris aptissimus esse videbatur, siquidem prae-

---

[1]) Tableau des revolutions de l'Europe depuis le bouleversement de l'empire d'occident jusqu' à nos jours period. VI. VII. VIII. Offerhaus in compendio histor. univer. L. IX. c. 1. et seq. Eichhorn Gesch. der drei letzten Jahrh. VI. vol. 1803. c. 1. et seq. 8. Pölitz die Weltgesch. T. III. §. 576. p. 350.

ɜr tria religiosae professionis vota, etiam quartum de illiɩitata subjectione et obedientia Romanis Pontificibus praetanda, sibi injunctum habuerit. Inter novos autem hos misionarios princeps jure nominatur Franciscus Xaveius, qui a Paulo III. Pontifice legati apostolici munere rnatus cum duobus ordinis sociis erga preces Joannis II. regis Lusitaniae Indiam Lusitanicam petere jussus, ʲoam provinciae metropolim anno 1542. trajecit. Ubi cum rimo adventu suo Franciscus indigenis convertendis liquamdiu operam impendisset, hos in fide confirmandos Franciscanis, qui jam a primo ingressu Lusitanorum fidei raecones ibidem agebant, relinquens ad Paravos Indiae ɪeridionalis incolas transivit, ac totam gentem, quae huclum avitam superstitionem defendebat, a gentilismo ad ʾhristi sacra convertit. Ultro progressus Punicaleɩos ejusdem Indiae meridionalis incolas Christo lucri ɘcit, ac insequenti anno 1543. promontorii Comorini incos fidem praedicans, aeque magnum eorum numerum fonte ɪlutis lustravit. His successibus animatus regnum Travanorense intravit, ac consentiente rege anno 1544. intra patium unius mensis decem circiter millia hominum ad eram salutis doctrinam amplectendam permovit. Post unum nnum ad peninsulam Malaccam navigavit, Christianos ujus regionis in vera fide sensim refrigescentes ad majoəm zelum animavit, eorumque numerum notabiliter auxit. ıde anno insequenti insulas Moluccenses peragrans ɩmboinae et Ternatis inhabitatores instruens, totum popuɩm insulanum licet ferocem et barbarum mitioribus imbuit ɩoribus, Christoque lucri fecit. Imo anno 1548. regem ipım Candyensem in insula Ceylana ad baptismum suscieiendum disposuit [1]). Exemplo praeconum horum ductus ɩobertus Nobili aeque Jesuita nobilissimo e genere atus anno 1606. in regno Madaurensi Religionem ʾhristianam maximo cum sui sacrificio propagavit, et Ec-

[1]) Horatii Tursellini de vita Xaverii Romae 1594. Libr. IV. Vita S. Francis. Xaverii Indiar. Apostoli Pragae 1667. J. P. Maffei Hist. Indicae L. XII. Florent. 1588. f. Antverp. 1605. La Croze Hist. du Christianisme des Indes Haye 1724. Tom. 2. Norbert. memoires hist. sur les missions des Jesuites aux Indes orient. edit. 3. Besançon 1747. 2. Tom.

clesiam fundavit [1]). Ultró progressus Alexander Rhodes etiam Jesuita cum sociis ad Indiam posteriorem usque penetravit, et Ecclesiam in regno Tunking fundavit. Tantos autem fructus messis evangelicae isthic collegit ut anno 1639. jam 80 millia Christianorum ibi numerarentur, imo intra aliquot annorum spatium major regni pars se Christo addixit. Non absimiliter fides vera in Cochinchinam anno 1664 per Jesuitas transplantata, paulo post a multis adoptata est; ad regnum Siam aeque penetravit Religio Christiana, per socios Jesu, Dominicanos et Franciscanos eorsum illata, hodiedumque ibidem floret. Ad insulas denique Philippicas, quas Hispani tenent, propagata Religio tantos progressus ibi fecit, ut anno 1621. Manilae archiepiscopatus fundaretur, et tres episcopatus ibidem exurgerent. Licet vero felices hi progressus Religionis Christianae per lites inter missionarios exortas aliquantum succideretur, novo tamen zelo Galli et Belgae instituta nuper cum consensu Pontificis Romani societate [2]) pro vera fide in veteri et novo orbe propaganda tam missionariis, quam subsidiis pecuniariis per totam fere Indiam orientalem Religionem Christianam tam feliciter promulgant, ut plura centena millia Christianorum hodiedum ibi reperiantur, missionesque existant in Coromandel [3]), Bengalia, in insula Java [4]) aliisque in locis, quae Vicariis Apostolicis veluti supremis moderatoribus subordinatae coetus fidelium regunt. Vid. Hoeninghaus Kath. Kirchen-Zeit. locis citat. item Urbani Cerri etat de l'eglise Romaine dans toutes les parties du monde. Tachard voyage de Siam. Deslandes histoire de Mr. Constance premier minist. du roi de Siam. Nouvelles Lettres edifiantes des missions de la Chine et des Indes orient. Paris 1818—1820. 5. T. Arnegarns Weltgesch. Münster 1852. 4. Ausg. 8. B. §. 46. S. 240. Religio egyházi sirodalmi lap. 1851. évi 74. szám harmad. évi folyam 622. lap.

---

[1]) Cordata Histor. societ. Jesu P. VI. Jouvency hist. societ. Jesu P. V
[2]) Unparth. Universal Kirch. Zeitung 1837. n. 74.
[3]) Ibidem N.o 24. p. 369.
[4]) Hoeninghaus Kath. Kirch. Zeit. anni 1839. Nro. 52. p. 250. relate ad Bengaliam. Ratione insul. Java Unpart. Kirch. Zeit. anni 1837. Januar. p. 116. ejusdem.

Numerum Catholicorum Indiae orientalis ex hac novissima relatione statistica videre licet ultra millionem ascendere, ac per 20 episcopos et 1000 circiter presbyteros in spiritualibus hodie provideri. Coordinatio eorum hierarchica sequens est: 1) Archiepiscopatus Goae, in quo 180 millia Catholicorum et 167 parochiae existunt. 2) Vicariatus apostolicus Tibetanus, in quo 4 millia Catholicorum et 20 parochiae numerantur. 3) Vicariatus Bombayensis cum 70 millibus Catholicorum. 4) Vicariatus Patnaiensis cum 4 millibus; 5) Vicariatus Malabaricus cum 280 millibus catholicorum et 330 parochiis. 6) Vicariatus Ceylonensis cum 200 millibus catholicorum, 100 parochiis et 156 ecclesiis. 7) Vicariatus Pondicheriensis, 8) Maissuriensis, 9) Coimbaturiensis, 10) Maduraiensis cum 230 millibus catholicorum. 11) Madrasiensis Vicariatus cum 100 millibus catholicorum. 12) Calcutanus cum 25 millibus. 13) Visegapatamiensis Vicariatus cum 8 millibus catholicorum. Vid. Religio egyházi sirodalmi folyóirat. 1853. évi martius 1. kelt 26. sz. 280. lap.

§. 8.

In Japonia.

S. Franciscus successibus Indiae animatus, anno 549. in Japoniam paulo ante per Portugallos detectam cum ociis navigavit, ac per triennium, quo ibidem labores apoolicos obivit, fundamentum Ecclesiae Japonensis posuit. iitium praedicationis in provincia Satzumensi permittente ge fecit, tanta cum prosperitate ibidem munus suum execuis, ut paucorum mensium spatio ducentos et ultra Japoenses, quos inter etiam duo sacerdotes seu bonzi erant, hristo lucraretur. Sacerdotes hos, quo ad institutioem suis postmodum majori cum fructu impertiendam, apti dderentur, ad seminarium Goanum disposuit. Cum tamen onzi populum deinceps concitarent, ac fidei praecones adersam inde sortem experiri cogerentur, imo et rex ipse ffensus, quod Lusitani naves suas mercibus Europaeis rertas non ad suam, sed vicinam insulam Firando devexeint, Evangelii promulgationem sub poena mortis prohibuiset, Xaverius una cum sociis eandem postremo nomiiatam provinciam petiit, et feliciori adhuc progressu Evangelium praedicavit. Cum vero anno 1551. Japoniae metro-

polim Meacum (Miako vel Kio in provincia Jedzen) [1]) ingressus, sed nullo successu donatus, urbem Amanguchi, in qua prius jam praedicaverat, repetiisset, ac a rege, cui per Lusitanicum Indiae gubernatorem commendabatur, potestatem Evangelium praedicandi obtinuisset, favoris hujus tantum usum fecit, ut spatio duorum mensium, quingenti Japonenses nomen Christo darent, licet tam sacerdotes, quam ceteri provinciae cultiores subditi magna impedimenta illi opponerent. Hinc ad ditionem Bungo transivit, ubi licet ex parte regis favores omnes experiretur, exiguum tamen fructum praedicationis collegit, oppugnantibus eum bonzis. Quare Sinam versus iter suum direxit, sed in insula Sancian morbo correptus spiritum Deo reddidit, decem annorum laboribus, quos in praedicando Evangelio inter aerumnas et calamitates in Asia exantlavit, toleratis. Paulo tardius Religionem Christianam felicius ibidem propagarunt Xaverii successores ita, ut principes ditionum Bungo, Arima et Omura cum omnibus subditis suis baptismum susciperent, et anno 1582. legationem e proximis cognatis suis constantem ad Gregorium XIII. Pontificem in submissionis et fidei suae tesseram deputarent, a capite Ecclesiae peculiari cum honore exceptam. Numerus Christianorum in imperio Japonensi circa illud tempus ad 200 millia et ultra ascendebat, multique inter illos e principibus et optimatibus reperiebantur, neque pauciores, quam 250 ecclesiae, 3 seminaria, et 1 novitiatus Jesuitarum ibidem existerent. Jam spes affulgebat fore, ut universum imperium Religionem Christianam amplecteretur, cum persecutio exorta non aliter, ac cum totius fere Religionis Christianae exstirpatione sedaretur [2]) §. 18. Cunctas tamen crudelitates, mortemque ipsam, paucissimis exceptis, potius perferebant novi hi Religionis Christianae athletae, quam verae

---

[1]) Stein Handbuch der Geogr. und Statistik Tom. III. p. 411.

[2]) Crasset histoire de l'eglise du Japon Paris 1682. 2. vol. 4. ibid. 1715. Charlevoix histoire de l'etablissement, des progres, et de la decadence du Christianisme dans l'empire du Japon Rouen 1715. 3. vol. Engelb. Kaempfer Beschreibung des Japanisch. Reichs Anglice prodiit Londini 1727. Gallice Hagae 1726. Germ. edidit Dohm Lemgo 1777. 2. Tom.

idei nuncium mitterent. Verum cum huic procellae et altera ub Toxogunsama anno 1637. succederet, Christiani nultum imminuti, sed nec tunc penitus exstirpati sunt [1]. Nam n perinsula Corea, cujus partem possident Japonenses [2] Christiani hodiedum sub Vicario Apostolico existunt [3], et quamvis Japonenses a limitibus suis cunctos extraneos arceant, Christianosque non patiantur, missionariorum tamen elus eo se extendit, ut medio Coreanensium exiguam lucem melioris doctrinae Japonensibus communicent, omnesque ibi existentes in vera fide conservent. Vid. Hoeninghaus unparth. Kirchenzeit. 1837. Septemb. Nro. 76. p. 1202. et Ejusd. Kathol. Kirchenzeit. Nro. 47. p. 396. anni 1838. B. Haren Recherches historiq. sur l'état de la religion Chretienne au Japon relativement à la nation Hollandaise Paris 1778. Annegarn's Weltgesch. erweitert von Overhage 8. B. Münster 1852. §. 46. S. 240.

§. 9.

In China et Tibeto.

Ad Chinam (imperium Sinense) Religionem Christianam primus detulit Matthaeus Ricci, societatis Jesu presbyter Maceratae in marca Anconitana natus, vir acri ingenio et eruditione praesertim in scientiis mathematicis praeditus, morum suavitate, modestia et patientia conspicuus. Cum enim occasione legationis ad gubernatorem quemdam Sinensem a Lusitanis deputatae imperium penetrasset, pluribus annis semet linguae, literis et ceremoniis nationis addiscendis consecrans, primo in usum Sinensium mappam geographicam delineavit, postea Catechismum lingua Sinensi deduxit, et tam his, quam prudentia, facilitate et cognitionibus suis mathematicis, quae Sinensium deliciae erant, impetravit, ut plures eorum baptismum susciperent, et in coetum coalescerent. Cum tamen laboribus ipsius sociorumque, quos sibi jam nunc in subsidium assumserat, a praefectis provinciae impedimenta ponerentur, ad

[1] Hoeninghaus unpartheiisch. Kirchenzeit. 1837. Semptembr. Nro. 76. p. 1202.

[2] Stein Handb. der Geogr. und Statistik T. III. p. 412.

[3] Hoeninghaus Kathol, Kirchenzeit, Nro. 47. p. 300. anni 1838.

ipsum imperatorem sibi viam adperuit, ejusque animum oblata Christi et Mariae effigie, nec non horologio lucratus, tanto plures ex omni hominum conditione ad baptismum suscipiendum disponebat, in pluribus provinciis ecclesias fundans. Utque tanto meliori successu labores suos prosequeretur, etiam opera lingua Sinensi partim composuit, partim reddidit, uti summam Thomae Aquinatis et alia, quae cuncta typis vulgata, conatus ejus mirum in modum prosperarunt. Labores hos apostolicos multum adjuvit nobilis quaedam matrona ad fidem Christi conversa, et in baptismate nomen Candidae sortita, quae non tantum virum suum ad sui imitationem permovit, verum etiam 30 ecclesias erigens, cultum Dei egregie promovit, missionarios subsidiis pecuniariis et commendatione tantopere protexit, ut illi aliis in provinciis pro adjunctis locorum 90 ecclesias et 45 oratoria erigere valerent. Ricci fundatis per imperium Sinense pluribus missionibus tandem laboribus fractus, et meritis plenus anno 1610. mortuus est. Christiani funus ejus per plateas Peckingenses praecedente cruce sequebantur [1]). Post mortem Riccii socii ejus aliique missionarii apostolicum munus iisdem in provinciis prosequebantur tam felici cum successu, ut circa medium seculi XVII. ipsa imperatoris Yung-lie mater, praecipua ex ejus conjugibus, unus filiorum, 50 feminarum aulicarum multique subditi fidem Christi amplecterentur. Progressus hos felicissime auxit Adamus Schall Jesuita Coloniensis, qui anno 1622. Chinam ingressus, ad aulam imperatoris Chun-tschi evocatus, et honore praesidis in tribunali Mathematicorum, nec non dignitate Mandarini ornatus, nullam aliam ab imperatore gratiam sibi petiisset, quam decretum Religionem Christianam libere per imperium praedicandi. Hoc enim impetrato verbi Divini praecones tam feliciter promoverunt Evangelium, ut ab anno 1650. intra 4 annos 100 millia subditorum et ultra baptismum sus-

---

[1]) Possini historia societat. Jesu P. V. Du Hale ausführliche Beschreib. des Chines. Reich. und der gross. Tartarei Rostock 1747. 4. Mosheim Erzähl. der neuest. Kirch. Gesch. Rostock 1748. 8. Lettres edifiant. et curieuses ecrites des missions étrangères Jesuitar, studio collectae et Parisiis in plurib. Tomis editae.

iperent praeter eos, qui jam prius magno numero conersi fuerant; ac imperator in ipsa metropoli Pecking duas cclesias Christianorum erigi permitteret. Licet autem post ıortem imperatoris Chun-tschi aliam faciem res Chrilianorum induerent, ac tutores filii ejus octennis Cang-hi er eruditum quempiam Sinensem contra Mandarinos Chrilianos, omnesque missionarios quasi seditiosos concitati, os cunctos una cum Adamo Schall 1664. ad vincula amnarent, in urbem Canton relegarent, imo cunctos eligionis Christianae, quam noxiam esse clamabant, miistros capite plectendos decernerent [1]), decretum attamen oc effectu caruit. Nam juvenis imperator fasces imperii olus assumens, Jesuitas porro quoque fovit, et Ferdiandum Verbiest Belgam loco Adami Schall in arceribus mortui, Mathematicis praeficiens fidei praeconibus antopere favit, ut paulo post 20 millia Sinensium et ultra aptismo lustrarentur, novisque praeconibus intra moenia alatii sui amplissimam aedem donaverit, et splendidam eclesiam aedificaverit. Quamvis autem felices hos progresus lites inter Jesuitas et Dominicanos de ritibus Sinensibus xortae §. 10. prout et persecutiones contra Christianos inenses hodiedum furentes impediant, missiones attamen inenses utpote in Siam, Cochinchina et Tongking nunc uoque fidem Christi feliciter promovent, et plures episopatus uti Peckingensis, Makaoensis, Nankingensis et alii xistunt [2]). Neque dubitandum felicem hunc Christianismi tatum unice zelo presbyterorum congregationis Romanae, allicae, Neapolitanae et aliis de propaganda fide §. 17. ttribuendum esse [3]).

Quantum ad provinciam Tibet, hanc anno 1707. missionarii ex ordine Capucinorum antesignano Horatio de a Penna penetrarunt, ac obtenta a principe provinciae

---

[1]) De Christiana expedit. apud Sinens. suscepta ex M. Riccii comm. libri 5. edit. Nicol. Trigantius Augustae Vindel. 1615. 4. Historica narratio de initio et progressu missionis societ. Jesu apud Chinenses ex liter. J. A. Schall Vien. 1665.

[2]) Nouvelles Lettres edifiantes des missions de la Chine et des Indes orientales Paris 1818. 1820. Tom. V. et Annegarn op. cit. §. 46. Religio 18. Szám. Febr. 10. 1853. 144. lap.

[3]) Neueste Gesch. der Kirche Christi als Fortsetzung des Berault-Bercastel 6. B. Seite 707.

facultate sedem in civitate Lassa et Tapodschnia figentes Evangelium tum ibi, tum in aliis locis felici cum successu propagabant. Typographiam tardius erigentes operibus lingua gentis editis sortem suam multum emendarunt, ac existentiam suam in praesentem usque aetatem sustentant. Licet autem propagationem Religionis Christianae persecutiones subinde hac in provincia exortae impediant, eam tamen hactenus exstirpare nequiverunt, imo illam hodiedum ibi existere vel illud ostendit, quod missionarius Rossal cum quatuor sociis ex Gallia eorsum anno 1839. deputati sint, quos alii continuo sequuntur, et Religionem Catholicam felicissime propagant. (§. 7.) Vid. Hoeninghaus Kathol. Kirchen-Zeitung anni 1839. Francof. Nro. 15. 596. item Religio egyházi s irodalmi lap. 1851. 70. szám. 587. 688. lap. harmad. évi folyam.

§. 10.

Controversia de ritibus Sinensibus.

Felicem Religionis Christianae propagationem in imperio Sinensi non parum turbavit controversia de ritibus Sinensibus inter ipsos missionarios exorta. Sinenses quippe in cubilibus aedium suarum tabulas nominibus antenatorum suorum defunctorum signatas habere, ac certis temporibus ante illas semet prosternere, luminaria accendere, thus adolere, flores, fructus, aliaque offerre, imo et animalibus mactatis lautem convivium celebrare solebant. Apud doctiores autem gentis simili ritu etiam Confucium honorare moris erat. Jesuitae Christianis e Sinensibus conversis ritus hos observare porro quoque permittebant tum ideo, quod ipsi Muhamedani in Sinensi imperio degentes eos observarent, tum quod ritus hi, antequam idololatria apud Sinenses invalesceret, ibidem jam in usu fuerint, tum denique quod Sinenses neque Confucium, neque defunctos suos ut Deos colerent, nihil proinde aliud ritus hi essent, quam ceremoniae civiles et politicae. Verum Dominicanis, aliisque monachis, qui ab anno 1631. aeque in Chinam praedicandae fidei causa adpulerant, aliud videbatur, ritusque hos cunctos utpote religiosos et ab ethnica superstitione haud immunes Christianis vitandos esse de-

clarabant. Controversiam hinc exortam Dominicani Romam deferentes a congregatione de propaganda fide sententiam obtinuerunt: ritus illos Christianis Sinensibus prohibendos esse, sententiaeque hujus adprobationem etiam ab Innocentio X. Pontifice anno 1645. impetrarunt. Verum Jesuitae controversiam Alexandro VII. Pontifici juxta suos conceptus proponentes, anno 1656 declarationem imperarunt, ritus Sinenses mere civiles Christianis linquendos esse [1]. Declaratione hac pax inter missionarios Sinenses reducta quidem, at paulo post rursus interrupta est. Nam licet Carolus Maigrot e congregatione S. Lazari et provinciae Fokien Vicarius apostolicus Dominicanorum sententiam tueretur, licet Tournonius visitator apostolicus idem aeque sentiret, ac decreta Pontificum Nankingii anno 1707. eatenus publicaret, Jesuitae tamen non solum a decreto Tournonii ad Pontificem adpellarunt, verum etiam querelam coram imperatore deponentes id impetrarunt, ne ullus ritus Sinensium aut leges improbare audeat. Pontifex Clemens XI. de his informatus anno 1715. bullam Ex illa die edidit, qua prodecessorum suorum decreta contra ritus Sinenses edita novitus confirmavit, imo Carolum Mezzabarba legatum ad imperatorem expedivit, quo impetraret, ut Christianis cunctis in imperio degentibus decreta Pontificum contra ritus Sinenses edita observare liceret, sibi autem curam supremam missionariorum in imperio relinqueret. Verum nulli petitorum deferulit imperator, imo et Carolum Castorani vicarium episcopi Peckingensis, qui bullam Pontificis publicavit, carceribus mancipari et Carolum Mezzabarba male tractatum domum redire jussit. Postquam igitur Innocentius XIII. Pontifex prioris successor de cunctis his per Mezzabarba Romam reversum informatus fuisset, anno 1723. praeposito Generali societatis Jesu praecepit, ut omnes Jesuitas decreta pontificia de prohibitis ritibus Si-

[1]) Du Halde ausführl. Beschreibung des Chines. Reichs und der gros. Tartarei Rostock 1747. Leibnitzii novissima Sinica. Daniel histoire apologetique de la conduite des Jesuites dans la Chine, in ejusd. Recueils de divers. ouvrages etc. Histoire des differents entre les missionaires touchant le culte, que les Chinois rendent à leurs ancêtres et à l'idol Chin-hoan.

nensium non observantes in Europam revocet, poenis promeritis subjiciendos, neque ullum ex ordine suo interea ad Asiam expedire auderet, imo et illud addidit, ordinem integrum, si intra spatium trium annorum testimonia praestitae a Jesuitis obedientiae non praesentarentur, a tyronum susceptione inhibendum esse [1]). Licet autem decretis his Jesuitae deinceps mitescerent, ac in omnibus Pontificum declarationibus obedirent, controversiae tamen non prius finis impositus, quam Benedictus XIV. bullam Ex quo singulari publicasset, qua omnes controversos ritus Sinenses condemnavit, ac peculiarem jurisjurandi formulam praescribens, cuivis exceptioni viam praeclusit. Vid. Georgii Pray historia controvers. de ritib. Sinensib. Pestini 1789. Daniel Histoire apologetique de la conduite des Jesuites de la Chine dans son recueil de diverses ouvrages Paris 1724. T. III. Mamachii orig et antiq. Christ. Tom. II. p. 408.

§. 11.
Religionis Christianae propagatio in America meridionali.

Dum S. Franciscus Xaverius doctrinam Christi Asiae incolis annunciabat, eadem etiam in America meridionali praedicabatur. Postquam enim Hispani ditiones suas ibidem occupatas utpote Mexicum novam Granatam, quae tunc nomine Terrae Firmae plures provincias complectebatur, item Peruviam, Chilim, et Paraquariam sibi securas reddidissent, de earum incolis ad fidem Christi convertendis solliciti Evangelium illico praedicabant. Initio quidem res valde difficulter procedebat, cum diversissimis mediis adhibitis effectus fere nullus responderet. Verum anno 1581. duobus missionariis ex ord. S. Francisci successit, complures Paraquariae incolas ad fidem veram perducere. Supervenientes postmodum Jesuitae in convertendis ejusdem provinciae incolis adeo felices erant, ut intra breve tempus sexcentos et ultra fideles numerarentur ac ut stabiles in

---

[1]) Norberti Capucini Memoires historiques presentées au Souverain Pontife Benoit XIV. Lucae 1745. IV. vol. 12. Ejusd. Lettres apologiq. 1746. II. vol. 12. Schlegel Kirchengesch. des 18. Jahrh. p. 1. p. 33. et seq.

conserventur, eos eo permoverunt, ut in quatuor pa-
, nomine reductionum nuncupatis considerent, imo ut
ic novam plantam in vinea Domini, a corruptione de-
vatorum Hispanorum liberarent. Philippum III. Hi-
niae regem eo inclinarunt, ut cunctis laicis Europaeis
tum ad Paraquariam interdiceret. Hoc obtento Jesuitae
missionis suae negotio longe felicius operantes, pro-
ciae incolas ad sedem figendam e silvis allectos sacro bap-
natis fonte lustrabant, tanto numero, ut reductiones
ad 15 excrescerent. Novos hos Christianos Jesuitae
solum in rebus spiritualibus, sed etiam in temporali-
gubernabant, ipsos non tantum ad terram colendam,
usque productorum rectum usum inviabant, verum etiam
opificia et artes pro ratione capacitatis exercendas per-
ebant, nec non scholas publicas pro juventute erige-
it, imo in re militari quoque eos instruebant, postquam
ege Hispaniae arma contra vicinos feros hostes strin-
ida obtinuissent. Quia provincia formam quamdam civi-
iti status praeseferebat, mercaturam et manufacturam
ercens, supremam horum quoque negotiorum inspectio-
n Jesuitae tenebant [1]. Episcopis attamen regimen ec-
siasticum nullatenus controvertebatur, nam reductiones
itare bonumque earum spirituale promovere poterant.
etiam gubernator civilis in consortio suorum inspicere
ebat reductiones, reliquis tamen cunctis Hispanis inde
lusis. Neque negari potest, ecclesiam Paraquariensem
o Jesuitarum adeo floruisse, ut plurima ejus membra ad
imum perfectionis gradum accederent, a vitiis et laxi-
Europaeorum remota [2]. Provincia haec successu tem-
is a Portugallis occupata turbis et motibus exposita qui-
n est, verum Religio Catholica nunc quoque ibidem vi-
episcopatu et capitulo in ejus metropoli L'Assomption
stente, claustris Religiosorum, scholis plane philoso-
cis et theologicis ibidem existentibus [3].

Notitias secretas de America per Don Juan y Don Ant. de Ulloa sacadas a luz por Don David Barry London. 1826. p. 354—455.
Charlevoix histoire du Paraquay Paris 1757. 4. vol. L. A. Muratorii in Christianismo felice nelle missione del Paraquai Venet. 1743.
Stein Handbuch der Geograph. und Statistik. Tom. 3. p. 780. Bülau Gesch. der Jahre 1830—1838. p. 354.

Eadem ratione in Brasilia quoque propagarunt Religionem Christianam Jesuitae, qui antropophagos extensae hujus provinciae ad sacra Christi perduxerunt. Pertigerunt autem ad illam provinciam prima vice anno 1553. ubi exantlatis cum amissione etiam vitae longis et diuturnis laboribus demum patri Anchieta successit primum collegium Brasiliae a S. Paulo dictum fundare, quod postea in civitatem ejusdem nominis translatum Religionem Christianam et conservavit et ultro propagavit. Successu temporis plures missionarii opus bene coeptum continuarunt, inter quos maxime notari meretur Antonius Vieyra, qui seculo XVII. missionarii munus episcopatui sibi a Joanne IV. Portugalliae rege oblato praetulit ideo, ut semet convertendis Brasiliae incolis devovere possit. Cumque observaret Portugallos abusus et injurias in Brasilia exercere, qui nempe subditos Portugalliae hic et ibi domicilio ceterisque proprietatibus denudatos, ad classem mancipiorum reducerent, causam eorum tuiturus Lisabonam navigavit, praesidiumque eis et opem procuravit. Hinc anno 1655. rursus Brasiliam petiit eo cum successu, ut intra sex commorationis suae annos sexcentorum et ultra milliarium territorio culturam, Religionem Christianam, artes opificia et libertatem inferret. Is anno 1697. aetatis suae 89. velut generalis superior missionis Maragnonensis mortuus est; a Portugallis inter primi ordinis auctores gentis suae relatus. Provincia haec successu temporis semet a Portugallia separavit, et ab anno 1822. per Petrum I. e stirpe Braganza in imperium vastissimum 19 provinciarum conversum, in quo Religio Catholica episcopatibus, presbyteris, ordinibus religiosis utriusque sexus, scholis, lyceis, universitate scientiarum provisa floret, artes opificia manufacturae, et industria omni respectu fervent. Vid. Stein Handbuch der Geogr. und Statistik. Tom. III. p. 736. et seq. Frider. Bülau Gesch. der Jahre 1830—1838. Leipz. p. 354. et seq.

§. 12.

In America septemtrionali.

Ad Americam septemtrionalem Religio Christiana po-

tissimum per colonos Europae delata est, quorum labores postea missionarii maximo cum zelo Evangelium annunciantes prosequebantur. Floridam et Canadam Hispani jam sesulo XVI. intraverant quidem, at supervenientes Galli circa medium ejusdem seculi posteriorem provinciam apprehenderunt, novae Franciae nomine illam compellantes. Hac in terra Franciscani ab anno 1615. Religionem Christi eo cum fructu promulgarunt, ut intra spatium 60 annorum Quebeccae ejusdem metropoli episcopatus fundaretur. Quos labores apostolicos missionarii Galliae deinceps quoque continuantes, Religionem Christi semper ultro promovebant [1]. Coloniae vero illae, e quibus hodiernae confoederatae provinciae in America septemtrionali coaluerunt, ab Anglis seculo praesertim XVII. originem traxere; nam licet primas colonias jam anno 1583. in Virginiam et terram novae inventionis (Neufoundland) deduxerint, stabilitatem attamen sub Jacobo I. tantum anno 1603. obtinuerunt, a quo tempore Angli multi in Virginia vel maxime locum domicilii elegerunt. Circa medium seculi XVII. autem sub infelicis Caroli I. regimine Puritani aliique multi ob proëdriam religioni episcopalium addictam, et ob auctam regiam potestatem offensi, patriam relinquentes in regionibus maritimis Canadae vicinis nova Anglia dictis consederunt, nullam aliam praeter suam Religionem tolerantes. Eodem circiter tempore in terram a Maria compellatam transiverunt, omnis classis Christianos inter suos recipientes. Circa annum 1664. nova colonia a nomine Caroli II. regis Carolina nuncupata fundabatur, intra breve tempus ob religionum omnium tolerantiam notabiliter aucta. Ita occupatis circa idem tempus novis terris Angli Novum Eboracum, ubi tamen plurimi Batavi, et non pauci Protestantes, consederant, fundarunt. Anno 1681. Guilelmus Pen duobus millibus Quakerorum terram ab illo Pensilvaniam dictam impopulavit, ad quos dein multi e Batavia, Gallia, Germania et Suecia sine ulla Religionis distinctione transiverunt. Jam cum Angli tam in his, quam aliis coloniis suis religio-

---

[1]) Urbanus Cerri état present de l'eglise Romaine dans toutes les parties du monde.

nem Protestantium mature propagare conarentur, nec Catholici partibus suis defuere, nam anno 1730. jam fidei praecones in seminario Parisiensi instructos fine praedicandi verbum Domini in Luisianam miserunt, ubi tam eorum opera, quam recentiorum Catholicorum ex Europa illuc profectorum Religio Catholica tanto cum fructu propagata est, ut hodie in metropoli ejus Novo Aureliano episcopus et quinque ecclesiae Catholicae, scholae, et claustra existant [1]). Prae ceteris autem antiquioribus missionibus notari meretur Kentukiana, quae ab anno 1810. quo eidem episcopus Bard-Stownianus praefectus est, Religionem Catholicam felicissime propagavit, et tantum numerum fidelium Christo lucri fecit, ut per totam provinciam ecclesiae Catholicae exstructae, et coetus Christiani immensum in modum aucti de die in diem se latius extendant. Inter missionarios Kentukienses autem vel maxime excellunt Dominicani, qui in eadem provincia etiam proprium monasterium habent. Hi et inde notari merentur, quod primam vineam in provincia plantaverint, et typographiam erexerint, ut literarum studium, et Religionis Catholicae progressus tanto felicius promoveant. Verum non in his solum provinciis, sed in tota fere America septemtrionali Religio Catholica felicissime in praesentem diem propagatur tum per veterum institutorum, tum per recentissime in monarchia Austriaca anno 1829. erectae fundationis Leopoldinae subsidia, quae quotannis ex omnibus sub monarcha Austriaco existentibus regnis et ditionibus collecta, ecclesiarum in America aedificationem, missionariorum intertentionem adjuvant, paramentorum, et supellectilium ad cultum divinum necessariorum provisionem accellerant, omniaque ad bene ordinatam rempublicam requisita mirum in modum promovent. Quae cuncta adeo florentem Religionis Catholicae statum in America septemtrionali reddiderunt, ut in ipsis provinciis foederatis 6 archiepiscopi, 26 episcopi, 14 dioeceses, 3 vicariatus apostolici, 29 seminaria, 31 claustra virorum, 63 claustra feminarum, 35 instituta literaria, 91

[1]) Stein Handbuch der Geograph. und Statistik Leipzig 1826. 5. Auflage T. III. p. 644. Stäudlin Kirchliche Geographie und Statistik.

stituta educatoria pro sexu sequiori, praeter alia instituta uperum, et medius tertius millio Catholicorum numeren-r. Vid. The Metropolitan Catholic Almanac and City's Di-ctory for the Years of our Lord 1850 et 1851. Baltimore. blished by F. Lucas Ir. item Dr. Hoeninghaus ka-olisch. Kirchenzeit. Frankf. 1838. Nro. 4. p. 26. et seq. nales de la propagation de la foi Lyon 1838. Nro. 60. oix des lettres edifiantes Tom. VII. et VIII. 1809. Be-hte der Leopold. Stift. im Kaiserth. Oesterreich XXIII. ft 1851.

In provinciis Mexicanis prius ad Hispanos spectantibus sed ab anno 1824. statum foederatum liberum constituentibus, nec non in India occidentali (magnis et parvis Antillis, item Lucayanis insulis) Religionem Catholicam hac periodo praedicatam et florentem redditam fuisse inde concludere licet, quod hodio 8 archiepiscopatus et 33 episcopatus ibidem numerentur. Archiepiscopatus notantur sequentes 1) Mexicanus. 2) Guatimalensis. 3) Limensis. 4) Charcassensis. 5) Santafeensis. 6) Caracassensis. 7) S. Domingoensis 8) Cubaensis. Episcopatus autem legere licet in Steinii Handbuch der Geograph. und Statistik Leipz. 1826. edit. 5. Tom. III. p. 648.

§. 13.

In Africa.

Quemadmodum in Asia et America ita in Africa mis-onarii ditionibus illis, quas Europaei subjugabant, seu quae-is gratia adibant, Evangelium hac periodo praedicabant. quamvis in pluribus Africae partibus ut in Congo et An-la sub dominio Lusitanorum Franciscani et Dominicani nversiones praecedenti periodo inchoatas (§. 15. period. I.) prosequi omni studio conarentur, diu tamen non alter oribus eorum respondit effectus, quam quod feri regio-m illarum incolae nonnullos fidei articulos recitarent, et cros ritus quosdam obirent, nullatenus autem idolorum ltum abdicarent. Circa medium seculi XVII. regina Zenghi idem baptismum et fidem Christi suscepit, ejusque exem-um plures incolae imitabantur, verum throni ejus haeredes olatriae nuncium mittere nullatenus volebant. His non ter-i missionarii aliis in partibus veram Christi fidem promul-bant, nempe in promontorio viridi, in Senegal, in vicinia

montium Leoninorum, et promontorio bonae spei, quod Lusitani tunc tenebant, porro in regno Monomotapa, cujus regem anno 1652. sacro baptismatis fonte lustrarunt, in littore Zanguebar et insula Madagascar. At cum una ex parte harum terrarum incolae nimis rudes essent, alia vero ex parte odio erga Europaeos, qui eos subjugabant, ferrentur, conversiones hae non valde durabiles erant [1]. Nunc attamen in omnibus praedictis ditionibus existere Catholicos, felicissimeque propagari Religionem Christi per missionarios documenta nostri temporis testantur. Nam in insula Gorea seculo XVIII. a Gallis occupata ex incolis prope tercenta millia baptismum admiserunt. Ita in insulam Senegaliam pariter occupatam Sacra Christiana Galli induxerunt. Porro in Angola et insulis Bourbonicis idem hodiedum praestant [2]. Non secus in ditionibus Lusitanorum Bissao, Kadotscha, aliisque Religio Catholica introducta, nunc quoque viget, et quotidie praedicatur. Porro Religio Catholica feliciter propagatur in Aegypto, moderno principe eam tolerante [3], et Vicario Apostolico, qui missiones superioris et inferioris Aegypti gubernat, ibidem existente [4]. Progressus vero Religionis Catholicae prius jam in statu Algeritano speciatim in Oran et Musalquivir factos nunc opera Gallorum insigniter promoveri inde videre licet, quod aula Gallica cum consensu Pontificis Romani anno 1838. in Algier episcopatum fundaverit, proventibus dotaverit, in ipso Algier prout et in omnibus possessionibus armis Gallorum nostro tempore occupatis, et fors adhuc occupandis presbyteros illocet, ecclesias aedificet, aut adcommodet,. et totam ditionem ad statum civilisationis reducat, ipsamque urbem Constantinam ecclesia ceterisque indigentiis spiritualibus provideat [5]. Quod reliquas provincias Africae septem-

---

[1]) Labat (Carazzi) relation historique de l'Afrique occidentale. Cerri état present de l'eglise Romaine dans toutes les parties du monde.

[2]) Hoeninghaus kathol. Kirchenzeit. anni 1838. Nro. 41. et Demanet nouvelle histoire de l'Afrique française.

[3]) Hoeninghaus katholisch. Kirchenzeit. Frankf. 1839. Nro. 43. p. 339.

[4]) Hoeninghaus op. cit. Nro. 76. p. 602. item kathol. Kirchenzeit. 1838. Nro. 33. 258.

[5]) Hoeninghaus katholisch. Kirchenzeit. Frankf. 1838. Nro. 36. p. 286. et Nro. 30. anni 1839. p. 235. item Nro. 6. 1839. p. 42. nec non Nro. 7. p. 51. ubi legitur breve apostol. Gregorii XVI. hodierni summi Pon-

onalis uti Tripolim et Tunim attinet, in his quidem initio jus periodi pauciores, iique vel mercatores vel servi ristiani reperiebantur, nunc tamen et ibi missionarii e minario Romano de propaganda fide, item e seminario risiensi, aliisque institutis prodeuntes fidem majori cum ıctu praedicant, quod vel ecclesiae in usum Catholicorum ınetanorum exstructio, et summa cum solemnitate anno 38. peracta consecratio manifestat [1]). Non secus in regno z et Maroccano Religio Christiana priori jam seculo progata nunc quoque promovetur, siquidem Ceutae in regno z episcopatus existat [2]), a quo Religio Catholica velut e atro in reliquas terras propagatur, imo et claustrum Franıcanorum Mekini, alibi Lazaristae, Jesuitae, et sorores chaatis reperiantur [3]). De Catholicis autem in Marochio exiıntibus testimonium indubitatum facit, quod ab episcopo gni ejus (in partibus) Parisiis subsidia pecuniaria, item paraınta ecclesiastica pro iisdem recenter collecta et submissa ərint [4]). Quod autem insulas Azoricas, Canarias, Maderam, ırtum Sanctum et promontorium viride attinet, harum inlas omnes Religioni Catholicae addictos esse, itineraria ıtantur. Vid. Demanet histoire de l'Afrique française. äudlin's Magazin für Religion über die Missionen in d-Africa. Mortimer die Missions-Societät zu London 00. Sion oder eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit o. 81. Anno 1839.

§. 14.

In Australia.

Religionem Catholicam periodo hac vel maxime autem tate nostra etiam in Australiam perlatam fuisse, et in dies mper magis propagari docent missionarii, qui laudabili lo et resolutione ad antropophagos Polynesiae penetran-ı, Christi doctrinam qua verbis, qua signis exponunt tanto

tificis Romani ad A. Dupuch primum episcopum Algeritan. de 24. Decembris 1838. expeditum ac reliquiis SS. Philippi et Augustini donatum.

[1]) Hoeninghaus op. cit. nro. 23. anni 1838. p. 178.

[2]) Stein Handbuch der Geograph. und Statist. T. III. p. 448.

[3]) Stein ibidem p. 448. item Religio 1850. második félévi folyam. 73. sz. 581. s k. lap:

[4]) Hoeninghaus kathol. Kirchenzeit. anni 1838. Nro. 2. pag. 12.

cum fructu, ut plurimos eorum lucri faciant. Inter insulas autem, ubi plures Catholici reperiuntur notabiles sunt: I. Nova Hollandia quae episcopo proprio in Sidney residente gaudet. Is simul Vicarii Apostolici Süd-Walesiani munus sustinet, ac omnes missionarios in insula et ditienum adpertinentium ambitu operantes, dirigit. Missionarii hi adeo egregios homines formant, ut ipsi Angli subsidiis eos adjuvent [1]. II. Insulae Gambierinae in quibus residet Vicarius Apostolicus, qui missiones Polynesiae meridionalis et insularum Sandwich medio praefectorum gubernat. Progressus felices Religionis Catholicae hoc in Vicariatu colligere possumus e relationibus praefecti missionis Francisci Carret, qui ex insula Otahajti nunciat [2], Maputeum regem insularum Gamberinarum prius maxima impedimenta propagationi Religionis Catholicae ponentem, cum tota familia sua ad Christum conversum, ejusque exemplo mille sexcentos incolas baptizatos et aliis sacramentis initiatos fuisse; reliquos vero cunctos regni incolas ad idem faciendum paratos, mox Religioni adscribendos esse. Ex hac relatione illud quoque innotescit, missionarios Chaussan et Laval insulam Otahajti ingressos, ac ibi quoque felicissima initia praedicationis Evangelicae orsos fuisse. III. Nova Seelandia, Nova Guinea, aliaeque Australiae occidentalis insulae, quae Vicario Apostolico Oceaniae occidentalis ratione negotiorum spiritualium subsunt. Vid. Hoeninghaus kathol. Kirchenzeitung. Frankf. am M. 1838. Nro. 1. p. 4. et seq. item Danielik János Emlék könyv II. Missio-Tudotitások. II. köt. 243 s köv. lapok.

§. 15.

Religio Catholica in Russia, Turcia et Persia.

Graecam Ecclesiam a Catholica Romana separatam fuisse §. 72. 73. period. III. recensui. Ab illo tempore multa millia Graecorum in sinum Ecclesiae Catholicae in Russia, Turcia, et Persia redivisse per decursum Historiae

[1]) Hoeninghaus kathol. Kirchenzeit. Frankf. 1838. Nro. 19. p. 145. et Nro. 1. p. 5. sub * item Nro. 43. p. 338.

[2]) Annales de la propagation de la foi le 12. Avril Lyon 1837. item kathol. Kirchenzeit. von Hoeninghaus Nro. 30. 1838. p. 234. et seq.

ridimus, hac autem periodo statum Ecclesiae Catholicae in lictis provinciis adumbrare volentes, dicimus eam florere:

1) In Russia; nam Catharina II. imperatrix anno 1767. e Romana congregatione de propaganda fide presbyeros postulans, fidem Christianam inter subditos suos Tararos Muhamedanismo addictos propagari optavit. Quo audito Pius VI. Pontifex in regno Astrachano missionem idei Catholicae anno 1784. fundavit, quae hodiedum fidem Catholicam propagat. Omnes vero Catholici in Russiae provinciis uti Armenia, Georgia, Astrachan, Casan et Siberia existentes subsunt Romano-Catholico consistorio Peropoli fundato.. In sola autem civitate Petropolitana repeiuntur tres ecclesiae et supra 25 millia Catholicorum [1].

2) In Turcia et quidem Europaea status Religionis Catholicae moderno etiam tempore satis durus, similisque fere illi est, quem olim Judaei inter Christianos patiebantur. Libero quidem religionis exercitio Catholici Turciae gaudere licuntur, neque Turcae in res eorum ecclesiasticas multum influunt, verum exercitium illud religionis neque plene liberum, neque publicum dici potest, cum ecclesias suas crucibus ornare, turribus aut campanis instruere non possint alibi, quam in insulis aut provinciis quibusdam, uti Valachia, Moldavia, Servia, ubi videlicet Turcae pauci existunt. Ecclesias novas extruere Catholicis vetitum, antiquas autem reparare nequeunt, nisi obtenta a praefectis erga ingentem aeris parati summam facultate. Generatim gravia tributa et arbitrarias exactiones Catholici praefectis Turciae dependere, vestes nationales deferre, imo quandoque et nomina gentis Turcicae usurpare tenentur, sed et vexationibus ac insolentiae quorumvis privatorum nonnullis in locis facile exponuntur. Fatendum tamen est tristem hanc sortem Catholicos Turciae non ubique aequaliter experiri, ita Constantinopoli in metropoli, ubi Patriarcha Catholicus residet, hodie novem ecclesiae, duae capellae et sex claustra Catholicorum numerantur, in collegio S. Stephani apud Lazaristas (missionarios S. Vincentii) processio Theophorica publice

[1]) Stein Handbuch der Geogr. und Statistik Leipzig 1826. T. III. p. 86. 49. edit. 5. item Hoeninghaus Bestand der kathol. Kirche auf dem ganzen Erdkreise Aschaffenb. 1836. p. 232. et seq.

extra ecclesiam praecedentibus cum extracto ense duobus militibus Turcicis solemniter celebratur *). Praeter Catholicos ritus Latini, qui majori ex parte in suburbio Pera et Galata sedem tenent, Constantinopoli insuper residet Archiepiscopus Armenorum, communionem Ecclesiae Romanae foventium, qui fidelibus suis circa 50 millia efficientibus, et tam in metropoli quam in aliis civitatibus et locis domiciliatis praeest [1]. Ceterum conversiones in Turcia, siquidem graves poenae et in Turcas religionem mutantes, et in auctores conversionum statuantur, vix aliae fiunt, quam schismaticorum et haereticorum. Quod vero Turciam Asiaticam attinet, ibi maximam attentionem respectu Religionis Catholicae merentur Palaestina, Syria, Assyria, Chaldaea et Mesopotamia. In Palaestina hodiedum existit patriarchatus Jerosolymitanus sub cujus directione Regulares Ord. S. Francisci loca sancta Palaestinae, in quibus opus redemptionis nostrae inchoatum et consummatum est, custodiunt. Hi ratione subsistentiae temporalis sub peculiari aulae Gallicae protectione, ratione autem praedicationis et propagationis evangelicae sub Patriarchae directione existunt. Conventum Guardianus, Procurator et Vicarius dirigunt. Catholici ritus Latini, qui circiter 1500 sunt Jerosolymis, circa conventum Franciscanorum degunt, se Francos nominant, Arabico idiomate utuntur, et a temporibus expeditionum cruciatarum civitatem sanctam incolunt [2]. Ad conventum Franciscanorum spectat ecclesia S. Salvatori dedicata; in hujus vicinia stat ecclesia S. Sepulcri, in qua capella S. Sepulcri cum ara ex marmore supra ipsum S. Sepulcrum Christi erecta visitur, in hac incruentum novae legis sacrificium offertur, et pone eam quotidie 12 regulares ord. S. Francisci diu noctuque alternando sacrum psalterium et preces absolvunt [3]. Loca haec sancta, ubi

---

[1]) Hoeninghaus gegenwärtiger Bestand der römisch-kathol. Kirche auf dem ganzen Erdkreise Aschaffenb. 1836. p. 46. et seq.

[2]) Jos. Salzbacher Erinnerung aus meiner Pilgerreise nach Rom und Jerusalem Wien 1839. II. B. p. 121.

[3]) Hoeninghaus Bestand der römisch-kath. Kirche p. 216. et seq. Chateaubriand Itineraire de Paris à Jerusalem Paris 1829. Tom. II. p. 21. Salzbacher op. cit. Tom. II. p. 50. Mar. Jos. von Geramb Wallfarth nach Jerusalem und auf den Berg Sinai aus dem Französisch. übersetzt von Spitz Strassburg 1837. T. I. p. 94. et seq.

V e r b u m c a r o f a c t u m e s t, omniaque reparatae salutis vestigia oculis videri et manibus attrectari possunt, hodiedum a pluribus visitari experientia testis est. Extra Jerosolymam uti in valle Therebinthi reperiuntur claustrum Franciscanorum, ecclesia S. J o a n n i B a p t i s t a e, qui eodem loco primam lucem aspexit, sacrata et plures Catholici. In Bethlehem conventus Franciscanorum et mille Catholici parocho proprio provisi existunt [1]). Hinc ad distantiam ducentorum passuum Orientem versus reperitur spelunca in qua C h r i s t u s natus est [2]). Supra hanc seculo IV. posuit S. H e l e n a ecclesiam, quae hodiedum existit, eidemque nunc jungitur claustrum Franciscanorum distincta ecclesia provisum. Membra claustri tam in sua, quam S. H e l e n a e ecclesia mysteria redemptionis recolunt. Speluncae latera et pavimentum inferius nunc marmore pulchro strata visuntur. Verum non solum in Bethlehem, sed in omnibus fere vicis et oppidis reperiuntur non pauci Catholici, ecclesiae, conventus, et claustra regularium utriusque sexus [3]). Galilaea porro gaudet episcopatu Graeci ritus uniti Acrensi (Ptolemais) ubi non secus ac in Nazareth aliisque vicinis locis multi Catholici et conventus Franciscanorum deprehenduntur [4]).

Quantum ad Syriam, hic magnus numerus Catholicorum utriusque ritus deprehenditur, siquidem ipse princeps (emir) Maronitarum, Drusiorum et Metauliorum cum familia et universa aula sua Religionem Catholicam profiteatur. Principis exemplum jam priori periodo secuti Maronitae, Melchitae, Armeni, Syri aliaeque earum partium gentes una cum clero et praefectis doctrinam Christi ritu Graeco hodiedum tenent. His praesunt ex quavis gente patriarchae, alios episcopos, et fideles sibi subjectos habentes [5]). Catholicis autem Latini ritus per insulam Cyprum, Aegyptum,

---

[1]) Salzbacher op. cit. II. B. p. 166. Unde clarescit totam impopulationem oppidi Bethlehem hodie 2500 animas efficere, eamque e Catholicis, Armenis et Turcis constare.

[2]) Lucae II. 4—7.

[3]) Hoeninghaus Bestand der katholischen Kirche auf dem ganzen Erdkreise p. 216. et 217.

[4]) Hoeninghaus op. cit. p. 218. et 219.

[5]) Hoeninghaus Bestand der katholisch. Kirche Aschaffenburg 1836. p. 220, et seq.

et Arabiam delegatus Apostolicus praeest, qui simul est Vicarius Apostolicus missionis Hierapolitanae, ac Anturae in monte Libano residet [1]. Missionis hujus membra magnam, eximiamque operam in convertendis schismaticis et haereticis impendunt.

In Assyria, Chaldaea et Mesopotamia non minus floret Religio Catholica, nam anno 1831. in sola dioecesi Babyloniensi Latini ritus centum triginta millia Catholicorum reperiebantur. Numerus Christi cultorum per Catholicam missionem in Bagdad et Mosul fundatam in dies crescit, et doctrina Christi feliciter propagatur. Existunt hic patriarchatus Babyloniensis Chaldaeorum cum quinque episcopatibus et tres archiepiscopatus Graeci ritus uniti, nec non episcopatus Babylonensis Latini ritus [2].

3) In Persia et Media Catholici subsunt episcopo Babylonensi, cum idem simul sit vicarius apostolicus Ispahanensis. Civitas Ispahan olim metropolis Persiae communitate Catholica et domo missionis Carmelitarum jam inde a seculo XVII. gaudet. Verum non solum ibi, sed in hodierna etiam metropoli aulae Persicae Teheran reperitur domus missionis, cujus membra Religionem Catholicam tam in loco, quam et ceteris civitatibus, oppidis et vicis imo et in vicinis provinciis zelose sustentant ac propagant. V. Hoeninghaus Bestand der römisch-kathol. Kirche auf dem ganzen Erdkreise p. 46 et seq. p. 201—236. Stein Handbuch der Geograph. und Statist. Tom. III. p. 201—241. Chardin voyage en Perse. Stäudlin kirchl. Geograph. und Statistik.

Missiones pro extraneis orbis partibus hodie sequentes 5 existunt 1) Missio Levantina ad quam Archipelagus, Constantinopolis, Syria, Armenia, Orimea, Aethiopia, Persia et Aegyptus spectant. 2) Missio Indiae, quae ad Manillam et novas insulas Philippicas se extendit. 3) Missio Chinae, ad quam Siam, Cochinchina, et Tongking referuntur. 4) Missio Americae. 5) Missio Oceaniae quae pro Australia destinata est. Vid. Annegarn's Weltgesch. von Oberhage erweit. 4. Ausgabe Münster 1852. 8. Band. §. 46. S. 241.

---

[1] Hoeninghaus op. cit. p. 220 et seq.

[2] Hoeninghaus op. cit. p. 233. et seq.

*) Regimen Ecclesiae Catholicae in Turcia Europaea ducunt patriarcha Constantinopolitanus, 5 archiepiscopi nempe Constantinopolitanus, Sophianus Bulgariae, Scopianus Macedoniae, Antivariensis Albaniae, Dyrachinus (Durazzo ad mare) cum episcopis suffraganeis. Vid. Hoeninghaus. Bestand der katholischen Kirche auf dem Erdkreise Aschaffenburg. 1836. p. 46—50. Stein Handbuch der Geograph. und Statistik. T. III. p. 201—241.

§. 16.

Conversiones in Hungaria et partibus adnexis.

Quamvis periodo hac non pauci fidelium Hungariae utheri et Calvini novatorum placita secuti fidem atholicam deseruerint, multi autem Graecorum in schisate Ecclesiae orientalis hodiedum apud nos persistant, trinque attamen notabiles conversiones ad sanctam et vem matrem Ecclesiam fere quotidie fieri, communis docet xperientia. Licet enim Protestantes in Hungaria communi m Catholicis libertate religionis fruantur, cum tamen non auci eorum protestantismi dissensum in principiis [1], insufficientiam hominum indigentiis subveniendi, ac tandem psum in rationalismum et indifferentismum [2] perniciant, nunquam plures ac nostris temporibus ex omni irpe, classe et conditione hominum revertuntur [3]. Quod ero Graecos schismaticos patriae attinet, ex his Rutheni nto numero ad communionem Ecclesiae Romanae circa nem seculi XV. redibant, ut proprium episcopum Joannem in oppido Munkács residentem haberent [4], qui numeus eorum notabilia incrementa coepit, cum circa finem usdem seculi quadringenti sacerdotes priorum exempla equerentur. Inter hos erat Petrus Parthenius postodum episcopus Munkacsiensis. Anno autem 1692. adhuc agis auctus est numerus conversorum, cum in synodo

---

[1]) Hoeninghaus das Resultat meiner Wanderschaft durch das Gebiet der Protest. Literatur, oder die Nothwendigkeit der Rückkehr zur kathol. Kirche. Aschaffenb. 1837. 2. Auflage. p. 16. et seq.

[2]) Jenisch Ueber Gottesverehrung und kirchl. Reformen. 1832. item Hoeninghaus ibid. p. 40.

[3]) Dr. Jul. Hoeninghaus Chronolog. Verzeichniss der denkwürd. Bekehrung. vom Protestantisch. zum Katholisch. Glauben. Aschaffenb. 1837.

[4]) Vid. documenta Joannis Corvini de Hunyad junioris anno 1493. apud Batthyányi in legib. Eccles. Hungar. p. 515.

Munkacsiensi ducenti et ultra Ruthenorum sacerdotes schisma ejurarent, quos populus tanto zelo imitabatur, ut anno 1761. per Michaelem Olsavszky episcopum Munkacsiensem totus fere populus Hungaro-Ruthenus ad communionem Catholicam reduceretur [1]), cumque numerus eorum in dies cresceret, Franciscus I. rex Hungariae anno 1820. novum pro ipsis episcopatum videlicet Eperiensem fundavit. Porro etiam Valachorum in Transilvania et Hungaria existentium multi anno 1698. ejurato schismate orientali ad sinum Ecclesiae opera Leopoldi Kolonics Archiepiscopi Strigoniensis et Primatis regni rediverunt [2]), postquam nempe duce episcopo suo Theophilo in synodo Albajuliensi una cum toto clero professionem fidei deposuissent [3]). Hi omnes tardius adhuc magis aucti nunc a propriis episcopis nempe Fogarasiensi et Magnovaradiensi reguntur. Denique non pauci ex Illyris Croatiae zelo Petri Demitrovich episcopi Zagrabiensis resectis Graecorum erroribus anno 1611. ad fidem orthodoxam reducebantur, qui sensim multiplicati episcopo Crisiensi ad hodiernam usque diem subordinantur. Reliqui patriae nostri Graeci in schismate nunc quoque perseverantes per Archiepiscopum Carloviczensem et octo episcopos reguntur, libero religionis et cunctorum jurium cum ceteris patriae civibus usu gaudentes. Vid. art. 26. anni 1791. et Enchiridion nostrum Juris Eccles. Pestini anno 1839. edit. 3. Tom. II. §. 81. pag. 81 et seq. et art. 3. anni 1844.

Similes conversiones jam ex protestantismo, jam ex schismate graeco in Austria, Bavaria, principatibus Germaniae, Borussia, insulis Britannicis, Gallia, Russia, Polonia et aliis in provinciis frequentissimas esse et experientia quotidiana, et opera scripta docent. Vid. Kritische Bemerkungen über den bezüglich auf Russland im Journal de Francfort vom 23. April 1839 eingerückten Artik. aus dem Italienisch. Be-

---

1) Michaelis Olsavszky sermo sacer de sacra occidentalem inter et orientalem Ecclesiam unione in Latin. vers. et typis procusus Tirnaviae anno 1764.

2) Leopoldi Kolonics scriptum ad cler. Valach. die 2. Junii 1698. datum reperitur in Histor. Eccles. Jaurin. p. 113.

3) Petr. Andr. Illia ortus et progressus variarum in Dacia gentium et Relig. §. 3. edit. Claudiop. 1730. et 1764. Benkő Transilvania tom. 2. §. 249.

gensburg. 1840. Sion eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit Augsb. 1840. Nro. 1. p. 5. et Nro. 3. p. 5. Annegarn's Weltgesch. erweitert von Oberhage 4. Ausg. Münster 1852. 8. Band. §. 47. Seite 245. et seq.

§. 17.

Instituta ad Religionem Catholicam propagandam.

Cum Religio Catholica tam feliciter inter gentiles aeque ac acatholicos propagaretur, ad progressus hos ampliandos Gregorius XV. Pontifex anno 1622. congregationem de propaganda fide instituit, seu consociationem e tredecim Cardinalibus, tribus praelatis et uno secretario ordinavit, quae cuncta fidei Catholicae per orbem propagandae negotia curaret. Urbanus VIII. Pontifex qui Gregorio successit, salutare hoc institutum non solum confirmavit, ejusque proventus notabiliter auxit, verum et multis privilegiis ornavit, imo anno 1627. collegium de propaganda fide, seu seminarium adjunxit, in quo juvenes e nationibus Asiaticis et Africanis, uti Georgianis, Nestorianis, Armenis, Coptis, Aethiopibus aliisque in Theologia informantur, linguis orientalibus peculiariter exercentur, idque eum in finem, ut terminato literarum curriculo in patriam aut aliam provinciam sibi assignatam, proficiscantur, Religionem Catholicam propagaturi. Saluberrimo instituto huic occasionem praebuit Joannes Vives praelatus Romanus ex Hispania oriundus, qui in ultimis paginis suis totam substantiam et palatium in usum decem juvenum ex diversis nationibus assumendorum, et pro missionibus parandorum legavit. Salutare hoc institutum Antonius Barberini Cardinalis, et Urbani VIII. Pontificis frater tantis proventibus auxit, ut triginta juvenibus intertenendis sufficeret. Typographia eidem collegio adnexa, libri orientalibus linguis idonei, catechismi, aliaque opera religiosa in usum missionariorum idiomate orientalium vulgantur, sicque finis instituti insigniter promovetur. Quam egregium profectum alumni hujus instituti faciant, id vel ex academicis exercitiis anno 1838. in eodem instituto servatis, elucet, ubi videlicet 40 alumni in totidem linguis potissimum orientalibus coram magna Cardinalium, aliorumque ex omni classe selectissimorum virorum frequentia sa-

cros sermones dixerunt [1]. Simile institutum Ludovicus XIV. rex Galliae anno 1652. suo in regno meditans, congregationem sacerdotum una cum seminario Parisiensi pro fide in exteris provinciis praesertim Sinensi imperio propaganda, fundavit, in quo ex ordine Jesuitarum, Dominicanorum, Franciscanorum, Capucinorum, Augustinianorum et aliorum futuri religionis praecones hodiedum parantur, qui et seculo XVII. et XVIII. fidem in Oriente zelosissime promulgabant, et nunc quoque promulgant [2]. Et quamvis instituta haec nunc etiam persistant, anno attamen 1816. nova missionum congregatio et seminarium S. Sulpitii Issyense prope Parisios erectum, imo et congregationes S. Spiritus et S. Lazari, quibus viri servitio hospitalium et missionibus idonei parantur novitus introductae [3]. His accedit institutum Neapolitanum a Matthaeo Riga presbytero Siciliano anno 1792. eundem in finem fundatum [4]. In quibus cunctis institutis educantur juvenes ad ethnicos lumine verae fidei illustrandos, ad haereticos in sinum Ecclesiae reducendos, omnesque vera et una fide Christi donandos. Ex his institutis prodeunt laudabiles viri illi, de quibus dici potest: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona, siquidem summo cum sacrificio et sui abnegatione veram Christi fidem per omnes quinque orbis partes felicissimo cum successu propagent. Horum institutorum finem egregie promovent fundatio Leopoldina, quae anno 1823. in monarchia Austriaca per Augustissimam Caesareo-Regiam Aulam et totius monarchiae subditos facta, parato aere missiones Americae juvat [5], societas Lugdunensis per Gregorium XVI. Pontificem anno 1840. adprobata,

[1] Hoeninghaus kathol. Kirchenzeit. 1838. Nro. 10. 37. et seq. ubi alumnor. et linguar. quibus concionabantur etiam nomina leguntur. Numerus alumnorum hodie circiter 120. efficit.

[2] Urbanus Cerri etat present de la religion dans toutes les parties du monde. Aymon praelat. domestique du Pape Innocent XI. tableau de la cour de Rome.

[3] Neueste Gesch. der Kirche Christi als Fortsetzung des Berault-Bercastel 4. Buch Nro. 189. p. 707. Almanac du Clergé de la France. 1824.

[4] Hoeninghaus Kathol. Kirchenzeitung. 1838. Nr. 22. p. 172.

[5] Berichte der Leopold. Stiftung im Kaiserth. Oesterreich. 5. Heft. 1833. XXIII. Heft. 1852. XXIV. H. 1852.

tem societas Ludovicea quae in Bavaria anno 1842. coaluit [1]. Neque dubitandum inde repetendos esse felices illos progressus, quos Evangelium in omnibus orbis partibus etiamnum facit. Ut adeo certum sit, ministros Ecclesiae Catholicae prout semper ita et hodie obedientes esse praecepto Christi: Euntes docete omnes gentes [2], cumque constet Evangelium in extremis fere Americae septemtrionalis in Africae, Asiae et Australiae oris cum fructu praedicari, mox implendum esse: Et dominabitur a mari usque ad terminos orbis terrarum [3]. Vid. Berault-Bercastel Fortsetz. oder Neueste Gesch. der Kirche Augsb. 1836. T. 6. p. 855. et seq. item §. 7. 8. 9. et seq. periodi hujus. Freih. von Biedenfeld Gesch. des Mönchwesens Supplem. Heft. Weimar 1839. p. 64—73.

Caput II.

Fata adversa Ecclesiae Christianae.

§. 18.

Persecutio Ecclesiae in Japonia.

Cum Christianorum numerus in Japonia tantos progressus faceret, ut ipsi imperatores Nobunanga et Cambacundo bonzos (sacerdotes Japonensium) eorumque religionem exploderent, idolaque et templa eorum demoliri permitterent, imo Cambacundo novam civitatem a se conditam solis Christianis incolendam praeberet, bonzi aliis mediis destituti, omnibus modis imperatori persuadere conabantur, sibi totique ejus stirpi periculum amittendi imperii a Christianis imminere. Quare imperator his delusus anno 1587. praedicatores fidei Japoniam deserere et templa Christianorum solo aequari jussit. Plerique missionariorum quidem sub tutela procerum in imperio perseverabant, ve-

[1] Annegarn's Weltg. erweit. von Oberhage. 4. Aufl. Münster. 1852. 8. Band. §. 46. Seite 242. und die folg.
[2] Matth. XXVIII. 19.
[3] Psalm. 66. 8. de biblicis consociationib. Protestantium. vide Instit. H. E. per me Pestini 1840. edit. IV. Tom. §. 18. p. 49. item Annegarn op. cit. §. 46. p. 243.

rum media fere pars ecclesiarum, quae 150 et ultra erant, eversa et flammis diruta est, ipsis Christianis magno numero vita privatis, et persecutionis diuturnitate multum imminutis. Non obstante attamen hac, aliisque iteratis persecutionibus numerus Christianorum in Japonia notabiliter augebatur, jamque paulo post 120 Jesuitae in Japonia numerabantur, qui Religionem Christianam per totum imperium novo conatu et zelo propagabant ita, ut inter ipsos belli duces et aulicos imperatoris plures Christiani reperirentur, ac ipse imperator Fidejori minorennis adhuc clandestinus Christianus esse existimaretur. Cum tamen hunc Jejas tutor ipsius anno 1616. vita privaret, ac imperii habenas adprehenderet, tamque grande scelus Christiani aversarentur, decretum publicavit, ne ullus Religionem Christianam praedicaret, novi presbyteri aut monachi ad imperium non admitterentur, omnes incolae Religioni Christianae nuncium mitterent, recusantes vero vi et armis ad id faciendum stringerentur. Ceterum decreto huic a principio non multum deferebatur, usque dum Franciscani, ab Hispanico insularum Philippicarum gubernatore ad imperatorem missi, nimio Religionis zelo et martyrii desiderio abrepti Meaci in metropoli Christi fidem publice annunciare auderent, et novam ecclesiam aedificare coepissent. Hoc enim facto crudelissimam in se ac omnes Christianos persecutionem excitarunt, adeo furentem, ut fere totius Religionis Christianae exstirpationem post se traxerit. In hac quippe omnes Christianorum ecclesiae flammis devovebantur, missionarii ex imperio ejiciebantur, et Christiani in imperio existentes vivi comburebantur. Hae tamen calamitates et tormenta adeo parum terruerunt Christianos Japoniae, ut multa millia omnis generis, sexus et aetatis ad instar primorum Christi fidelium maluerint mortem oppetere, quam fidem prodere. Sola provincia Nangasaki anno 1622. sanguinem 40 millium Christianorum et ultra fluere vidit. Crudele vero decretum persecutionem tamdiu prosequendi, quoad Religio Christiana penitus exstirpata fuerit, inde vel maxime repetendum erat, quod Batavi Hispanis et Lusitanis, quorum dominium et Religionem Catholicam in Europa respuerant, extensum commercium invidentes, imperatori

Toxogunsama anno 1637. literas confictas praesentaverint, quibus centurio quidam Lusitanus in Japonia natus de conjuratione cum Lusitanis adversus imperatorem inita insimulabatur [1]. Neque fefellit Batavos eventus; nam eodem adhuc anno imperator novo decreto cavit, ne ulli extranei, ni ultimum supplicium subire velint, sub quocunque praetextu Japoniam intrare audeant, Lusitanis omnibus ex imperio ejectis, Batavis vero solis jure concesso, quaestum cum Japonensibus in determinato loco exercendi. Quod jus ut in futurum quoque sibi adserant Batavi, vilissimis conditionibus a Japonensibus sibi propositis subscripserunt. Imo iidem arcem, in qua reliquiae Catholicorum in desperatione refugium quaesierunt, optante imperatore tormentis bellicis obsidere et oppugnare coeperunt, non prius cessantes, quam Catholici fame compulsi ex arce prodeuntes numero et viribus inferiores victas darent manus, quos tamen Batavi fere omnes crudelem in modum trucidarunt. Vid. Charlevoix histoire de l'etablissement, des progres et de la decadence du Christianisme dans l'empire du Japon. Crasset histoire de l'eglise du Japon. Cordara historia societatis Jesu P. VI.

§. 19.

Persecutio in China.

Mortuo post dimidium seculi XVII. imperatore Chuntschi, qui Ecclesiae Christianae faventem se exhibuerat, gravis contra Christianos persecutio enata est. Nam tutores filii ejus Cang-hi, quibus Christiani velut praeditores et seditiosi ab erudito quopiam Sinensi depicti erant, omnes missionarios una cum Adamo Schall, imo et Mandarinos quosdam Christianos anno 1664. ad vincula condemnantes in urbem Canton exulare fecerunt, et Religione Christiana ut noxia et erronea declarata, ejus ministris poenam mortis dictarunt (§. 9.). Quae sententia postrema licet effectui mancipita non fuerit, resistente imperatore Cang-hi, qui majorennem interea aetatem assecutus im-

[1] Relation du Japon et de la cause de la persecution des Chretiens dans les isles, in Recueil de plusieurs relations et traités singuliers et curieux de Javernier P. III.

perium regebat, provinciarum attamen praefecti sub praetextibus variis Christianos persecutionibus populi exponere solebant, quin vel ipse imperator id impedire posset. Gravior vero hac enata est persecutio sub imperatore Kienlong, qui anno 1735. imperium adivit. Licet enim hic initio regiminis sui benignum se erga Christianos exhibuisset, ubi attamen ritus et ceremoniae Sinenses per bullam Pontificis inhibitae fuissent (§. 10.), omnes eos Christianos, qui decreto Pontificis morem gerebant, tum ille, tum subditi ipsius diris vove debant; ita in provincia Fokiensi episcopus et 4 dominicani ultimo supplicio affecti, et parem cum iis sortem anno 1748. 3 jesuitae experti sunt. Reliqui Christiani acerbissimis verberibus affecti, substantia sua privati, pastores autem eorum, solo aequatis ecclesiis in exilium pulsi sunt. Duobus vero annis tardius 70 missionarii et ultra carceribus mancipati, Christiani vita et facultatibus exturbati, donec tandem Josephus rex Lusitaniae anno 1753. cum magnis sacrificiis pacem ipsis efflagitasset. Christianorum numerus hac in persecutione tantopere defecit, ut ex pluribus centenis millibus ad 70 circiter millia reduceretur [1]. At pace hac non diu frui licuit Christianis Sinensibus, nam et anno 1770. et vel maxime anno 1784. gravis persecutio eos novitus pressit. Et quidem in posteriori persecutione diversissimis tormentis affligebantur, quibus superviventes jam exilio mulctabantur, jam in servitutem redigebantur. Missionariorum plurimi, qui ut crudelitatem persecutorum a reliquis Christianis averterent, apud judices se interponebant, in vincula conjecti, et carceribus mancipati mortem oppetierunt. Sed huic calamitati nova successit anno 1805. quae Christianos multos aerumnis et morte ipsa affecit. Occasio autem hujus erat, mappa quaedam geographica provinciae Cantonensis, quae ab Adeodato missionario parata, et cum aliis actis ad controversiam de limitibus jurisdictionis ecclesiasticae decidendam in Europam missa, sed a Sinensibus intercepta, hos in suspicione jam alias de Europaeis concepta, quasi provinciis

[1]) Par allerneueste Chinesiche Merkwürdigkeiten. Fraas Fortsetzung von Schlegl's Kirchengesch.

eorum insidiarentur, confirmavit. Unde summo cum furore in Christianos irruebant, eosque velut consilii participes igne ferroque devastabant. Omnes quippe Christi cultores officiis, dignitatibus, et opibus spoliabantur, multi eorum una cum missionariis in exilium pellebantur, libri omnes doctrinam Christi complexi flammis vovebantur, ecclesiarumque inscriptiones delebantur. Publicato tandem decreto, ne ullus magistratuum, vel quorumcunque subditorum sub poena muneris amittendi, aut exilii Religionem Christianam amplecti auderet, finis persecutioni impositus. Persecutio autem anno 1814. per provinciae Setschuer gubernatorem excitata, eum finem habuit, ut praeter multos Christianos Gabriel Dufresne episcopus Tabracanus et Vicarius apostolicus capite plexus fuerit. Anni denique 1824. persecutio inde orta est, quod subditi quidam gentiles de inita conjuratione contra imperatorem convicti, tantam indignationem imperatoris ejusque administrorum incurrerint, ut hi promiscuam subditorum persecutionem adornantes multos ex Christianis quoque tum presbyteris, tum laicis exilio et ipsa morte mulctaverint. Persecutiones denique hodie quoque jam majores jam minores in Sinensi imperio contra Christianos excitari, horumque multos martyrii palma coronari, e relationibus missionariorum constat. Vid. Hoeninghaus kathol. Kirchenzeit. anni 1838. Nro. 39. p. 306. et seq. Guerike Handbuch der Kirchengesch. Halae 1838. edit. III. Tom. II. p. 988. Quotidienne Ephemerides Gallicae de 4. Januar 1840.

§. 20.

Persecutiones in India orientali.

Felices progressus Religionis Christianae in India orientali persecutiones nonnullis in provinciis seculo XVIII. exortae imminuerunt. Ita

1) In provincia Carnatica (Karnatik) enata persecutio fere Religionis Christianae interitum post se traxit. Res sic accidisse narratur: Pondicherii moris erat, ut singulo anno aliquis personam S. Georgii daemonem debellantis publico in spectaculo ante ecclesiam ageret. Cum autem anno 1701. quidam e conversis indigenis munus illud in

spectaculo sustinens, idola supremorum ab Indis cultorum confringeret, pedibusque conculcaret, Christiani non solum braminum ceterorumque gentilium, sed et principis tantum odium incurrerunt, ut crudelissimam persecutionem subire cogerentur, ecclesiae eorum demolirentur, omne religionis exercitium prohiberetur, ac cuncti indigenae sub poenis et carceribus idolorum cultum resumere cogerentur. Unde secutum, ut demtis paucis, qui refugium in Europa quaesierant, reliqui fere omnes ad religionem patriam redivérint. Ab illo tamen tempore ad totum littus Coromandel Religionem Catholicam rursus transplantatam fuisse, hodieque ibidem regnare (§. 7) relatum [1]). Provincia haec cum aliis vicinis nunc ad Gallos spectat [2]).

2) In provincia Mysurana (Mysore) orta persecutio Catholicae Religionis cultores nimium restrinxit. Causa autem hujus persecutionis erat, tum quod Tipusabenus provinciae ab anno 1787. rex a natura crudelis esset, tum quod fanatico Muhamedanismi spiritu agitatus, nullam aliam praeter suam religionem tolerare vellet. His igitur ex rationibus tyrannus ille atrocem contra Christianos regni sui persecutionem adornavit, multaque millia eorum diversis tormentis vita privavit. Imo non solum in proprios, sed etiam in alienos subditos persecutionis furorem transtulit. postquam anno 1790. contra Anglos armis progressus, extraneas provincias invasisset, ecclesias, seminaria, et domos missionis solo aequasset, ipsosque Christianos dirum in modum afflixisset. Eo tamen anno 1799. in pugna occumbente Angli terras ejus diviserunt, quas nunc quoque cum aliis vicinis possident [3]). Ab hoc tempore ecclesiae novae erectae, aut restauratae, missionariorumque indefesso zelo respondentes progressus Evangelii praedicatio quotidie facit [4]).

3) In Cochinchina gravis persecutio excitata est con-

---

[1]) Hoeninghaus gegenwärtiger Bestand der Kathol. Kirche auf dem ganzen Erdkreise p. 242.
[2]) Stein Handbuch der Geograph. und Statistik Leipzig 1826. edit. 5. Tom. III. p. 325. et seq.
[3]) Stein Handbuch cit. Tom. III. p. 321. et seq.
[4]) Paulinus a S. Bartholomaeo India Orientalis; item Nouvelles lettres edifiantes des missions des Chines et des Orientales 1818.

Christianos anno 1748. Causam persecutionis dedit per-ia ministrorum regni, qui Christianos infidelitatis et per-rsi erga regem animi accusantes, hunc ad eos perse-endos concitarunt. Quare ecclesiae destructae, Christi-i ab exercendo cultu inhibiti, et missionarii in exilium lsi sunt. Calamitas haec Christianorum tanto acerbior it, quod et deinceps maxime vero anno 1773. renovare-'. Anno tamen insequenti Christianorum miseria tactus x mitiorem se illis exhibuit, servituti aut exilio mancipa-s libertate donans, publicumque religionis exercitium ncedens. Quae facultas tanto feliciores fructus verae ei Christi adtulit, quod principes Cochinchinensium circa edium seculi XVIII. regionibus vicinis uti Lao, Cambod-ha, Lachto, Bintua occupatis, et regno Tunkingensi sub-gato imperium Anamense condiderint, ac excusso Sinen-um dominio Gialongum primum imperatorem anno 00. elegerint, Christianis faventem. Successor ejus et ius Minmangius initio regiminis sui, quod anno 1820. choavit, vestigia patris sequens Christianos protegebat, que eorum numerus fere 400 millia efficiebat, seminaria, llegia educatoria, claustra utriusque sexus, plures vica-itus apostolicos continebat [1]). Verum licet haec cuncta in tegritate hodiedum persistant, persecutiones attamen hoc imperio anno 1832. et sequenti, item anno 1839. cru-liter furentes [2]) Christianorum numerum haud parum minuerunt, siquidem non solum fideles, verum etiam mis-narii plures et episcopi Ignatius Delgrado ejusque adjutor Dominicus Herares in Tonking et Cochin-ina recentissime martyrium profide Christi subiverint. Vid. on oder eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit Augs-rg 1839. Nro. 105. p. 1026. et seq. Hoeninghaus Be-and der kathol. Kirche auf dem ganzen Erdkreise Aschaf-nburg 1836. p. 252. et seq.

---

[1]) Hoeninghaus Bestand der katholisch. Kirche auf dem ganzen Erdkreise Aschaffenb. 1836. p. 252. et seq.

[2]) Hoeninghaus ibid. et Sion eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit 1839. Nro. 105. p. 1026. et seq. ubi Encyclicae Gregorii XVI. Ponti-ficis leguntur, quibus sorti Christianorum ingemiscit, eosque ad certa-men fidei more athletae Christiani sustinendum paterne hortatur.

Progressum Religionis Christianae in provinciis Indiae anterioris non parum quoque impedivit controversia de ritibus Malabaricis inter Capucinos et Jesuitas exorta. Cum enim Jesuitae in Pondicheri Evangelium praedicantes ritus nonnullos nationales Indorum cum Christianismo conjungi posse putarent, eos vero Capucini velut superstitiosos et gentilismum sapientes condemnarent, et res ad Sedem Romanam delata per Clementem XI. Pontificem, dein per Benedictum XIV. anno 1744. sic decisa fuisset, ut ritus et mores Malabarici, de quibus quaestio erat, condemnarentur, pax quidem restituta est, sed praedicatio Evangelii litibus his non parum impedita est. Vid. Norbert memoires historiques sur les missions des Peres Jesuites aux Indes orientales.

§. 21.

Persecutio Religionis Christianae sub revolutionibus Galliae.

Revolutio Gallica prima non solum Christianae, verum omni fere Religioni exitium adtulit. Conventus enim nationalis anno 1789. clerum tam secularem quam regularem cunctis bonis temporalibus privavit, ac nationi adscripsit decimas sustulit, et monasteriis omnibus abolitis, monachis et clero seculari intertentionem ex aerario publico assignavit. Constituta nova dioecesium divisione episcopos a populo eligendos, et a Metropolita confirmandos decrevit. Porro cum anno 1791. ab universo clero jusjurandum sic dictum civicum, quo erga nationem et legem fidelitas, erga novam constitutionem vero adhaesio promittebatur, formaliter exigeret, multi vero huic vel maxime ideo, quod ex iis, quae hucdum circa negotia ecclesiastica decreta sunt, non alia, quam Ecclesiae Catholicae adversa expectarent, refragarentur, magna contra eos persecutio excitata est ita, ut hi omnes munere pastorali privarentur, e parochiis suis ope brachii militaris ejicerentur, diversis injuriis et violentiis afficerentur. Haec clericorum persecutio successu temporis adeo increvit, ut subtracta eisdem pensione cum fame et indigentiis luctari, imo odium in aulam Galliae et gubernium regium jurare cogerentur, plurimique eorum vel ideo, quod clerici essent, carceribus mancipati, injuriis affecti, aut crudeli morte sublati sint. In sola urbe Parisiensi mense Septembri anni 1792. clerici ducenti et ultra, omnis gradus

et dignitatis tam seculares, quam regulares inter maximos cruciatus vita privati. Similia crudelitatis spectacula Versaliis, Nemausi, Lugduni, Rhemis, aliisque in locis acciderunt; neque dubitandum adeo immania et horrenda facta in exculto Galliae regno evenisse, quae vix ab aliis, quam primis gentilium tyrannis exspectari potuissent [1]). Rege autem 1793. decollato scelesta et cruenta terroristarum factio omnem religionem publico edicto proscripsit, postquam Christianam pridem jam nonnulli ejusdem classis sophistae, ut libertati et aequalitati adversam, libellis suis diffamassent, et atheismum palam commendassent. Neque horruerunt a residuis clericis, qui fidelitatem constitutioni juraverant, et constitutionalistae vocabantur, sub mortis comminatione exigere, ut religionem publice abjurarent, populumque hactenus a se deceptum fuisse in conventu nationali solemniter testarentur. Inter primos autem hujusmodi apostatas e clero referendi sunt Sieyes Vicarius episcopi Carnotensis et Challier, quorum posterior Lugduni in suggestu conventus Jacobinorum Crucifixum confregit, ac in terram dejectum pedibus calcare non horruit [2]). A quo tempore contemtus religionis et impietas in Gallia vix limites nosse videbatur, templa spoliabantur, vasa sacra, paramenta et sacerdotum vestes publice profanabantur, bibliis, missalibus, libris precum, aut hymnorum, rosariis, crucifixis, et imaginibus sacris in rogo concrematis. Parisiis in ecclesia ad S. Rochum auctor quidam scenicus eo temeritatis lapsus, ut conscenso ambone sacro in horrendas contra Deum blasphemias effusus, publice illum adjuraverit, ut si existit, nunc id facto comprobaret, et vindictam sumeret. Loco religionis atheismus palam et in ipso conventu nationali promulgatus, postquam nonnulli de clero etiam uti

---

[1]) Montjoye histoire de la revolution de France, item Prudhome Geschichte der Irrthümer, Fehler und Verbrechen der Französisch. Revolution. Item Geschichte der kirchl. Revolut. in Frankreich in Walchs neuester Relig. Gesch. fortgesetzt von Plank T. 3. Annegarn's Weltgesch. von Oberhage erweit. Münster 1852. VII. B. §. 83—95. S. 253. und die folg.

[2]) Baruel Histoire du clergé en France pendant la revolution. Histoire du siege de Lyon. Berault-Bercastel's Fortsetzung: Neueste Geschichte der Kirche Christi T. I. p. 32. §. 22. Annegarn's Weltgesch. von Oberhage erweit. Münster 1851. 1852. §. 94. Seite 408 und d. f. 7. B.

episcopus Gobel, capucinus Chapot aliique eidem subscripsissent. Ne tamen Galli omni prorsus divinitate carerent, ac impietati coronidem adponerent, Parisiis saltatrix quaedam scenica splendide ornata, in pretioso curru, crucifixo pedibus ejus substrato, comitantibus legislatoribus philosophis velut in triumpho per urbis plateas vecta, ac tandem ad ecclesiam cathedralem ducta, ac ibi ad altare collocata, assistentibus tamquam symbolum rationis, unici Gallorum Dei, in templo libertatis adorandi, praesentata est, thure in honorem ejus concremato, et hymnis decantatis. Nunc jam omnia modestiae frena disrupta esse videbantur, siquidem cuncta regni templa prius spoliata, nunc vendita, diruta aut in templa rationis conversa fuerint. Postquam attamen anno 1795. terroristarum factio suppressa fuisset, conventus nationalis decretum quidem publicavit, quamvis cultus divini speciem licitam esse, cum tamen clerici sustentatione carerent, nullum pro cultu divino publice servando templum haberent, Religio Catholica cum magnis solum difficultatibus hic et ibi exerceri valebat. Episcopis anno 1797. Versaliae congregatis et de statu Ecclesiae Gallicanae reparando, nec non ad communionem cum capite Ecclesiae reponendo deliberantibus, suam erga Pontificem Romanum, et concilium Tridentinum obedientiam profiteri publice quidem licuit, verum de Religione Catholica instauranda nec quidem reipublicae directores quidquam cogitarunt. Cum tamen semper magis sentiretur cultus et religionis necessitas, nonnulli sub auspiciis Revellerii unius e pentarchis reipublicae collegium Theophilantroporum stabiliverunt [1]), ac praecipuas religionis naturalis veritates, ut Dei existentiam, animae immortalitatem, quaedam item praecepta moralia, uti Deum adorandi, proximum diligendi, officia conjugum, liberorum, et erga patriam docentes, conventus sacros publice frequentabant, et ritus quosdam religiosos potissimum in praelectionibus, precibus et hymnis observabant. At collegio hoc auctoritate humana solum in-

---

[1]) Gregoire Gesch. des Theophilantropismus von seinem Ursprunge bis zu seiner Erlöschung iu Stäudlin's Magazin für Religion, Moral und Kirchengesch. item Gottesverehrungen der Neufranken oder Ritualbuch der Theophilantrop. aus dem Französischen übersetzt.

iixo, mox cessante tandem Religio Catholica per Napo-'eonem consulem anno 1801. urgente Pio VII. Pontiice vi concordati restituta est. Revolutio secunda mense Iulio anni 1830. exorta, item revolutio tertia de 24. Feruarii 1848. non habuerunt quidem tam acerbos effectus rout prima, pacem tamen regni et Ecclesiae aequaliter urbarunt. Gallosque post diuturna bella tandem pacis cupidos reddiderunt adeo, ut ipsi respublicas pertaesi in monarchicam regiminis formam sub Napoleone III. imperatore anno 1852. novitus consenserint. Faxit Deus! ut ea in alma pace et quiete perseveret quam diutissime. Vid. Gregoire Gesch. des Philantropism. von seinem Ursprung bis zu seiner Erlöschung in Stäudlin's Magazin für Relig. Moral und Kirchengesch. Gottes Verehrung der Neufranken oder Ritualbuch des Theophilant. aus dem Französisch. Rabaut de S. Etienne Precis de l'histoire de la revolution Franc. Paris 1822. Annegarn's Weltgesch. von Oberhage erweitert 1852. Münster. 8. B. §. 26. S. 106. et seq.

§. 22.

Ecclesiae vastatio in Germania.

Circa idem tempus, quo Ecclesia Gallicana aliquatenus restaurabatur, Germanica extra provincias Austriacas sita, plurimum desolationis passa est. Tristis hic eventus e pace, quam Austria et Germania cum Gallis Lunevillae anno 1801. concluserant, sequebatur. Nam Galli in possessorio Germaniae trans Rhenum sitae vi pacis illius confirmati, mox omnes fundationes ecclesiasticas ibidem aboleverunt, et cunctis ecclesiarum, et corporum ecclesiasticorum bonis occupatis, capitula, omnesque congregationes monasticas dissolverunt, episcopis et parochis sustentatione juxta concordatum Gallicanum (§. praeced.) assignata. Episcopus Moguntinus, Trevirensis, Coloniensis, Leodiensis, Namurcensis, Tornacensis, Gandaviensis reservati, et Archiepiscopatui Maliniensi (Mecheln) subjecti, ac omnes juxta concordatum Gallicanum ordinati sunt, eo insuper eadem pace constituto, ut principes seculares Germaniae, qui ditionum suarum trans Rhenum sitarum jacturam passi fuerant, eam

e bonis ecclesiasticis cis Rhenum sitis resarcirent. Quare deputatio quaepiam recessus dicta anno 1803. ad indemnisationis negotium perficiendum consedit, quae tamen Ecclesiae Germanicae maximum vulnus inflixit. Cum enim hac in deputatione Galli majores partes, ac imperator tenerent, non solum indemnisatio bonorum facta, verum omnia bona ecclesiastica tam Protestantium, quam Catholicorum quae amissa multum superabant, occupata, et principibus secularibus adjudicata sunt. Imo principes indemnes redditi, ultro ac conveniebat progressi, non solum bona ecclesiastica occuparunt, sed ipsas etiam corporationes, quae bona tenebant, praesertim monasteria sustulerunt, clericis et monachis pensiones tenues assignantes. Episcopis quidem residuae dioeceses traditae, sed decreta ecclesiarum dotatio nullibi effectum sortita est. Quare plures episcopi canonicis partim dispersis, partim emortuis capitula nulla habentes, nec ad ecclesiarum indigentias pactam dotem accipientes, ecclesiis suis se abdicare cogebantur, sicque Germania pastoribus destituebatur [1]). Quamvis autem Pontifex Romanus pro officio suo in dioecesibus praesule destitutis, vicarios apostolicos constitueret, hi tamen episcoporum nec auctoritatem nec potestatem habebant, ac in necessaria cum Ecclesiae capite communione, in exercitio jurisdictionis suae impediebatur. Perversis principiis in ipsis palaestris literariis toleratis, nihil aliud sequi poterat, quam ut sacerdotes, disciplina moralis, res sacrae, cultus divinus, et ipsa religio vilipendatur [2]). Cumque fundationes piae dividerentur, occuparentur, aut plane tollerentur, seminaria et alia instituta literaria, scientias Theologicas promoventia, non restituerentur, pastorum numero sensim decrescente, institutio religiosa et pietas quotidie minuebatur, irreligiositate, et immoralitate celerrime progrediente. Accesserunt invasio et occupatio Germaniae per Gallos usque ad recentissima tempora iteratis vicibus facta, quam vitia et corruptio belli

[1]) Hof das deutsche Reich vor der Französisch. Revolution und nach dem Frieden von Luneville. Gaspari der Deputations-Recess mit historischer, geograph. und statistischer Erläuterung.

[2]) Plank Betrachtungen über die neuesten Veränderungen im Zustande der deutschen katholischen Kirche.

passim sequebantur; libri irreligiosi, quorum auctores licet Religionem Christianam ex professo haud impugnarent, impudentia tamen et falsis principiis moralitati magnam stragem inferebant [1]). Imo nonnulli e coetu Protestantium eo processerunt, ut docerent infantibus baptismum velut ceremoniam inutilem denegandum esse, alii medio operum editorum suaderent [2]), ut cultus divinus publicus, institutio religiosa in scholis tam superioribus quam inferioribus, ac tota consociatio ecclesiastica abrogaretur. Verum tantum abest, ut vel principes protestantici consiliis horum pseudoapostolorum detulerint, ut potius varia decreta ad systema orthodoxum sustentandum publicaverint, praesertim ubi a Bavariae rege concordatum cum Sede Apostolica intuitu rei Catholicae initum comperissent, imo ipsi de iisdem objectis cum Sede Romana concordata pacti fuissent. Nam in omnibus his conventionibus Pontifex id vel maxime prae oculis tenebat, ut episcopatus sufficienti numero erigantur, vel restaurentur, capitula canonicorum fundentur, et seminaria clericorum constituantur, aut conserventur, porro pro his omnibus institutis dos sufficiens assignetur, bonaque ecclesiastica inviolabilia declarentur; episcopis jus ordinandi et regendi seminaria, clericorum rectores et professores in eis constituendi et dimittendi, demum doctrinae fidei et morum, quae in scholis publicis praesertim Theologicis traditur, invigilandi concedatur. Quibus cunctis per concordata inter Pontificem et principes sancitis Ecclesiae Germanicae quidem non ex integro consultum, attamen ex iis ejus salus sperari potest, dummodo malignorum consiliis impedimenta non ponantur. Quamvis denique turbae et motus intestini anno 1849. et subsequente in Germania erumpentes et ecclesiam et rempublicam etiam in periculum conjicerent, superatis attamen sapienti unione principum motibus pax restituta est. Vid. Neueste Geschichte der Kirche Christi als Fortsetzung des Berault-Bercastel p. 209. et seq. T. I. Plank Betrachtungen über die neuest. Veränderungen im Zustande der deutsch-kath. Kirche. Anne-

[1]) Vid. Institutiones Hist. Eccles. per me Pestini 1841. edit. Tom. IV. pag. 68. sub *.

[2]) Dassel über den Verfall des Religions-Cultus 1818.

ante omnia ordines religiosos supprimebant, eos
ctos, qui vel minima impedimenta ponerent, exi
morte plectebant. Malum tanto acerbius sentieba
eodem tempore etiam flavae febris contagium gr
Crudelitas attamen rebellium vel maxime erga
Vinuesa regis capellanum aulicum, quem ut ho
stitutionis captivum tenebant, se exeruit. Perfra
vi et armis carcerum foribus eundem adprehend
capite ejus securi in duas partes fisso, pectore a
perforato sanguinolentum cadaver per plateas
hentes regis ante palatium collocarunt. Quo vis
rore correptus et suorum, et regni statuum (c
xilio remedium malo adferre paratus, nonnulla
tutione Hispaniae emendavit quidem, quies tame
non est prius, quam princeps Engolismensis (A
cum ingenti exercitu Gallorum Hispaniam ingres
cadero occupasset, ac pacem eodem adhuc anno
Qua secuta rex cuncta decreta sua sub regimine
tionali, utpote non libere condita, revocavit [1])
pristinum reducere conatus [2]). Verum graviorem
vastationem Ecclesia Hispanica recentissime passa
ut diutissime medela adferri nequiverit. Causan
rex ipse Ferdinandus VII. qui anne 1833. an
suam sublata lege Salica seriem successionis imm

buisset, verum filiam suam triennem Isabellam in obversum legis Salicae regni haeredem sub tutoratu matris scripsit. Cum enim Carolus jus suum armata manu adhaerentis sibi partis Hispanorum defenderet, idemque Christina regis vidua cum altera sibi addictorum Hispanorum parte pro Isabella faceret, funestissimum bellum civile ortum. Deficiente autem Christinam belli nervo administri ejus praesertim Mendizabal non tantum populum gravissimis oneribus, et tributis onerare, verum etiam bonis ecclesiasticorum et religiosorum gravissima vectigalia imponere pergit. Imo his cunctis non sufficientibus ecclesiae thesauros spoliat, clerum omnibus bonis privat, et sublatis cunctis ordinibus religiosis totam eorum substantiam, et bona in expensas belli convertit, contradicentes, aut resistentes exilio, carcere, aliisque poenis plectit, non attentis cunctis reclamationibus cleri, rescriptis pontificiis, aut aliis quibuscunque protestationibus. Res Carolo devicto complanata sic est, ut regina Isabella nepoti Caroli Francisco nuberet; quo effectuato, ac pace restituta Ecclesia Hispaniae quoque ad veterem ordinem sensim reducitur. Vid. Bülau allgem. Gesch. der Jahre 1830—1838. p. 86. et seq. §. 14. 17. Sion Eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit. Religions-Zeitschrift durch einen Verein von Katholiken Augsb. 1840. Beilage zu Nro. 4. p. 38.

§. 24.

Ecclesiae oppressio in Borussia.

Magnam attentionem ante aliquot ab hinc annos excitavit sors Catholicorum in Borussia. Eam enim duram fuisse sequentia docent: I. Pius XII. immortalis memoriae Pontifex anno 1821. cum Friderico Wilhelmo Borussiae rege tractatum inivit [1]). Vi hujus capitulis conceditur jus vacuis sedibus episcopalibus intra spatium trimestre de praesule providendi. Jus hoc administri regis Borussiae adeo restrinxere, ut ipsi et modum et tempus imo et personam regi gratam a capitulis eligendam determinarent [2]).

---

[1]) Vid. Bulla De salute animarum 16. Julii 1821. publicata.
[2]) Beiträge zur Kirchengesch. des 19. Jahrh. in Deutschland. Augsburg. 1835. p. 3.

II. Gravem Catholicorum sortem in Borussia manifestat, quod in quatuor scientiarum universitatibus regni utpote Berolinensi, Halensi, Regiomontana et Greifswaldensi ordinarie nullus Catholicorum munus doctoris consequi valeat [1] *). In aliis universitatibus uti Bonnensi et Vratislaviensi existit quidem facultas Catholico–theologica, verum tam commissarius, quam professores aliarum facultatum fere omnes e coetu protestantium eliguntur. Episcopi professores ab orthodoxa fide aberrantes solum admonere, aut jurisdictioni civili, huicque protestanticae, a qua decisionem causae ad graecas fere Calendas impetrant [2], deferre tantum possunt. III. Catholicorum libertas per id restringitur, quod cultum suum in loco ubi Catholicorum numerus increscit, vix aut difficillime solum introducere possint [3]. IV. Clerus Catholicus Borussiae in iis, quae respiciunt conversionem alicujus ad Catholicismum, subordinantur vigilantiae pastorum protestanticorum, et cogitur penes quemvis casum conversionis nomen, conditionem, facultates et motiva conversi non secus ac nomen instruentis sacerdotis politicae jurisdictioni indictare. V. Dura sors Catholicorum vel maxime e statutis circa matrimonia mixta elucescit. Haec enim in media Catholicismum extirpandi et Protestantismum propagandi conversa sunt. Nam sub eodem rege anno 1803. decretum emanavit, quo proles e matrimoniis mixtis natae omnes religionem patris sequi tenentur. Cumque idem decretum etiam in provinciis Rhenanis Borussiae 1814. penes salvum religionis et jurium antiquorum exercitium adscriptis, publicaret, episcopi totam rei faciem Pontifici Romano Gregorio XVI. depinxerunt [4], ab eo fine agendorum instructionem postulantes. Pontifex Romanus pro magno in rem catholicam zelo responsum suum medio Brevis Apostolici a Pio VIII. praedecessore suo concinnati [5]

---

[1] Ibidem op. cit. p. 17. §. 3.
[2] Ibidem p. 18. §. 3.
[3] Ibidem §. 52. et seq.
[4] Reinwaldi acta historico-eccles. seculi XIX. Hamburgi 1839. editi cursu 1836. pag. 351. et seq. ubi episcopor. Monasteriensis, Paderbornensis et Trevirensis literae per extensum leguntur.
[5] Breve Pontificium legere licet in Instit. H. E. per me Pestini 1841. vulg. T. IV. p. 76.

d episcopos praedictos dedit, sed cum Breve Apostolicum d Borussiam per manus gubernii civilis delatum, non conneret ea, quae regi placebant, a publicatione per interum triennium suspendebatur. Quia tamen negotia haec iterea temporis semper plures quaestiones, et controveras paterentur, rex Borussiae evocato post triennium Roma inistro suo Bunsen mandatum dedit, ut is opera comis Spiegel Archiepiscopi Coloniensis adjutus rem totam e matrimoniis mixtis secundum placita ipsius componeret. uod rex optabat, factum, Archiepiscopo Spiegel et piscopis ob bonum pacis et concordiae desiderio regis iam invite subscribentibus [1]. At aliam faciem res induere ıb Clemente Augusto B. de Droste-Vischeing, qui mortuo comiti Spiegel anno 1836. successit. ic mentis perspicacia recessum praedictae conventionis a revi Apostolico penetrans, huic potius, quam illi in conientia obediendum judicavit. Quare: 1) Clero suo juxta teorem praedicti Brevis Apostolici publicavit, sponsis maimonium mixtum ineuntibus pro eo solum casu benedictioem nuptialem impertiendam esse, quo illi clare et distincte omittunt, quod omnes utriusque sexus proles in Religione atholica educare et instituere [2] velint. 2) Pro casu autem ontrario clerum suum eo inviavit, ut respectivus pastor nimarum in conformitate Brevis Apostolici sponsam Caolicam de obligatione sua in canonibus, et principiis Ecesiae Catholicae fundata, de gravi item peccato, et cruelitate erga proles futuras exercenda edoceat, si vero inructio et adhortatio haec pastoralis effectu careret, sponım talem pervicacem nullatenus censuris ecclesiasticis afiat, ne graviora mala sequantur, verum alia ex parte weat pastor a nuptiis talibus ritu quopiam sacro honestans, sicque nihil aliud quam praesentiam passivam in loco on sacro, honesto tamen praestet, seu praemissis conıetis bannis, et audito mutuo contrahentium consensu, tum hunc absque benedictione nuptiali protocollo infe-

[1] Reinwald oper. cit. p. 355. Kastner der grosse Streit über gemischte Ehen. p. 13. et seq.

[2] Urkundliche Darstellung der Thatsachen, welche der gewaltsamen Wegführung des Hochw. Fr. von Droste Erzb. von Cöln vorangegangen sind. Regensb. 1838. p. 20. et seq.

rat **). Cum vero rex Borussiae institutis his proselytismum suum restringendum putaret, et Archiepiscopum Coloniensem ad partes suas nec consiliis, nec minis allicere, aut ad munus suum abdicandum disponere valeret, eum armata manu adprehendi et ad arcem Mindensem in Westphalia transportari jussit, carceribus mancipandum [1]. Factum hoc in unum e primis praesulibus Germaniae, et virum vere Apostolicum in Europa celebratum, culto nostro civilisationis, praedicatae libertatis, intelligentiae, et humanitatis seculo perpetratum, ubivis locorum magnam attentionem, incontentum animum et horrorem excitavit. Quod tanto majorem intolerantiam imo oppressionem Ecclesiae Catholicae manifestat, cum illud ipsum cum Archiepiscopo Gnesiensi Dunin etiam acciderit, quem paulo post eandem ob causam rex arci Colberg Pomeraniae etiam includi curavit. Neutrum autem horum dignissimorum Ecclesiae Catholicae praesulum errasse, verum officiis suis qua episcopos Ecclesiae Catholicae, et qua subditos status respondisse, plures celebratissimi nostri temporis scriptores tam catholici quam protestantes ostendunt. Et merito, nam doctrinam hanc: „Matrimonia mixta indiscriminatim contrahere vetitum est.“ Seu matrimonia mixta tunc solum admitti possunt, dum spes convertendae partis acatholicae affulget, et dum de prolibus catholice educandis conjuges cavent, dogmaticam esse, utpote in Scriptura S. et traditione contentam [2], proinde ad potestatem civilem nullatenus spectare, omnis Catholicus agnoscere debet [3]. Sub hodierno attamen rege Friderico Wilhelmo IV. prioris filio Catholici sortem paulo mitiorem experiuntur. Licet indubium sit illos prout et reliquos subditos Borussiae sub revolutione ab anno 1848—1851. furente multum passos fuisse, siquidem Borussiae incolae praeter motus, intestinos etiam belli

---

[1]) Joan. Kastner der grosse Streit über gemischte Ehen. Regensb. p. 14.

[2]) S. Paul. I. ad Cor. cap. V. 9. 11.

[3]) Georgii Fejér rationes Ecclesiae Cath. adversus matrimonia mixta irrestricta August. Vind. 1840. p. 17. §. 12. pag. 52—163. J. B. Kastner der grosse Streit über gemischte Ehen. Regensb. 1838. I. B. Kutschker die gemischt. Ehen von dem katholisch. Standp. betracht. Wien. 1838. I. B. Görres Athanasius Regensb. 1838. edit. 3. p. 3—161.

Schleswig-Holsteinici participes facti, omni ex parte premerentur. Alma pace nunc restituta cuncti in quiete existunt. Vid. Annegarn's Wẹltgesch. erweit. von Oberhage. Münster 1852. 8. B. §. 90—99. S. 478—519. Dr. Scharpff Vorles. üb. die n. K. Gesch. 1852. 15. Vorl. 5. 6. Freiburg.

*) Commissarius regius universitatis Berolinensis Beckendorf et professores juris Jarke et Philipps fidei Catholicae professionem elicientes, munere et salario privati, aliorsum refugium sumere cogebantur. V. Beiträge zur Kirchengesch. des 19. Jahrh. in Deutschl. p. 18. §. 3.

) Praxim hanc assistentiae passivae et denegatae benedictionis nuptialis in matrimonio mixto non novam sed antiquam et in nuptiis a Carolo I. rege Angliae cum Henricheta Galliae regis sorore penes dispensationem Urbani VIII. Pontificis celebratis aeque observatam fuisse patet e Benedicti XIV. Libr. de Synodo Dioeces. VI. cap. 5. Nro. 5. e Collation. Parisiens. de matrimon. T. 3. lib. 1. coll. 2. §. 5. et e Mercurio Gallico T. II. p. 359. etc. V. Instit. H. E. per me Pestini edit. et sup. cit. Tom. IV. §. 27. pag. 80. sub *).

§. 25.

Adversitates Ecclesiae in Italia.

Revolutiones periodo hac exortae Ecclesiae Italicae quoque, imo et Sedi Apostolicae perniciosissimae fuere. Et quidem magna damna eidem praesertim intulit revolutio Gallica anno 1789. exorta. Pontifex enim Pius VI. bello inter Gallos et plures Europae principes enato, ac in Italiam quoque translato, ad territorii sui limites exercitum disposuit, quo illud, quantum viribus posset, contra hostem tueretur. At Napoleon Bonaparte Gallorum dux anno 1796. Austriacis iterato devictis statum pontificium invasit. A quo Pontifex anno insequente nonnisi durissimam et magno pretio mercatam pacem Tolentinam obtinere potuit, siquidem Gallis ditionem Avennionensem ab illis pridem jam contra omne jus occupatam, item tres legationes Bononiae, Ferrariae et Romaniolae, plura item artis antiquae monumenta et manuscripta pretiosissima cedere, nec non 30 milliones francorum solvere debuerit. Quia vero nec his contentabantur Galli, toti statui pontificio inhiantes, mox sub specie componendi tumultuantem plebem rediverunt, ac occupata per ducem Berthier sede pontificia

rempublicam Romanam proclamarunt, cumque Pontifex constanti fortitudine animi loco suo movere, juribusque suis in territorium pontificium renunciare detrectaret, venerabilis 80 annorum Senecio, Christi Vicarius omnibus rebus pretiosis orbatus, contumeliis affectus, ex urbe in urbem a militibus raptatus, tandem Valentiae in arce Galliae custoditus, anno 1799. die 29. Augusti piam Deo animam reddidit [1]. Roma per Gallos occupata, Pontifice a sede sua remoto, omnique regiminis ecclesiastici facultate privato, ac tandem mortuo, Cardinalibus per orbem dispersis, impietate inter Catholicos multum extensa, Gallis in Italia dominantibus, Ecclesiae Catholicae interitus paratus, eaque amisso Capite mox emoritura esse videbatur, cum felicissima rerum mutatione Cardinales Venetiis collecti anno 1800. Gregorium e comitibus Chiaramonti Theologiae quondam professorem, Cardinalem sub nomine Pii VII. Ecclesiae, altiori praesidio munitae praeficiunt. Is ejectis per Austriacos, Russos et Neapolitanos ex Italia Gallis Romam ingressus Sedem Pontificiam rursus capessivit. Verum diu ipsi in quiete esse non licuit. Cum enim Napoleon imperator Galliae factus plura ab illo postularet, e. g. ut codicem suum (Napoleonis) in statum pontificium introduceret, ecclesiam Gallicanam per Patriarcham independentem a Sede Romana regi sineret, ordines religiosos cunctos sufferret etc. [2], quae Pontifex concedere non valebat, copiae illius duce Miolli statum pontificium ingressae, Romam ipsam nemine resistente occuparunt, Napoleone decretum paulo post publicante, quo Romam totumque statum pontificium imperio Gallico adjecit [3]. Contra decretum hoc Pius VII. Pontifex protestatus est, ac sententiam excommunicationis in Napoleonem, cunctosque ejus consiliarios pronunciavit [4]. At his non obstanti-

---

[1]) Reihenfolge der Päpste Würzburg 1831. p. 668. item Pius VI. und sein Pontificat.

[2]) Simon vie politiq. et privée de Pie VII. Paris 1823. Storia di pontificato di Pio VII. Venet. 1815. 2. Tom. Jäger Leben Pius VII. mit Urkund. Frankf. 1824.

[3]) Barthol. Pacca Denkwürdigk. über seine Heiligk. Pius VII. aus dem Italien. übers. Augsb. 2. Aufl. 1834. 5 Bde.

[4]) Neueste Gesch. Fortsetz. des Berault-Bercastel. T. 4. p. 490...

ius milites Napoleonis Pontificem una cum Cardinali Pacca mox Savonam abduxerunt, et illum, nempe sanctissimum Patrem Savonae, tardius Fonte-Bliaudi, hunc autem in arce Fenestrella sub custodia servarunt; imo toto Cardinalium collegio Parisios translato Napoleon Romam secundam imperii Gallici urbem declaravit. Multa interea tentavit Napoleon, ut Pontificem ad partes suas pertraheret, at incassum. Nam eum ab Ecclesiae canonibus, et justitiae divinae legibus dimovere nunquam potuit. Imo devicto per foederatos Napoleone, eoque imperio privato, Pius VII. Pontifex velut unus ex illis, quos Deus exaltavit humiles [1], summo cum triumpho regum et principum assistentia ornatus ad patrimonium S. Petri reversus est [2]. Successores ejus satis pacate regnabant, donec Pium IX. modo Ecclesiam Christi gubernantem immanes adversitates attigissent. Is enim 16. Junii anno 1846. in Vicarium Christi electus cum regiminis sui initio publicata amnistia captivos libertate donatos Deo et reipublicae reconciliare volebat. Ultro progressus municipali constitutione subditos suos recreare volens, status consilium condidit. Cum vero paulo post utpote anno 1848. enata revolutio Gallica ad Italiam quoque extenderetur, radicales Italiae consortibus Galliae adjuti, vetus planum suum: Italiam totam in rempublicam convertendi, effectuare adnisi, et beneficentia Pii IX. Pontificis abusi, eum contra mentem ipsius velut patronum plani sui proclamarunt. Ubi autem Pontifex contra abusum hunc solemniter protestaretur, radicales contra eum succensi populum Romanum promissis seductum eo permoverunt, ut Vaticanum Pontificis palatium oppugnaverint, Palma secretarium S. Patris ad latus ejus globo prostraverint, ipsumque Pontificem in fugam (Neapolim) conjecerint. Hoc succedente Mazzini turbarum antesignanus rempublicam Romae proclamavit, regimen ecclesiasticum sustulit, ac omnia bona Ecclesiae occupavit. Donec reipublicae Gallicae praesidens Ludovicus Napoleon, qui interea temporis ordinem in Gallia restituerat, copias suas in Italiam mittens,

[1]) Luc. 1. 52.
[2]) Vid. Berault-Bercastel's Fortsetzung T. V. p. 649. et seq. Nro. 146. Histoire des malheurs de Pie VII. Storia di pontificato di Pio VII.

anno 1849. legitimum ibi regimen instaurasset [1]. Quo praestito Pius IX. Pontifex pro totius Europae solatio Romam redivit, ac Ecclesiam Christi nunc felicissime regit. Longaeva Ei vita et incolumitas!

§. 26.

Ecclesiam premit revolutio Austriae.

Opiniones novae, secundum quas felicitas populi a mutata imperii constitutione et novis legibus conditis dependere putabatur, extraneis e regnis ad nos quoque penetraverant. Populi Viennensis pars per studentes seducta die 6. Martii anno 1848. scriptum Imperatori praesentavit, in quo declaravit, quod sublata erga gubernium fiducia solum per ejusdem cum civibus et statibus Germaniae conjunctionem restitui possit. Congregatis autem die 13. ejusdem mensis Austriae inferioris statibus studentes aliique plures, speciatim Fischhoff, chirurgus Hebraeus ex Hungaria oriundus, item Burian, Böhm, aliique petitionem praedictam renovarunt, et licet responsum acceperint, quod status jura populi defensuri sint, hoc tamen non contenti violentias sibi indulgebant, plebemque eo disposuerunt, ut vim vi retruderent, cumque nonnulli his in turbis vitam amitterent, populus milites lapidibus impetebat, et vel maxime principem Metternich ministrum et status cancellarium, quem ceu omnium malorum causam spectabat, execrabatur. Die 14. Martii publicabantur duo decreta Imperatoris, quorum uno status imperii pro 3. Julii convocabantur, altero autem censura tollebatur, et lex preli promittebatur. Die 15. ejusdem mensis 150 deputati e diaeta Posoniensi coram Imperatore comparuere, qui eum provocabant, quo is cunctis ditionibus suis liberales constitutiones largiretur, secus Hungari cogerentur cunctis viribus suis desideria populi promovere. Declaratio haec tanti ponderis erat, ut eodem adhuc die promissio constitutionis emanaret, ac mox responsabile ministerium et libertas preli publicabatur, vexillumque magnum in turri

[1] Vid. Dr. Fr. A. Scharpff Vorlesungen über die neueste Kirchengeschichte 1852. Freiburg. 2. H. 12. Vorles. S. 23. 24. Annegarn's Weltgesch. erweit. von Oberhage 1852. 8. B. §. 64. S. 335...

ani expositum omnes laetitia replebat. Quantum oni una pars praestabat ordinem manutenendo, li altera pars turbas ciendo, Ligurianis et Clero ecclesias spoliando, ministros deponendo, alios tuendo causabat. Die 15. Maji legati ad ministeabantur, qui exceptiones contra legem electioierent; sed non expectato responso millia ope- suburbiis versus portas civitatis sub vexillo nt cum petito, ut deinceps unica solum Camera iiversale voti jus populo concedatur, ac militia ullam absolute functionem nisi cum civili militia erceat, sicque cunctis ingressus in urbem, aut a imperatoris (Burg) prout et egressus liber patis his petitis concessis imperator ad Schönbrunn Joanne Archiduce in locum sui substituto. Hic itus Locumtenens in comitiis imperii ex omnibus monarchiae convocatis de salute imperii consulm coepit, at frustra, cum deputati et labii et iversissimi congregati, nihil minus quam salutem rae oculis tenerent. Materia de redimendis praesubditorum (robot) in his comitiis agitata at non opulum adhuc magis concitavit, cumque his acarbae in Hungaria eo jam progressae, ut die 28. s ejusdem anni 1848. Generalis comes Lamberg ius regius publice mactaretur, ac imperator contra stinos Hungariae copias suas progredi juberet, o democratarum Austriae summum apicem atti- processit, ut paulo post comitem Latour belli adprehensum multis vulneribus confossum, tanivum ad clavum lampadis die 6. Octobris suspen- s visis imperator Olomucium petiit. Viennam aulocum scelerum et atrocitatum princeps Winätz campi marechallus et banus Croatiae Jelcum copiis cingunt, et die 28. Octobris expugnant successu, ut die insequente Viennenses pacem it obtinerent. Cum attamen ex turri S. Stephani at copias ex Hungaria pro subsidio adpellere, rursus ad arma convolant, at incassum, copiae garicae, quas ipse Kossuth duxit, per banum

Jellachich ad fluvium Schwechat devictae et in fugam conjectae sunt. Vienna autem novitus occupata. Messenhauser, Blum, aliique populi concitatores illico ad mortem condemnati fuere. Bem vero, qui ducem exercitus Viennensis egerat, fuga se salvavit. Comitiis imperii Cremsirium Moraviae translatis declaratum, quod constitutionem monarchicam stabilire, cunctisque nationibus jura sua sarta tectaque conservare cupiant. Denique Ferdinando imperatore die 2. Decembris corona, fratre vero ejus Francisco Carolo jure successionis se abdicantibus, hujus filius Franciscus Josephus maximae spei et insignium qualitatum princeps thronum imperii conscendit, qui Deo adjuvante cuncta vulnera Ecclesiae, Religioni, et reipublicae inflicta singulari cum zelo sanare conatur. Longaeva Ei vita et prosperitas! Conf. Annegarn's Weltgesch. erweit. von Oberhage Münster 1852. 8. B. §. 82. . . . S. 413—464.

§. 27.

Et Hungariae.

Cunctis eventibus §. praeced. relatis aequali fere sorte Hungariam quoque tangentibus, eosdem hic novitus recensere superfluum censeo, ideoque tristes solum sequelas eorum quoad Ecclesiam et Religionem adumbrare statui. Et reipsa cuncta hucdum vulnera per motus intestinos Ecclesiae et Religioni inflicta, multum superarunt devastationes, caedes et depraedationes, quas revolutio in patria nostra generavit. Postquam nempe Croatia Hungariae ministerio anni 1848. eam ob causam subesse nollet, quod Hungaria favores Martiales a Ferdinando imperatore et rege vi extorserit, ac Rasciorum meridionalium magna pars illis se jungeret, furentes duae factiones quippe Rasciorum et Hungarorum apud nos grassabantur. Hae sibi invicem oppositae, et magnis atrocitatibus invicem obviantes Syrmiensem, Bacsiensem, Torontaliensem, Temesiensem comitatus, nec non confinium militare caedibus et spoliationibus ad summum usque afflixere [1]). Depraedationes hae tanto tristiores

[1]) Religio 1849. 32. Sz. December 9. 273. s k. lap.

ere, quod sibi invicem reciproce successerint, ac prout ascii Hungaros, ita hi illos diris devoverint. Quemadmo-um porro Rascii in inferioribus, ita Slavi in superioribus gni partibus Hungaros persequebantur, imo et Valachi ic ipsum in Transilvania audebant. Ordines regni Pestini ngregati observantes, quod pax et concordia inter regni colas sublata, agricultura et industria impedita existat, ilitiam propriam ducibus subordinatam adversus concita-m plebem expedivere. At frustra, nam Hungaris non cum ısciis solum, sed etiam cum Croatis jam pugnandum erat. enim injurias sibi in ultima diaeta Posoniensi illatas vin-care, et conculcata regnantis dynastiae jura defendere pientes, sub ductu baronis Jellachich Croatiae bani in triam irruerunt, ac per eam imperterrite transeuntes in-ı moenia urbis Viennensis substiterunt. Cum autem Fer-nandus imperator et rex observaret, quod inter mi-iam et incolas animorum consensio turbata sit, comiti amberg Generali omnium copiarum in regno existen-m suprema praefectura ornato commisit, quo ad castra stiensia profectus, tum inter militiam ibi, tum alibi exi-ntem, ac inter incolas animorum concordiam instaura-t. Contra commissionem attamen hanc primo Madarász atus diaetae Pestiensis, postmodum Kossuth financia-m minister eo ex motivo coram ordinibus regni exceptio-s formarunt, quod ea absque subsignatione ministerii nanaverit, ac eundem Commissarium, si porro quoque ovincia sua fungeretur, laesae libertatis regni reum pro-ımarunt, eo adjecto, quod deinceps nemo alteri, quam nisterii praesidi, ac commissioni ad patriae defensionem dinatae, obedire teneatur. Plebs per hanc, aliasque va-s relationes concitata die 28. Septembris 1848. comiti ımberg Buda pro sui legitimatione ad diaetam Pestien-m properanti, in ponte obviam processit, ac eum ad-ehensum, terrae allisum, ac confossum crudelissime per-mit. Crimine hoc, quo Commissarius legitimi regis no-i e vita exturbatus est, revolutioni initium factum, ideo-e Ferdinandus rex decreto de 30. Octobris comitia stiensia dissoluta esse publicavit, ac baronem Jella-ıich banum Croatiae totius regni Commissarium plena po-

testate instructum nominavit. Verum diaeta Pestiensis decretum hoc non acceptavit, imo Kossuth revolutionis antesignanus et commissionis ad patriae defensionem ordinatae praeses, tantam sibi arrogavit auctoritatem, quantam dempto Mathia Corvino nullus regum exercuit. Militia Hungarica, cui tota propemodum juventus regni se adsociaverat, omnes arces Arad et Temesvar exceptis, in suam redegit potestatem, omnes, qui vel remote fideles regi manebant, quales omnino multi fuere, tamquam proditores patriae spectabat, ac immanes crudelitates, devastationes et caedes in fideles, sacerdotes, et religiosos exercebat. Rex his ingemiscens proclamationibus et promissis populum ad pacem reducere conabatur. At frustra, opponentibus se Kossuth et Görgei, quem ille toti militiae ducem praefecerat. Quare imperator et rex Ferdinandus regimini se abdicavit, ac nepotem suum Franciscum Josephum successorem scripsit. §. 26. Verum Kossuth contra hoc excipiens tum domesticam, tum extraneam praecipue autem Polonicam militiam sub signa sua collegit. At his non obstantibus princeps Windischgrätz cum copiis suis Hungariam ingressus, directe Budam petiit, quo 5. Januarii 1849. feliciter adpellente, diaeta Pestiensis Debreczinum se transtulit. Cum tamen Austriaci ex Tarczal et Kápolna, quousque penetraverant, se retraxissent, et Hungari eos presso pede secuti die 2[da] Aprilis Hatvaninum reoccupassent, aliasque victorias retulissent, in hoc confisus Kossuth diaetam Debreczinensem, adeo jam incompletam, ut in tabula procerum undecim solum repraesentantes fuerint [1]), dicendi facundia eo induxit, ut die 14. Aprilis dynastiam regnantem throno privatam declaraverit, ac regnum in rempublicam conversum cum horrore fere omnium regnicolarum publicaverit. Attentato autem suo diaeta debreczinensis coronidem per id imposuit, quod reipublicae Kossuthium praesidem dederit. Magna moliebantur ab hoc tempore exercitus Hungarici, verum absque effectu. Copiis enim Russieis in subsidium caesareis adpellentibus, et cum neo nominato duce Haynau unanimiter cooperan-

[1]) Die Magyarische Revolution. Pesth. 1849. Seite 93.

ıus, totum regnum intra breve tempus revindicatum est, ›stquam scilicet Haynau die 9. Augusti 1849. exerci-s Hungaricos Temesvarini clade affecisset, Görgei co-arum Hungaricarum dux se ad Vilagosvár Russis subdi-sset, Kossuth autem cum una sociorum parte in Tur-am fuga elapsus, reliqui vero intercepti fuissent. Quanta ıro detrimenta Ecclesia et Religio per turbas has passa erit, vix describi potest; ecclesiis flamma consumtis, aut esauris, campanis et supellectilibus suis spoliatis, scholis 'ersis, juventute et fidelibus caesis, sacerdotibus et reli-osis ad mortem condemnatis, cultu divino et institutione ıblica neglecta nihil aliud, quam moeror et luctus in sor-m Hungariae cedebat. Vid. Die Magyarische Revolution ›sth 1849. bei Heckenast. Annegarn's Weltgeschichte weitert von Oberhage 4. Ausg. Münster 1852. 8. B. 88. Seite 464 und die folg.

§. 28.

Fata adversa Ecclesiae ex parte incredulorum.

Publicis Ecclesiae hostibus privati quoque addendi ınt. Ad hos spectant Naturalistae, Sceptici, Materialistae, ıntheistae et Athei. De quorum singulis pauca dicenda ınt.

I. Naturalistae, qui et Deistae et Rationalistae ci solent. Angli post Caroli I. tempora variorum sce-rum et vitiorum contagionem inter suos invaluisse, hanc ıin effrenem de Religione disputandi et dubitandi licentiam ıperisse, multosque Religionis revelatae hostes protulisse ıeruntur. Non infundatam fuisse hanc quaerelam docent :empla inferius adducenda, item pium legatum Roberti oyle comitis Hiberni, qui condito anno 1691. testa-ento fundationem fecit, vi cujus quotannis praemia daren-r viris illis, qui in determinata ecclesia Londinensi octies credulos ex publico ambone refutarent, revelatam Chri-;i religionem vindicarent, et populum fidelem sacro ser-one erudirent; demum multa egregia opera, quibus cele-ırrimi Angliae scriptores Humfredus Ditton [1]),

---

[1]) Professor Mathes. Londinens. mort. 1715. insigni opere resurrectionem Christi probavit.

Thomas Sherlock[1], **Joannes Chapman**[2] aliique religionis revelatae veritatem contra eos vindicarent. Incredulitas haec ex Anglia alias quoque provincias et imperia invasit adeo, ut hodie in omnibus Europae ditionibus vestigia ejus reperiantur. Horum praecipui in Anglia erant I. **Antonius Aslei Cooper**, comes de **Shafftsbury** politiori literaturae magis, quam philosophiae deditus, qui Religionem Christianam satyrice solum explodit. Opera ejus Evangelium Naturalistarum dicuntur, anno 1715. mortuus. II. **Antonius Collins** jurisconsultus, qui licet Religionem Christianam nihil aliud, quam fraudem et dolum esse jactitaret, eam tamen ut muneribus publicis adplicaretur, solemniter professus est. Is in pluribus scriptis a se editis [3] contradictionem totius doctrinae Religionis Christianae probare, item vaticinia veteris foederis de **Christo** in novo foedere nulla ratione impleta, neque miracula ab illo patrata ad divinam ejus legationem probandam valida esse, sicque Religionis Christianae divinitatem evanescere asserit, anno 1729. obiit. III. **Matthaeus Tindalius**, pariter jurisconsultus, homo vitiosus, et venalis, qui religionem ad instituta mere politica imperanti civili subjecta retulit [4], docuit insuper realitatem et necessitatem revelationis probari non posse [5]. IV. **Thomas Morgan** prius minister presbyterianorum, postea medicus apud Quackeros Bristolienses, qui prioris sententias secutus, totam revelationem impugnavit [6], anno 1743. mortuus. V. **Thomas Wolston** in academia Cantabrigiensi orator sacer, qui in operibus suis statuit, miracula **Christi** res tam absurdas continere, ut solum allegorice explicari possint [7], anno 1733. obiit. Naturalismus ex Anglia in Galliam translatus est. In hac praecipui Naturalismi fautores

[1]) Episcop. Londinens. mort. 1671. idem erudito opere probavit.
[2]) Parochus Cicestriens. mort. 1760. in opere **Eusebius** singulas doctrinas Christianas speciatim mysteriosas, et praecipue vicariam **Christi** satisfactionem defendit.
[3]) Tractatus de libertate cogitandi an. 1713. Tractatus de rationibus et probationibus Religionis Christ. 1724.
[4]) Tindalii jura Ecclesiae Christianae anno 1706.
[5]) In Christianismo mundo coaevo, anno 1730. edito.
[6]) Thomae Morgan philosophus moralis an. 1737.
[7]) Tractatus de miraculis Salvatoris nostri 1729. et seq.

rant I. Franciscus Arouet de Voltaire, causidici 'arisiensis filius, igenii pòrtentum, sed mente sua in pesima quaeque abusus, voluptati, avaritiae et vanitati dedius. Operibus poeticis et historicis suis tantum leporem et ictionis elegantiam inseruit, ut maximam nominis celebriatem sibi procuraret. Ob licentiorem scribendi modum ad ngliam profugiens, ac ibidem cum incredulis innotesçens a impietate sua adeo obfirmatus est, ut totam vitam suam mpugnandae religioni sacraret. Ad patriam reversus, sed b impia scripta non toleratus ad praedium in vicinia Geevensi a se emptum transivit, totumque otium suum opeibus, plerumque tamen irreligiosis edendis impendit. Pariios reversus, inter acerbissimos mortis angores vitam expiravit. II. Dionysius Diderot, fabri ferrarii filius, 'arisios ad frequentanda collegia missus, sed impiis scrips inescatus, his potius vulgandis, quam arti semet dicavit. 'rimum ipsius opusculum: Pensées philosophiques, uo Religionem Christianam impugnavit, eum ad carceres etrusit, inde liberatus patriam deserere jussus est. Licet ero in aliis quoque operibus suis [1]) Religionem Christiaam exploderet, per patronos tamen suos Parisios redendi facultatem obtinuit, ubi anno 1784. vitam finivit. III. 'Alembert scorti cujusdam filius, a matre expositus, et patribus oratorii in Gallia susceptus, et educatus, verum deo deflexit a veritatis tramite, ut scriptis et factis reliionem revelatam quavis occasione impugnaret, anno 1783. ıortuus. IV. Joannes Jacobus Rousseau Genevae atus, horopegi filius, qui et ipse opificio patris instruebaır. Sed cum lectione Romanensium fabularum exaltatus ad eliora se natum putaret, relicta domo paterna in Galliam ufugit. Ibi ad fidem conversus, sed ea rursus deserta in rivatis domibus paedagogum egit, tandem edendis operius se sacravit, verum eruditionis, et auxiliarium scientiaım defectu laborans lecta saepe non intelligebat, ideoque lures phantasticas, exorbitantes, et sibi contradicentes res

---

[1]) Lettres sur les aveugles Londres 1749. Lettres sur les sourds. Dictionaire universelle sur la medicine 6. Tom. Le fils naturel et le pere de famille. Encycloped. ou Dictionaire des Sciences etc. par Diderot et D'Alembert cum supplem. 33 Tom. in fol. Paris 1751—1777.

publicavit [1]. Ipse in reliquo vir improbus, de liberis suis illegitimis nihil sollicitus, superbus, quem David Hume serpentem in sinu amicitiae calefactum nominat [2]. Anno 1778. mortuus. Inter Germanos denique Naturalistarum praecipui erant I. Herman Samuel Reimar philosophiae in gymnasio Hamburgensi professor, qui plura opuscula revelationi et libris sacris inimica concinnavit, quae in bibliotheca Guelpherbytana (Wolfenbüttel) latentia Effraim Lessing anno 1777. typis vulgavit. Fragmentis his credibilitas revelationis negatur, et statuitur: Jesum Christum nihil aliud quam regnum terrenum fundare voluisse, sed proditum, captum et morte mulctatum fuisse. II. Samuel Steinbart Theologiae et Philosophiae professor Francofordii ad Viadrum docens [3]: Christum merum hominem fuisse, religionis naturalis doctorem, ac cuncta ea, quae supra religionem naturalem ipsi adtribuuntur, ex male intellectis ejus verbis, et ex additamentis praesulum ecclesiasticorum, vel scholasticorum sententiis profluxisse. III. Fridericus Bahrdt, primum verbi divini minister Lipsiensis, postea professor, tandem caupo prope Halam Saxonum, ubi anno 1792. mortuus. Donec vixit, inquietus ac novitatum amantissimus, non erubuit confiteri se Religionem Christianam pro mercede oppugnare. Is non solum veritates supernaturales Religionis Christianae repudiavit, verum etiam sanae rationi contrarias statuit. Stylo suo populari multos in Germania ad errores suos amplectendos induxit. IV. Julius August Wegscheider Theologiae in universitate Halensi professor, qui praeter plura alia opera [4] edidit anno 1815. Institutiones Theologiae dogmaticae in usum collegiorum

---

[1]) Sur l'inegalité des hommes. Du Contract social. Emile ou de l'education. Dictionaire physique portatif. etc. quorum plura Parisiis publice concremata sunt.

[2]) Musset Pathay histoire de la vie et des ouvrages de J. J. Rousseau 2. Tom. Paris 182.

[3]) Steinbart System der reinen Philosophie oder Glückseligkeitslehre des Christenthums 1778.

[4]) Uti Ethicae stoicor. recentior. fundamenta, cum Ethices principiis, quae critica rationis practicae Kantianae exhibet, comparata Hamburg. 1797. Versuch die Hauptsätze der philosoph. Religionslehre in Predigten darzustellen Hamburg 1801. De Graecorum mysteriis religioni non obtrudendis Göttingae 1805. etc.

suorum, in illes systema Theologiae revelationi innixum juxta philosophicam criticam Kantii recenset, ac illius principiis ex rationalismi commentis, ut erronee putat, eversis, systema rationale Religionis Christianae deducit, sicque nihil aliud quam Naturalismum docet. V. Daniel Friler. Strauss, qui opere: Das Leben Jesu kritisch bearbeitet anno 1838. vulgato innotuit. Is historiam biblicam novi testamenti reali veritate exuere una ex parte, ac mythos loco veritatis historicae substituere adgressus est, cum tamen eadem prorsus ratione, qua antiqui mythistae biblici perspiceret, se id nequaquam aliter adstruere posse, quam negando Evangeliorum authentiam, eo temeritatis delapsus est, ut quod inde a seculo II. ad nostram usque aetatem nemo facere audebat, Evangelia non Evangelistis, sed aliis ignotis seculi II. auctoribus adscriberet. Postquam autem systema suum in duobus tomis contradictionibus et omnino mythicis commentis refertum [1] exposuisset, tandem Christologiam rationalismi deduxit, purumque Naturalismum docet eo addito, quod omne id, quod in Evangeliis sanctum, divino-humanum, imo et naturale occurrit, non reale sed ideale, ac ad lubitum explicabile statuat. Vid. Scharpf Vorlesungen über die neueste Kirchengesch. 2. Heft 1852. Freiburg. 19. Vorles. S. 142—163. et Strauss das Leben Jesu kritisch. bearb. 3. Aufl. Tübing. 1838. Tom. II. speciatim quoad Rationalismum Tom. II. p. 739. usque finem §. 145. et seq.

§. 29.

Sceptici et Materialistae.

Inter scepticos praecipue memorari merentur 1) Petrus Bayle filius praedicatoris Hugonottae, qui postquam ab Ecclesia Catholica, ad quam juvenis susceptus fuerat, ad suos rursus transivisset, Roterodami munus professoris philosophiae obtinuit. Is ingenio et eruditione quidem excellebat, at de rebus historicis, dogmaticis et moralibus

[1]) Guzmic Isidor Egyházitár 1838. évi Septemb. folyam. p. 1—30. Franz Baader über das Leben Jesu von Strauss München 1836. Crusius Baumgarten de mythicae Evangeliorum interpretationis indole atque finibus Jenae 1836. aliique permulti, qui Straussium fundate refutarunt.

dubitandi libidine praeditus, scepticismum sequebatur, aliisque commendabat. Edidit dictionarium historico-criticum, in quo biographiam et facta virorum apud omnes gentes celebratorum recenset, atque observationes diversissimas, at majori ex parte cum fide historica, religione et doctrina morali pugnantes admiscet. Vitia et scelera hominum non his, sed religioni adscribit, superstitionem atheismo pejorem esse atque ab hoc virtutem citius, quam ab illa expectari posse contendit. Ipsam veram aut falsam Dei cognitionem ex diversa diversorum hominum natura fluere, neque unam ab altera certis criteriis distingui posse, quod cum de vitio et virtute pariter declararet, latissimum de omnibus dubitandi campum adperuit. Anno 1706. mortuus. 2) David Hume, qui gloriam summam in eo reponebat, quod in omnibus rebus distinctam a reliquis hominibus sententiam teneret. In scepticismum lapsus variis in scriptis philosophicis cunctas leges cogitandi, conclusiones et ratiocinia, adeoque omnes cognitiones de rebus trans sensus cadentibus certitudine carere dixit. Libertatem hominis negavit, et cuivis religioni omnem vim in animum et mores hominum agendi abjudicavit [1]. 3) G. E. Schulze, cujus praecipuum principium est, quod origo cognitionum nostrarum explicari nequeat [2].

Quantum vero ad materialismum, quo inter alia anima hominis substantia corporea esse statuitur, ac eo ipso libertas ejus tollitur, illum docuerunt 1) Thomas Hobbes, filius praedicatoris Angliae, potissimum philosophus Malmesburiensis nominatus. Is non solum revelatam verum omnem fere religionem in operibus suis abnegavit. Religionem vel maxime in opere Leviathan, in quo materiam, formam et potestatem civitatis ecclesiasticae ac civilis recenset, adgreditur, eamque unice Pontificum et sacerdotum inventum esse contendit, ac totam quantam ex metu et con-

---

[1]) David Hume religio naturalis edit. anno 1767. Enquiry concerning human unterstandling London 1748. Gespräche über natürliche Religion nebst einem Gespräch über den Atheism Leipz. 1781.

[2]) Karl. Frid. Stäudlin Geschichte und Geist des Skepticismus Leipzig 1794. 2. B. Hegel Verhältniss des Skepticismus zur Philosophie in kritisch. Journal der Philosophie von Hegel und Schelling 1. B. 2. Stück.

uetudine ea, quae timentur, colendi derivat. Deum nihil liud, quam primam et occultam omnium motuum causam lixit, quam e principiis rationis theoreticae homo quidem tatuere debeat, nullas tamen ejus proprietates eruere posit. Imperanti civili jus omne meritum aut demeritum actionum hominis, in se indifferentium, determinandi adscripsit, idemque potestatem plane Scripturam Sacram interpretandi djudicavit [1], ac animae simplicitatem negavit. Anno 1679. mortuus. 2) Julianus de la Metrie Gallus anno 1709. atus, qui post varia fata Berolini membrum academiae scientiarum factus, hominem plantam esse docuit, quae ita rescit, prout organisatio ejus postulat, alias eum machinae assimilans, quae non movetur, nisi causa motus acceat, qui proinde cum interitu machinae etiam vivere desiit, virtutem porro et vitium nihil aliud esse contendebat [2], uam inanem sine mente sonum. 3) Claudius Adrianus Helvetius medici Parisiensis filius, gloriae et laudis cupiditate animatus, opus Montesquieui [3] „de spiritu legum", pro exemplari assumens, simile quid elaborare voluit, ideoque solitudinem anhelans ad bona recessit, bi in consortio familiae suae moratus totum se studiis deovit. Effectus laborum ejus erat opus: De spiritu [4], quo amen in opere cum spiritum seu animam hominis materiaom adstrueret, odium et Theologorum, et recte sentienum incurrit, ideoque primo in Angliam, indeque in Germaniam se recepit. In patriam tardius reversus vulgavit pus de homine [5], statuitque unice corporis organisationem, non vero animam humanam in causa esse, quod varas prae brutis praerogativas habeamus, ac virtutes moras vitia politica, virtutes vero politicas vitia moralia esse ocuit. Anno 1771. mortuus.

---

[1]) Alia ejus opera sunt: De cive Parisiis 1642. Historia eccles. carmine elegiaco concinnata 1688. qua biographiam propriam deduxit. Versiones Iliadis et Odysseae.

[2]) Opuscula ejus nota sunt: Historia animae Sermones de felicitate. Ars fruendi.

[3]) Montesquieu L'esprit des lois.

[4]) De l'esprit.

[5]) De l'homme.

§. 30.

Pantheistae.

Quamquam systemata gentilium, et philosophiae graecae olim pleraque pantheismo, qui unicam substantiam Dei seu Universi admittit, niterentur, pantheismi tamen auctor passim **Benedictus Spinoza** fuisse dicitur. Erat autem Judaeus Amstelodami anno 1682. natus, et nomine **Baruch** insignitus, quod tamen is in **Benedictum**, quin baptismum, aut Religionem Christianam amplecteretur, mutavit. Sententias revelationi oppositas in tractatu theologico-politico vulgavit, cui operi finem eum praefixit, ut ostenderet, in libera civitate cuivis liberum esse debere ea, quae ad libitum ejus sunt, non tantum cogitandi, sed etiam dicendi. Inter reliqua statuit doctrinas theoreticas prophetarum nos nullatenus obligare, spiritum sanctum, quo imbuti fuisse narrantur, solum praestantiores eorum dotes designare, omnia, quae in scripturis sacris supra leges naturae leguntur, per impios homines inserta fuisse, apostolos prophetis inferiores naturales solum de religione notitias docuisse. Unicam porro substantiam existere docet [1]), hancque ipsum Deum esse, qui infinitam extensionem, et infinitam vim cogitandi possidet, cunctasque res in hoc mundo existentes nihil aliud esse, quam ejusdem substantiae modificationes, proinde Universum (materia) Deus est, et vicissim. Systema **Spinozae** adoptarunt **Lucas** medicus Hagensis, **Abraham Kuffelaer**, jurisconsultus Ultrajectensis, aliique, quin tamen sententias suas scriptis vulgassent. Plus his pantheismum vulgavit **Joannes Tolandus** Hibernus in Religione Catholica educatus, sed anno 16. aetatis suae protestantismo adscriptus, qui postquam munus quodpiam altius in republica obtinere frustra tentasset, et male institutis rei familiaris negotiis ad incitas redactus fuisset, operum editione semet sustentare conatus, diversissimas Europae provincias oberrabat, et mentis suae producta orbi propinabat. Is primum contendebat in Scriptura S. nihil reperiri, quod supra intellectum humanum es-

---

[1]) In Ethica more geometrico demonstrata, quod opus posthumum est.

set [1], authentiam librorum novi foederis in dubium vocabat, Religionem Christianam velut superstitionem explodens [2], Moysem pantheismo addictum fuisse, evangelium quodpiam Barnabae subtrusum, a canonicis Evangeliis longe diversum, doctrina veterum Nazaraeorum et Ebionitarum refertum, velut genuinam Christi doctrinam proponebat [3], tandem Deum dicebat esse universum, et vicissim. Propter doctrinam suam tantis Anglorum insultibus exponebatur, ut ab his nonnisi morte anno 1722. liberaretur [4]. De pantheistis aevi nostri, siquidem hi non pantheismum substantiae, sed solum conceptus doceant [5], tardius ubi de philosophia locuturus sum, mentionem faciam.

§. 31.

Athei.

Athei, seu qui Deum existere quoquomodo negant, inter veteres Christianos nulli reperiuntur, inter recentiores, speciatim hujus periodi Christianos atheismi incusantur: 1) Petrus Pomponazzius Italus, qui Pataviae, et in aliis patriae urbibus philosophiam docuit, et in scriptis suis [6] Dei existentiam et providentiam, animae immortalitatem, ejusque libertatem impugnavit. Ecclesiam insuper explosit, cum propositiones suas ejus judicio substernendas jactitaret. Ceterum circa finem vitae sententias suas retractasse, et in communione Ecclesiae anno 1525. mortuus fuisse refertur. 2) Stephanus Doletus, natione Gallus, penes typographiae artem Rhetoricae et Poesi operam navans, propter sententias suas Parisiis captus, et toties carceribus mancipatus, ut Franciscus Floridus carcerem Doleti patriam esse dixerit. Cum perversam doctrinam suam mutare detrectaret, anno 1646. velut atheus

---

[1] Toland in religione non mysteriosa.
[2] In Adisidaemone sive Tito Livio a superstitione vindicato.
[3] In opere: Nazarenus seu Christianismus Judaicus, Ethnicus et Muhamedanus.
[4] V. Joannis Toland Pantheisticum anno 1720.
[5] Dr. Scharpff Vorlesungen über die neueste Kirchengesch. Freiburg. 1850. 1. Heft. S. 110....
[6] Petrus Pomponazzi de animae immortalitate, de fato, libero arbitrio, de praedestinatione et providentia divina.

concrematus est. 3) Cosmus Ruggierus Florentinus, qui a Catharina Medicea regina Galliae velut astrologus in aulam vocatus, et abbatia donatus, sed postea propter sententias suas persecutiones non paucas perpessus est, cumque atheismum in articulo mortis etiam profiteretur, sepultura ecclesiastica caruit. Anno 1615. mortuus. 4) Lucilius Vanini, alias ut vocari amabat, Julius Caesar Taurisani in regno Neapolitano natus, Petri Pomponazzi discipulus, qui pluribus itineribus per Germaniam, Bohemiam et Hollandiam susceptis, tandem Genevae semet instructionibus intertenuit, hinc propter sententias proscriptus, in Angliam trajecit, ubi eadem ex causa carceribus mancipatus, inde libertati restitutus, Lugdunum petiit, in cunctis tamen his locis propter perversas sententias subsumtus est, cumque in operibus suis [1]) atheismum profiteretur, Lugduno abire coactus, Tolossae professoris Medicae, Philosophiae et Theologiae cathedram obtinuit. Verum et hic atheismi accusatus per jurisdictionem civilem ad mortem in flammis subeundam condemnatus est. In operibus ejus varia continentur, quibus non saltem religionis revelatae, verum et naturalis principia convelluntur, sed etiam fanatismi aetatis testimonia clarissima perhibent, uti dum Religionem Christianam a concursu Jovis et Solis derivat, dum omnia miracula Christi ex magia, aut phantasia validiori hominum explicanda narrat et similia. Bayle et Voltaire eum vindiciis honorarunt. Vid. Leben, Schicksale, Geist, Character und Meinungen des Lucilio Vanini von W. D. F. Leipzig 1800.

PARS SECUNDA.

Historia Status interni Ecclesiae Christianae.

Caput I.

De Gubernatione Ecclesiae et Hierarchia Ecclesiastica.

§. 32.

Pontificis Romani potestas.

Primatum Pontificis Romani ab universa Ecclesia hac

---

1) Architheatrum providentiae Lugd. 1615. item de admirandis naturae, reginae, deaeque mortalium arcanis libri quatuor Parisiis 1616.

quoque periodo agnitum fuisse adeo certum est, ut in hanc rem, quae in Jure Canonico ex professo pertractatur, uberius indagare superfluum censeam, ideoque potestatis ejus extensionem tantum spectare velim. De hac igitur notandum duas inter catholicos hujus periodi vigere sententias, aliis supremam potestatem ipsis conciliis superiorem Pontifici Romano tribuentibus, aliis limitatam ei potestatem adscribentibus. Priorem sententiam secutos fuisse Pontifices Romanos praeter alia ostendit historia concilii Tridentini. Esto enim patres concilii jus suum in decretis dogmaticis et canonibus libere exercuerint, in concilio tamen nihil propositum, quod non a Pontifice prius consulto adprobatum fuisset; praeterea pluribus decretis reformationem attinentibus clausula adjecta est: salva semper in omnibus Sedis Apostolicae auctoritate; porro Pontifex facultatem reformandi aulam suam concilio competere negavit, cumque nonnulli patrum opparent, tolli ea, quae liberum jurisdictionis episcopalis exercitium impediunt, Pontifex a legatis suis eatenus informatus rescripsit, se consentire, ut synodus decretum reformatorium eodem in merito conderet; proinde Pontifices potestatem suam supra concilium Tridentinum pro omni adjunctorum ratione defenderunt. Imo Paulus IV. Pontifex scripta, quibus suprema conciliorum oecumenicorum potestas propugnatur catalogo librorum prohibitorum inserenda esse statuit. Et merito; cum enim Ecclesia sine Pontifice, seu sine Capite, et Pontifex sine Ecclesia concipi nec possit, Pontifex autem nec Ecclesiam seu concilium quovis tempore convocare, nec dispersam Ecclesiam semper et illico audire possit, dicendum est, supremam potestatem Pontifici Romano competere. Accedit, quod plures catholici supremam potestatem ecclesiasticam concilio oecumenico superiorem, imo et infallibilem in rebus fidei et morum Pontifici Romano attribuant. Ex his notatu digniores sunt Augustinus Orsi et Hyacinthus Serry ex ord. praedicatorum, quorum primus irreformabile Romani Pontificis judicium in fidei controversiis contra clerum Gallicanum propugnavit [1]), ac ejusdem potestatem synodis

[1]) Jos. Aug. Orsi Dominicani de inreformabili Romani Pont. in definiend. fidei controv. advers. cleri Gallic. propos. anno 1739.

oecumenicis superiorem defendit [1]; alter autem id ipsum duplici dissertatione probare adnisus est, siquidem Romani Pontificis judicium in ferenda de rebus fidei et morum sententia falli, fallereque nescium tueatur, eumque auctoritate, potestate et jurisdictione supra concilium eminere contendat [2]. Sententiam hanc nostris quoque temporibus a Theologis quibusdam propugnari clarescit ex op. Die Apostolische Vollmacht des Papstes in Glaubensentscheidungen. Innsbruck 1841. von Fr. X. Weninger ord. Jesu. Quod et alii plures statuunt.

§. 33.

Libertates Ecclesiae Gallicanae.

Alteram de limitata Romani Pontificis potestate sententiam Galli potissimum defendebant, nam zelus, quo Philippus IV. Galliae rex Bonifacio VIII. restiterat, dependentia, cui Pontifices Avennione residentes obstricti erant, principia de superioritate conciliorum oecumenicorum supra Papam per Joannem Gerson, Petrum Alliacum et totam fere universitatem Parisiensem fortissime propugnata, deinde sanctio pragmatica a clero et senatu Gallicano strictissime observata, animos Gallorum contra illimitatam Pontificis Romani potestatem obfirmabant. Unde plurimi e clero, potior pars universitatis Parisiensis, ipsa Sorbona, praesertim vero senatus urbis regiae sententiam de limitata Pontificis Romani potestate strenue propugnabant. Praecipui jurisconsulti Galliae, qui hanc sententiam indeque deducta corollaria verbis et scriptis tuebantur, erant Petrus Pithoeus, in historia aeque ac jurisprudentia versatus advocatus Parisiensis, ab Henrico IV. in generalem procuratorem assumptus, et Petrus Puteanus (Du Puy), consiliarius regius, qui seculo XVII. commentario libertates Ecclesiae Gallicanae illustravit. Plerasque libertates has in juribus regiis circa saera fundabant. Verum libertates has sub Maria Medicaea regis vidua

---

1) Idem de Rom. Pontif. in synod. oecumenic. et canones potestate 1740.
2) Jacob. Serry de Romano Pontif. in ferendo de fide moribusque judicio fallere et falli nescio. Argumenta pro hac sententia adferri solita recenset Fr. Andr. Frey in Kritisch. Kommentar des Kirchen. Kitzingen 1823. edit. II. Tom. II. p. 137—204.

t Ludovici XIII. minoris filii nomine regno praefecta ardinales duo Joyeuse et du Perron, nec non alii lures etiam impugnarunt. Litibus pro et contra inde ortis ıla Gallica juribus in sanctione pragmatica sibi concessis ontenta Sedem Pontificiam venerabatur, Ecclesiae Gallianae libertatibus tunc solum insistens, dum aliis ex causis ontroversias Sedi Pontificiae moveret. Ita Ludovius XIV. rex Galliae propterea, quod Innocentius XI. ontifex contra jus regaliae a rege ultra justi limites extenım protestaretur, episcopos regni sui anno 1681. conregari, et declarationem de limitibus potestatis Pontificiae dere jussit. Episcopi regi parentes quatuor propositiones, uae libertatum Gallicanarum summam complectuntur, oncinnarunt sequentes: 1) Christus Petro ejusque ıccessoribus nullam potestatem secularem contulit. Hinc ges et principes qua tales nulli potestati ecclesiasticae ıbjiciuntur. 2) Pontifex conciliis oecumenicis juxta declaıtionem concilii Constantiensis subordinatus est. 3) Igitur otestas ejus ecclesiastica universalis Ecclesiae legibus liitata est, idemque statuta Ecclesiae Gallicanae revereaır oportet. 4) Ejus decreta fidem et mores attinentia omnes uidem fideles revereri tenentur, judicium attamen ejus non st irreformabile [1]. Declaratio haec tantum Pontificis Roıani resensum tulit, ut exemplar sibi transmissum publice ammis devoveret, et episcopos Galliae, licet sibi ignosci eterent, de infidelitate, et corruptione libertatis ecclesasticae, imo ipsius fidei, quae sine concordia cum capite cclesiae integra esse non possit, redargueret. Alexaner VIII. Pontifex prioris successor bulla anni 1691. easem propositiones pariter confixit. Et reipsa clerus Galliae ontificis monitis sapiens propositiones suas retractavit, axque inter Galliam et Sedem Romanam reducta est. Vid. öhler Geschichtl. Darstellung der vom Gallicanisch. Cleus abgefassten Artik. Koblenz 1816. Guarnacci vitae t res gestae Pontif. Rom. item Cardinalium a Clemente X. sque ad Clementem XII. Defensio declarat. cleri Gallicani e potestate ecclesiastica.

[1] Vid Preuves des libertés de l'eglise Gallicane. Traité des droits et de la liberté de l'eglise Gallicane.

§. 34.

Justini Febronii principia et fata.

Quamquam Pontifices Romani summo zelo novis Ecclesiae Gallicanae principiis nullo non tempore obstacula ponere pergerent, ea tamen plures ex Germanis asseclas nanciscebantur. Causam hujus praecipuam in Justini Febronii scriptis reperimus [1]. Is enim non solum infallibilitatem et superioritatem Romanorum Pontificum supra concilium oecumenicum impugnat, verum etiam omnem eorum potestatem ecclesiasticam dempta ea, quae ad unitatem Ecclesiae conservandam necessaria, primatuique essentialiter conjuncta est, velut accidentalem ex variis fontibus tardioribus, uti jurisdictione eorum patriarchali, spontanea causarum majorum ad illos restrictione, dominandi cupiditate, praesertim vero ex Isidori peccatoris decretalibus deducit; postea contendit potestatem clavium a Christo toti Ecclesiae collatam fuisse, quam haec per ministros, praesertim vero Romanum Pontificem exercet ita, ut hic toti eorum coetui subjectus sit; Ecclesiae primatum etiam alteri non vero soli Romano episcopatui adjungi posse; primatem nulla jurisdictione in Ecclesiam pollere, ac excommunicationes pontificias non fuisse legitimae jurisdictionis effectus; causas fidei nullatenus Pontifici deferendas, litesque ab eo decisas per concilia plane provincialia rursus discuti posse; denique Pontifici nec in fidei nec in disciplinae objectis jus competere leges pro Ecclesia ferendi. Librum autem suum ita concludit, ut cunctos populos Christianitatis ad Pontificis potestatem limitandam provocet, imo et media id effectuandi ipsis suadeat, nempe auxilia imperantium civilium, et adpellationes. Opus hoc Clemens XIII. Pontifex illico ut publicabatur, proscripsit, dato insuper episcopis Germaniae, nunciisque suis mandato, ut illud aeque supprimant, ac in auctorem, ubi detectus fuerit, severe

---

[1]) Sub nomine Justini Febronii latuit J. Nicolaus ab Hontheim suffraganeus Archiepiscopi Trevirensis qui anno 1763. Francofurti ad M. librum edidit hoc titulo: Justini Febronii jurisconsulti de statu Ecclesiae, et legitima potestate Romani Pontificis liber singularis ad reuniendos dissidentes in Religione Christianos compositus. Tardius in 4. Tom. Bullioni et Francof. editus.

ınimadvertant. Pius VI. Pontifex prioris successor etiam ›mni possibili modo principiis Febronii repagula ponere ;onabatur, ideoque monitis ejus inductus Archiepiscopus Trevirensis et alii Hontheimio tandem persuaserunt, ut ibrum suum revocaret, speciatimque propositiones in eo ;ontentas retractaret. Quo per eum praestito Pontifex summa cum laetitia retractationem ejus in solemni Cardinalium ;ollegio publicavit tanto magis, quod Febronius datis ıd omnes dioecesis Trevirensis ecclesias encyclicis decla-'averit, se mentem suam sincere, et serio retractasse.)uidcunque autem de mente Hontheimii tenendum sit, ;ertum est retractationem ejus parum profuisse, cum prin-;ipia ejus plures theologi et canonistae Catholici in Germania adoptaverint, sicque in scholis docuerint, imperan-es civiles iisdem semet adcomodaverint, ac ipsi congres-ıus Confluentiae et Emsiae ad sufferendas nunciaturas pon-ificias, et ad limitandam Pontificis Romani potestatem ser-rati [1]) inde fluxerint. Ceterum id tamen omnes fateri co-guntur, quod nemo catholicorum ipsum Pontificis Romani ›rimatum seu impugnaverit, seu repudiaverit. Nam Gallo-'um pauci, qui sub procella revolutionis imagini Pontificis ›ublice insultare, eamque flammis devovere non vereban-ur, prout et rectores reipublicae, qui in negotiis politi-;is ad Pium VI. Pontificem scribentes, eum saltem prin-;ipem et episcopum Romanum compellabant, non Catho-licae solum, sed omni religioni saltem Christianae nuncium niserant. Et profecto Romanum Pontificem velut totius Ec-;lesiae caput, ab ipsis plane schismaticis Ultrajectensibus ıgnitum fuisse historia illorum deinceps enarranda ostendit. Porro ab imperantibus non solum Catholicis sed etiam Pro-;estanticis publice et solemniter agnitum primatum vel illud ndicat, quod rem Catholicam suis in provinciis non propria auctoritate, aut conventione cum provinciali clero ce-lebrata, verum concordatis cum Romano Pontifice velut Primate totius Ecclesiae initis ordinaverint, hodiedumque ordinent. In quibus cunctis transactionibus nihil circa relationem Pontificis ad Ecclesiam, Clerum, vel Episcopos

[1]) Vid. Enchirid. nostrum Juris Ecclci. Tom. I. §. 197. p. 174 et seq. edit. 3. Poson. 1848.

immutatum reperitur, ac eoipso errores Febronii refelluntur. Imo concordatum cum rege Siciliae celebratum Pontifici Romano majores causas hodiedum reservat, et adpellationes libere admittit. Quod in aliis quoque provinciis pronunciata nostro praesertim aevo libertate Ecclesiae observari et Primati Ecclesiae competere nullum dubium. Vid. Enchirid. nostrum Juris Ecclci Tom. 1. §. 151. pag. 133 et s. edit. 3. Posonii 1848.

§. 35.

Controversia Pontificum cum Carolo I. et Philippo II. Hispaniae regibus.

Pontifices Romani non solum ecclesiasticis, verum etiam politicis collisionibus nonnunquam involuti, has non semper armis spiritualibus, sed civilibus quandoque dirimere cogebantur, utpote vel alios principes in auxilium suum vocando, vel eos aere parato et copiis adjuvando, vel denique litigantes immediate armis petendo. Ita cum Franciscus I. Galliae rex cum Carolo Hispaniae rege et imperatore bellum in Italia gereret, ob nimiam posterioris potentiam, praesertim cum etiam utriusque Siciliae dominus esset, anxius Clemens VII. iterato foedus cum Gallis et Venetis pepigit, eisque milites suos contra imperatorem adjunxit. At copiae imperatoris feliciter pugnantes anno 1527. Romam usque penetrant, eamque vi superatam depopulantur, ac tantam ibi crudelitatem exercent, ut Cardinales Carolo ipsi adhaerentes injuriis afficerent. Hoc audito imperator solemniter testatus ea cuncta praeter voluntatem suam acta esse, utque fidem verbis suis conciliaret, festivitates et spectacula, quae eodem tempore propter natum sibi primogenitum celebrabantur, interdixit. Verum his non obstantibus milites caesarei Pontificem in arce Angeli, quo refugium sumserat, septem mensibus obsidione cinxerunt, non prius eum dimittentes, quam petitam ab eis pecuniae summam deposuisset, cunctasque arces terrarum suarum caesari addixisset. Quamvis vero omnia haec satis acerbum vulnus Clementi VII. infligerent, nullas tamen censuras ecclesiasticas Carolo intentavit, verum potius secessione a confoederatis facta, distinctam cum eo pacem

Barcinonae celebravit, quae ut eo firmior persisteret, nuptiae inter Pontificis et Caroli cognatos decernebantur. Post quae peracta Carolus Romae paulo tardius a Clemente VII. Pontifice corona imperiali cinctus est [1]). Carolus anno 1556. viribus fractus filio suo Philippo II. haereditarias Hispaniae ditiones assignavit. Verum Paulus IV. Pontifex in utramque Siciliam jus formans eam inter se et Galliae regis filium dividere meditabatur eo, quod Philippus cum familia Columnarum Pontifici insidias struente communem causam ageret. Et reipsa Pontifex societatem armorum cum Gallis pactus copias in Hispaniam proficisci jubet. Sed etiam Philippus exquisitis theologorum sententiis, de actibus contra Pontificem suscipi queuntibus, nihil moratus Pontificis copiis suas opposuit dato mandato, ut etiam ipsum statum pontificium invaderent. Res e votis cessit, nam copiae Philippi intra breve tempus et magnam partem ditionum pontificiarum occuparunt, et auxiliares Gallorum copias ad fanum S. Quintini anno 1556. clade affecerunt [2]). Quare metuens Pontifex ne Hispani etiam Romanam civitatem in suam potestatem redigant, ipse pacem petiit, eamque anno insequente ea sub conditione obtinuit, ut relicto Gallorum foedere antiquam cum Hispanis amicitiam renovaret, quo sancito loca etiam tempore belli amissa Pontifici restituta sunt, dirutis attamen munimentis. Vid. Panvini vita Pauli IV. Pontificis.

§. 36.

Controversia Pauli V. cum republica Veneta.

Cum Pontifices Romani immunitates ecclesiasticas quavis occasione tueri, alii vero eas infringere conarentur, mirum non est collisiones inter sacerdotium et imperium frequentius exortas fuisse. Inter has ea praesertim notari meretur, quae inter Paulum V. Pontificem et rempublicam Venetam obtinuit. Cum nempe anno 1603. eadem respublica statueret, ne quis sine praevio senatus indultu novas ecclesias, monasteria, aut alia aedificia ecclesiastica eri-

---

[1]) Guicciardini Historiar. sui tempor. lib. XV. et seq.
[2]) Gianone Gesch. des Königr. Neapel.

geret, societates spirituales fundaret, bona immobilia clero venderet, donaret, aut medio testamenti legaret, praeterea nonnullos e clero propter excessus ad carceres detruderet, Paulus V. Pontifex super his velut libertatis ecclesiasticae et immunitatis clericorum laesionibus querelam ad senatum Venetum expedivit, petiitque, ut is praedicta statuta revocaret, et clericos e carcere dimissos sibi traderet. Verum senatu jura sua per legatum defendente Pontifex senatum rursus et quidem sub interminatione excommunicationis provocavit, ut cuncta facta sua revocaret. At senatus exquisitis jurisconsultorum Italicorum, Gallicorum et Hispanicorum consiliis in sententia sua firmus perstitit, et justitiam legum suarum rursus propugnavit. Quare Pontifex post renovatam admonitionem anno 1606. sententiam adversus rempublicam scripto publicavit, totumque senatum una cum praeside, et omnibus adhaerentibus anathemate percussit, cunctis bonis et privilegiis a Romana aliisque ecclesiis acceptis exuit, toti reipublicae interdictum minatus, si expectationi Sedis Apostolicae non responderet. Sed nec his mutatus senatus decretum publicavit, ne ullus infundatae excommunicationis sententiae pareret [1]. Multis e clero senatui parentibus alii uti Jesuitae, Theatini, et Capucini e patria excedere maluerunt, quam votis Pontificis non deferre. Cum tamen et populus reipublicae partes amplecteretur, tranquillitas publica nullatenus turbabatur. Pontifex Hispanorum viribus confisus jam militares copias contra rempublicam mittere parabat, verum Hispanis subsidium promissum non mittentibus pacem inivit [2], quae anno 1607. per intercessionem Cardinalis Joyeuse legati Gallici reapse ita confecta est, ut Pontifice censuras contra Venetos revocaret, senatus clericos carceribus mancipatos resignaret, reipublicae tamen jura salva linquerentur. Monachis ob interdictum e patria egressis in claustra sua redire permissis, soli Jesuitae e jure hoc excludebantur, quos senatus ea ex causa recipere tardabat, quod illi durante exilio suo contra rempublicam nonnulla egisse di-

---

[1] Thuanus histor. libr. 137.
[2] Paolo Sarpi istoria particolare delle cose passate tra il Pontefice Paolo V. et la republica di Venetia.

cerentur. Tardius tamen et illis reditus admissus est. Vid. Brovii Paulus V. Burghesius Romae 1624. Andreas Mauroceni in Histor. Ven. libr. XVII.

§. 37.

Lis Alexandri VII. et Innocentii XI. cum Ludovico XIV. Galliae rege.

Primae liti occasionem dedit Ludovici XIV. ad aulam Romanam legatus, qui erga Alexandri VII. Pontificis cognatos insolentem se exhibuit, et milites Gallos ad legationem constitutos horumque duces exemplo suo adeo petulantes reddidit, ut praetorianis Pontificis, natione Corsis, varia ratione insultarent, diversas injurias, ac tandem anno 1662. etiam mortem uni eorum inferrent. Audacia hac indignati milites pontificii ante palatium legati convolant, et Gallos adgressi tanta strage se vindicant, ut plures vitam amitterent, ipsumque currum, in quo legati uxor vehebatur, sclopetis impeterent adeo, ut ea mortis periculum vix evaserit. Quare legatus Galliae illico in patriam reversus, totam seditionem regi suo detexit, Pontificis cognatis eam adscribens. Rex ad hoc pariter nuncium Pontificis e regno dimisit, gravissimam ab eo satisfactionem postulans. Cum vero hanc non sufficientem obtineret, Avennionem copiis militaribus subjugat, alia parte militiae Romam dimissa. His territus Pontifex nulla ex parte subsidium sperans, anno tandem insequente petitis Ludovici XIV. satisfecit. Nempe Pontificis frater scripto ad honorem fassus est, se nullas insultus in Gallos facti, partes habuisse; Pontificis autem nepos Parisios profectus, coram rege ipso testimonium perhibuit, totam familiam suam venia indignam fore, si ad injuriam Gallis illatam quacunque demum ratione influxisset; tertius autem Pontificis cognatus revertenti Romam legato ad limites status pontificii obviam processit, eumque salutavit. Exigebatur praeterea, ut Corsi e servitio praetoriano dimitterentur, erecto ante locum domicilii lapide causam dimissionis sculptis literis perhibente, denique ut Pontifex toti nationi Corsicae stipendia consueta ab hoc tempore subtraheret. His cunctis in effectum deductis Ludovicus rex Pontifici reconciliatus Avennionem resti-

tuit [1]). Idem rex etiam cum Innocentio XI. Pontifice litem habuit. Cum enim Pontifex abusum, quo imperantium Catholicorum legati Romae habitantes malefactoribus non solum in palatiis suis, verum etiam in horum ambitu saepe cum maximo securitatis publicae et civitatis detrimento asylum concedere solebant, cum consensu regum, solo Ludovico XIV. renitente abrogaret, idem Ludovicus rex legato suo anno 1687. Romam misso, mille militum copiam adjunxit eo fine, quo is totam urbis partem, qua jus asyli Gallici extendebatur, occuparet. Verum Pontifex legatum Galliae non acceptavit, imo nec ad conspectum admisit, Cardinalibus, aliisque nobilibus conversationem cum eodem prohibens, ecclesiam S. Ludovici Gallis Romae propriam interdicto subjiciens, generaleque interdictum erga legatum observari jubens [2]). Haec tamen cuncta Ludovicum adeo exacerbarunt, ut Avennionem illico armis novitus occupaverit, et nuncium a Pontifice Parisiis revocatum militari brachio detentum, nulla ratione dimiserit. Rebus hoc in dubio statu persistentibus Innocentius XI. anno 1689. moritur. Ejus tamen successor Alexander VIII. Gallis favens amicitiam regis impetravit, eumque placido agendi modo ita devincire scivit, ut et privilegio asyli renunciaret, et Avennionem restitueret, sicque pax inter caput Ecclesiae et imperantem Galliae renovata est. Vid. Guicciardi Histor. sui tempor. lib. 15. et seq. Le Bret Gesch. von Italien.

§. 38.

Dissidium inter Clementem XI. et Josephum I. imperatorem.

Dissidium hoc propter laesionem immunitatum ecclesiasticarum enatum est. Austria nempe in bello propter successionem in Hispania contra Gallos excitato, jus suum defensura, anno 1706. copias militares ad ducatum Parmensem sibi foedere armorum junctum, pro hyeme disposuit, pluraque tributa et subsidia a foedere junctis exegit. Cum

---

[1]) Relation de tout ce, qui se passa entre le pape Alexandre et le roi de France. Cologne 1670.

[2]) Guarnacci vitae et res gestae Romanor. Pontif. item Leben Clemens XI.

vero clerus pari cum ceteris onere premeretur, Pontifex tenore bullae Coena Domini pactum ducis Parmensis, quo se conjunctis etiam ecclesiasticis ad subsidia et tributa praestanda obligaverat, irritum esse declaravit, eo ex fundamento, quod illud cum immunitatibus ecclesiasticis pugnaret. At Josephus imperator adeo parum curavit exceptionem Pontificis Romani, ut cum hic Philippum Andegavensem pro rege Hispaniae agnovisset, anno insequente exercitum suum etiam ad statum pontificium intrare, ibidemque tributa exigere juberet. Alias copias intra breve tempus per terras pontificias, quibus nihil parcebat, ad regnum Neapolitanum disposuit, et tam hic, quam in ducatu Mediolanensi per caesareos pariter subjugato, omnem communicationem cum subditis pontificiis sustulit, pecunias a clero earum ditionum quotannis Romam mitti solitas, retinuit, omnium rerum commercium cum statu pontificio prohibens. Porro Imperator Pontificis urbem maritimam Comacium velut antiquum feudum imperii sibi subjecit, literisque typo expressis et bullam Pontificis, qua foedus cum duce Parmensi invalidum declaraverat, refutavit, et omne jus feudale sa Sede Romana in ducatus Parmae et Placentiae praetensum denegavit, ostendens urbes has non secus ac Comacium ad feuda imperii spectare, imo Pontificis jus in ipsam Romam controversum reddere conatus est. Verum nec Pontifex partibus suis defuit, sed jura sua contra praetensiones Imperatoris fortissime probare pergebat. Cum tamen nec querelae, nec monita Pontificis apud Imperatorem quidquam prodessent, is anno 1708. bullam gravissimis verbis conceptam edidit, in qua Imperatorem redarguit, excommunicationem, et copias militares ei intentans. Nec multo tardius agmen militum contra Austriacos ire jussit, verum infausto successu, cum undique retruderetur, quare Pontifex ubi hostis jam versus Romam tenderet anno 1709. ad pacem cum Imperatore celebrandam accessit, his sub conditionibus: 1) Ut Pontifex statum militiae suae ad eum numerum reduceret, qui tempore pacis esse solet. 2) Imperator copias suas e terris pontificiis educeret, ita tamen, ut in praesidio Comaciensi, et aliis in locis trium legationum septemtrionalium militia imperialis absque omni hosti-

litatis animo ad indeterminatuum tempus perseverare possit. 3) Utraque ex parte viri juris et diplomatiae periti deputentur, qui lites de Parma, Placentia et Comacio exortas deciderent, cuique suum tribuentes. V. Guarnacci vitae et res gestae Romanorum Pontific. Romae 1751. 2. vol. fol. item Leben Clemens XI.

§. 39.

Lites Pontificum cum Regibus utriusque Siciliae.

Sub eodem Clemente XI. Pontifice lites gravissimae de monarchia Siculica (cujus nomine jura regis Siciliae circa sacra exprimuntur) exortae, et post diuturnum tempus tandem in favorem Victoris Amadei regis decisae sunt. Cum nempe regis administri, qui jura ejus circa sacra exercebant, immunitates ecclesiasticas frequenter laederent, et in ipsos plane episcopos jura ecclesiarum defendentes animadverterent, monarchia Sicula clero gravis et valde onerosa erat. Dum autem magistratus Panormitanus per suos officiales anno 1715. de mercibus episcopi tributa praetenderet, ac reipsa desumeret, episcopus eum anathemate percussit, quia vero isthoc episcopi factum tribunal monarchiae Siculae improbabat, invalidum illud pronuncians, ac episcopum objurgans, hic etiam idem tribunal excommunicavit, imo totam dioecesim interdicto subjecit, Romamque se fuga salvavit. Verum nec tribunal rem totam frigide assumsit, sed clericis dioecesis Liparitanae interdictum observare vetuit, ac episcopum nisi intra defixum tempus in dioecesim rediret, officio suo exuendum esse declaravit. Pontifex cleri partes tuiturus et sententiam hanc invalidam, et jurisdictionem ecclesiasticam non secus ac immunitatem cleri in Sicilia vehementer laesam esse publicis literis edixit. Malum in dies augebatur, tribunali adversarios suos in carceres conjiciente, Pontifice infideles e clero excommunicante, aliis Siciliae dioecesibus numero quinque interdicto subjectis. Severitas tribunalis tantopere crevit, ut episcopi et reliqui de clero, qui partes Pontificis secuti interdictum observabant, muneribus et beneficiis privarentur, ad vincula exilium et verbera damnarentur. Quare Pontifex non solum in tribunalis praesidem et magistratuales sententiam excom-

municationis dictavit, sed etiam ipsam monarchiam Siculam abrogavit. Hinc plures adhuc clerici e Sicilia discedebant adeo, ut anno 1717. tres solum episcopi ibidem numerarentur, Romae autem circa tria millia e clero Siculo reperirentur [1]). Sub Carolo imperatore, ad quem Sicilia anno 1720. post mortem regis devoluta est, pax inita, censurae sublatae, et clerus Siciliae in integrum restitutus, at monarchia Sicula tantum sub Benedicto XIII. Pontifice, idque cum mutationibus quibusdam restituta est [2]). Ceterum vix fruebantur pace hac Siculi, cum novae lites in statu Neapolitano circa immunitates ecclesiasticas orirentur. Reges enim Siciliae immunitatem realem, localem et personalem varia ratione limitabant, jurisdictionem nuncii Apostolici Neapoli residentis restringentes, diversa jura intuitu ecclesiarum, monasteriorum sibi vindicantes, et literas pontificias solum penes adprobationem suam recipientes. Innovationes has Pontifex tam aegre tulit, ut Carolo Bourbonico regi plane investituram regni utriusque Siciliae conferre detrectaret, quare indignatus rex ad statum pontificium milites suos progredi, illiusque terras occupare jussit. Assultus tamen hos interrupit pax anno 1738. confecta, vi cujus Pontifex regem utraque Sicilia investivit, rex autem se vasallum Sedis Apostolicae declaravit, in cujus signum postea quovis anno designatum censum et asturconem (poroszka) Romam mittebat [3]). Cum vero alia quoque objecta relate ad statum Neapolitanum componenda essent, Benedictus XIV. anno 1741. novitus conventum cum rege Siciliae celebravit, in quo ante omnia immunitas realis, personalis, et localis accuratius descripta et decisum est, ut tribunal e praeside clerico et quatuor assessoribus, quorum duos aeque ex clero Pontifex, alios duos e statu civili Rex eligeret, fundetur, ejusque officium esset, determinatas causas assumere ac dirimere, item exactae observationi omnium quae in praedicto conventu definita sunt, intendere. Vid.

---

[1]) Guarnacci vitae et res gestae Rom. Pontif. Romae 1751. 2. vol. fol. item Leben Clemens XI.

[2]) Ibidem.

[3]) Guarnacci ibid. et Vater Anbau der neuesten Kirchengeschichte et C. de Cherrier Histoire de la lutte des Papes et des empereurs — de ses causes et de ses effets Paris 1841—1844. 3 Tom.

Act. hist. eccles. Tom. IV. p. 1508. et seq. item opm. Bened. XIV. edita ab Azevedo Romae 1747. 12. vol. 4. Vater Anbau der neuesten Kirchengesch. et C. de Cherrier Histoire de la lutte des Papes et des empereurs de la maison de Souabe et de ses causes et de ses effets Paris 1841—1844.

§. 40.

Dissidia inter Pontifices et Sardiniae principes.

Benedictus XIII. Pontifex etiam litibus, quae inter Sedem Apostolicam et reges Sardiniae a longo tempore jam vigebant, pluraque objecta complectebantur, amica conventione finem imposuit. Cum videlicet Victor Amadeus rex Siciliae futurus Sardiniae dominus prius quam vel hanc provinicam obtinuisset, episcopatus, abbatias et alia beneficia in omnibus tam actualibus, quam futuris terris conferendi jus sibi adtribueret, jusque hoc in bulla, quam Nicolaus V. Pontifex pro Ludovico antecessore suo expediverat, fundaret, Clemens XI. jus ad Sardiniam extendi non posse gravibus argumentis ostendit. Cum porro idem Victor Amadeus anno 1707. et singulos monachos, et integra monasteria facultate haereditatem adeundi privasset, nec non episcopos in exercenda jurisdictione seculari circumscripsisset, Pontifex administris illis, qui regi consilia haec suggesserant, graves poenas minatus est. Verum his graviores quoque dissensiones ibidem evenere, ita cum Victor Amadeus episcopum Novariensem propter excommunicationem in officiales regni pronunciatam anno 1717. sede exturbasset, Pontifex episcopum omni virium intensione defendit, imo nonnullos regis consiliarios, quod abbatiae cujusdam proventus rapuissent, communione ecclesiastica privavit; ita cum anno 1720. Victor Amadeus ad dominium Sardiniae perveniret, et Benedictus XIII. Pontifex insulam hanc ut feudum Ecclesiae Romanae spectans, homagium sibi praestari frustra praetenderet, is omnes episcopos non solum in Sardinia, sed in aliis quoque terris nominatos reprobavit, indeque factum, ut plures episcopatus et alia beneficia absque pastoribus relinquerentur. His aliisque litibus finem imponere volens Benedictus

XIII. Pontifex anno 1727. conventionem cum rege inivit, qua hunc in jure episcopos et abbates nominandi, ac alia n ditionibus suis vacantia beneficia conferendi ultro quoque confirmavit, praeterea privilegium a rege singulariter pro Sardinia petitum concessit, ut nempe nuncius pontificius in metropoli Thaurinensi degens post absolutum munus suum Romam semper Cardinalis dignitate ornatus rediret [1]). Verum hac quoque conventione per Clementem XII. Pontificem prioris successorem eo argumento rescissa, quod concessiones nimias, et tantum a paucis Cardinalibus ratas contineret, simultates rursus oriebantur. Tandem Benedictus XIV. Pontifex anno 1741. finem liti per id imposuit, quod regi jus episcopatus, abbatias et alia quaecunque beneficia in terris suis conferendi adjudicaverit, cuncta feuda pontificia in provinciis ejus existentia titulo vicariatus Sedis Apostolicae pro perpetuo concesserit eo solum adjecto, ut singulo anno calicem aureum mille aureos valentem camerae Apostolicae offerat. Vid. Guarnacci vitae et res gestae Romanor. Pontificum Romae 1751. vol. 2. fol. Bower Lebensgesch. der Päpste fortges. von Rambach.

§. 41.

Lites Pontificum cum Joanne V. Portugalliae Rege.

Joannes V. Portugalliae rex Sedem Apostolicam vi potius, quam libere ad id adegerat, ut cum nuncius pontificius ex aula sua peracto munere domum reverteretur, is eo ipso in Cardinalem denominaretur. Cum vero Vincentius Bicchius sub Clemente XI. Ulissiponae nuncium agens, eam vivendi rationem praeseferret, quae et muneri, et dignitati ejus propudiosa esset, rex Bicchium e regno suo avocari petiit, verum Pontifex voto regis non retulit, nuncium suum serio objurgasse contentus. Quod Clemens XI. Pontifex praestare noluit, id successor ejus Innocentius XIII. effectuavit, Bicchium illico revocare paratus. At rex simul postulavit, ut Pontifex rever-

[1]) Bower Lebensgesch. der Päpste fortgesetzt von Rambach. Guarnacci vitae et res gestae Romanor. Pontif. Romae. 1751. vol. 2. fol. Acta histor. eccles. nostri temporis.

tenti Bicchio juxta privilegium regni Cardinalitiam dignitatem conferret. Quod cum Pontifex tum ob suspectam viri vitam, tum ideo, quia privilegium isthoc Lusitaniae regi controvertebat, nullatenus facere vellet, rex Bicchium regno excedere, et nullatenus novum nuncium intrare permisit. Dissensiones hae, quoad vixit Pontifex componi nequibant. Cum porro Benedictus XIII. prioris successor ob resistentes Cardinales voluntati regis pariter subscribere non posset, rex vehementer indignatus omnes subditos suos Roma avocavit, et pontificios e regno suo exire jubens, omne commericum, et minimam etiam communionem inter suas et pontificias terras sustulit. Imo anno 1729. ultro progressus pias fundationes, subsidia, et eleemosynas, quas nonnullae ecclesiae et monasteria Romana e liberalitate Portugallorum obtinebant, subtraxit, et dispensationes in quibusdam matrimonii impedimentis a Sede Pontificia deinceps peti prohibuit. Quas altercationes et vexas ut tandem removeret Clemens XII. prioris successor, pacemque et harmoniam inter sacerdotium et imperium civile reduceret, voluntati regis subscripsit. A quo tempore nuncius quivis ex aula Lusitanica post absolutum munus in Italiam reversus pileo cardinalitio condecorari solet. Vid. Viriathus und die Lusitanier von Dr. Becker Altona 1826.

§. 42.

Collisio inter Benedictum XIV. ac Venetos et inter Clementem XIII. et Genuenses.

Quemadmodum Paulo V. Pontifici propter laesas immunitates ecclesiasticas (§. 36.), ita et Benedicto XIV. Pontifici ingrata necessitas posita est cum republica Veneta controversiam agitandi. Causa hujus erat, quod senatus Venetus anno 1754. prohibuerit, ne litterae pontificiae acceptentur, aut executioni mandentur prius, quam eae ab ipso senatu signentur. Praeterea interdixerat senatus, ne ullus deinceps alias indulgentias, privilegia altarium, dispensationes aut concessiones a Pontifice petere et accipere auderet, quam tales, quas ipse senatus sub certis conditionibus speciatim expresserat. Decretum isthoc exercitio potestatis papalis limites ponens Benedicto XIV. vehementer dis-

plicuit, quare omni possibili modo apud senatum reipublicae egit, ut decretum suum revocaret, verum frustra, nihil enim aliud ab illo impetrare potuit, quam contestationem, senatum nunquam eo extendisse consilia sua, ut potestas pontificia ab auctoritate patriarchae Veneti, aut vero regiminis civilis dependens reddatur. Unde Benedictus XIV. Pontifex cum alia media arripere consultum non videret, communionem quaestus et commercii saltem cum subditis Venetis circumscripsit, eorum mercibus majora vectigalia imponere contentus [1]. Attamen Clemens XIII. prioris successor patria Venetus revocationem praedicti decreti veut gratiam ex reverentia erga Sedem Apostolicam petens, quam reapse obtinuit. Verum tanto duriora idem Clemens Pontifex ab aliis imperantibus toleranda habuit. Ita dum anno 1750. Pascalis Paoli Corsorum contra rempublicam Genuensium rebellium dux peteret ab illo episcopum, qui ecclesias insulae Corsicae visitaret, episcopatuum praesule destitutorum curam spiritualem susciperet, et monachos excedentes ad regulas instituti revocaret, ac Pontifex requisito quidem, sed non obtento reipublicae Genuensis consensu votis ejus deferendum ratus, episcopum eorsum mitteret, Genuenses praedictum episcopum omni ratione ab insula Corsica arcere volentes, publico decreto magnum pretium defixerunt illis, qui eundem interceptum reipublicae resignarent. Imo duas naves fine eo exmiserunt, quo illum quaqua demum ratione in suam potestatem redigerent, sed frustra, is enim omnibus insidiis feliciter ereptus, Corsicam attigit, pluribus annis spirituali cum solatio munus apostolicum ibidem executus. Pontifex intellectis iis, quae respublica Genuensis contra praelatum Ecclesiae decreverat, nimiopere contristatus est, ideoque cuncta ejus decreta veut libertati ecclesiasticae et dignitati episcoporum injuriosa condemnavit, distinctis literis rempublicam objurgans, quod contra Ecclesiae praesulem velut contra piratam processerit. Verum et illa partes suas tueri conata, literis pontificiis ar-

[1]) Le Bret Staatsgesch. der Republik Venedig 3. Th. Daru Histoire de la republ. de Venise 7 Tom. Paris 1819. La Baume Histoire de la republ. 2. Tom. Paris 1810. Tentori saggio sulla storia di Venezia Venet. 1785—90. 12 Tom.

gumenta sua opposuit, nec prius, quam ubi visitator apostolicus Corsica excessisset, pacem inire voluit. Vid. Klausing historia controversiae recentissimae inter Pontificem Romanum et rempublicam Genuens. Lipsiae.

§. 43.

Lis Clementis XIII. cum Josepho I. Lusitaniae rege et cum duce Parmensi.

Collisio inter Clementem XIII. Pontificem et Josephum I. Lusitaniae Regem sic narratur. Cum nuncius pontificius Ulissiponae residens, expulsionem Jesuitarum in aula Lusitaniae propositam non probaret, Rex a Pontifice postulavit, ut nuncium suum revocaret. Quamvis autem Pontifex de intentione Regis edoctus, legatum suum non illico revocaret, Rex eundem officio suo excidisse declarat. Cum porro interea eveniret, ut nuncio extra officium per regem posito, sed Ulissiponae adhuc morante, ceteri extraneorum principum legati occasione festivitatis cujusdam aulicae palatia sua illuminarent, nuncius autem apostolicus et a rege pro tali non amplius agnitus et nulla eatenus provocatione attentus redditus, idem non faceret, rex ob hoc nuncii factum indignatus, eum per milites e regno suo educi, legatum vero suum, non secus ac omnes subditos Roma domum redire jussit, et subditis pontificiis cunctis e Lusitania dimissis, omnem communionem cum Romanis interdixit, nullas inde merces in regnum suum invehi passus, imo clericis aeque ac laicis prohibuit, ne sine licentia ex parte gubernii obtenta ullus dispensationes, privilegia aut concessiones Roma impetrare, neve pecuniam ad aulam pontificiam ullo sub praetextu mittere auderent. His quidem satis pressus jam videbatur Clemens XIII. Pontifex, verum adhuc graviora expertus est, cum ducem Parmensem propter injurias immunitatibus ecclesiasticis illatas, communione Ecclesiae privasset. Dux nempe anno 1764. legem tulit: 1) Ne ullus ecclesiis aut monasteriis plus quam vigesimam suae substantiae partem testamento legare possit. 2) Quivis antequam professionem religiosam in ordine quopiam eliceret, documento publico cunctis bonis suis temporalibus se abdicare teneatur. 3) Omnes fundi, qui prius

neribus publicis, uti tributis aut subsidiis suberant, etiam um ad manus cleri pertingerent, iisdem subjecti persistant. ontifex audito hoc ducem ad legem suam revocandam horbatur, cum vero incassum ageret, eam vulgatis anno 768. literis invalidam declaravit; Parmenses utpote suremo Sedis Apostolicae dominio subordinatos a vinculo bedientiae, quo illi obstringebantur, absolvit, et ducem, mnesque ejus consiliarios, qui in condenda lege partes abuerant, vinculo excommunicationis innodavit. Literae ae Pontificis nonnullos quidem motus in ducatu Parmensi ausarunt, verum dux e familia Bourbonicorum principum rtus, horum auxilio adjutus legem suam porro quoque ustentavit. Cumque Pontifex a dynastiis Bourbonicis inerpellatus literas suas revocare nollet, Galli Avennionem, Teapolitani Beneventum et Pontemcurvum militari manu ccuparunt. Utrique huic liti adeo immersus erat Clemens XIII. ut nullius finem superviveret, sed successori uo terminandas relinqueret. Et profecto Clemens XIV. jus successor primam illico litem componere volens, eo isposuit Josephum regem ut Mariam Franciscam liam regni haeredem ad pacem ineundam cum sede pontiicia obstringeret. Haec votis utriusque respondens Pomalium primum regni administrum, velut omnium dissenionum auctorem praecipuum [1]) e servitio suo dimisit, ac uncio apostolico omnem jurisdictionem et privilegia a atre ademta plene restituit [2]). Secundam attamen litem on prius componere potuit Clemens XIV. quam postuam literas praedecessoris sui contra ducem Parmensem ditas, sustulisset, ac societatem Jesu abrogasset. His enim olum praestitis Pontifex amissas civitates recipere potuit. '. Nova Acta historiae eccles. 4. Tom. Schlegel Kirheng. des 18. Jahrh. Acta hist. nostri temp. I. p. 145. et seq.

§. 44.

Controversiae Clementis XIII. et Pii VI. cum regibus utriusque Siciliae.

Sedes Romana non solum antiquitus sed etiam tardius

[1]) L'administration de Mr. Pombal. Amsterd. 1789. 4. volum.
[2]) Sammlung der neuesten Schriften, welche die Jesuiten in Portugal betreffen 3. und 4. Band.

sub Clemente XIII. et Pio VI. Pontificibus controversias de diversis rebus cum regibus utriusque Siciliae superandas habuit. Harum auctor praecipuus erat Tanuccius, qui regnante Carolo Bourbonico ad regni administrationem assumptus, et postquam Carolus etiam Hispaniam obtinuisset, primarii administri munere in utraque Sicilia ornatus est. Hic sub Ferdinando minorenni filio et successore Caroli illimitatam exercebat potestatem, ac eadem fere principia, quae collegae ipsius in Lusitania, Hispania et Gallia secutus, jurisdictionem, et emolumenta Sedis Romanae quantum in viribus erat, limitare pergebat, juvenem regem pro suis partibus facile lucratus. Quare: 1) Decretum edidit, ut tam episcopos, quam abbates aliosque per regnum beneficiatos non Pontifex, sed Rex auctoritate sua nominaret. 2) Ut omnes fine concessionum aut dispensationum in matrimonialibus non ad Pontificem, sed ad episcopos proprios recurrant. 3) Intercalares vacantium beneficiorem proventus deinceps non Pontifici Romano, sed pauperibus regni adjudicentur. 4) Census vasallici et asturconis oblatio, deinceps cesset. Hanc jurium suorum laesionem Pius VI. Pontifex, qui anno 1775. Ecclesiae praefuit, indifferenti animo nullatenus spectare poterat. Non tamen alia ad defendendum jus suum arma, quam querimonias, adhortationes, protestationes et scripto editas juris sui defensiones adhibebat. Unum tamen remedium, quod e natura litis sequi videbatur, adhuc tentabat, nempe episcopis a rege denominatis confirmationem denegabat. Ceterum cum et rex denominatos praesules haud acceptaret, accidit, ut nonnunquam etiam 50 episcopatus et ultra pastoribus destituerentur. Anno 1786. Pontifex Neapolim legatos iterato mittens controversiam quidem componere conabatur, sed irrito labore, donec tandem quadriennio tardius ad tractandum promtior redditus rex conventionem cum aula Romana inivisset talem, ut deinceps Rex a vasalli pontificii conditione liber declaratus, non amplius censum consuetum nec asturconem quotannis Pontifici praestaret, sed horum loco quivis rex cum initio regiminis sui 500 millia scutatorum velut pium munus Petro Apostolo oblatum Romam mittat; porro episcopis, abbatibus, aliisque clericis

rursus liberum sit ad Sedem Romanam pro concessionibus recurrere, denique minora beneficia solus Pontifex conferret, ad episcopatus autem unum e tribus a rege proponendis eligeret. Quae conventio relate ad postremum punctum anno insequente, ubi rex Vienna redux Romae aliquot diebus moraretur, sic mutata est, ut Pontifex regi nominationem omnium episcoporum, aliorumque beneficiatorum bonis immobilibus provisorum cederet eo pacto, quo is singulo anno 70 millia scutatorum Pontifici ad intertentionem Cardinalium, aliorumque Neapolitanorum praelatorum Romae habitantium solvere teneatur [1]. Cuncta haec pacta tempore Napoleonis ejusque adhaerentium nihili aestimabantur, donec Siciliae regno diversis fatis, quae sub rege Murat cliente Napoleonis patiebatur, feliciter erepto, et Ferdinando I. legitimo principi restituto, Pius VII. Pontifex anno 1818. cum hoc novum concordatum celebrans, relationem Ecclesiae adhuc pressius determinasset. Ejus praecipua puncta sunt: 1) In regno utriusque Siciliae sola et unica Religio Catholica admittatur. 2) Abbatias et canonicatus liberae collationis primis sex anni mensibus Pontifex Romanus, aliis Ordinarius conferat; primo capitularium dignitario semper a Pontificis denominatione pendente. 3) Jurisdictio episcoporum libera, ac tam illis, quam fidelibus facultas a Pontifice gratias petendi concessa sit. 4) Regi jus episcopos et archiepiscopos per totum regnum nominandi relictum. 5) Cuivis autem Ordinario non minus quam trium millium ducatorum proventus in fundis immobilibus assignentur. Reliquis autem pactis in quantum huic concordato non adversantur, in vigore suo persistentibus. Vid. Neueste Gesch. der Kirche Christi als Fortsetzung des Berault-Bercastel Tom. 6. p. 758. et seq. numero 221. et seq. Augsburg. 1836. Conf. C. de Cherrier Histoire de la lutte des Papes et des empereurs de la maison de Souabe, de ses causes etc. Paris 1841—1844.

---

[1]) Leben und Regierungsgesch. Pius VI. Cesena 1781. 6. B. P. Ph. Wolf Gesch. der Röm. kathol. Kirche unter der Regierung Pius VI. Zürich 1793. 4. Leipz. 1802. 7 Bde. Pezzl. Gesch. Pius VI. Wien 1799. G. F. Bourgoing memoires histor. et philos. sur Pie VI. et son pontif. 2. T. Pius VI. und sein Pontificat.

§. 45.

Pius VII. instaurato cultu Divino moritur.

Pius VII. Pontifex post restitutionem (§. 25.) suam nihil magis cordi sumsit, quam turbatum in tota fere Europa ordinem Ecclesiae Catholicae reducere. Quare concordata cum plerisque Europae principibus circa liberum Religionis Catholicae exercitium, ejusque cultum, circa electiones et provisiones ecclesiarum non minus, quam earum et beneficiatorum dotationem olim inita vel confirmavit, vel nova pepigit, ordines religiosos et nunciaturas abolitas restituit, omniaque florem cultus Catholici, fidem et pietatem promoventia ordinavit. Ita cum aula Gallica anno 1817. novum concordatum inivit, quo 1) concordatum a Leone X. Pontifice cum Francisco I. Galliae rege celebratum, renovavit, sicque 2) illud, quod a Napoleone anno 1801, qua reipublicae consule extortum, item cunctas leges turbulentis temporibus absque consensu Pontificis circa ecclesiam Galliae latas, sustulit. 3) Varia circa novam erectionem, circumscriptionem, dotationem dioecesium, suppressionem aut limitationem veterum abbatiarum constituta sunt [1]). Idem cum rege Bavariae Maximiliano fecit, qui rex celeberrimas olim Bavariae ecclesias ad pristinum florem celebrato concordato elevari permisit; Religioni Catholicae cunctis juribus et praerogativis per totum regnum addictis, quibus eam ex institutione divina et sacris canonibus gaudere convenit. Ut adeo Pontifex regnum Bavariae in duos archiepiscopatus Monachio-Frisingensem et Bambergensem respectivis suffraganeis, capitulis, et seminariis cleri junioris provisos diviserit, regi et successoribus ejus nominationis, sibi autem confirmationis jure servato [2]). Non absimiliter Pontifex instauravit Ecclesiam Catholicam in Borussia, cujus deputatus anno 1821. die 25. Martii Romae regis Gullelmi III. nomine

---

[1]) Berault-Bercastel's Fortsetzung, oder die neueste Geschichte der Kirche Christi Augsburg 1836. S. 716—720. Num. 195.

[2]) Reliqua puncta legantur in Berault-Bercastel's Fortsetzung. Tom. 6. p. 742—747. Nro. 211. Cf. Hoeninghaus Gegenwärtig. Bestand der Römisch. kath. Kirche p. 162—169. Aschaffenb. 1836.

conventionem cum Capite Ecclesiae inivit [1]; vi cujus liberum Religionis Catholicae exercitium per totum regnum Borussiae conceditur, archiepiscopatu Coloniensi olim celeberrimo et tribus suffraganeis in occidentali, item Gnesio-Posnanensi pariter cum tribus suffraganeis in orientali regni parte instauratis. Cumque rex omnia conventionis puncta in bulla Pontificis enumerata confirmaret, ac necessarios fundos in dotationes ecclesiarum, capitulorum, seminariorum et parochiarum etiam assignaret, spes magna affulgebat fore, ut is exemplum Friderici II. regis celebrati secutus in medio protestantismi Ecclesiae Catholicae protectionem suam addicturus, eamque velut medium bonos patriae cives educandi juste promoturus sit, at qualiter expectationem fefellerit eventus ex §. 24. clarescit. Porro concordatum inivit cum Victore Emanuele Sardiniae rege, vi cujus plures episcopatus novi erecti et Vercellensis antiquissima ecclesia dignitate metropolitana ornata est [2]. Idem factum fuisse cum Ferdinando I. rege Siciliae, qui post tristem exitum regis Murat provinciis suis restitutus, rem religiosam per vicissitudines multas mutationes passam, restituere properabat, prout dictum (§. 44.). Non parum promovit rem Ecclesiae in monarchia Austriaca Pius VII. Pontifex, qui postquam Franciscus I. imperator Austriae et rex Hungariae cum conjuge sua anno 1819. Romam visitasset, cunctisque ceremoniis hebdomadae sanctae ad aedificationem populi fidelis interfuisset, jura episcoporum monarchiae confirmavit et ampliavit, imo Archiducem Rudolphum Archiepiscopum Olomucensem imperatoris fratrem sacro Cardinalium collegio adscripsit. Ita episcopatui Leopolitano dignitatem metropolitae in omnes Galliciae episcopos concessit, ac provinciis regni Lombardo-Venetiani et Istriae episcopum Venetiarum titulo Patriarchae ornatum praefecit. Postquam denique is turbas a factiosis carbonariis in Italia, et specialim in statu pontificio compositas prout et assultus in Hispania contra legitimum principem et ecclesiam factos, virtute

[1] Berault-Bercastel's Fortsetz. l. cit. p. 747—752.
[2] Berault-Bercastel l. cit. p. 755—757.

principis Engolismensis compressos vidisset, anno aerae vulgaris 1823 aetatis 81. vitam clausit is, quem non Catholici solum sed etiam Acatholici ob insignes, quas in cunctis vitae suae procellis explicuit virtutes, venerabantur. Rexit Ecclesiam annis 23 et ultra, ejusque regimen celeberrimis inclaruit factis, a quibus tamen fusius enarrandis temporis brevitate prohibemur. Vid. Simon vie politique et privée de Pie VII. Paris 1823. Guadet esquisses historiques et politiques sur le pape Pie VII. Paris 1824. Storia di pontificato die Pio VII. Venetiis 1815. 2. Tom.

§. 46.

Leo XII. Pius VIII. Gregorius XVI. Pius IX. Pontifices.

Pio VII. Pontifici in regenda ecclesia anno 1823. successit Leo XII. (Hanibal de la Genga) qui nobilitate stirpis suae condignis virtutibus instructus praedecessori suo monumentum magna pecuniae summa exurgere fecit, et plura tributa subditis ob temporis adjuncta prius imposita relaxans, omnem industriam suam inspectioni et subsidio nosocomiorum, hospitalium aliorumque misericordiae institutorum diligentissime impendit. Anno insequente periculosissimos duos Religionis Catholicae hostes nempe indifferentismum ac societates sic dictas biblicas a protestantibus fundatas [1]) encyclicis ad totius orbis Catholici episcopos datis, proscripsit, ac omnes verae fidei depositarios et fratres suos ad fortiter iis resistendum animavit. Eodem anno jubilaeum pridie Nativitatis Domini inchoandum, quod sub praedecessore illius ob turbas Gallicas emanserat, publicavit. Collegium Romanum novis cathedris auctum, musaea, bibliothecam, et speculam Astronomicam societati Jesu cum obligatione docendi restituit. Universitates quasdam scientiarum a sentibus indifferentismi, et materialismi perpurgavit, basilicam S. Pauli Romae flammis exustam subsidiis fidelium adjutus renovavit, novos episcopatus in Sardinia et Helvetia erexit, aut regulavit [2]), quod ipsum in regno Hanoverano et ducatu Badensi quoque praestitit [3]).

[1]) Vid. Institut. Hist. Ecclcae. per me Pestini 1841. editas Tom. IV. §. 18. p. 40. et s.
[2]) Berault-Bercastel's Fortsetzung T. 6. p. 793—810.
[3]) Berault-Bercastel's l. cit. p. 811—817.

Romae collegium Hibernicum Theologis formandis destinatum instauravit [1]). Obiit anno 1829. consummatus in brevi explevit tempore multa [2]). Successor ejus Pius VIII. (Castiglioni) intra mensem electus initium regiminis sui beneficentia erga pauperes insignivit, et praeter alia plura instituta summam notabilem in promotionem scientiarum et artium liberalium consecravit. Cum auspicio pontificatus sui Brevi apostolico indifferentiam in rebus fidei, societates biblicas, assultus contra Religionem et matrimonium potentissime redarguit [3]). Cumque die et anno electionis ipsius, utpote 31. Martii 1829. Roberto Peel perorante Catholici in Anglia emanciparentur, episcopum Weld Londino oriundum in S. Cardinalium collegium anno insequente assumsit, quo sic felicem eventum celebraret. Anno ultimo regiminis sui S. Bernardum seculi XII. abbatem Claraevallensem honore doctoris Ecclesiae ornavit. Mortuus [4]) anno 1830. tempore eo, quo totius fere Europae pax per revolutionem Galliae sic dictam Julii succussa esse videdatur. Quamvis autem sequelae ejus in Italia quoque sentirentur, Cardinales tamen die 14. Decembris conclave ingressi in Gregorii XVI. (Mauri Capellari) electionem die 2. Februarii coaluerunt. Is die 6. ejusdem mensis in Pontificem Romanum coronatus Ecclesiam Catholicam regere coepit. Licet vero initio regiminis illius non pauci tumultus in legationibus orirentur adeo, ut rebelles Bononienses ad ipsas usque portas urbis Romae penetrarent, felicissime tamen repressi sunt. Praeter haec multas molestias causavit Sedi Romanae praedicta revolutio Galliae, siquidem copiae militares ejus Anconam intraverint, integro fere decennio titulo securitatis statui pontificio praestandae ibidem moratae. Maximum tamen vulnus cordi ejus inflixere negotia Religionis Catholicae in Borussia propter matrimonia mixta §. 24. et sententias Hermesii §. 68. agitata. Porro in statu pontificio plures meliorationes ratione tribu-

[1]) Ibidem p. 830.
[2]) Sapient. IV. 13. Chronol. Reihenf. der Päpste Würzburg 1831. p. 695.
[3]) Bullam circa matrimonia mixta lege in schol. §. 27. Institution. Hist. Eccl. per me Pestini 1841. editar.
[4]) Chronolog. Reihenfolge der Päpste, Würzburg 1831. p. 718.

torum, agriculturae et commercii effectui mancipari jussit, fora appellatoria erexit, et justitiae administrationem promovit. At sacris muneris sui officiis unice devotus, sic dictorum constitutionalistarum petitis quoad vixit surdas aures praebuit. Mortuus 1. Junii anno 1846. Successor ejus Pius IX. 16. ejusdem mensis electus, ac jam qua episcopus Imolanus a beneficentia notus populo suo ad libertatem ardentissime adspiranti favores quospiam concessit (§. 25.) sperans, quod is bonitate ipsius permotus, intra limites justi et recti mansurus, iis in pace fruiturus sit. Et bono fortassis effectu coronatum fuisset opus ejus, nisi enata anno 1848. revolutio Gallica in Italia quoque molimen Mazzinii ex ditionibus Italicis rempublicam condendi promovisset, ac ipsum Pontificem periculo vitae exposuisset.' Italiae enim democratae consortibus suis Gallicis juncti putabant nunc adpulisse tempus, quo molimina sua effectuare possent, liberalitatem Pontificis tantis encômiis efferebant, ut eum moliminum suorum protectorem publicarent. Cum vero Pius IX. Pontifex viriliter se contra eorum perversa tentamina enunciaret, laudes prius effusas cum vatiniano odio permutantes magnam populi partem contra eum concitarunt adeo, ut fuga se ad regnum Neapolitanum salvare debuerit. Devictis attamen et dispersis per Gallorum arma Italiae seditiosis, Pius IX. Pontifex pro solatio et salute omnium bonorum in possessionem ditionum suarum, et Sedem Romanam repositus, nunc Ecclesiam ceu Vicarius Christi felicissime regit. Longaeva ei vita et prosperitas! Vid. Dr. Scharpff Vorlesungen über die neueste Kirchengesch. Freiburg 1852. 2. Heft. 12. Vorl. Seite 23 u. 24. Berault-Bercastel Fortsetz. oder die neueste Gesch. der Kirche Christi Tom. 6. p. 845. Nro. 306. et seq.'

§. 47.

Relatio inter Pontifices et Imperantes civiles.

Pontifices Romani veterem illam relationem, qua nempe electionem imperatorum confirmabant, obedientiam, fidelitatem et praesidium Ecclesiae aut illius Capiti promittebant, ac praestabant, hac periodo conservare frustra nitebantur. Quamvis enim Paulus IV. Pontifex contra Ferdinan-

dum I. qui medio legati nunciabat, se imperio potitum obedientiam et praesidium Sedi Romanae praestiturum, exceptiones formaret propterea, quod electio illius influxu etiam haereticorum jure eligendi carentium facta, et abdicatio praedecessoris inconsulto Pontifice peracta esset, statueretque Pontifex, ut neo electus imperator causam suam Romam fine supplendi defectus in electione commissos deferret, imperator tamen Pontificis consilio non solum morem non gessit, verum etiam revocato Roma legato Germanorum indignationem significavit, ac per cancellarium suum scriptotenus significari jussit, nec electionem imperatoris a Pontificis Romani confirmatione dependere, nec abdicationem velut actum mere politicum ejusdem adprobatione indigere. Idem fere accidit tempore Maximiliani II. prioris filii anno 1562. in regem Germanorum electi. Cum enim Pius IV. Pontifex contra eam exciperet tum ideo, quod plures ex electoribus acatholici essent, tum ideo, quod contra jus esset, vivente adhuc imperatore absque consilio Pontificis regem eligere, se attamen ad electionem confirmandam paratum esse diceret, dummodo Maximilianus defectus in electione commissos suppleri peteret, jurejurando fidei Catholicae et Sedi Romanae praesidium addiceret, ac per legatum Pontifici Romano obedientiam praestaret, Maximilianus vix aliud praestitit quam pater. Nempe verbis generatim expressis concessionem eorum omnium a Pio IV. petiit, quae Pontifices alias concedere consueverant, et medio legati sui amorem, reverentiam, et loco obedientiae obsequium pollicitus est. Cum autem a temporibus Ferdinandi I. nullus jam ex imperatoribus ad Pontificem Romanum pro coronatione recurreret, sicque nulla ratione confirmationem ejus requireret, vetus illius ad imperantes civiles relatio hac in parte mutationem passa est [1]). Sed jam nec regiam dignitatem periodo hac juxta pristinum morem conferre poterant Pontifices; nam licet idem Paulus IV. Pontifex sub Maria Angliae regina cum Hibernia dignitatem regiam conjunxerit, Pio IV. attamen principes impedimenta posuerunt, quominus Tusciae duci regis aut ar-

---

[1]) Schmidt neuere Gesch. der Deutschen. Heinrich deutsche Reichsgeschichte.

chiducis titulum conferret; imo postquam Pius V. eidem magni ducis titulum adscripsisset, ejusdem filius et successor permittente Maximiliano II. imperatore titulum illum depositis solum centum aureorum millibus libere usurpare potuit. Causas vero decrescentis Romanorum Pontificum potentiae assignare solent: 1) Quod principia a clero Gallicano, Febronio, aliisque viris eruditis de potestate pontificia publicata plurimi affectata mentis illuminatione amplecterentur. 2) Quod imperantes et principes Sedi Apostolicae viciniores potentiam suam occupatis terris et regni sui ordinibus magis constrictis nimiopere augerent. Ita nonnullorum imperatorum Germaniae, et reipublicae Gallicae potentia, ac postmodum Napoleonis ad imperatoriam dignitatem erecti molimina, licet aequi justique amantes cuncti improbarent, non parum attamen ad Sedis Romanae potentiam in negotiis temporalibus minuendam contulere.

§. 48.

Patriarchae Occidentis, Primates particulares, Metropolitae et Episcopi.

Patriarchae Occidentis, primates particulares, et metropolitae nullum potestatis suae augmentum hac periodo acceperunt, imo Primates plerique hodie vix aliud, quam veterem titulum possident [1]; solus Primas Hungariae excelsa jura pristina retinuit, licet fateri debeamus, quod et illius jura et munia per constitutionem anni 1849. nonnihil immutata fuerint. Metropolitae pristinis juribus suis hodiedum gaudent. Circa episcoporum porro potestatem, quam adversarii hac periodo impugnabant, in concilio Tridentino definitum est, eam ex institutione divina descendere [2], ac episcopos presbyteris superiores esse [3], pluraque decreta augendae eorum potestati inservientia publicabantur [4], eo declarato, quod ubi Episcopi obstante privilegio pon-

---

[1] Enchiridion Juris Ecclci per me anno 1849. Posonii edit. Tom. I. §. 210 et 211. p. 185 et seq. editio. 3.
[2] Concil. Trident. sess. XXII. Can. 6. de Sacram. Ord.
[3] Sess. XXIII. Can. 7. de Sacram. Ord. cf. Enchiridion Juris cit. Tom. 1. §. 127.
[4] Sess. XXIV. Cap. 1. et II. de reform. sess. XXV. Cap. 6. 17. 18. de reform.

tificio e. g. exemptionis aliquid agere jubentur, id ipsum velut Sedis Apostolicae delegati agere valeant [1]). Porro episcoporum potestas nunc quantum ad exercitium per canones aucta aliis quoque ex causis hac periodo incrementum coëpit. Huc spectant Justini Febronii principia, quae licet damnata et per ipsum auctorem revocata fuerint, nihil ominus tamen hic et ibi invalescentia Pontificis potestatem monarchicam imminuere, episcoporum vero jura augere pergebant. Sed etiam imperantes civiles jurisdictionem episcoporum suorum extendere conabantur. Ita Josephus II. imperator episcopos in casibus Pontifici per bullam Coenae reservatis absolvere, in impedimentis pure canonicis absque omni facultate a Pontifice aut ejus nuncio impetrata dispensare jussit, religiosos omnes sublatis nonnullorum exemptionibus episcoporum jurisdictioni aequaliter subordinavit etc. Similia Leopoldus magnus dux Hetruriae Josephi frater disposuit. Consul Galliae Napoleon aeque talia ordinavit. Generatim cuncti fere principes, qui ab anno 1818. ratione Ecclesiae Catholicae in ditionibus suis existentis concordata cum Sede Apostolica celebrabant, episcopos suos a Pontifice fere independentes reddere conabantur. Ceterum quia consensum Pontificis, Vicarii Christi, a Deo potestatem suam habentis eatenus impetrare non valebant, episcoporum potestas a jurisdictione Vicarii Christi et Capitis Ecclesiae independens nunquam reddita est, tanto magis, quod et ipsi episcopi contra similia tentamina nonnullis in ditionibus protestarentur. Apud nos Ecclesiae libertate nuper novitus asserta et confirmata pastorum et membrorum ejus cum Capite communicatio, unio, subordinatio, et obedientia hodie perfecte viget.

§. 49.

Potestas principum circa res ecclesiasticas.

Imperantes civiles hac quoque periodo potestatem circa res ecclesiasticas exercuerunt, ita quidem, ut ab initio hujus periodi majorem ac quandocunque sibi attribuerint.

---

[1]) Sess. VI. Cap. 3. de reform. sess. XXV. Cap. 4. de regular. Cap. 1. de custod. Euchar. Bened. XIV. de Synod. dioeces. lib. IX. Cap. 15. Num. 4.

Nam fere ubique episcopatus, aliaque beneficia ipsi conferebant, literas pontificias brevia et bullas examini subjiciebant, eis placitum suum adponentes, concessiones pontificias uti exemptiones, immunitates ecclesiasticas aliaque privilegia limitabant, aut tollebant, augmentum bonorum ecclesiasticorum impediebant, ordines religiosos et monasteria sufferebant, restituebant, aut in alios usus convertebant, at haec cuncta plerique cum debita erga Sedem Apostolicam observantia exercebant. Speciatim vero Maria Theresia plura circa res sacras et personas ecclesiasticas disposuit, jus asyli, incrementum religiosorum et bonorum ecclesiasticorum circumscribens, recursus ad Sedem Romanam, et excommunicationem episcopalem limitans. Praeterea varios episcopatus in Hungaria erexit, uti Albensem, Neosoliensem, Rosnaviensem, Sabariensem et Scepusiensem Latini ritus, nec non Munkatsiensem ab Uladislao II. anno 1491. fundatum, sed diversis fatis agitatum, et jurisdictioni Agriensium episcoporum subjectum, exemit, proventus ejus adjecta abbatia Tapolczensi anno 1777. auxit et proprio episcopo providit [1]; capitulum collegiatum Soproniense ex suppressis ob tenuitatem proventuum altariis cum consensu Pii VI. anno 1779. erexit. Plura adhuc exercuit Josephus II. ejus filius adeo, ut etiam limites potestatis suae transgressus fuerit. Ex multis pauca solum referimus, ita prohibuit episcopis ditionum suarum, ne deinceps facultates quinquennales a Pontifice Romano peterent, et disposuit ut dispensationes in iisdem facultatibus sibi concedi solitas propria auctoritate largiantur, ac in casibus Pontifici reservatis aeque propria potestate absolvant [2], clerum immunitate reali et personali privavit [3], propriis circa rem matrimonialem legibus conditis plura impedimenta matrimonii canonica limitavit, aut penitus sustulit, novaque instituit [4]) et potestatem de causis matrimonialibus judicandi tribunali ecclesiastico ademptam seculari adscripsit *), confraternitates spirituales sustulit, seminaria generalia insti-

[1]) Katona Hist. Hungar. ad an. 1776. et 1777. Spányik Histor. Hungar. p. 546. et seq. §. 7.
[2]) Vid. Enchiridion Juris ecclci per me editum 1848. Tom. I. §. 167.
[3]) Ibidem.
[4]) Ibidem Tom. II. §. 143. p. 145 et seq. editio. 3. Posonii 1848.

iit, monasteria utriusque sexus abrogavit, cunctos religio-
os etiam exemptos episcoporum jurisdictioni subordina-
it [1]. Leopoldus frater Josephi magnus dux Hetru-
ae tribunal inquisitionis sacrae, et jus asyli sustulit, bul-
m Coenae confessionali affigi, aut ex ambone publicari
stuit; appellationes ad Sedem Romanam fieri prohibuit li-
t Pontifex Romanus protestaretur. Cum attamen anno
790. ad thronum Austriae capessendum discederet, rec-
res Hetruriae plura ab eo cassata, uti processiones, et
nfraternitates spirituales restituere. Reliquas vero muta-
ones ab eo factas filius ejus Ferdinandus confirmavit,
vas facere non volens, cum revolutio Gallica attentionem
us prout et reliquorum imperantium a rebus ecclesiasticis
ulisper averteret [2]. Quanta conventus nationalis in Gal-
i de rebus, personis, bonis et institutis ecclesiasticis de-
everit, ac qualiter concordatum Pius VII. Pontifex cum
apoleone reipublicae consule iniverit (§. 21.) expo-
um. Concordati puncta praecipua sub cit. [3] recensentur.
ndem piae memoriae Pontificem concordata cum aliis quo-
ie imperantibus inivisse §. 45. refertur. Denique similes
novationes, quales §. hoc adumbratae sunt, hodie ubi li-
rtas Ecclesiae et Religionis per recentissimas aetatis no-
rae constitutiones enunciata et publicata est, vix jam con-
igere possunt.

Agriensem episcopatum Franciscus I. imperator et rex Hungariae anno 1804. in tres divisit ita, ut cum Agriensi metropolitana, cum aliis vero duobus Cassoviensi et Szathmariensi suffraganea dignitas conjungeretur. Idem imperans anno 1820. episcopatum Eperiesensem Gr. R. uniti fundavit, et anno 1831. ad intercessionem Cardinalis Alexandri a Rudna Primatis regni et Archiepiscopi Strigoniensis indulsit, ut ecclesia parochialis Tirnaviensis in collegiatum capitulum converteretur, quod die 1. Januarii 1844. in effectum deductum est.

) Concordato dudum jam optato hodie inter Pium IX. Ponti-

) Huth. Kirchengesch. des XVIII. Jahrhunderts.

) Neueste Religionsgesch. fortgesetzt von Plank 1. Th. Schmalfus hist. eccles. T. V. Huth Kirchengesch. des XVIII. Jahrh. Vaters Anbau der neuesten. Gesch.

) Vid. Instit. Hist. Eccles. per me Pestini anno 1840—1841. publicat. Tom. IV. §. 24. Schol. ubi concordati puncta praecipua referuntur.

ficem et Franciscum Josephum augustissimum Austriae imperatorem inito, causae matrimoniales, aliaeque disciplinares jure naturali et positivo ad forum Ecclesiae spectantes, huic tandem restitutae habentur.

§. 50.

Modus perveniendi ad dignitates ecclesiasticas.

Cum imperantes civiles initio periodi hujus suam in negotiis ecclesiasticis potestatem constanter extendere conarentur, Pontifices Romani collationem episcopatuum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum sensim amittebant, imperantibus civilibus eam cedere coacti. Unde factum, ut hodie episcopos fere omnes sive reges nominent, sive capitula eligant ita tamen, ut utrobique Pontifex jus confirmationis, seu canonicae institutionis exerceat. Ita reges Galliae vi concordati inter Franciscum I. et Leonem X. initi episcopatus et abbatias in regno suo conferunt, quod jus Napoleon imperator Galliae ad cunctas terras Italicas sive cum Gallia sive cum regno Italiae conjunctas extendens, id post se traxit, ut episcopatus ditionis Genuensis etiam ad regiam nominationem devolverentur, sicque postea etiam manserint, ubi ad regem Sardiniae transivissent. Ita imperantes civiles jus provisiones episcopatuum in Tuscia, Parma, Mutino et regno Lombardo-Venetiano faciendi consecuti sunt, postquam jam Pius VI. Pontifex imperatori Josepho II. concessisset, ut omnes episcopatus et alias dignitates in Lombardia conferret. Ita regi utriusque Siciliae partim a Benedicto XIV. Pontifice (§. 39.) partim a Pio VII. jus omnes episcopos nominandi, aliaque beneficia fundis provisa conferendi transscriptum est (§. 44.) In peninsula trans Pyreneos (Hispania et Portugallia), Benedictus XIV. anno 1740. regi Portugalliae Joanni V. jus fecit omnes episcopatus et abbatias terrarum suarum conferendi; in Hispania vero excepta 52 episcoporum nominatione sibi reservata, reliquorum provisionem anno 1753. regi cessit. In Germania usque ad devastationem Ecclesiae concordatum Schaffnaburgense obtinebat, vi cujus episcopatus, nonnullis Austriae demptis, libera capitulorum electione conferebantur. Hodie vero speciatim in Bavaria episcopos vi concordati cum Pio

L. initi (§. 45.) rex nominat, Pontifex autem confirmat. od jus nominandi Pontifex omnibus Germaniae principi-s catholicis, qui concordata cum Sede Romana de rebus :lesiasticis pepigerunt, concedere paratus fuit. Pro epis-patibus autem in Borussia juxta conventionem inter re-m et Sedem Romanam [1]) et §. 45. conclusam, electio a pitulis cum influxu regis fit, Pontifici canonica institutione a confirmatione reservata. In Hibernia episcopi a clero e interventione regiminis politici eliguntur. In terris Au-iacis Archiepiscopus Salisburgensis et Olomucensis libera nonicorum electione providentur, reliqui vero episcopa-i, qui fere omnes ab imperantibus civilibus erecti sunt, iisdem etiam complentur. Archiepiscopus Salisburgensis, i simul Primas Germaniae est, id singulare habet, quod ffraganeos suos Secoviensem et Lavantinum semper, Gur-nsem vero alternis cum imperante vicibus propterea, od illius antecessores sedes istas fundaverint, denominet i, ut nec Sedis Apostolicae petat confirmationem. Quod iscopatus, praeposituras, abbatias, aliaque beneficia Hun-riae attinet, licet horum nonnulla quandoque etiam Pon-ices conferrent [2]), reges tamen Hungariae et ipsi etiam dines regni ejusmodi provisiones zelosissime reclama-nt [3]), juribusque suis probatis cuncta beneficia majora canonicatus rex Hungariae apostolicus hodiedum confert. sola Transilvania, ubi episcopus demtis tribus dignitariis, mnes canonicos nominat, exceptio locum habet [4]). Deni-e de modo ad beneficia in Germania aliisque extraneis ionibus perveniendi speciatim tractare non vacat, suffi-it insinuasse, horum quoque maximam partem ad impe-ntes civiles devenisse. In Bavaria attamen praeposituræ pitulorum, in Borussia praeter praeposituras etiam cano-catus, quorum vacantia in sic dictos menses papales uti

---

[1]) Berault-Bercastel's Fortsetzung oder die neueste Gesch. der Kirche Christi Tom. 6. p. 750. Nro. 213. 214.

[2]) Corpus Jur. Hung. art. 65. an. 1514. Cf. Enchiridion nostr. Juris Eccles. T. I. p. 147. §. 171. edit. 3. Poson. 1848.

[3]) Mathiae Corvin. epist. edit. Cassoviens. par. 4. pag. 55. Szvorényi amoenitat. Eccles. fascic. VI.

[4]) Ignat. B. Szepesy Statut. Synodi dioeces. Transilvan. sect. 16. §. 1. p. 171. Enchirid. cit. Tom. I. §. 285.

Januarium, Martium, Majum, Junium et sic porro incidunt a Pontifice Romano conferuntur.

§. 51.

Bona ecclesiastica.

Quamvis bona Ecclesiae temporalia iis in ditionibus, quarum imperantes Catholici sunt, initio periodi hujus intacta relinquerentur, imo donationibus et fundationibus Hispanorum Lusitanorumque in America augerentur, plures novi episcopatus et ecclesiae in novo Orbe erigerentur, ordines religiosi et monasteria tam ibi, quam in Europa fundarentur, fatendum tamen est, Ecclesiam inde a 70 circiter annis tantos insultus pati, ut in hodiernum usque durent. Ac reipsa Ecclesia plus bonorum temporalium ab illa epocha amisit, quam a multis seculis acquisiverat. Nam ut a Capite Ecclesiae ordiamur, licet ei status pontificius in Italia contiguus restitutus fuerit, comitatum attamen Avenionensem non recepit, silentio praetermittendo magnam aeris parati summam, resque pretiosas, quas Galli territorium pontificium titulo pacis ingressi, jure spolii abstulerunt. Praeterea Sedi Apostolicae diversissima jura utilia v. g. reditus intercalares beneficiorum vacantium, varia tributorum genera decesserunt, repudiatis saepe Pontificum concessionibus, privilegiis, dispensationibus. Augmento bonorum ecclesiasticorum principes civiles per id obstacula posuerunt, quod legem amortisationis [1]) introduxerint, legem tulerint, ut qui vota in religioso quodam ordine emitterent, haereditatem suam cognatis aut reipublicae cedere obligentur, quod in nonnullis provinciis immunitatem realem abrogaverint, ac bona ecclesiastica iisdem, imo nonnunquam majoribus oneribus, ac civilia subjecerint. Multa bona ecclesiae per sublationem monasteriorum, aliarumque corporationum decesserunt, cum eorum substantia non ubique in usus ecclesiasticos conversa sit. Quo autem liberius sublatio bonorum ecclesiasticorum aut aliae dispositiones de iis decerni possint, principium assumptum, quo jus proprietatis et supremum dominium relate ad bona ecclesiastica ci-

[1]) Enchiridion Juris Eccles. citat. §. 312.

tati, Ecclesiae vero solum usum fructuum competere sta-
itur; qui proinde illi adimi possit, quam primum neces-
tas publica id exposceret. Unde nonnullis in ditionibus
alum adeo increvit, ut Ecclesia etiam bonorum suorum
lministratione privaretur, haecque officialibus secularibus
ncrederetur. In nexu ejusdem principii Ecclesia in Gallia
Germania ac recentissime etiam in Hispania cuncta bona
a amisit, a summa opulentia ad infimam paupertatem re-
icta. Neque aliud Sedes Apostolica ab imperantibus fune-
arum ditionum earum impetrare potuit, quam ut in con-
rdatis agnoscerent bona ecclesiastica esse inviolabilia, et
cclesiae jus competere bona temporalia acquirendi, ac per
administrandi. In nonnullis attamen regnis uti Gallia an-
qua fidelium liberalitas erga Ecclesiam Catholicam sensim
viviscit, siquidem inde ab instaurato cultu usque ad an-
im 1823. fundationes ad valorem 15 millionum francorum
; ultra in Gallia factae sint, quae et postmodum liberaliter
gebantur et hodiedum sub novo imperatore Napoleone
I. notabiliter cresumt. Quod bona Ecclesiae Hungaricae
tinet, siquidem Ecclesia multa jura possessionaria ex
onationibus regum habeat [1]), ac omne id quod Domino
onsecratur, sive homo, sive ager nec vendi nec redimi
ossit [2]), suapte sequitur clerum regni Hungariae proprie-
ite bonorum suorum gaudere [3]). Denique in aliis quoque
rovinciis concordata recentissime inita verbis expressis
onorum ecclesiasticorum perpetuam et integram conserva-
onem stipulantur, quae nec distrahi, nec in pensiones mu-
iri possunt, quorumque nulla vel suppressio vel unio fieri
ossit absque Sedis Apostolicae interventu, salvis faculta-
bus a Concilio Tridentino episcopis factis. Vid. Droste
[üllshoff Grundsätze des gem. Kirch. Rechts pag. 282.
t seq. edit. 2. Monast. 1832. Enchirid. nostr. Jur. Ecclci
'om. 1. §. 289. pag. 274 et seq. edit. 3. Posonii 1848.

---

[1]) Part. I. Tit. 13. Tit. 14. §. 1. Part. II. Tit. 1. S. Ladisl. Decret. Lib. I. c. 2. 3.

[2]) Levitic. 27. v. 28. Daniel. Cap. 5.

[3]) Fragmenta Historica Hungariam attinentia Posonii 1832. §. 5. p. 21. et seq.

§. 52.

Clericorum immunitas et jurisdictio in rebus secularibus.

Magnam mutationem hac periodo subivit mutua inter Ecclesiam et Civitatem relatio. Et quidem quod relationem Ecclesiae ad Civitatem attinet, clero pluribus in provinciis privilegia et praerogativae veteres subtractae sunt; speciatim vero immunitate reali clerum ditionum suarum privavit Josephus II. Austriae imperator, idem cum clero fecerunt principes Germaniae, qui secundum pacem Lunaevillensem et recessum imperii territoria plerumque catholica consequebantur; eadem sors in clerum Galliae per conventum nationalem jacta est; Poloniae clerum jure eodem exuerunt principes, qui regnum illud inter se diviserunt; Italiae clero Napoleon I. et principes ab illo constituti idem praestiterunt; in Hispania et Lusitania licet Napoleonis et populi congregati similia statuta sustulerit pax armis Gallicis anno 1822. reducta, eandem tamen sortem clero Hispaniae bellum civile paulo tardius exortum paravit. Simili prorsus ratione clerus immunitate personali exutus, et jurisdictioni seculari subjectus est. Cessante cleri immunitate personali jurisdictionem quoque ejus in rebus secularibus minui oportuit. Imo pluribus in regnis speciatim in Germanicis et in Gallia clero etiam jus de causis matrimonialibus judicandi ademptum et foro seculari adscriptum est. Partes porro illas, quas in legislatione civili exercebat clerus, variis in regnis vario modo amisit, ita in Gallia per revolutionem, in Germania per pacem Lunaevillensem et decretum recessus imperialis, in Polonia per ruinam regni juribus suis excidit. Restituta anno 1815. per Europam pace universali, etiam res ecclesiastica sensim instaurabatur. Ita in Polonia in Cameram superiorem seu inter senatores recipiuntur; in Bavaria duo Archiepiscopi et unus Episcopus ad regni consiliarios et primam Cameram referuntur, clerus autem inferior e gremio suo tot deputatos ad conventum legislativum mittit, quot octavam omnium a populo deputatorum partem constituunt; in Gallia quoque Archiepiscopi et Episcopi, quos rex designat, inter pares regni jure sedis

et voti gaudent. Quod ipsis modernus imperator Napoleon III. certo relinquet, si non auxerit. In Austria et cunctis ejus ditionibus clerus inter imperii nobiles refertur [1], nonnulli ex Archiepiscopis et Episcopis principum honore et titulo gaudent. Quod clerum Hungariae attinet, is paulo ante primum regni statum constituebat, eadem praerogativa et libertate cum reliquis patriae nobilibus gaudebat [2]; immunitate personali seu privilegio fori fruebatur. Nam licet Clerici ratione bonorum suorum temporalium more aliorum saecularium juri steterint [3], ac de crimine laesae Majestatis regiae, notae infidelitatis, deliberati homicidii, aut latrocinii convicti subjecti fuerint foro cum saecularibus aequali [4], in reliquis tamen cunctis causis personalibus, aut e delictis suscitari quentibus Ordinariorum suorum judicio subordinabantur [5], denique beneficio competentiae fruebantur. Haec tamen nuper magnam mutationem passa sunt. De prioribus vid. Enchiridion nost. Juris Eccles. Tom. I. §. 261. pag. 231. edit. 3. Posonii 1848.

Caput II.

Status Literarius.

Articulus I.

Status Philosophiae.

§. 53.

Status Philosophiae seculo XVI. et XVII.

Philosophia eadem cum reliquis scientiis methodo pertractata initio periodi hujus non magnos progressus fecit. Nam principia Aristotelico-Scholastica cum veteri systemate adhuc perdurabant. Tardius tamen plures viri eruditione conspicui ea impugnare ac a naevis purgare conabantur. Huc accessit, quod quidam eruditi praesertim Itali puram Aristotelis philosophiam seu peripateticam in scriptis suis exponerent. His proinde prout et generali sci-

---

1) Rechberger Enchirid. Jur. Eccl. Austriaci T. II. p. 30.
2) Tripar. pa t. I. tit. 2. et 12. part. II. tit. 11. et 44. Enchirid. nostr. juris Ecclei Tom. I. §. 250. §. 242.
3) Part. I. tit. 12.
4) Part. II. tit. 44.
5) Szegedi tyrocin. jur. part. II. tit. 44. §. 1.

entiarum emendatione Philosophia Scholastica quoque ad majorem perfectionem perducta est. Eliminare quidem penitus optassent eam e systemate literario, at cum eam in operibus celeberrimorum Theologorum uti Bonaventurae, Thomae Aquinatis, Dunsii aliorumque reperirent, theologiam sine philosophia docere nequirent, neque aliam ejus loco substituere valerent, eandem ultro quoque retentam saltem a materiis et quaestionibus superfluis mundare, cum majori eruditione conjungere, et sermone minus barbaro exponere conabantur. Ita emendatae philosophiae scholasticae usum Catholici usque ad seculi hujus finem faciebant. Protestantes vero, qui prius omnem philosophiam respuerant, mox duce Melanchton ad Aristotelem revertebantur. Cum enim is scriptis et verbis Aristotelem commendaret, ac in operibus dialecticis, physicis et ethicis a se vulgatis pro fundamento adoptaret, ac rescissis superfluis et falsis principiis eum scholae ad commodaret, Platonicorum et Stoicorum placita una cum suis principiis insereret, usumque eorum practicum ostenderet, etiam Protestantes eum adoptabant, magnum ejus usum deinceps in polemica facientes. Verum non pauci e Catholicis etiam emendatum Aristoselem impugnabant, tum quod ejus sententiae non arriderent, tum quod nova systemata publicarent. Ita Petrus Ramus Galliae scriptor repudiata Aristotelis dialectica tres libros institutionum dialecticarum vulgavit, in quibus tamen magis leges bene loquendi, quam cogitandi et judicandi exposuit. Quamvis autem Rami opera asseclas in Gallia et multo plures in Germania nanciscerentur, dialecticam tamen illius plerique rursus deseruerunt, Aristotelem praeferentes. In philosophia practica solus fere Michaël Montanius opere de morali hominis natura, et Petrus Charron libro de sapientia seculo hoc inclaruere.

Saeculo XVII. plures semet distinxerunt. Tales erant I. Franciscus Baco Anglus [1]), qui novem libris de dignitate et augmento scientiarum speciem encyclopediae et methodologiae omnium scientiarum complexus, eruditos

[1]) Londini natus anno 1561.

monuit, ut rescissis speculationibus experientiae insisterent. Hujus consilium secutus II. Petrus Gassendus [1]) praepositus ecclesiae Dignensis prius philosophiae, dein matheseos professor Parisiis, qui exercitationes paradoxas adversus Aristotelicos edidit [2]), ac philosophos scholasticos totamque philosophiam Aristotelicam recensuit. Felicius tamen res has tractavit III. Renatus Cartesius nobili e familia Hugae Turonum ortus [3]), qui primum castra sequebatur, dein literis semet devovens, in Bataviam migravit. Is solis fere speculationibus insistens novum systema philosophicum edidit, his principiis innixum: Essentia spirituum in cogitando, corporum in extensione consistit; animae hominis ideae quaedam innatae dantur, qualis est idea entis perfectissimi, et cum ad hujus perfectiones existentiam praesertim referret, hinc Deum certo existere inducebat. De quavis tamen veritate ad minus semel dubitandum esse putabat. Systema hoc licet a multis impugnaretur, multos tamen asseclas nactum est in Germania, Batavia et Gallia. E multis recensemus Nicolaum Malebranche congregationis oratorii presbyterum [4]), qui opere de disquisitione veritatis hominem res omnes in Deo (in quo animae sicut corpora in spatio existunt) cognoscere, aut quasi ideas earum in illo intueri statuit, et Cartesii assistentiam divinam in occasionalismum convertit, asseclas tamen paucos nactus [5]). IV. Joannes Locke Anglus [6]), qui libro Tentamen de mente humana, varias facultates hominis spirituales distinxit, omnesque conceptus et cognitiones humanas e perceptionibus sensus externi aut interni oriri, nullasque ideas innatas existere, sed omnis veritatis ac philosophiae fontem in experientia situm esse docuit. Systema hoc nunc generatim apud Anglos adoptatum est. V. Inter Germaniae protestantes pariter mox reperiebantur, qui Stagiritae (Aristotelis) dominium sustulerunt. Talis erat Chri-

---

[1]) In Provincia natus anno 1592. mortuus Parisiis anno 1655.
[2]) Anno 1624. prodiverunt.
[3]) Anno 1596. Holmiae mortuus anno 1715.
[4]) Natus est Parisiis anno 1698. ibidem defunctus anno 1715.
[5]) Jacobi Bruckeri Institut. Histor. Philos. Lipsiis 1756. p. 726—749.
[6]) Anno 1632. natus post gesta varia et ampla munera anno 1704. mortuus.

stianus Thomasius [1]), qui scriptum periodicum lingua vernacula edens in eo Aristotelem et asseclas ejus explodere ac contemptui exponere conabatur, licet autem propterea patriam deserere cogeretur, plurimos tamen asseclas nactus est. VI. Godofredus Guilelmus Leibnitz [2]) assecla prioris, magni ingenii vir in Philosophia. Mathesi, Physica, Jurisprudentia et Historia versatus, cum earum singulas novis veritatibus ampliaverit, vetera philosophiae systemata emendaverit, nova auxerit, principia contradictionis, indiscernibilium et rationis sufficientis pressius definiverit, monadologiam (theoricam et classem monadum) et legem continuitatis publicaverit, ac materialia novo systemati philosophico Leibnitzio-Wolfiano praebuerit. Vid. Jacobi Bruckerii institut. Hist. Philosophiae cap. 8. §. 1—11. p. 749—763.

Cum de reliquis facultatis philosophicae, juridicae et medicae objectis tractare ad scopum meum haud spectet, ea quae in patria nostra evenere, paucis obtutui sisto. Clades Mohacsiana cunctis artibus et scientiis patriae exitialis erat: Nam artium et scientiarum periti rebus in summo discrimine positis, varias in partes diffugere, Martis potius castra, quam musarum secuti. Bibliothecae partim expilatae, partim flammis consumptae, scholae iis praesertim in locis, quae Turcis cessere, abolitae, juvenibus doctrinae cupidis rursus exteras oras petere coactis. Bibliotheca Corviniana usque ad annum 1526. utcunque conservabatur, verum eodem anno licet hostis arcem, in qua thesaurus ille reconditus erat, non devastaret, bibliothecae tamen non pepercit, cum praeter alia celebres illas statuas a Jacobo Tragurino ex orichalco fusas nempe Herculis, Dianae et Apollinis abstulerit Solimannus, ac Constantinopoli in hippodromo (futó pálya) collocaverit. Annus autem 1541. quo hostis urbem secundo subjugavit, plane funestus, bibliothecae ruinam attulit, cum volumina auro, et argento splendentia rapaces barbarorum manus non tam ad librorum, quam pretiosae thecae direptionem invitarent. Teste Lambecio libri in antrum quoddam conjecti sunt, Christianis accessu ad illos severe interdicto. Petrus Pázmány 30 millium florenorum lytrum pro iis promisit, sed frustra. Anno demum 1686.

[1]) Lipsiae anno 1655. natus, prius ibidem, postea vero Halae saxonum juris professor. mortuus anno 1728.
[2]) Lipsiae natus anno 1646. mortuus 1716. tamquam bibliothecarius et consiliarius ducis Hanoverani.

Buda e jugo Turcarum liberata reliquiae 300 libros circiter efficientes in manus Leopoldi M. venere, qui eos bibliothecae caesareae Viennensi intulit. Eandem sortem bibliotheca Strigoniensis, aliaeque subiverunt. Quod majores literarum palaestras attinet, academiis Budensi et 5 Ecclesiensi post cladem Mohacsiensem sensim cessantibus sola Zagrabiénsis et Posonienses Turcarum tyrannidem evasere; hancque posteriorem pariter multum debilitatam solum Pazmani et successorum liberalitas reviviscere fecit. Quo autem artes et scientiae tanto felicius resurgerent regni ordines in comitiis anni 1548. congregati, decreverunt, ut monasteriorum desertorum fundi in magistrorum stipendia et gymnasia erigenda converterentur. Porro Nicolaus Olahus Archiepiscopus Strigoniensis Tirnaviae gymnasium condidit et Jesuitis concredidit [1]; Stephanus Báthory praeter fundatas in Transilvania scholas etiam Jesuitas Claudiopolim evocavit [2]; Georgius Draskovich e concilio Tridentino redux Zagrabiae scholas inferiores et seminarium cleri fundavit [3]. Ferdinandus II. reducta in Hungariam pace Cassoviae, Neosolii, Soproníi scholas publicas fundavit et sacerdotibus ordinis Jesu domicilia constituit [4]. Benedictus Kisdi episcopus Agriensis Cassoviae academiam anno 1660. fundavit, et 6 annis tardius in Hungariam introductus ordo scholarum piarum literas multum promovit. Vid. Vallaszky Conspect. rei literar. in Hungar. Kazy Histor. Hungar. Spányik Hist. Hungar.

§. 54.

Status Philosophiae seculo XVIII.

Primus qui recentiorum philosophiam in systemate quopiam institutis literariis accommodato vulgavit, erat Christianus baro Wolf [5], qui principiis Leibnitzii innixus, Metaphysicam suam in quatuor partes distribuit ita, ut Ontologiam, qua scientiam praedicatorum entis universalium et necessariorum ceteris partibus uti Cosmologiae, Psycologiae et Theologiae velut fundamentum praemitteret. Cum tamen in omnibus metaphysicis assertionibus suis potissimum e principiis contradictionis et

[1] Paulus Vallaszky in consp. reip. lit. p. III. p. 137. 172. 173. etc.
[2] Ibidem p. 174. Belnay Hist. Hungar. p. 93.
[3] Kerchelich Hist. episcop. Zagrab. p. 214.
[4] Kazy Hist. Hung. L. IV. p. 308. Palma Histor. Hungar. Tom. 3. p. 284.
[5] Vratislaviae natus anno 1679. mortuus anno 1754. qua professor universitatis Halensis.

rationis sufficientis procedens, de cunctis objectis definitive judicaret, quin seu originem seu veritatem principiorum suorum indagaret, Metaphysica ejus tardius dicta est Dogmatismus, quem licet tota Germania summo cum adplausu metaphysicae Aristotelico-Scholasticae praeferret, non tamen caruit et ille et auctor infensissimis adversariis, qui eum civitati et religioni periculosum esse statuebant adeo, ut is Friderici Guilelmi I. rescripto cathedra Halensi privatus patriam deserere jussus fuerit. Hoc facto plures principia Wolfiana in trutinam sumentes, experiebantur Metaphysicam ejus multa precario et temerarie dicta continere, hincque rursus Empirismum Lockii resumebant. Quia tamen et hi novi empiristae sibi non satis constantes demonstrationes objectorum sensus transcendentium assumebant, ac uti Lockius dicebant: existentiam Dei, immortalitatem animae etc. licet sensus transcendentia ita clare demonstrari posse, sicut assertiones mathematicas, Syncretismum et Eclectismum veterem renasci oportuit. Cum igitur Germani de Dogmatismo Wolfiano (dogmatico Rationalismo) disputarent, apud Anglos et Gallos empirismus, materialismus, et mechanismus tanta incrementa coeperunt, ut fere omnem spiritualitatem, libertatem hominis, causas finales et moralitatem e medio tollerent, atque infaustam illam illuminationem tardius per Encyclopaedistas adhuc magis auctam post se traherent, quae hominem dignitate sua spolians, sub revolutione Gallica saltatricem scenicam, ut deam sapientiae adorare jussit. §. 21. Ad hos spectant Condillac de Bonnot, Pristley, D'Allembert, Diderot, Buffon, Helvetius, Voltaire, Rousseau, fere omnes nomine philosophi indigni. Empirismi Lockiani periculosas sequelas utpote scepticismum, atheismum et irreligiosatem non aliter tolli posse putabat Georgius Berkeley, quam negando corporum extra animam existentiam realem, et Idealismum statuendo, quare docuit I. Nos per sensus solas externas proprietates objectorum, non autem eorum existentiam et substantialitatem percipere, proinde mundum materialem assumere nos nullatenus posse. II. Hominem nihil aliud percipere, quam suas proprias ideas, quarum tamen auctor

e non esset, sed eidem communicari debeant a spiritu ·fectissimo, a quo omne quod realiter existit, cognosci-, et comprehenditur. III. Hominem attamen propter abutam libertatem errorum et vitiorum suorum auctorem e. Metaphysicae magnis empirismi, dogmatismi, eclectis- et idealismi vulneribus jam alioquin sanciatae ultimum ım novo scepticismo parabat Humius, qui in Scotia us [1]) systema suum huic principio empiristarum: „omnis ;nitio humana oritur ex experientia" superstruxit. Cum em is principium suum etiam ad existentiam Dei provitiam, miracula, animae immortalitatem etc. transferens ıonstrare conaretur, quod objecta haec nullis sat concentibus argumentis nitantur, ·sequebatur scepticismus versalis, quo non solum scientiae naturae, sed omnis ;aphysicae imo totius Philosophiae impossibilitatem inebat. Verum Immanuel Kant [2]) philosophorum criırum sagacissimus parens supremum Humii principium empiristis in dubium vocavit, et praeter experientiam ıd quoque principium cognitionum assumsit, nempe fatatem ipsam cognoscitivam animae, quae proprium et cum omnium a priori cognitionum fontem ageret. Agnoquidem Kant omnem cognitionem incipere cum expeıtia, sed negavit inde sequi, omnem cognitionem etiam :i ex experientia cum cognitiones multas habeamus etiam riori, uti Mathesaeos et scientiae naturae. Porro prinium veteris dogmatismi „cognitiones se debent confor-:e objectis" invertit, atque sic tenendum esse dixit: ɔjecta se debent conformare facultati nostrae cognosciıe." His praemissis rationem theoreticam crisi subjecit, ·rehenditque possibilitatem necessariae connexionis reesentationum seu cognitionum a priori in ipsa originali ole et natura facultatis cognoscitivae fundari (formalis-s) quatenus haec certis formis seu legibus ·subjecta est experientia independentibus. Formas has pro sensuali-› statuit duas nempe spatii et temporis, quas intuitus

---

Edimburgi natus anno 1711. edidit: Enquiry concerning human unterstanding, item Essays and traitises on several subject etc.

Immanuel Kant Regiomonti natus anno 1724. et Professor Philosophiae ibid. usque annum 1804.

puros a priori dixit. Pro intellectu autem formas 12 post Aristotelem assumsit, nempe categorias quantitatis, qualitatis, relationis, et modalitatis. Cum porro contenderet formas has ad res solum prout sub sensus cadunt (phenomena) non vero prout in se sunt (noumena) applicari posse, sequebatur omnem cognitionem nostram ad limites solum experientiae, non vero ad objecta sensus transcendentia uti sunt Deus, simplicitas, animae immortalitas, libertas, origo mundi etc. extendi posse. Principia haec in Critica rationis purae exposuit [1]). Ne tamen homines de momentosis transcendentalibus illis veritatibus alioquin multum sollicitos dubio indissolubili involveret, aliud opus Criticam rationis practicae [2]) priori superaddidit, in quo statuit, quod veritates illas magni momenti, quas hucusque ratio theoretica detegere sibi falso visa est, ob necessitates nostras morales credere et velut postulata rationes practicae absque omni objectiva scientia assumere debeamus. Quare rationem practicam velut humanae voluntatis legislatricem et rectricem non solum libertatis ejusdem indicem et vindicem, sed velut omnis religionis fontem depraedicat, et his suis principiis superstruendum systema Philosophiam Criticam aut Idealismum transcendentalem appellari voluit. Philosophiam Kantii multi praesertim Germani adoptarunt, multi autem impugnarunt dicentes 1) quod novis hactenus inauditis terminis in anes disputationes causaverit; 2) quod per sua phenomena et noumena Idealismum seu Scepticismum doceat; 3) quod multa more Chemicorum separet, quae reipsa unum sunt, quin eadem rursus conjungat, aut eadem esse significet; 4) quod cognitionis philosophicae Dei, libertatis, immortalitatis animae possibilitatem negans, hocque solum ut pia desideria, seu rationis practicae postulata depingens plurium scientiarum fundamentum suffodiat, et homines genuinis solatii rationalis fontibus privet. Vid. Wilh. Tenne-

---

[1]) Immanuel Kant's Kritik der reinen Vernunft Riga 1781.
[2]) Kant's Kritik der praktisch. Vernunft Riga 1787. Item Grundlegung der Sitten Riga 1785. Metaphysische Anfangsgründe der Tugendlehre Riga 1797, Kritik der Urtheilskraft Berlin 1790. Metaphysische Anfangsgründe der Rechtslehre Regiomonti 1797. et plura alia.

man's Grundriss der Gesch. der Philosophie. Russzek Jósef a philosophianak rövid historiaja.

§. 55.

Status Philosophiae seculo XIX.

Kantii transcendentalem Idealismum velut scientiam Joannes Fichte [1]) in forma purae scientiae subjectivitatis (Ego) consummavit, qui per Kantii Criticam et hujus adversarios excitatus, philosophiam velut scientiam scientiae spectavit, eamque in operibus suis [2]) perficiendo formalismum Kantii usque ad cognitionem subjectivam seu usque ad ideam absoluti Ego (Dei) promovere tentavit. Sed cum id haud succederet systema suum in „doctrinam beate in Deo vivendi" convertit [3]). Scientiam subjectivitatis Fichteanae perficere volens Fridericus Schelling [4]), Idealismum cum Realismo conjungere tentavit, ac pro ultimo principio omnis entis et scientiae absolutum seu identitatem subjecti cum objecto assumsit. Philosophia juxta Schelling est scientia absoluti velut totalis identitatis inter subjectum et objectum, quae totalis identitas in solo Deo est. Unde unicam substantiam existere reliqua vero cuncta esse reflexa ejusdem substantiae docuit [5]). Hunc excepit Hegel [6]). Quod ille per intellectualem intuitum homini pervium esse statuebat, hoc posterior per progressivas dialecticas evolutiones et determinationes rationi conceptibile reddere conabatur. Ille pro summo principio assumit absolutum, quod proinde velut axioma demonstratione haud indigeat, hic vero statuit absolutum esse resultatum, ad quod ratio per progressivas evolutiones

[1]) Natus Ramenaviae in Lusatia anno 1764: professor Philosophiae Jenae, Erlangae et Berolini mortuus 1814.

[2]) Begriff der Wissenschaftslehre 1794. item System der Sittenlehre und des Naturrecht's etc.

[3]) Fr. Ant. Nüsslein Lehrbuch der Metaphysik nebst der Gesch. der Philosophie Augsburg 1837. 2. Abtheilung §. 198. et seq. p. 290. et seq.

[4]) Natus anno 1775. Schorndorfii in Würtembergia regius consiliae et professor. Philosoph. Monachii.

[5]) System der absoluten Identität, dessen Gegner und Fortbilder, und Nüsslein in Lehrbuch der Metaphys. nebst der Gesch. der Philosophie 1837. 2. Tom. 2. Abth. §. 198. et seq. p. 290. et seq.

[6]) Natus Stuttgardiae professor Berolin. mortuus anno 1836.

dialecticas et determinationes devenire possit. Principia nova aut potius similia his cum quibusdam modificationibus, et ex iis nova quaedam species philosophiae prioribus innixa exurrexit in Gallia. Ejus tendentia est pristinum materialistarum systema eliminare. Ad hoc praestandum conjunxere Humii scepticismum, seu scholam Scotiae, cum schola Germaniae seculi XVIII. Juxta primam docet Royer-Collard et discipulus ejus Jouffrey [1]), qui praecipuum Humii opus §. (praeceden.) Gallice reddidit. Uterque autem Humii scholam secutus, hominem ex objectis externis ad interna, ad ideas usque elevans viam ad philosophiam Hegelii monstrat. Hanc secundam seu philosophiam Germanorum promulgavit Cousin [2]) aeque discipulus primi, et professor Philosophiae. Hic in Germaniam profectus et cum Hegelio Berolini conversatus, ejus principia adoptavit, docens divinae et humanae rationis identitatem sicque pantheismum Germanorum Parisios introduxit. Juxta Cousin continetur in ratione nostra idea infiniti (Pater), idea finiti (filius), et idea utriusque relationis (Spiritus S.); proinde ratio nostra secundum illum est absoluta. Deus, docet ille, est progressus ab unitate ad pluralitatem, resultatum vero ejus est universum. Doctrinam similem adoptavit Lerminier [3]), qui inter alia docet [4]), quod homo repraesentet sibi Deum naturae humanae conformem, quia ipse homo Deus est. Applicationem erronei et perversi hujus systematis ad alias scientias mox fecere Damiron, qui id praestitit in Gallia, quod Strauss in Germania; Michelet, qui docuit vitam populi unice vitam Dei esse; Louis Blanc socialista, qui socialismum pro principio statuit, docens autonomiam (libertatem) hominis unice Hussio et Luthero in acceptis referendam esse. Systemata haec, quae abnormitates potius phantasiae dicenda sunt, dilucidat et refutat Maret professor facultatis theologicae Pa-

[1]) Natus anno 1796.
[2]) Natus 1792.
[3]) Natus 1803. professor Historiae juris in college de France Parisiis.
[4]) Vid. Ejusdem philosophie du droit 1831. Paris. De l'influence de la philosophie du siecle Paris 1833. Etudes d'histoire et de la philosophie. Paris 1836.

risiensis [1]), cunctaque monstra errorum in philosophia, religione et politica vigentia ex pantheismo derivat. Refutatur pantheismus etiam in Theodicée Chretienne, in Germanicum idioma versum per Oischinger Moguntiae 1844. Cousin autem per Abbé Prat refellitur in Geschichte des Alexandrinischen Eclecticismus. De his plura lege in Dr. Scharpff Vorlesungen über die neueste Kirchengesch. Freiburg in Breisgau 1850. I. Heft. 9. Vorles. pag. 110—121.

Cum autem recentissima haec systemata plerumque e Philosophia Kantii processerint, suapte sequitur haec quoque erroribus praedictis, imo et majoribus, siquidem formalem conceptus pantheismum contineant, stagnare. Inde repetendum, quod hodie non tantum systema Fichtei, Schellingii, Hegelii, Cousinii, a paucis hucdum frequentata, verum etiam Criticismum Kantii, qui ut evangelium sapientiae spectabatur, Germani ipsi deserere [2]), ac tam illi, quam Galli et alii eclecticismum systematicum potius adoptare pergant, in quo ex omnibus tam antiquis, quam recentioribus, quod verum et bonum inveniunt, acceptant, et cognitiones humanas e communibus sanae rationis principiis subjectivo-objectivas esse statuentes, philosophiam Revelationii Divinae, ac eo ipso usibus vitae quotidianae conformem docent, et sequuntur [3]). Ratione autem studiorum patriae nostrae anno 1723. art. 70. statutum, ut praeter philosophica, juridica, ac theologica studia, etiam ea quae in exteris universitatibus publice docentur, juventuti patriae traderentur. Plurima tamen ad bonarum artium culturam praestitit Maria Theresia. Huc spectat institutum sic dictum Theresianum Viennae ab illa erectum, ubi etiam juvenes Hungariae educantur; convictus Tirnaviensis instauratio, cui similem Vacii quoque erexit. Ad quorum normam alii per Hungariam, Illiricum ac Transilvaniam convictus fundati. Academia montana Schemnicii anno 1763. per eandem fundata, ut scientiae metallurgicae tradantur [4]). Porro academiam Tirna-

[1]) In opere Essai sur le pantheisme in Germanicum idioma versum per Vidmer 1842.

[2]) Ernest. Schulze Göttingens professor in epist. quam 2. Maji 1817. ad Rozgonyi professorem in patria nostra exaravit. Vid. Tudományos Gyűjtemény XI. köt. 121. lap.

[3]) Vid. Joannis Imre amic. foedus ration. cum experientia Tom. II. p. 36—50. Fr. Nüsslein Lehrbuch der Metaphys. nebst der Gesch. der Philosophie Augsb. 1837. II. Abth. 278—306. Seite. Krugs Encyclopaed. Philosoph. Lexicon. Leipz. 1827.

[4]) Vallaszky Conspect. reipubl. liter. p. 380.

viensem Maria Theresia in universitatem scientiarum mutavit, medicam reliquis facultatibus adjiciendo, hasque novis doctoribus augendo, quam anno 1777. Budam transtulit. Academiam in quovis regni circulo speciatim Tirnaviae, Jaurini, Cassoviae, Magno-Varadini fundavit. Regnis Croatiae, Slavoniae et Dalmatiae Zagrabiensem, Transilvaniae vero Claudiopolitanam assignavit. Gymnasia, scholas normales, triviales ubique locorum posuit, reique literariae universim aliam faciem indidit [1]. Sub Josepho II. universitas scientiarum anno 1784. Buda Pestinum translata. Sub Francisco I. fundata sunt Pestini museum nationale, instituta gymnastica, oeconomica, Academia Hungarica. etc. Licet autem per infelices anni 1848. et subsequentis motus belli civilis cuncta haec instituta non parum damni paterentur, hodie tamen sub glorioso augustissimi Francisci Josephi imperantis regimine omnia reviviscunt, ac ad majorem florem promoventur; siquidem universitas scientiarum Pestiensis, Academiae juridicae, Gymnasia majora et minora, scholae reales, praeparandiae, elementares, convictus educatorii, claustra sequioris sexus pro educatione juventutis femellae, aliaque per regiminis zelosissimi munificentiam, et praelatorum regni beneficentiam apud nos aut stabilita, aut aucta, aut instaurata, aut nova fundata frequentissime leguntur.

Articulus II.

Status Theologiae.

§. 27.

Status Theologiae Dogmaticae seculo XVI. et XVII.

Theologia ad initium seculi XVI. eadem praedita erat facie, quam praecedenti seculo praeseferebat, onerata plerumque terminis barbaris, subtilitatibus inanibus, et quaestionibus superfluis, paucique reperiebantur Theologi, qui exegesim tractarent, et biblia altius scrutarentur. Plerique erant Theologi positivi, qui aut veterum testimonia adtulisse, aut sententias suas dialecticae Aristotelicae, regulis et distinctionibus firmasse contenti erant, vel si forte dubium quis circa Scripturae Sacrae textum moveret, ad glossam communem adpellantes, litem decisam putabant. Verum paulo post barbaram et spinosam sacratiores disci-

---

[1]) Ratio educat. etc. Viennae 1777. Vallaszky ibid. p. 437.

as docendi methodum, si non profligavit penitus, certe en immutavit increscens elegantiorum literarum cultura, trina fidei et morum vocabulis Scripturae S. et Traditiopressius exposita. Non tamen cunctae scientiae Theocae mox in scholis exponebantur. Quae prae ceteris lebantur, erant Dogmatica, Polemica, Moralis, et hic ibi Exegesis ac linguae orientales. Postquam attamen ismus Rotterodamus [1]), Petrus Morinus [2]), lchior Canus [3]) et Joannes Mabilonius [4]) de hodo ad perfectiorem scientiarum theologicarum cogniem perveniendi disseruissent, atque praeter gymnaia studia Philosophiam, Historiam Ecclesiasticam, Exem, Linguas orientales, Jus Canonicum et Civile comidassent, ac posterior cuncta haec studia a monachis que frequentanda esse ostendisset, Theologia ab inani-Scholasticorum quaestionibus purgata ad majorem perionis gradum sensim evehebatur. Et quamvis haud conum esse putarent theologi et ecclesiarum praesules a patis hucdum auctoribus uti S. Bonaventura, S. Tho-, Alberto M. et Duns Scoto penitus recedere, ams tamen studiorum theologicorum auctus, et methodus tradendi emendata est. Huc non parum contulit, quod a praeclara opera ex omni fere Theologiae ramo conata in communem legendi ac discendi cupidorum usum licata fuerint. Ad eos qui hac aetate operibus inclarue-;, referuntur I. Thomas de Vio Cardinalis Cajeta ndus, qui commentarium in summam S. Thomae puivit. II. Franciscus de Victoria Hispanus Ord. ed. Theologiae in universitate Salmanticensi professor [5]) or commentariorum in eandem summam, et in 4 libros

In ratione seu methodo compendio perveniendi ad veram Theologiam anno 1518 edit.
Petr. Morin e Gallia ortus edid. librum de usu et abusu literar. anno 1578.
Hispanus Ord. Praed. natus Salmanticae ubi ab anno 1546. Theologiam docuit et 12 libros locorum theolog. publicavit.
Ord. S. Bened. congr. S. Mauri opus de studiis monasticis vulgavit. Opus hoc Mabillonius abbati Trapistar. Bouthilier opposuit, cum hic in tractatu de sanctitate et officiis status monastici literarias monachorum occupationes ad lectionem S. Scripturae et librorum quorumdam spiritualium restringeret.
Mortuus anno 1560.

sententiarum. III. Dominicus de Soto aeque Hispanus Ord. Praedicat. Salmantiae Juris Canonici professor [1]), qui praeter duos libros de natura et gratia, commentarium in 4 libros sententiarum publicavit. IV. Petrus de Soto ejusdem nationis et Ord. qui Dilingae Suevorum Theologiam docuit [2]) et libros 3 institutionum Christianarum vulgavit. V. Gabriel Vasquez Hispanus Jesuita, in universitate Complutensi professor Theologiae celebratus [3]), commentarium 7 tomis in folio in summam Thomae Aquinatis edidit. VI. Franciscus Suarez ejusdem nationis et ordinis [4]), qui commentariis in Summam Theologiae in 19 tomis fol. editis inclaruit. VII. Martinus Becanus ex Brabantia oriundus, pariter Jesuita Philosophiae et Theologiae professor Herbipoli, Moguntiae et Viennae [5]), scripsit Theologiam scholasticam in 3 partes divisam. VIII. Adamus Tanner Tirolensis Jesuita et Ingolstadii linguae Hebraicae professor [6]), Theologiam scholasticam in omnes partes Summae publicavit. IX. Dionysius Petavius anno 1583. natus Aureliani in Gallia Jesuita, qui Parisiis Theologiam 22 annis docuit [7]), Theologiam dogmaticam in 4 tomis fol. publicavit. X. Ludvicus Thomassinus, qui simile opus priori edidit [8]), at conditione longe inferius. XI. Guilelmus Estius Batavus Theologiae in Duacensi universitate professor [9]), qui commentarios in 4 libros sententiarum vulgans potissimum S. Augustinum secutus est. XII. Vincentius Contenson Gallus Ord. Praed. Tolossae Philosophiae et Theologiae professor [10]), in Theologia mentis et cordis primus dogmata ad mores adplicuit. XIII. Joannes Duhammel auctor Theologiae speculativae et practicae usibus scholarum adcommodatae. XIV.

---

1) Mortuus anno 1560.
2) Vixit usque ad annum 1564.
3) Obiit anno 1604.
4) Decessit anno 1617.
5) Anno 1624. mortuus.
6) Anno 1632. defunctus.
7) Anno 1658. in alteram vitam migravit.
8) Opus ejus comparuit sub titulo: Dogmata Theologica Parisiis in tom. fol. ab anno 1680—1689.
9) Anno 1613. mortuus.
10) Anno 1674. mortuus aetatis suae 33.

Natalis Alexander Theologiae dogmaticae et moralis auctor [1]), illas praesertim doctrinas complexus, quae in Catechismo Romano continentur. Vid. Dupin biblioth. des auteurs eccles. Tassin Gelehrtengesch. der Congregation von St. Maur. et Niceronii memóires.

§. 57.

Status Theologiae dogmaticae seculo XVIII. et XIX.

Catholici epocha hac Theologiam scholasticam ultro quoque emendare conabantur. Evanescentibus Scotistarum, Thomistarum et Molinistarum sectis etiam controversiae de immaculatá B. M. V. conceptione, de gratia, libero arbitrio, et de scientia media tandem desierunt. Quamvis autem primis decenniis seculi XVIII. pauci saltem reperirentur, qui philosophiae Aristotelico-Scholasticae valedicentes, Dogmaticam positivam colerent, seu fidei dogmata ex genuinis S. Scripturae et Traditionis fontibus probarent, altera tamen ejusdem seculi parte plurimi Theologi praesertim Germani id facere pergebant, sicque in universam Theologiam dogmaticam ratione materiae et formae magna mutatio inducta est. Videlicet doctrina morum ab eadem separata distingui coepit Dogmatica theoretica. Impetus enim, quibus hostes Catholicismi religionem revelatam oppugnabant, Catholicos eo permoverunt, ut fusum et exactum tractatum de revelatione, ejus necessitate, possibilitate, criteriis, de miraculis et vaticiniis, de Ecclesia nomine Dogmaticae generalis praemitterent, ac postea solum specialem dogmatum recensionem facerent. Materiae in systema reducebantur, et nonnunquam etiam dogmatum historia adjiciebatur. Nonnulli Theologorum etiam placita philosophorum recentiorum Wolfii, Kantii, Schellingii ad sententias catholicas, quantum possibile ést, explicandas, confirmandas aut propugnandas adoptabant. Qui vero epocha hac inclaruere, tanti sunt, ut eorum tantem aliquos referre possim. Tales erant I. Nicolaus L'Herminier, qui summam Theologiae ad usum scholae adcommodatam publicavit [2]). II. Gabriel Antoine Jesuita, qui

[1]) Vulgavit in 10. tom. anno 1693.
[2]) Prodivit in 4 vol. 8. Parisiis anno 1701.

edidit Theologiam universam speculativam et dogmaticam [1]. III. Honoratus Tournely doctor Sorbonicus, et professor regius Parisiensis auctor Praelectionum Theologicarum [2]. Opus a Theologia scholastica utcunque purgatum, licet systemate pleno careret, in pluribus tamen scholis etiam Germanicis olim tradebatur. IV. Josephus de Thomasiis Siculus ord. Theatinorum postea Cardinalis, qui institutiones theologicas antiquorum patrum edidit [3]. V. Joannes Laurentius Berti, qui Theologiam historico-dogmatico-scholasticam publicavit [4]. Molinistae eum errorum Baji et Jansenii arguebant. VI. Petrus Maria Gazzaniga ord. Praedic. professor Theologiae Vindobonae, qui edidit Praelectiones theologicas [5]. VII. Joannes Obstret theologus Lovaniensis auctor institutionum theologicarum in usum tyronum [6]. VIII. Benedictus Stattler Jesuita Bavariae, qui opere Allgemeine katholisch-christliche Religionslehre [7] item aliis inclaruit. IX. Stephanus Wiest, qui praeter alia Institutiones Theologiae dogmaticae edidit [8]. X. Franciscus Gmeiner, qui Theologiam dogmaticam in systema redactam publicavit [9]. XI. Engelbertus Klüpfel ord. Eremit. S. August. Theologiae professor Friburg. in Brisgovia Institutiones Theologiae dogmaticae elucubravit [10], a Gregorio Ziegler professore Vindobonensi novitus editas [11]. XII. Bernardus Galura itidem Friburgi professor vulgavit: Die neueste Theologie des Christenthums [12]. XIII. Fridericus Bremer Theologiae in Lyceo Bambergico professor, edidit: Freie Darstellung der Theologie in der Idee des Himmelreichs [13]. XIV. Igna-

---

1) Opus in VII. tom. 12. Parisiis anno 1712. edit.
2) In 16 tom. Parisiis anno 1726 edit.
3) Editae sunt in 3 tom. 8. Romae 1709.
4) Romae VIII. tom. 8. anno 1739 prodiv.
5) Viennae V. tom. in 8. anno 1775. vulg.
6) Leodii 1710. vulg. aucto anno 1720. fatis cessit.
7) Monachii in 2 tom. vulg. in 8. anno 1793.
8) Ingolstad. 2. T. anno 1791.
9) Graecii in 2. tom. 1783.
10) Vindobonae in 2 Tom.
11) Viennae anno 1821.
12) Augustae Vindel. Tom. 5. anno 1805.
13) Bambergae et Vürceburgi 1813.

tius Tanner Canonicus collegiatae ecclesiae Mattseensis, professor Theologiae Salisburgensis: Wissenschaftliche Aphorismen der katholischen Dogmatik publicavit [1]. XV. Marianus Dobmayer Benedictinus Weissenauiensis in Franconia Theologiae professor, cujus systema Theologiae Catholicae post fata ejus Pantaleon Senestrey parochus publicavit [2]; ejus compendium edidit Emeramus Salamon ejusdem ordinis professor Ratisbonensis. XVI. Franc. Leop. baro de Liebermann Theologiae professor et canonicus Moguntinus, Institutionum Theologicarum auctor [3]. XVII. Georgius Hermes Theologiae professor universitatis Monasteriensis: Einleitung in die christkatholische Theologie publicavit [4] et continuavit. XVIII. Adamus Josephus Onymus professor Theologiae Herbipolitanus, qui vulgavit: Die Glaubenslehre der katholischen Kirche praktisch vorgetragen [5], item: Die Principien der Glaubenslehre der katholischen Kirche [6] XIX. Daniel Tobenz auctor Institutionum Theologiae dogmaticae [7]. XX. Franc. Joseph. Seber Theologiae professor universitatis Bonnensis: Ueber Theologie, eine allgemeine Grundlage der christl. Theologie [8]. XXI. Maurus Hagel professor Theologiae Dillingensis edidit: Demonstrationem Religionis Christiano-Catholicae [9]. XXII. Henricus Klee professor Theologiae Bonnensis, auctor operis: Katholische Dogmatik [10]. XXIII. Ex Hungaris Math. Zsivics professor Theologiae in universitate Budensi, edidit: De dogmatibus orthodoxae Religionis [11]. XXIV. Georgius Fejér in universitate Pestiensi professor Theologiae dogmaticae, canonicus M. Varadinensis Insti-

---

[1] Salisburgi 1816.
[2] Solisbaci 1807. in 7 tom. 8.
[3] Moguntiae anno 1819. tom. 5.
[4] Monasterii 1819.
[5] Sulzbach 1820. in 3 Abtheil.
[6] Ibid.
[7] Viennae in 6. Tom. anno 1820.
[8] Coloniae 1823. prodivit.
[9] Augustae Vindel. 2. tom. 1831.
[10] Mainz 1835. in tom. 3.
[11] Libri 10. Quinque-Ecclesiis 1801.

tutiones Theologiae dogmaticae publicavit [1]). XXV. Isidorus Guzmics ord. S. Bened. in monte Pannoniae Theologiae Dogmat. professor, auctor Theologiae fundamentalis et Dogmaticae [2]). XXVI. Josephus Prunyi Theol. dogm. professor in seminario Strigoniensi publicavit: Systema Dogmaticae Christiano-Catholicae. Viennae 1842. 4 Tom. Vid. Entwurf zur Einrichtung der theol. Schulen in den k. k. Erblanden 1784. 8. item Georgii Fejér op. cit. Tom. 1. p. 154 et seq. Budae 1811. Scharpff Vorles. über die neueste Kirch. Gesch. Freiburg 1852. 17. 18. Vorles. Seite 94—118.

§. 58.

Status reliquarum Theologiae scientiarum.

Cum initio periodi hujus multi reperiebantur, qui exarandis operibus apologetico-polemicis laborem impendebant, seu universum Religionis catholicae systema, aut vero speciales ejus doctrinas controversas defendebant, hostes suos confodientes. Speciatim in Theologia Morali Dogmaticae juncta multi excelluerunt, fatendum tamen est, eos cum initio periodi hujus multas quaestiones curiosas et spinosas secundum principia Aristotelis adhuc tractasse, exiguum usum S. Scripturae facientes. Et licet tardius Theologia moralis separatim etiam traderetur, generatim tamen fatendum cuncta volumina moralia horum Theologorum non tam systema Ethicae Christianae, quam complexum diversorum officiorum et jurium naturalium, christianorum, civilium ac ecclesiasticorum constituisse. Cumque inde a posterioribus seculi XVI. annis moralistae plurimi his occuparentur, Theologia moralis non tam institutio ad virtutem Christianam noscendam et sectandam, quam complexus eorum evasit, quae clerici in variis, et innumeris casibus moralibus, juridico-canonicis, liturgicis, disciplinaribus et dogmatico-practicis agere teneantur, ut adeo etiam nomen casuistarum et Theologiae casuisticae inde repetendum sit. Quia vero nonnulli eorum etiam laxiores sententias propugnabant, saepe accidit, ut sententiae eorum damnarentur, uti

---

[1]) Budae anno 1811. in 9 tom.
[2]) Jaurini anno 1828. in 4 tom.

cum probabilismo, aequivocationibus, peccato philosophico (dum quis committit tale quid, quod prohibitum esse ignoravit, aut non meminit) etc. factum est. Hinc alii in aliud extremum, nimium quippe rigorem prolapsi, uti Jansenistae pariter oppugnabantur. Donec tandem alii media via inter laxiores et severiores progressi tam probabilismum, quam nimis rigidam ascesim respuerent, internam animi sanctitatem requirentes. Theologi hi sensim in Gallia multiplicati ad alias quoque nationes principia sua promoverunt. Apud nos Theologia moralis studio Mariae Theresiae successorumque ejus in systema illud redacta est, quo hodie jam florere cernimus [1]). Cum autem adversarii Religionis Catholicae argumenta sua plerumque e sacris literis et ex antiquitate ecclesiastica desumerent, Catholicis tanto major stimulus additus est conatus suos ad studium etiam biblicum et Historiam ecclesiasticam convertendi. Et profecto studium biblicum, quod jam sub finem praecedentis periodi crescebat, nunc jam continua fere incrementa faciebat; jam lingua Graeca jam passim docebatur, Hebraicae quoque cathedra in pluribus jam locis existente. Studium hoc versiones bibliorum, polyglotta, versio Latina seu Vulgata mandato concilii Tridentini novitus typis procusa, commentarii et interpretationes Scripturae S. cathedrae linguarum Chaldaicae, Syriacae et Arabicae, Archaeologia, Hermenevtica, et bibliothecae [2]), aliaque subsidia in tantum promoverunt, ut hodie uberrimos ejusdem fructus colligere valeamus [3]). Quae de Historia Ecclesiastica hoc loco dicenda essent, in Prolegominis cap. V. recensentur. Quantum ad Jus Ecclesiasticum, illud periodo hac etiam reviviscere coepit, nam humaniores literae, Archaeologia, Historia Ecclesiastica, eruditis patronis suffultae priori adhuc periodo reflorescentes, agrum quoque ejus a sentibus purgabant; concilium Tri-

---

[1]) Scriptores Theologiae tum casuisticos tum recentiores legere licet in Antonii Klein Histor. Eccles. Chr. Tom. II. p. 521. et seq. item pag. 974 et seq.

[2]) De bibliothecis celebrioribus vid. Institut. Historiae Eccl. per me Pestini anno 1840—1841. edit. Tom. IV. p. 168. et seq.

[3]) Auctores qui in eo perficiendo desudarunt, legere licet in Klein op. cit Tom. II. §. 728. et seq. p. 461. et seq. item §. 951. et seq. p. 886. et seq.

dentinum, salutares constitutiones de limitibus jurisprudentiae ecclesiasticae ferendo, ejus incrementum insigniter adjuvabat, Pii IV. Gregorii XIII. Pontificum labores emendando Gratiani decreto impensi [1]) et collectae in unum Corpus Juris Sacri partes [2]) illud non parum promovebant. Cultura autem haec Juris canonici aevo nostro non tantum non remisit, verum respectu veritatum et methodi etiam multum incrementi coepit, siquidem veritates plures, utiliores et rerum temporumque adjunctis adcommodatae hodie pertractentur, methodus adcuratior et systematica observetur [3]). Theologia pastoralis initio hujus periodi non tradebatur quidem separatim, verum in aliis solum scientiis uti Jure canonico, et Theologia morali docebatur. Majores progressus Theologia pastoralis inter Catholicos Germaniae tunc solum fecit, postquam inde ab anno 1752. studia universa in terris Austriacis opera Simonis A. Stock episcopi suffraganei Viennensis et Baronis Van Svieten archiatri caesarei emendarentur, ac opera Stephani Rautenstrauch abbatis Brzeunoviensis anno 1776 etiam studia theologica ordinarentur. His enim conatibus adjuti plures opera pastoralia juris publici fecerunt, ac singulas partes ejus erudite complexi sunt. Auctores qui in hoc studio excelluere, referuntur in Ant. Klein Hist. Eccles. Christ. Tom. II. §. 1006. et seq. p. 998 et seq. item Gregor. Mayer in compend. Histor. Liter. Theol. et Berault-Bercastel in Fortsetzung der neuesten Gesch. 6. B. 858. S. und die folg. Augsburg 1836.

Reformatio literarum theologicarum vel maxime in patria nostra salutares fructus tulit. Systemate enim ab egregiis Austriae et Germaniae viris elaborato cooperantibus spectatissimis Ecclesiae, Hungaricae praesulibus Josepho principe a Batthyán Primate regni et Archiepiscopo Strigoniensi, item Andrea Szabo episcopo Cassoviensi in Hungariam quoque introducto statutum est, ut in quibusvis institutis nostris literariis: Historia Ecclesiastica cum prolegomenis, Linguae Orientales cum Hermenevtica Sacra v. et n. foederis, Theologia literaria, Patrologia, Institutiones Theo-

[1]) Vid. Enchiridion Jur. Eccles. per me edit. Tom. I. §. 41.
[2]) Ibidem Tom. I. §. 49.
[3]) Auctores Juris Ecclci vid. ibidem Tom. I. §. 71. 72. et seq. pag. 61. et seq. edit. 3. Posonii 1848.

logicae, Dogmatica, Moralis, Pastoralis, Polemica, Lyturgica, Jus Canonicum apto invicem ordine traderentur ita, ut fundamentales scientiae praecedant, reliquae autem his innixae sequantur. Methodus haec successu temporis adjecta Archaeologia, cathedra linguarum Haebreae affinium, aliisque modificationibus nunc recentissime adjunctis adhuc magis perfecta est.

Praeter id, quod cuncti patriae nostrae praesules Christi spiritu et muneris sui Apostolici zelo animati literis encyclicis eruditione et unctione plenis clerum suum instruere ac ad explenda officia pastoralia excitare soleant, nonnulli eorum hoc seculo specialibus etiam operibus inclaruerunt, uti Eminent. ac Rmus D. Cardinalis, et Princeps Primas regni et Archi-episcopus Strigoniensis Joannes B. Scitovszky de Nagy-Kér, qui edidit 1) Egyházi beszédek Pesten 3 köt. 1837. 2) Böjti beszédek Rosnyón 1. köt. 1837. 3) Egyházi töredékek Rosnyón 2 köt. 1839. 4) Egyházi töredékek Pécsett 2 köt. 1841. 5) A szentek élete Pécsett 1. köt. 1844. etc. Item Illmi a Rmi D. Joannes Ranolder episcopus Veszprémiensis, qui publicavit „Hermenevticae bibl. general. principia rational. christ. cathòlic. selectis exemplis illustr. Quinque-Ecclesiis 1838." Franciscus Szaniszlo episcopus M. Varad. L. R. „Doctrinam Religionis Christiano-Catholicae Budae 1839. in 2 Tom." vulgavit, item Ephemerides literarias „Religio s Nevelés" inchoavit, ac per plures annos continuavit, quae hodiedum per Rmum D. Joannem Danielik can. Agriens. cum profectu cleri continuantur. Augustinus Roskoványi episcopus Vaciensis edidit: „De Primatu Pontificis R. ejusque juribus Augustae V. I. Tom. 1834." „De Matrimoniis mixtis inter Cathol. et Protest. Quinque-Ecclesiis in 2 Tom. 1842." „De Matrimonio in Ecclesia Catholica. 2 Tom. Augùst. Vind. 1837." et alia.

Caput III.

Doctrina Catholicorum et controversiae Theologicae.

§. 59.

Doctrinae Catholicae praecipua capita.

Doctrinae Catholicae summam periodo hac discimus decretis concilii Tridentini, quod Scripturae S. et Tradi-oni divinae innixum Christi doctrinam pro adversario-ım indigentiis et adjunctorum necessitate jam confirmare, m uberius explanare, jam etiam vindicare pergebat. Et ıidem:

I. Quantum ad scripturas canonicas, siquidem adversariorum nonnulli earum auctoritatem divinam et numerum librorum canonicorum impugnarent, contra eorum audaciam veterem Ecclesiae Catholicae fidem edito de iis decreto vindicavit, et canone librorum sacrorum utriusque testamenti recitato, eos cunctos e sinu Ecclesiae Catholicae exclusit, qui libros ipsos integros pro sacris et canonicis non susciperent [1]), aut contra sensum S. Matris Ecclesiae interpretari auderent [2]).

II. De peccato originali contra novatores decrevit 1) Hominem primum Adamum per illam praevaricationis offensam secundum corpus et animam in deterius commutatum fuisse. 2) Non solum sibi, sed toti etiam propagini suae nocuisse juxta illud: Per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccarunt [3]). 3) Peccatum hoc non aliter, quam per merita unius mediatoris Domini nostri Jesu Christi, ac per institutum ab illo sacramentum baptismi deleri.

III. De justificatione sancta synodus decrevit: justificationem peccatoris non esse solam peccatorum remissionem, sed etiam sanctificationem et renovationem interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum [4]). Hanc tamen justificationem non operibus humanae naturae, sed Jesu Christi gratia fieri [5]), hancque gratiam necessariam esse, ut homo credere, sperare, diligere et poenitere possit [6]); cooperari tamen etiam liberum hominis arbitrium, dum Deo excitanti et vocanti assentitur [7]).

IV. Cum per sanctissima novae legis sacramenta omnis vera justitia vel incipiat, vel coepta augeatur, vel amissa reparetur, s. synodus decrevit eadem nec plura, nec pau-

---

[1]) Concil. Trident. sess. IV. Decret. de Canonicis script. p. 8. et 9. edit. Joan. Gallemart.

[2]) Idem sess. IV. Decret. de Canonicis script. p. 8. et de edit. et usu sacror. libror. pag. 9.

[3]) S. Paulus ep. ad Rom. V. 12.

[4]) Conc. Trident sess. VI. cap. VII. de justif. p. 53.

[5]) Sess. VI. cap. 16. de justif. can. I.

[6]) Sess. VI. can. III.

[7]) Sess. VI. cap. IV.

ciora, quam septem a Christo Domino instituta esse [1], hominemque non sola fide justificationis gratiam adipisci, sed sacramentorum usu [2], quae non per omnes christianos sed per proprios ministros cum intentione Ecclesiae conferenda sunt [3].

V. De sacrificio Missae statuit: Christum per sacrificium Missae Ecclesiae reliquisse visibile sacrificium, quo cruentum crucis sacrificium repraesentaretur, ejusque memoria in finem usque seculorum permaneret. Hoc autem per Apostolos eorumque successores offerri praecepit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem [4]. Porro declaravit, illud propitiatorium esse non tantum pro vivis, sed etiam pro defunctis, nondum plene purgatis [5]. Missam porro declaravit non lingua vulgari sed Latina celebrandam esse, ejus mysteria tamen populo explicanda [6].

VI. Doctrinam antiquam Ecclesiae Catholicae de purgatorio, velut in sacris literis, vetere patrum et conciliorum traditione contentam contra novatores firmavit his verbis: Si quis post acceptam justificationis gratiam peccatori poenitenti culpam ita remitti et reatum aeternae poenae deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis exolvendae vel in hoc seculo, vel in futuro in purgatorio, antequam ad regnum coelorum aditus pateat, anathema sit [7].

VII. De invocatione, veneratione, et reliquiis sanctorum, prout et de sacris imaginibus sacra synodus juxta Catholicae Ecclesiae usum a primariis Ecclesiae Christianae temporibus receptum, ac juxta s. patrum et conciliorum consensum docuit: Bonum atque utile esse sanctos una cum Christo regnantes, et orationes suas pro hominibus Deo offerentes invocare, sanctorum quoque martyrum et aliorum corpora — veneranda esse. Imagines quoque Christi, Deiparae et aliorum sanctorum colendas, ita ut per imagi-

---

1) Sess. VII. De Sacram. can. I.
2) Sess. VII. can. IV.
3) Sess. VII. can. XI.
4) Luc. XXII. 19. I. Corinth. XI. 24. coll. cum Matth. XXVI. 26. concil. Trid. sess. 22. cap. 1. de sacrif. Missae.
5) Sess. XXII. cap. VI.
6) Sess. XXII. cap. VIII.
7) Sess. VI. cap. XVI. de Justif. can. XXX.

nes, quas osculamur, et coram quibus caput operimus. Christum adoremus, et sanctos, quorum illae similitudinem gerunt, veneremur [1]).

VIII. De indulgentiis decrevit: Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit, atque hujus modi potestate divinitus sibi tradita antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit, sacrosancta synodus indulgentiarum usum Christiano populo maxime salutarem — retinendum esse docet, et praecipit, eosque anathemate damnat, qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant [2]).

IX. Quantum ad immaculatam conceptionem B. M. V. cum eam inde ab initio Ecclesiae Christianae plurimi doctores et fideles semper tenuerint; (§. 65. per III.) cum concilium Basileense anno 1431. convocatum, declaraverit: doctrinam de immaculata conceptione B. M. V. tanquam piam, et cultui ecclesiastico, fidei Catholicae, rectae rationi et Scripturae Sacrae consonam ab omnibus Catholicis adprobandam et tenendam esse [3]); cum Sixtus IV. Pontifex indulgentias omnibus cultum immaculatae conceptionis B. M. V. celebraturis concesserit [4]), Pius IX. Pontifex Ecclesiam Christi felicissime nunc gubernans pro sua in S. Matrem Dei pietate jure mentem universae per orbem dispersae ecclesiae fine veritatis hujus ad dogma Catholicum elevandae exquirere potuit. Facta porro ex omnibus fere orbis partibus ad Summum Pontificem declaratione, doctrinam hanc conformem esse traditioni et fidei veterum Christi fidelium, suapte sequitur sententiam hanc: „Beatissimam V. Mariam sine originis labe conceptam fuisse", hodie certo si non formaliter saltim materialiter dogmaticam esse. Vid. Emlék könyv Joannis Danielik Tom. II. anno 1852. Pestini edit. pag. 191—214. item „Civilia Cattolica". Romae 1852.

---

[1]) Sess. XXV. De invocat. venerat. et reliq. SS. nec non de SS. imagin. p. 578 et seq.

[2]) Sess. XXV. Decret. de indulgent. p. 713.

[3]) Concil. Basileense sess. 36.

[4]) Extravag. Com. cap. II. de reliq. et ven. Sanctor. L. III. tit. XII.

§. 60.

Controversia Michaelis Baji et Isaaci Peyreri.

Cum concilium Tridentinum resectis et proscriptis Protestantium erroribus oppositam credendi, et docendi normam haud ubiquae praescripserit, ac nonnulla etiam propter Theologorum varias sententias in dubio reliquerit, facile perspicitur, qui accidere possit, ut in Ecclesia Romano-Catholica controversiae quaepiam theologicae hodiedum obtineant. Objecta autem circa quae disceptabant, hodiedumque hic et ibi disceptant, erant gratia divina, vires liberi arbitrii etc. Auctor belli primi erat Michael Bajus, natione Belga, anno 1513. natus, qui successu temporis Lovaniensis academiae doctor et professor, jussu Philippi Hispaniae regis concilio Tridentino interfuit. Is laxas opiniones de gratia tunc vigentes oppugnare volens, contrarii ipse erroris arguebatur, quod videlicet talem Dei gratiam statueret, qua omnis nostra libertas et cooperatio suffertur. Cum porro facultas Parisiensis ex ejus operibus 18 prepositiones excerptas anno 1560. censura notaret, Bajus autem non paucis sibi adhaerentibus stipatus vindicias doctrinae suae ageret, graves inter utramque partem lites enatae sunt, quarum fervorem Pius IV. Pontifex extinguere volens, utrique parti silentium imposuit. Non tamen diu pacem servabant animi utrinque excitati, nam breve intra tempus plures adhuc propositiones Baji velut censura dignae academiis Salmanticensi et Complutensi, postea ipsi Pio IV. Pontifici praesentabantur, ex quibus 79 reapse ut haereticae, erroneae, suspectae, et piarum aurium offensivae per Sedem Romanam damnabantur. Hoc intellecto Bajus apologiam ad Pontificem Romanum expedivit, propositiones quaspiam sibi calumniose adscriptas, alias vero ab inimicis in pravum sensum detortas fuisse allegans. Cum tamen decretum Pontificis Romani Bajo nunciaret, obediendum esse, sine mora paruit, ac coram Vicario Generali suo propositiones damnatas ejuravit, a censuris, quas propter contumaciam incurrisse dicebatur, absolvi postulavit, seque in omnibus obedientem praebuit adeo, ut Cardinalis Toletus, qui decretum Lovanii publicavit, exclamaverit: Nullus Bajo

doctior, nullus humilior. Accedente ad haec facultatis theologicae Lovaniensis statuto, quo omnes praedictae Baji propositiones tradi aut defendi vetabantur, pax restituta fuit. Baji tamen sententias doctores plures deinceps quoque docebant, uti Joannes Less et Joannes Du Hamel Jesuitae, verum horum quoque doctrinam universitas et Lovaniensis et Duacensis mox damnarunt [1].

Quod alteram controversiam attinet, eam Isaacus de la Peyrere Hugonotta Gallus, fabulam Praeadamitarum recoquendo excitavit. Cum enim is verba S. Pauli: „Jam ante legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset" [2]) legeret, conclusionem fecit, verba illa de lege Mosaica intelligi non posse, cum peccata Caini, Sodomitarum, et aliorum juxta legem Dei publicatam Adamo punita fuerint, proinde homines ante Adamum jam existere debuisse, quibus lex non imputabatur. Hos porro dicebat initio mundi cum brutis conditos, reliquos vero tardius in Adamo creatos fuisse, et posteriorum solum generationes in veteri testamento a Moyse narrari, non vero etiam praeexistentium, quos nec Adae praevaricatio affecerit, nec diluvium deleverit; in illis gentilium, in his vero Judaeorum originem defigens. Scopus systematis hujus ante Peyrere jam conditi is fuisse videtur, quod per illud facillime explicari possit, cur homines diversi coloris existant, et qualiter antipodes ante inventam acum magneticam in provinciis suis existere potuerint. Sententiam suam La Peyrere duobus libris defendere conabatur, verum propter eam Bruxellis anno 1568. carceri mancipatus est, vix rogum evitaturus, nisi mentem ejurato etiam Calvinismo mutasset. Vid. Petr. Fritz Ketzerlexikon Tom. III. p. 151. et seq.

§. 61.

Controversia Ludovici Molinae.

Mox gravior controversia inter Jesuitas et Dominica-

[1]) Bajana scripta, quae ad controversias occasione sententiarum Baji exortas spectant ad calcem Opm Baji Coloniae anno 1696. adjecta habentur item Apologie historique de deux censures de Louvais et de Douay par Mr. Gery 1688. 8.

[2]) Rom. V. 13.

nos auctore Ludovico Molina Jesuita Hispano erupit. Is nempe anno 1588. librum edidit [1]), in quo liberum arbitrium cum gratia conciliare sic conabatur: hominem quippe naturae viribus seu generali Dei concursu aliquid moraliter boni operari posse, cui quidem nullum supernaturale pretium et meritum pro salute competat, eo tamen Deus moveatur ad gratiam homini naturalium virium suarum bonum usum facienti, conferendam; hancque hominis cooperationem causam esse, cur gratia sufficiens efficax reddatur ita, ut homo usque ad finem vitae in bono perseveret. Porro liberum arbitrium cum praescientia divina, item cum praedestinatione ac reprobatione sic componebat, ajebat nempe is, existere in Deo scientiam, quam mediam nuncupabat, qua Deus praevideat, quid ens liberum nondum creatum in his vel illis rerum adjunctis libere acturum, vel non acturum sit; hac autem praescientia actionum humanarum libertatem minime laedi statuebat, cum ens liberum non ideo hanc vel illam actionem ponat, quia Deus praevidit, sed Deus pro plenissima sua omnium rerum cognitione id praevideat, quod reapse acturum est. Eandem scientiam mediam etiam causam esse dicebat, quod Deus illos, quos gratiae suae cooperaturos praevidit, ad vitam aeternam praedestinaverit, quos autem aliter acturos praevidit, reprobaverit, ac proinde praedestinationem non esse absolutam, sed hypotheticam, hanc autem liberum eorum arbitrium minime tollere [2]). Verum primam Molinae sententiam, qua statuebat hominem naturae suae viribus aliquid moraliter boni operari, et ita cum gratia divina cooperari posse, Thomistae seu Dominicani semipelagianismi accusabant. Non absimiliter praedestinationem hypotheticam reprobabant, utpote menti S. Augustini haud conformem, ac eo ipso etiam scientiae mediae hostes se declarabant. Dominicanos mox alii theologi, ac nonnulli Hispaniae episcopi sequebantur, Jesuitis Molinae adhaerentibus ita, ut inter duos nobilissimos ordines gravissima con-

---

[1]) Liberi arbitrii cum gratiae donis divina praescientia, providentia, praedestinatione et reprobatione concordia.

[2]) Hiacinth. Serry hist. congreg. de auxiliis divinae grat. sub summis Pontif. Clemente VIII. et Paulo V. Antverpiae 1709. fol.

troversia in Hispania ferveret. Causa Romam delata, Clemens VIII. utrique parti silentium imposuit, interea episcopos, et universitates eatenus consulens. Cum vero Dominicani causae decisionem a Sede Pontificia implorarent, Pontifex anno 1598. Romae celebres disputationes ab objecto: congregationes de auxiliis gratiae divinae nuncupatas, institui jussit, quae sub praesidio primum Ludovici Madrucci Cardinalis et episcopi Tolentini, postea vero ipsius Pontificis Romani usque ad annum 1605. continuabantur [1]. Verum in his doctrina controversa non ut optabat Pontifex, juxta mentem S. Augustini decidebatur, verum utraque pars proprias sententias acerrime propugnabat. Plurimi tamen episcoporum et theologorum, qui disputationes auscultabant, doctrinam Molinistarum reprobabant, rem eo perducentes, ut Pontifex in Molinam, ejusque asseclas sententiam condemnatoriam, cui omnes consultores uno excepto, subscripserant, adornaret [2]. Verum sententiae publicationem mors Pontificis anno 1605. interveniens impedivit. Paulus V. Pontifex successor autem putans honorem totius societatis Jesu per condemnationem Molinistarum nimiopere laedendum fore, utrique parti tantum silentium imposuit, licitum relinquens, utrique parti sententias suas defendere, mutuam tamen diffamationem vitare omnes teneantur. Vid. Livini Mayer e Soc. Jesu historiae controversiar. de auxiliis sub Pontif. Sixto V. Clemente VIII. et Paulo V. ab objectionibus Hiacinthi Serry ex ord. Praedicat. vindicatae libri tres Bruxellis 1715. fol.

§. 62.

Controversia Jansenii.

Cornelius Jansenius [3] in universitate Lovaniensi Theologiae professor novae liti pariter circa gratiam et liberum arbitrium occasionem praebuit. Is nempe discipulis suis S. Augustini doctrinam de libero arbitrio, gra-

[1] Livini Mayer Histor. controversiar. de divin. gratiae auxiliis libri tres. Opus duplex unum sub Theodori Eleutherii, alterum sub genuino auctoris nomine vulgatum.
[2] Schmalfus Histor. Eccles. tom. 5. p. 243.
[3] Natus in Hollandia anno 1585.

tia divina et praedestinatione tradebat, ac Molinistarum adversarius erat. Anno 1637. episcopus Iprensus in Flandria factus doctrinam suam publicavit libro, quem amicis suis edendum reliquit, ipse anno insequente mortuus. Opus anno 1640. sub titulo Augustinus, seu „De naturae humanae sanitate, aegritudine, et medicina contra Pelagianos et Massilienses" vulgatum est. Verum Jesuitae illud mox ut prodiit impugnarunt, asserentes, in eo propositiones Michaelis Baji a Sede Romana proscriptas, contineri. Cum Jansenistae doctrinam magistri defenderent, et Molinistas refellere conarentur, Urbanus VIII. Pontifex anno 1642. ad lites scripto jam agitatas in ortu suffocandas, edita bulla Jansenii librum, nec non scripta cuncta pro et contra eundem edita interdixit. Quamvis autem universitas Lovaniensis, episcopi plerique et clerus Belgii bullam acceptare detrectarent, cum doctrinam S. Augustini in libro Jansenii contentam damnari existimarent, Pontifex attamen Innocentius X. prioris successor apud regem Hispaniae effecit, ut bulla in Belgio acceptaretur, imo eadem bulla etiam in Gallia recepta est. Et reipsa doctores Sorbonici propositiones nonnullas ex Jansenii libro excerptas Innocentio X. Pontifici ut haereticas substraverunt. Pontifex licet 11 episcopi Galliae Jansenio addicti contrariae mentis essent, sententias sibi substratas, ut haereticas proscripsit [1]. Erant autem sequentes: 1) Aliqua Dei praecepta hominibus justis etiam volentibus et conantibus impossibilia sunt, deest quoque gratia, qua possibilia fiant. 2) Interiori gratiae nunquam resistitur. 3) Ad merendum vel demerendum non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit a coactione. 4) Semipelagianorum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse etc. Bullam Innocentii X. omnes fere Galliae episcopi prompto animo receperunt, sententiasque praedictas merito proscriptas fuisse agnoverunt. Imo Jansenistae ipsi hoc idem fatebantur, verum nunc jam reponebant, sententias praedictas nec spectatis verbis, nec

[1]) Histoire de cinq. propositions de Jansen Leodii 1609. 12. cujus auctor dicitur Dumas. item Melch. Leydecker de Historia Jansenismi lib. VI. Trajecti 8.

spectato sensu a Pontifice intento in libro Jansenii contineri. Quare regina Galliae ab Alexandro VII. Pontifice anno 1656. novam bullam impetravit, qua omnes illi, qui dictas propositiones in libro Jansenii non reperiri asserebant, ut pacis publicae perturbatores novitus proscribuntur. Novam hanc Pontificis constitutionem episcopi Galliae et promte acceptarunt, et simul fidei quamdam formulam composuerunt ab omnibus Galliae clericis subscribendam, qua eandem constitutionem pontificiam a se sincere acceptari contestarentur. Cum autem Jansenistae duce Antonio Arnaldo protestarentur [1]), ac declararent, Ecclesiam non posse fideles compellere ad fidem rei solum historicae praebendam, episcopi Galliae consilio regis anno 1660. decreverunt eos omnes, qui aut Jansenium scripto defendissent, aut formulae a se editae non subscripsissent: inter haereticos referendos esse. Quia vero his non obstantibus inter ipsos Galliae episcopos quatuor reperiebantur, qui formulam acceptare nollent, graves in Gallia motus excitabantur, et Jansenistis jam etiam poenae dictabantur, speciatim monialibus Cisterciensibus Portus regii prope Parisios, quae duce praeposita sua Arnaldi sorore, Jansenii partes plerumque tuebantur, ab Archiepiscopo Parisiensi usu sacrorum exclusae, in carceres abductae, post unum annum quidem monasterio restitutae, sed usque annum 1668. militum vigiliis custoditae [2]). Ludovicus XIV. rex Galliae putans Jansenistas Pontifici facilius pariturus esse, Alexandrum VII. Pontificem eo disposuit, ut ipse formulam quamdam a clero Galliae subscribendam ederet. Quare Pontifex anno 1665. bullam in Gallia publicavit sub censuris mandans, ut omnes clerici, moniales et doctores formulam a se editam qua propositiones Jansenii damnatae eodem, quo damnatae erant sensu jurejurando subscriberent. At quatuor episcopi praedicti nec non reliqui Jansenistae nec modo parebant, dicentes Ecclesiam in decidendis quaestionibus ad fidem non spectantibus haud esse infallibilem. Quare pacis revehendae gratia a Clemente IX.

[1]) Lettre d'Arnaud du 24. Fevrier 1655.
[2]) Gabriel Gerberon Hist. generale du Jansenisme Amsterd. 1703. III vol. 8.

ontifice Jansenistis indultum, quatenus formulae Aleandri VII. relate ad quaestionem juris saltem, non vero tiam quoad quaestionem facti subscriberent. Indulgentia aec, quae etiam pax Clementina dicitur, motus in Gallia uidem sedabat, at omnimodam eorum vexationem minime ollebat, idque non tam ideo, quod contenderent proposiones damnatas in Jansenio non contineri, quam pous, quod publicarent Ecclesiam ipsam oppugnando librum ansenii a S. Augustini doctrina de gratia et libero rbitrio defecisse; quod Ecclesiae et Pontificis auctoritatem pernerent, obedientiam eis denegantes; quod disciplinam iorum a Jesuitis traditam laxitatis arguerent, et nimis riidam substituerent adeo, ut homini pro tota vita nihil liud, quam mortificationis exercitia, etiam cum detriiento sanitatis praescriberent. Cum haec cuncta talia esent, quae plurimorum reprobationem ferebant, tandem es eo devenit, ut mandato regis per totum regnum ab omibus personis ecclesiasticis simplex subscriptio formulae Alexandri VII. exigeretur [1]). Res composita fuisset, isi anno 1701. sacerdos quidam casum conscientiae Soronae proposuisset, an nempe in sacro confessionis triunali absolvere liceat clericum, qui confitetur, se damnaas Jansenii propositiones damnare quidem, sed relate d factum, an sensu damnato in libro Jansenii contiieantur, nonnisi religiosum silentium tenere. Cum enim loctores Sorbonici declararent clericum talem absolvendum sse, Clemens XI. Pontifex autem contrariae mentis sset, Ludovicus XIV. rex doctores sub exilii poenis ententiam suam revocare jussit. Cumque et ipsi Jansenistae silentium circa factum sufficere docerent, Pontifex ad preces regis et quorumdam Episcoporum Galliae anno 1705. bulla: Vinea Domini Sabaoth declaravit, obsequiosum silentium minime sufficere, sed omnes Christi fideles ad credendum et confitendum obligari, propositiones eo sensu, quem verba praeseferunt, in libro Jansenii contentas esse. Vid. Nicol. Fontaine memoires pour servir a l'hi-

[1]) Histoire abrégée du Jansenisme et remarque sur l'ordonance de Mr. l'Archéveque de Paris; item Gerberon Jansenistae Histoire generale du Jansenisme. Dumas histoire de cinq propositions de Jansenius.

stoire du Portroyal Cologne 1738. Melchior Leidecker de historia Jansenismi 1695. 8. Trajecti. Les raisonnemens des Calvinistes et leurs cousins les Jansenistes. Voltaire's vermischte Gedichte.

§. 63.

Lites Paschasii Quesnelli.

Lites hae originem e praecedentibus traxere, occasionem dante Paschasio Quesnello congregationis oratorii presbytero, qui cum formulae fidei erroribus Jansenii per suos oppositae non subscriberet, patriam deserere coactus anno 1685. Bruxellas confugit. Sed cum et ibi causam Jansenistarum scriptis et factis defenderet, mandato regis Hispaniae carceri mancipatus, inde opera Jansenistae cujusdam liberatus Amstelodamum se recepit, ibique ad mortem usque perseveravit [1]. Ediderat Quesnellus Novum Testamentum cum reflexionibus moralibus singulo versui adjectis [2]. Reflexiones hae tum propter pietatem, quam spirare videbantur, tum propter sermonis elegantiam plurimis, speciatim Cardinali Noailles probabantur. Verum alii sententias erroneas et periculosas Jansenismo faventes in eodem opere notabant, et scriptis impugnabant. Clemens XI. Pontifex attentus redditus, anno 1708. brevi apostolico Quesnelli opus doctrina erronea et seditiosa, in Jansenio jam damnata refertum, proscripsit. Noailles Cardinalis partes Quesnelli tuitus, duorum episcoporum encyclicas brevi pontificio conformes censura notavit, cum autem et hi et ille asseclas nanciscerentur, factiones duae exortae quidem sunt, sed ambae causam suam Romam detulere. Pontifex discusso in congregatione Cardinalium et theologorum opere Quesnelli. 101 propositiones bulla Unigenitus damnandas censuit. Bullam episcopi Galliae anno 1713. Parisiis jussu regis congregati majori ex parte receperunt, solum Noailles et 7 ipsi adhaerentes episcopi declararunt se, cum propo-

[1] Mortuus anno 1719. Amstelodami.
[2] Prima editio anno 1671. prodiit, novis curis Cardinalis Noailles postea recusa.

sitiones damnatae bonum quoque sensum paterentur, nonnisi eatenus bullam acceptare posse, si perversus earum sensus definiretur. Verum rex per confessarium suum Tellier permotus illimitatam bullae acceptationem exigebat, ac tam senatum Parisiensem, quam Sorbonnam ad idem praestandum stringebat. Senatus quidem illico paruit, at ex Sorbonna 28 doctores id praestare detrectarunt, ideoque partim e sacra facultate exclusi, partim Parisiis interdicti sunt. Cum Noailles una cum asseclis suis ad illimitatam bullae acceptationem permoveri nullatenus posset, Pontifex illi privationem dignitatis jam intentabat, sed is Pontifici nihil detulit vel ideo, quod dux Aurelianensis Ludovici XV. minorennis gubernator bullae refractarios protegens [1]), in locum amoti Tellieri ipsum Cardinalem conscientiae directorem in aula faceret, sicque litium harum moderamen ipsi concrederet. Nunc jam omnes patria extorres revocantur, data omnibus facultate de bulla mentem libere depromendi. Hujus usum faciens Sorbonna illico declaravit bullam a se nunquam receptam fuisse, quod quidem plures ex episcopis etiam imitabantur, at plurimi pro bulla pugnabant, in refractarios poenas dictantes. Cum vero quatuor ex episcopis opponentibus, Noailles, Sorbonna aliique a bulla Unigenitus ad concilium generale adpellarent, Pontifex nova bulla Officii pastoralis cunctos inobedientes cujuscunque dignitatis essent, excommunicavit. Aurelianensis dux videns hinc dissidentium motus augeri, cunctis rigidissimum silentium imposuit, ac omnem adpellationem contra Pontificis auctoritatem interpositam invalidam declaravit. Verum et haec incassum, donec tandem Innocentius XIII. et Benedictus XIII. Pontifices universae ecclesiae mentem eatenus exquirentes, ac majori exparte adprobationem bullae obtinentes, illimitatam obedientiam ab omnibus strictissime postulassent, ac pacem restituissent. Inobedientes ad Belgium dilapsi, Cardinalis Noailles, Sorbonna, et senatus Parisiensis prudentia Benedicti XIII. Pontificis placati sunt, sicque

---

[1]) Bullae refractarii anticonstitutionistae, vel opponentes etiam nuncupabantur.

factio adpellantium imminuta quidem est, non tamen penitus exstincta. Vid. Petr. Franc. Laffitau Histoire de la constitution Unigenitus a Paris 1737. III. vol. 8. item Recueil des arrêts rendus dans tous les parlements et conseils souverains du royaume, au sujet de la bulle Unigenitus et de ses suites anno 1753. III. vol. 8.

Principes Austriae anxie vigilabant, ne inter subditos suos turbae in Gallia excitatae transferrentur. Ita Carolus VI. imperator contra bullae Unigenitus publicationem in Belgio Austriaco nullam quidem exceptionem fecit, verum omnibus praecepit, ne ullus de eadem disputare audeat. Vestigia patris Maria Theresia, et hujus filius Josephus II. imperator sequebantur. Posterior anno 1782 decretum edidit, quo Theologiae professoribus imposuit, ut in literariis collegiis suis argumentum bullae quidem exponerent, ab omni tamen ulteriori judicio, an propositiones Quesnelli merito, aut immerito damnatae sint, abstinerent. Quod hodiedum ab omnibus observatur. Vid. Walch neueste Relig. Gesch. p. IX. p. 210. 212. item act. Histor. eccles. Tom. XI. Quo tamen animo Sedes Romana decreta haec exceperit, legi potest in Religions Journal 1782. p. 224. nec non in Walch op. cit. p. 503.

§. 64.

Lites quietisticae Molinosii et Joannae Guyon.

Praeter Jansenistas alii quoque reperiebantur, qui Pontificibus Romanis negotia facesserent, uti Quietistae seu mystici recentiores. Horum antesignanus Michael Molinos Caesaraugustae in Hispania natus, sacris ordinibus initiatus, anno 1669. Romam venit, ibidemque tantam sanctitatis famam consecutus est, ut multi ad eum utriusque sexus homines confluerent, ei conscientiae suae directionem concredentes [1]). Vulgavit is librum sub titulo: Manuductio spiritualis [2]), in quo crassissimum quidem mysticismum docuit, quia tamen pietatis pallio tectum explicuit, majorem adhuc venerationem consecutus est.

---

[1]) Gilbert. Burneti itiner. in Germ. versa, ubi continetur: Beschreibung des gegenwärtig. Zustandes in Italien sonderlich vom Anfange und Fortgange des Quietismus u. Lebensl. des Molinos. Walch bibl. Theol. T. II. p. 1006. et s.

[2]) Prodiit anno 1675. Hispanice mox in Ital. Gall. et Latin. idioma versus.

Anno 1658. Cardinalis Etresius legatus Ludovici XIV. Romae per confessarium ejusdem regis animatus petiit, ut Molinosii liber, cui errores multi periculosi adscribebantur, in serium examen vocaretur, et condigna censura notaretur. Fundatam omnino fuisse hanc petitionem eventus ostendit. Docebat enim Molinos perfectionem Christianam non consistere in jejuniis aliisque externis operibus, sed in quadam mentis quiete, in qua homo nec voluntatem, nec actionem habeat, neque de praemio vel poena sollicitus sit, sed Deum amore puro ab omni commodi respectu perpurgato, diligat, et ab omni peccato immunis nec sacramentis, nec operibus externis indigeat [1]), siquidem anima ipsius ab omnibus tentationibus et affectibus nunc libera ad plenam in Deo quietem pertingat. Doctrinam hanc Salvatoris Evangelio adversari quisque perspicit, ideoque mirum non est, quod Innocentius XI. Pontifex eam anno 1689. singulari bulla proscripserit tanto magis, quod, in eodem opere plures adhuc erroneae sententiae continerentur. Haec cuncta satis indicant, Molinosium, qui manuductoris spiritualis partes explere cupiebat, communem hominum naturam aut non novisse, aut ejus in scribendo non meminisse. Quare is finito libri examine custodiae traditus, et licet tardius in ecclesiam inductus errores suos publice quidem revocaret, sub custodia tamen monastica usque ad finem vitae detentus, poenitentiam egit [2]). Mortuus anno 1696.

Quod Joannam de Guyon nobilem viduam Galliae attinet, haec per Franciscum La Combe clericum regularem S. Pauli confessarium [3]) mysticismo, ad quem secus etiam proclivis erat, imbuta, variis in civitatibus, postremo autem Parisiis [4]) privatis in domibus doctrinam de annihilatione animae, de puro Dei amore, de plena animae quiete aliis exponere conabatur, unde post-

---

[1]) Dannemayer Institut. H. Eccles. n. t. part. 2. p. 233. Viennae 1806.
[2]) Recueil de diverses pieces concernant le Quietisme et les Quietistes. Jäger Histor. Eccl. et polit. seculi XVII. D'Argentrée collect. judicior. de novis errorib.
[3]) Cujus opus: Analysis mentalis damnatum et suppressum fuit.
[4]) Bouvieres de la Motte Guyon in civitate Parisiensi inde ab anno 1687, sententias suas explanabat.

quam ex aliis locis vigilantia episcoporum exclusa fuisset. Parisiis anno 1687. in custodiam tradebatur, inde tamen intercessione patronarum libertati restituta, doctrinam suam porro quoque spargebat adeo felici cum successu, ut Franciscum Fenelon presbyterum, et principum regiorum informatorem, postea vero Archiepiscopum Cameracensem in partes suas pertraheret. Cum vero exceptiones contra doctrinam Joannae a pluribus formarentur, eam judicio episcopi Meldensis, celeberrimi Bossueti ipsamet substravit. Hic 34 articulos erroneos fine emendationis ex libro excerptos eidem indicavit, verum illa penes priorem doctrinam mansit, esto crisim Bossueti adprobaverit [1]. Quare Bossuetus eam custodiae tradendam disposuit, doctrinam ejus condemnavit, ac ut Fenelon idem faceret, postulavit. Ast hic mentem suam opusculo specialiter edito [2] manifestavit, in quo praecipue sententiam propugnavit de puro Dei amore, qui tantus esse possit, ut animus licet a Deo se reprobatum et ad miseriam aeternam condemnatum credat, eum tamen propter Deum, qui vellet, ut caelo fruatur, desideret. Insuper Fenelon eodem in opere doctrinam mysticorum de contemplatione, statu passivo, morte spirituali, unione substantiali cum Deo etc. orthodoxe, ac plerumque de puro Dei amore exposuit. Sed hoc non obstante Bossuetus doctrinam Quietisticam impugnavit, quam cum Fénelon acriter defenderet, litis decisionem communi consensu Pontifici detulerunt [3]. Hic erga regis preces brevibus literis anno 1699. respondit et 23 propositiones ex opere Fenelonii extractas nempe de puro Dei amore, de perfecta animi quiete, de exiguo pretio orationis vocalis etc. velut erroneas et noxias auctore attamen haud nominato proscripsit. Sententiam hanc Pontificis Fenelon raro humilitatis exemplo absque omni re-

[1]) Vitam suam Joanna ipsa deduxit Gallice publicatam Coloniae 1720. 12.
[2]) Explication des maximes. que les saints tiennent de la vie interieur Paris 1697. Opus a Bossueto refutatum in lib. de nova quaestione tractatus tres.
[3]) Historiam hujus concertationis egregie describit Toussaints de Plessis in Histoire de l'eglise de Meaux lib. V. t. 1. p. 485. et s. Vid. etiam Histoire de la vie de Mr. François de Salignac la Motte Fenelon Archéveque de Cambray à la Haye 1723. 8.

ensu acceptavit, eamque ipse conscenso in ecclesia sua mbone publicavit, idemque literis pastoralibus clero suo ommunicavit, facto suo consecutus, ut qui hucdum celebrabatur, deinceps adhuc magis celebraretur. Vid. La vie e Bouvieres la Guyon ecrite par elle même Cologne 720. 12. Ramsay: Histoire de la vie de Mr. Fenelon. l'Argentrée collect. judicior. de nov. errorib.

§. 65.

is de juramento circa immaculatam Conceptionem. B. M. Virginis.

Paulus V. et Gregorius XV. Pontifices post lonas tandem disceptationes Theologos inter agitatas editis ecretis sententiam, quae B. V. Mariam absque peccati riginalis macula conceptam esse docet, publice impugnare rohibentes, Scotistis demum prae Thomistis palmam adixere (§. 85. per. III.) illorumque sententia, ut pia adopta est (§. 59). Jesuitae Scotistas in pietate imitari, imo t superare volentes tum se, tum professores in universiatibus ipsorum docentes, prout et omnes ad gradum acaemicum aspirantes, jurejurando obstrinxerunt, se pro deendenda sententia de immaculata conceptione B. M. V. vitam et sanguinem oblaturos, dum occasio id exposceret. usjurandum hoc Ludovicus Muratori presbyter Itais, ducis Mutinensis bibliothecarius, ingenio, multisque peribus praesertim historicis conspicuus libro edito [1]) veit imprudens et temerarium, superstitiosum et animae periulosum depinxit. Opus Muratorii plures impugnandum uscepere, quin tamen tranquillitas publica vel minimum ericulum subiret. Tota enim controversia in horum oppugnatione et Muratorii responsis consistebat. Cum taien studentes Salisburgenses ad Italiam experientiae graia profecti, Muratorii sententiis delectarentur, ac doium reversi conventus literarios sub titulo scientias emenandi celebrarent, plures eventus et facta Historiae Ecclesiasticae velut fabulas exploderent, imo sententiam Muatorii, qua cultum sanctorum et B. V. Mariae ad sa-

[1]) Sub titulo: Lamindi Pritanii de ingeniorum moderatione in relig. negotio anno 1714. prodivit auctor, 1749. mortuus est.

lutem necessarium haud esse docet, Salisburgi spargerent, professores universitatis Salisburgensis ex ord. S. Benedicti, quibus se Capucini junxerant, tum praedictos studentes, tum Muratorium libertinismi publice arguerunt, eosque zelosissime impugnarunt. Cum tamen iidem professores nimio disputationis fervore abriperentur adeo, ut seditio publica metueretur; Archiepiscopus Salisburgensis motus hos compositurus, Benedictinos cathedris privavit, unum qui sermonem seditiosum ad concionem dixerat poenae peculiari subjecit, ac utrique parti strictissimum hac de re silentium imposuit. Historiam vero litis hujus prout et genuinam de cultu B. M. Virginis sententiam Joannes Gaspari Archiepiscopi Salisburgensis bibliothecarius erudite recensuit [1]. Sed etiam Muratorius de his litibus edoctus missis ad rectorem universitatis Salisburgensis literis se defendit, donec tandem Josephus II. imperator edito decreto [2] jusjurandum pro tuenda immaculata B. M. V. conceptione interdicens, finem liti imposuisset. Vid. Schlegel Kirchengesch. des XVIII. Jahrhund. p. 1. p. 103. Schloetzer Staatsanzeigen I. B. II. Heft. p. 248.

§. 66.

Lites Gasneri.

Joannes Josephus Gasner parochus Klösterlensis in dioecesi Curiensi ab anno 1774. primum in Helvetia, deinde in Suevia, demum in Palatinatu superiori et Bavaria morbos in nervis fixos, uti spasmos, epilepsiam etc. adjurato in nomine Jesu satana, a quo illos productos spargebat, sanare tentabat. Cum autem non omnes, sed aliquos saltem hujusmodi morbos a daemone immitti statueret, idcirco duplicem exorcismum adhibendum dicebat, primum nempe probativum, quo experiretur, an reipsa morbus a satana originem ducat, et sanativum, quo morbum curari dicebat. Exorcismus probativus sic instituebatur: Gasner patientem et hic illum fixe intuebatur, postea ille infirmi frontem et collum tangens satanam rauco et impera-

[1] In opere Αδεριςιδαι Μονος Φιλοςομαιν Vindiciae adversus sycophantas Juvavienses anno 1741.
[2] Die 3. Junii 1782.

tivo tono convulsiones infirmo immittere jubebat, quae si sequebantur, morbus ab illo immissus credebatur. Hoc comperto exorcismum sanativum adhibebat, seu daemonem itidem gravi et imperativo tono infirmum deserere, et a malo liberum relinquere jubebat. Cum porro Gasner diceret, infirmum tunc solum sanitati restitui posse, si fiduciam firmam in nomen Jesu, hujusque virtutem habeat, clarescit eum facilem sui excusationem reperisse, dum curationes ejus saepissime prospero successu carebant [1]. Quod vero operationes ejus attinet, de iis varii varie sentiunt. Alii vera ab illo miracula patrata fuisse statuunt, siquidem etiam medicorum nonnulli infirmos graviores, quos curare non valebant, ad ipsum adduxerint, alii impostoribus, alii denique fanaticis eum accensent. Hoc certum est, cunctas ejus operationes ita comparatas fuisse, ut e viribus et effectibus naturalibus sive physicis sive moralibus explicari possint. Episcoporum plures illius operationes improbabant, eum dioecesibus suis exesse jubentes, Pontifex autem Pius VI. audita congregationis rituum opinione, eas superstitiosas, illusorias, imo ex parte haereticas esse declaravit. Tandem per Josephum II. ab omnibus curationibus inhibitus, ad dioecesim Ratisbonensem semet transtulit, ubi pingue beneficium consecutus, curae animarum laudabiliter usque ad mortem praefuit. Anno 1779. mortuus est. Vid. Walch neueste Kirchengesch. Tom. VI. p. 371. et seq. Allgem. Deutsche Bibliothek Tom. XXIV. p. 610. et seq. XXVII. p. 596. XXVIII. p. 278. et seq.

§. 67.

Controversiae Isenbiehlii, Wierhlii et Jahnii.

Inter recentiores periodi hujus controversias referri quoque meretur: 1) Ea, quam Isenbiehl S. Scripturae et linguae Graecae professor universitatis Moguntinae excitavit. Is in opere typis vulgato [2]) textum prophetae: „Ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus

[1]) Nova biblioth. eccles. Friburg. vol. 5. fasc. III. p. 480. Walch neueste Gesch. der Relig. Tom. VI. Huth Versuch einer Gesch. des XVIII. Jahrhund. Michl Kirchengesch. Tom. 2. p. 422. et seq.

[2]) Neuer Versuch über die Weissagung von Emmanuel 1778. 8.

Emanuel" [1]) contra unanimem SS. patrum, doctorum Catholicorum, imo et Protestantium multorum consensum interpretaretur, diceretque vocem העלמה virgo nihil aliud significare, quam adolescentulam, non vero virginem, mox omni ex parte contra eum insurrexere, novumque interpretem plures viri eruditi, imo et theologorum collegia refutarunt, ostendentes, vocem Alma non solum adolescentulam vel virginem, sed cum epitasi virginem reconditam, quae parentum diligentia custoditur, significare [2]), item allegantes, Deum factum hoc: Virgo concipiet, velut miraculum omnium maximum promisisse regi Achaz, ut insinuaret, se missurum filium, qui homines salvaturus sit, jam vero nullum futurum fuisset miraculum, si diceretur, illa quae prius virgo erat, concipiet a viro [3]). Cum autem nonnulli Isenbiehli sententiam defenderent, plures episcopi eandem proscripserunt, ac imperator opus ipsum in provinciis imperii vendi prohibuit. Opere per Pium VI. Pontificem examinato, is bulla anno 1779. edita declaravit doctrinam in eo falsam, temerariam, et perniciosam contineri, quibus intellectis Isenbiehl doctrinam suam revocavit et pollinodiam cecinit [4]).

2) Notari meretur ea controversia, quam Martinus Vierhl dioecesis Trevirensis presbyter et philosophiae professor Badensis excitavit, cum theses nonnullas e Philosophia practica occasione disputationis literariae anno 1780. lingua Germanica publicaret. Tres illius sententiae prae aliis attentionem excitarunt nempe 1) dum assereret, amorem sui ipsius esse unicum originarium hominis impulsum; 2) dum statueret, ex rationalibus de Deo ideis clarescere, quod timor, reverentialis amor, gratitudo, adoratio et fiducia in Deum immediate ex amore sui ipsius sequatur; 3) dum diceret bonorum temporalium contemtum, dum juste acquiri possunt, item eorum dilapidationem, dum possidentur, semper officiis erga se repugnare. Sententias has

---

[1]) Isaiae cap. VII. 14.
[2]) Quod ostenditur e Genesi XXIV. 43. Exod. II. 8. Cantic. Cant. V. 8.
[3]) Reliqua momenta vid. in Schnappinger H. Schrift in Matth. VII. 23.
[4]) Religionsjournal 1778. item Beilagen zum Religionsjourn. 1778. et 1779. Nova biblioth. eccles. Friburg. vol. IV. fascic. II. p. 245. Walch neueste Relig. Gesch. Tom. VI. p. 7. et seq.

pro suspectis habens episcopus Spirensis, easdem theologis Heidelbergensibus et Argentinis fine judicii de iis depromendi, submisit, qui eas quidem severe perstrinxerunt, verum tam philosophica, quam theologica facultas Friburgensis easdem adprobarunt. His, cum et aliarum academiarum doctores consentirent, controversia tandem disparuit [1].

3) Controversia Joannis Jahn professoris Theologiae in universitate Viennensi, et canonici Viennensis. Is vulgavit: „Introductionem in libros veteris foederis" idiomate Germanico [2]. Cardinalis Migazzi Archiepiscopus Viennensis contra opus exceptiones varias formavit, tandem plures propositiones ex eo excerpsit, ac eas velut erroneas et periculosas Francisco II. imperatori detulit. Cardinali vel maxime displicuit 1) quod Jahn ab omnibus antenatis suis interpretibus recesserit, et propriae easque teste ipso singulares sententias secutus fuerit; 2) quod libros Job, Jonae, Tobiae et Judith parabolas puras continere statuerit; 3) quod sic dictos daemoniacos novi testamenti non reipsa a daemone obsessos, verum graviter tantum infirmos fuisse docuerit. Imperator auditis his commissionem specialem deputavit, quae opinionem suam de rei statu depromeret. Quamvis autem commissio de opere Jahnii favorabile fecerit judicium, imperator tamen sequentia decrevit α) professori Jahn significandum esse, ut theses ab Archiepiscopo subsumtas tam occasione oralis institutionis, quam novae editionis operis ita modificet, quo eae historico-problematicae narrationis proprietatem induant, sicque nullam ansam explicationi contra communem Ecclesiae Catholicae sententiam praebeant; β) generatim professoribus Theologiae strictissimam modestiam commendari eo adjuncto, ut sententias novas potius praetereant, quam in collisionem cum Ordinariis suis veniant; γ) antequam opus aliquod deinceps pro studio theologico assumatur, aut praescribatur, opinionem Ordinariatuum per regimen expetendum esse [3]. Decreti hujus primae parti

[1]) Nova bibl. Friburg. vol. VI. fasc. II. p. 272. et 368. fasc. VII. p. 487. fasc IV. p. 718. Walch neueste Relig. Gesch. Tom. IX. p. 409.

[2]) Einleitung in die göttl. Bücher des alt. Bund. Wien 1792. 4. Tom. II. edit. anno 1802. prodivit.

[3]) Anno 1792. die 23. Aprilis emanavit decret.

Joannes Jahn reapse postmodum ita se accommodavit, ut in secunda editione operis sententias suas historice exponens, et utriusque partis argumenta claro obtutui sistens, lectori ponderandum relinquat, quaenam sententia tenenda sit. Ex hac duplici expositione scissio Theologos inter exorta est; primam expositionem secuti primas Jahni sententias adoptant, secundae autem expositioni adhaerentes sententias mitiores et antiquitati magis conformes sequuntur. Duplices hae sententiae occasionem controversiae fervidae inter duos professores universitatis Pestiensis Alber quippe et Tumpacher seculi nostri altero decennio praebuere. Primus e scholis piis et veteris foederis professor veteres sententias, alter canonicus Jauriensis et novi foederis professor recentiores sententias amplexus est. Uterque de scientiis bene meritus opinionem suam nobis tunc Theologiae auditoribus proponens, sectatores nactus est. Controversia, quae generatim de materiis solum scientificis e. g. de modo inspirationis activae aut passivae SS. auctorum, de modo interpretandi S. Scripturam; et de unanimi SS. patrum consensu etc. non autem de rebus fidei aut morum agitabatur, per mortem utriusque praeclari doctoris finem accepit. Adhaerentes attamen Tumpacheri multum augebantur, postquam ille sententias suas vulgato opere [1]) lectoribus substravisset, probans licitum esse, in rebus pure scientificis quamcunque sententiam amplectendi. Vid. Vindiciae Joannis Jahn §. 72. 217. et seq. anno 1822 edit.

§. 68.

Controversia Hermesiana.

Recentissimae controversiae huic Georgius Hermes in Westphalia natus, Monasterii, dein Bonnae universitatis professor Theologiae, tandem Coloniensis Canonicus [2]) occasionem praebuit. Is perpenso eo, quod philosophia critica rationalismo et indifferentismo per naturalismum Galliae prius jam promoto, nimium faveret, ac multi principia Kantii et Fichtei sequerentur, imo eo teme-

---

[1]) Vindiciae Joannis Jahn (auctore Tumpacher) Lipsiis 1822.
[2]) Obiit anno 1831.

ritatis laberentur, ut statuerent, nec authentiam nec fide dignitatem Religionis Christi unquam demonstrari posse, eamque unice ideo conservandam esse, quia populo quietem, reipublicae autem securitatem et ordinem procurat, firmissimum propositum fecit, perniciosum influxum philosophiae criticae in Religionem Christi eradicandi, et ostendendi, qualiter verus philosophus, per continuum examen non de veritate Religionis Christi solum convinci possit, verum et assecla ejus fieri debeat [1]. Ast quod teste historia pluribus aliis, id etiam Hermesio accidit, ut alios oppugnare volens, ipse in gravissimos laberetur errores. Qualiter id contigerit ipse fatetur [2], se nempe has ideas: Deus, revelatio, et vita aeterna strictissimum in examen vocasse, cumque nullum absolute librum se de iis convincentem reperiret, sibi de iis dubitare indulsisse, donec tandem per dubia sua et disquisitiones ipse ad praedictarum idearum veritatem pertigisset. Jam licet Hermesiani factum hoc in bonam partem interpretari conentur, quisque tamen perspicit Hermesium: I. Docuisse dubium universale, et quidem non solum de rebus ad philosophiam, verum etiam ad Theologiam spectantibus, sicque Pyrrhonismum secutum fuisse, quem sana ratio proscribere debet [3], siquidem ex dubio universali nemo unquam ad veritatem pertingere possit. II. Christi miracula non ex ratione theoretica, sed ex practica solum probari posse asseruit, idque antiquo incredulorum argumento: non cognoscimus omnes leges physicas, ergo dubia manent Christi miracula [4], ubi tamen necesse non est, ut leges physicae omnes nobis notae sint ad hoc, ut factum aliquod miraculum esse dicamus, sufficit enim, si factum tale omnes nobis notas leges superet; et quis nescit errare etiam eum, qui rationem theoreticam a practica in usu separat, cum omnes saltem unam rationem habeamus. III. Docuit hominem, qui Deum non credit, mo-

[1] Der sogenannte Hermesianismus dargestellt von einem kathol. Geistl. Bonn 1838. p. 7. 8. 9. 10.

[2] Einleitung in die Philosophie. Vorrede p. 11.

[3] Acta Antihermesiana-auctore W. Zell pastore in Wels Sittardiae cap. VI. p. 50—65.

[4] Acta antihermesiana cap. VII. p. 66. et seq.

ralem esse posse, idque ob hominis ipsius dignitatem [1]. quam propositionem falsam esse, vel inde clarescit, quod hominis dignitas ex implemento officiorum religionis aestimanda sit, atheus autem primum officium religionis nempe: Crede in Deum, contemnat. IV. Docuit innatam cuique dispositionem ad concupiscentiam esse ipsum peccatum originale [2], non vero peccati originalis effectum, quod concilium Tridentinum docuit. V. Rationem in rebus fidei summa docendi et judicandi auctoritate pollere. Doctrinam Hermesii a pluribus annis jam Theologi Borussiae partim defendebant, partim impugnabant; donec Droste – Vishering Archiepiscopus Coloniensis erroribus doctrinae perspectis professores universitatis Bonnensis de illa relinquenda, imo et proscribenda admonuisset. Cum vero res non succederet, clerum suum juniorem a frequentandis publicis praelectionibus inhibuit, sicque initium dedit gravissimae persecutioni sibi a regimine Borussico intentatae (§. 24). Res anno 1835. ad Gregorium XVI. Pontificem delata est, qui theses praedictas, ac libros Hermesii [3] proscripsit. Sententia hac audita professores Braun et Elvenich [4], magistri sui nuper defuncti honorem vindicaturi, Romam ad S. Patrem patrum accesserunt, verum ibi non tam vindicias doctrinae suae, quam potius palinodiam cecinisse videntur, siquidem sententias Hermesianismi suspectas ita explicuerunt, ut sensum Catholicum praeseferrent [5]. Quare a S. Patre benigne excepti ad lares patrios dimissi sunt. Licet autem plures Hermesiani sperent sententias magistri sui, quas Romae haud recte intellectas, imo adversariorum influxu condemnatas fuisse asserunt, justificandas esse [6], hucdum tamen nihil eorum audivimus.

---

1) Ibid. cap. VIII. p. 76. et seq.
2) Ibid. cap. VIII.
3) Einleitung in christ-kath. Theologie — 1. Th. Münster 1819. II. Th. 1829. item Christ-kath. Dogmat. 1. Th. Münster 1834. die 26. Septembr. 1835. pontificat. sui anno V.
4) Prior Bonnensis Theolog. posterior Breslaviensis Philosophiae prof.
5) Vid. Meletemata Theologica, quae edidere Dr. Braun et Dr. Elvenich Hanoverae et Lipsiae anno 1838. item Acta Romana ab iisdem edita ibid. p. 82. et seq.
6) Edm. Michaelis die Hermesianer in Rom oder Fugen zu den Acta Romana Kölln am Rhein 1839. item der sogenannte Hermesianismus, dessen Ursprung etc. dargestellt von einem kathol. Geistl. Bonn 1839.

Et profecto vel ea, quae recensuimus satis ostendunt, doctrinam Hermesii non esse errorum expertem, proinde legitime proscriptam fuisse. Vid. Acta Antihermesiana auctore W. Zell Sittgardiae edita p. 163. Balzer in Beiträgen zur Vermittlung eines richtigen Urtheiles über Katholicismus und Protestantismus Breslau 1840. Berlage Einleitung zur christkatholischen Dogmatik Münster 1839. Kuhn Abhandlung über Glauben und Wissen Tübingen 1839.

Hermesio etiam doctissimus Carrove exprobrat, quod is in dogmatibus non veritatem conceptuum, sed solum postulata sensus moralis, seu allegorias philosophiae speculativae contineri dicat [1]). Licet denique doctissimus Braun doctrinam magistri in colloquio et mihi personaliter cum ipso Bonnae constituto, et aliis ita explicuerit [2]), ut bonum sensum patiatur, verum si ipsum Hermes legat quis, non potest non incidere: Quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis
floribus angat. Lucret. IV.

§. 69.

Controversia de matrimoniis mixtis.

Controversiae de matrimoniis mixtis occasionem praebuit Clemens Augustus Baro Droste de Vischering, Archiepiscopus Coloniensis, qui pro suo erga fidem Catholicam zelo primus se ad veritatem e scoriis purgandam, ac ad materiam de matrimoniis mixtis ad lucem ponendam accinxit. Postquam nempe is pro acie mentis suae observaret, matrimonia mixta in Borussia non administrari secundum Breve apostolicum Pii VIII. Pontificis, leges pristinas in vitam revocavit, ac ea quae §. 24. puncto V. recensentur, constituit. His viam stravit, quam deinceps cuncti Borussiae, Germaniae et Austriae episcopi sequebantur, hodiedumque sequuntur, prius ab ea per protestantium violentiam aliquantum extrusi. Qualiter id insignis fidei athleta in Borussia et vicinis ditionibus effectui mancipaverit ibidem exposui. Nunc saltem ea exponenda sunt, quae in Hungaria, ubi materia haec summam attentionem excita-

[1]) Vid. Ueber die allein seligmachende Kirche Frankfurt 1830. item die letzten Dinge des Römisch. Katholicismus in Deutschland Leipzig 1832.
[2]) Bonner Zeitschrift für Philosophie und katholische Theologie 1833.

vit, eatenus disposita fuere. Licet in Hungaria prout in toto orbe Catholico perbene notum fuerit, matrimonia mixta secundum mentem Christi generatim prohibita, ab Ecclesia ea solum sub conditione tolerari posse, si omnes proles Catholice educentur, ac spes affulgeat, etiam acatholicam partem ad fidem converti posse [1], in comitiis attamen Posoniensibus anni 179⁰/₁ protestantium potentia articulus 26. conditus fuit [2], vi cujus permissum, ut matris Catholicae proles masculae patris Acatholici religionem sequantur. Et licet praelati patriae rem impedire non valentes die 7. Septembris anno 1792. decretum imperantis impetrarent, quo sponsus acatholicus ante matrimonium reversales de omnibus prolibus in Catholica fide educandis dare tenetur, cum tamen protestantes id praestare morarentur, iidem praelati praeeunte Illmo Laitsák episcopo Magnovaradinensi anno 1840. encyclicas ad universum clerum regni dimiserunt [3], secundum quas unaquaevis sponsa Catholica matrimonium mixtum inire cupiens, reversales de prolibus cunctis in fide Catholica educandis a sponso Acatholico impetrare tenetur, quod si sponsa post exceptam pastoris sui instructionem facere negligeret, aut non impetraret, parochus eam quidem a matrimonio haud arceat, verum matrimonium ejus juxta ritus Ecclesiae Catholicae non benedicat, sed sponsorum consensum reciprocum extra Ecclesiam, in honesto tamen loco e. g. domo parochiali velut testis qualificatus, seu authorisabilis excipiat, id est, matrimonio passive assistat, ac totum actum protocolo copulatorum inserat. Quod autem sponsi sub his quoque conditionibus verum et ratum conjugium, seu validas nuptias contrahant, tum ex Pii VIII. Pontificis Brevi [4], tum ex citatis praesulum regni encyclicis, tum denique ex principiis Ecclesiae Catholicae suapte sequitur. Porro comitia anni 184³/₄ sta-

---

[1]) Enchirid. §. 155. p. 159. et seq. edit. 3. Poson. 1848.
[2]) Vid. Corpus Jur. Hungar. Artic. anni 179⁰/₁. 26.
[3]) Principis Kopácsy Archi Eppi Strig. et Primat. regni lege in Franc. Szaniszlo Fascicul. Ecclco-Literar. Tom. I. fascic. II. anni 1841. Nro. XIII. p. 242. et seq.
[4]) Continetur in Institut. H. E. n. f. per me Pestini anno 1840—1841. edit. Tom. IV. §. 27. pag. 76 et seq. vid. Enchirid. Juris Eccles. per me edit. Tom. II. §. 155. pag. 159 et seq. edit. 3. Posonii 1848.

tuere, matrimonia mixta tam ea, quae a die 15. Martii 1839. usque 10. Novembris anni 1844. seu coram Catholico, seu Acatholico pastore contracta, quam ea quae post annum 1844. et deinceps coram Acatholico pastore contrahenda sunt, legitima esse [1]. In hanc legem praelati regni etiam consenserunt, siquidem Gregorius XVI. Pontifex a decreto concilii Tridentini praesentiam parochi proprii exigentis in tali necessitatis casu medio bullae ad Hungariae clerum dimissae dispensaverit [2]. Disciplina haec circa matrimonia mixta hodiedum viget. Ad eam vero stabiliendam et praxi universae Ecclesiae adcommodandam praelati patriae nostrae, praesertim optimae memoriae Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis Josephus Kopácsy multum contulit, siquidem testimonia originalia de usu et praxi in extraneis regnis utpote Germania, Belgio, Gallia, Hollandia, Anglia, Helvetia, Bavaria, Hassia, Saxonia, Austria etc. administrandi matrimonia mixta ab Archi- et Episcopis praedictorum regnorum data per me exmissum Anno 1840. et 1841. sibi adferri curaverit [3], ac his per regnum publicatis animos cunctos edocuerit, et convicerit super eo, quod in extraneis regnis matrimonia mixta eadem prorsus ratione administrentur; sicut Hungariae Episcopi eadem administranda statuunt. Vid. Augustin. Roskoványi de matrimoniis mixtis inter Cathol. et Protestantes. Tom. 2. Quinque-Eccles. Anno 1842.

§. 70.

Controversia Lammenaisii et Beautainii.

Non parvam attentionem nostris temporibus excitavit controversia Francisci Lammenais. Hic anno 1787. notabili mercatoris Galliae familia natus, et absolutis studiis presbyter factus initio adeo zelosus Pontificis et Eccle-

---

[1]) Vid. Comit. anni 1844. art. III. §. 2. et 3.

[2]) Breve Pontific. de 30. Aprilis 1841. Vid. in Franc. Szaniszlo Fascic. Eccles-liter. Tom. I. Fascic. I. anni 1842. pag. 64 et seq. Nro. V.

[3]) Continentur in opusculo: Testimonia, ex quibus videre est, doctrinam et praxim, quam ordinariatus Hungariae et adnexarum partium circa matrimonia mixta sequuntur, toti Ecclesiae communem esse. Strigonii typis J. Beimel 1841. Item in Fascicul. Ecclesiastico literariis citat. Tom. II. fascic. III. pag. 316. et seq. Nro. XXI.

siae Romanae defensor evasit, ut opera ejus [1]) Napoleonis aliorumque censuram incurrerent. Restituta in Gallia dynastia Bourbonica opera alia vulgavit [2]), quibus principia ultramontanorum theologorum rursus tanto cum fervore tueri pergebat, ut in libertates Ecclesiae Gallicanae offendens [3]), in faciem judicii citaretur, ac poenam pecuniariam subire cogeretur. Ast cum anno 1830. revolutio in Gallia, quae tam civiles, quam ecclesiasticas relationes mutavit, erumperet, etiam Lammenais non parvam mutationem subiit. Contracta enim cum Lacordaire sacerdote et Montalembert conspicuo laico Parisiis societate, mutuam cum his operam politicis ephemeridibus (L'avenir) edendis impendit; cumque in his conformiter ad principia novae constitutionis Gallicae, in qua nulla dominans religio amplius distinguebatur, doceret, Catholicum clerum a civitate penitus independentem esse oportere, ideoque nulla bona temporalia, nullam congruam beneficiorum ecclesiasticorum, sed neque ulla mandata ab eadem acceptare, imo nullum civitatis in negotia ecclesiastica influxum pati debere, seu doceret: Ecclesiam pauperem, sed liberam esse oportet, multis litibus se involvit. Nam clerus Galliae excentrica haec, et modernis adjunctis haud convenientia principia primum refutabat, postea vero ad Sedem Romanam detulit, quae licet Lammenais principiis suis etiamnum Ecclesiam Gallicanam, utpote bonis temporalibus destituendam Sedi Romanae penitus subjici vellet, ejus tamen principia damnavit. Quocirca Lammenais anno 1831. ab ulteriori ephemeridum editione abstinuit, eo publicato, quod in consortio sociorum Romam concedat, rationem doctrinae suae Pontifici redditurus. Et reapse eorsum pertingens, doctrinam suam insequente anno Gregorio XVI. Pontifici sub-

---

[1]) Lammenais reflexions sur l'etat de l'eglise en France pendant le 18. siecle et sur sa situation actuelle Paris 1808. iteratis curis recusum opus.

[2]) Essai sur l'indifference en matiere de religion anno 1817—1818. octies reimpressum. Ejus vindiciae: Defense de l'essai sur l'indifference en matiere etc. Paris 1821—1823.

[3]) De la religion considerée dans ses rapports avec l'ordre politiq. et civile 1826.

ravit [1]), verum Pontifex mentem suam non mutavit [2]). no audito Lammenais obedientem se exhibere videbar, donec paulo post singulare quodpiam opus, quod monrum potius operis dixeris vulgaret [3]). Operis hujus comexus huc reduci potest: Quidquid oculis intuemur, id tom opus Satanae est, consurgite ergo gentes — demolite nnia, quae existunt — occidite tamdiu, quoad omnia solo quentur [4]). Quod opus non solum ecclesiastica, verum civilis cujusvis fere regni potestas proscripsit, ac legere ohibuit *).

Quod alteram controversiam attinet, huic Ludovius Beautain, presbyter et philosophiae in parvo seinario Argentino professor occasionem dedit. Cum enim is ethodum scholasticam hucdum in Alsatia vigentem impugiret, ac ostenderet, eam pro exponenda universa Christiasmi doctrina minus idoneam esse, ideoque aliam methoim iniret, qua veritatem simpliciter, absque omnibus Aristotelis subtilitatibus proponeret, ac veritatem Christiasmi non externis demonstrationibus, verum internis, ex oprio animo petitis argumentis probaret [5]), clerus Alsatiae ethodum hanc novam improbans illum Ordinario suo dedit [6]). Episcopus audita cleri sui accusatione rem inquisiit, cumque professorem Beautain ab antiqua methodo apse recessisse intelligeret, eum oneri responsionis subcit, quo de orthodoxia ejus convinceretur. Quare is reonsa tum verbis, tum scriptis ad has quaestiones dare ssus est: I. an credat, quod ratio sibi soli relicta exientiam Dei, ejusque infinitas perfectiones cum certitudine robare non possit? II. an miracula Christi vim proindi eandem habeant pro posteris, quam habuere pro teibus oculatis? III. an rationis usus praecedat fidem in

---

[1]) Lammenais Angelegenheiten Rom's übersetzt von Hindemith. Basel 1837. p. 28—68.
[2]) Angelegenheiten Rom's p. 69.
[3]) Lammenais paroles d'un croyant Paris 1833. Germanice versum et typis vulgatum Hamburgi 1834. sub titulo: die Worte eines Gläubigen.
[4]) Beilage zur allgem. Zeitung. Nro. 250. 1834.
[5]) Möhlers gesammte Schriften und Aufsätze herausgegeb. von Döllinger 2. B. Regensburg 1840. p. 142 et seq.
[6]) Rheinwaldi acta historico-eccles. seculi XIX. cursus anni 1835. p. 305 et seq.

quaestionibus primariis et fundamentalibus? IV. an ratio per originale peccatum vitiata, veritatem revelationis divinae agnoscere possit? [1]). Cum autem responsa ad has, aliasque quaestiones data, votis episcopi responderent, finis liti impositus, et Beautain velut lumen radians scholasticismi tenebras porro quoque ex Gallia dissipare pergit. Ex operibus ejus hucdum nota sunt Philosophie du Christianisme item Morale chretienne et philosophique comparée. Vid. Rheinwaldii acta historico eccles. seculi XIX. in cursu anni 1835. p. 305—337. Möhlers gesammte Schriften herausgegeb. von Döllinger 2. B. p. 142. Dr. Scharpf Vorles. über die neueste Kirch. Gesch. Freiburg 1850. 1. Heft. 102—106. Seite.

*) Notari merentur verba ephemeridum (Allgem. Zeitung Nr. 250, der Beilage 1834). Dieses Buch (paroles d'un croyant) untergräbt alle Grundlagen der Gesellschaft, stellt jede Gewalt als verbrecherisch, und jeden Widerstand gegen dieselbe nicht nur als erlaubt sondern als geboten dar; es erfindet eine Religion des Teufels, nennt sie Christenthum, und will dadurch in den Herzen den Thron des wahren Christenthums umstossen, welches Friede und Ordnung lehrt, und folglich alle Bedingungen zu beiden stützt — —. Wenn der Satan aus der Hölle stiege, was könnte er anders thun? Mit diesem Buche müsste er erscheinen — — Reliqua vide in Instit. H. E. novi foed. per me Pestini 1840—1841. edit. Tom. IV. pag. 203. §. 73.

§. 71.

Schisma Ultrajectense.

Quemadmodum Jansenistae gravibus et diuturnis motibus in Gallia occasionem praebuerunt, ita in Belgio schisma excitarunt, quod hodiedum partem Catholicorum ab Ecclesia Romana separat. Rem autem sic recensent historici: Petrus Codde episcopus Sebastinus, qui titulo vicarii apostolici ecclesiae Catholicae in Batavia existenti praefuit, in notitiam cum Jansenistis e Gallia ad illas ditiones profugis venit, ac amicitiam cum Quesnello orsus sub cultu divino orationes more Jansenistarum vernа-

---

[1]) Reliquas quaestiones prout et alias except. contra opera Beautainii vid. apud Rheinwald op. c. p. 305—337.

cula lingua absolvebat, solido rigidiorem disciplinam suis inculcans. Quare Pontifex anno 1704. munus ei ademit, et in locum illius alium substituit. Cum tamen successor a magistratu civili non acceptaretur, imo e Batavia postmodum relegaretur, Ecclesia Catholica ejusdem provinciae antistite carebat. Verum quia multi ex Batavis Jansenismo jam adhaerebant, imo Capitulum ecclesiae Ultrajectensis integrum eodem morbo laborabat, sede privatum Coddeum porro quoque ut episcopum colebant adeo, ut illo mortuo, capitulum etiam penes renitentiam Sedis Romanae Cornelium de Steenoven sibi vicarium generalem elegerit. Porro Capitulum Ultrajectense cum reliquis Jansenistis bullam Unigenitus acceptare detrectavit, ac ad futurum concilium generale adpellavit, suosque clericos per episcopos Gallicanos e factione adpellantium (§. 63) ordinibus initiari curavit. Anno autem 1723. iidem capitulares praedictum vicarium generalem suum in Archiepiscopum Ultrajectensem elegerunt, cumque Sedes Pontificia eum confirmare nollet, per Dominicum Varlet episcopum Babylonis, qui pariter ob Jansenismum in Batavia refugium quaesierat, eundem consecrari fecerunt. Cornelii post duos annos obeuntis successorem pariter Varletus ordinavit. Hoc autem anno 1742. mortuo Meindartus Archiepiscopus Ultrajectensis veteres episcopatus Harlemensem et Deventriensem instauravit, ne videlicet post mortem ipsius ecclesia Ultrajectensis episcoporum et aliorum clericorum defectum pateretur. Cunctos actus hos clerus Ultrajectensis cum Sede Romana quidem communicavit, eosque confirmari petiit, verum Pontifex non tantum ejus votis non detulit, sed schismaticos etiam reprehendit, ac sententia excommunicationis affecit, illis ad concilium generale ultro quoque adpellantibus. Tentavit quidem Benedictus XIV. Pontifex schismaticos hos in sinum Ecclesiae reducere, ac eum in finem anno 1748. Nicolinum quemdam presbyterum in Bataviam deputavit, at cum illi sub ea solum conditione communionem resumere cuperent, si ab acceptanda bulla Unigenitus dispensarentur, tentamen effectu caruit [1].

[1] Recueil de jugements rendu par le S. Siege apostol. contre les schismatiques dans les eglises d'Utrecht, d'Harlem et de Deventer,

Schismatici quidem verām fidem quavis occasione affectare videntur, ideoque ad Pium VI. Pontificem fine resumendae communionis ecclesiasticae recurrerunt, sed cum Ultrajectensis Archiepiscopus tunc temporis novum pro ecclesia Harlemensi episcopum consecraret, Pontifex tam illum, qui consecrare ausus, quam eum, qui se consecrari passus est, anathemate percussit, sicque unionis spes rursus evanuit, tanto magis, quod idem Archiepiscopus mortuo Deventriensi episcopo pariter novum substituerit. Praedecessoris sui vestigia secutus Pius VII. Pontifex Archiepiscopum Ultrajectensem Van Oss anno 1814. electum, prout et Deventriensem episcopum aeque proscripsit. Verum iidem schismatici electo anno 1821. Harlemensi et anno 1825. Deventriensi episcopo schisma suum prosequuntur, et cum nec successores Pii VII. Pontificis a vestigiis praedecessorum suorum recederent [1], schisma in hodiernum usque tempus durat. Ceterum illud sensim sua sponte cessabit, cum Ultrajectensis et Harlemensis ecclesia simul sumta vix 5000 asseclarum, Deventriensis vero nullos plane adhaerentes numeret, ac ut mihi cum Archiepiscopo Ultrajectensi Van Sanden anno 1841. personaliter constituto ibidem experiri licuit, nihil magis in votis habeat ipse, quam ad unionem cum Ecclesia Catholica redire. „Faxit Deus, quo id quo ocyus eveniat!“ Vid. Recueil de temoignages de plusieurs Cardinaux, archeveques — — en faveur de la catholicité et de la legitimité des droits du clergé de l'eglise catholique des provinces unies. Item: Der Katholik Februar 1825. Tübinger Quartalsch. 1826.

§. 72.

Schisma Ecclesiae Orientalis in Turcia.

Quamvis capta anno 1453. per Muhammedem II. Constantinopoli imperium Graeco-Romanum Turcae occupaverint, schisma attamen Graecum in hodiernum usque tempus perdurat, ac non solum per Turciam, sed etiam Russiam, Poloniam, Hungariam, Austriam, aliasque provincias latissime diffunditur. Omnes hae schismaticae ec-

---

[1] Berault-Bercastel's neueste Geschichte der Kirche Christi Augsb. 183. als Fortsetzung der ältern Gesch. 6. B. §. 273. p. 815.

clesiae Patriarcham Constantinopolitanum ut caput, seu Primatem totius ecclesiae venerantur quidem, et communionem ecclesiasticam cum eo fovent, nomen ejus in liturgia recitantes, verum jurisdictioni ejusdem nullatenus subordinantur. Electio ejus per vicinos Archiepiscopos cum influxu praecipuorum in aula Sultani degentium Graecorum perficitur, et a Sultano confirmatur. Sultanus attamen etiam post electionem tantam potestatem in eum exercet, ut eum, dum lubet, etiam sede deturbet. Qui casus occasionem dantibus episcopis Graecis, qui dignitatem eam artibus, dolo, promissis et deposita magna aeris summa saepe venantur, non raro evenire solet. Turcae enim patriarcham Constantinopolitanum politicis ex causis peculiari honore, proventibus amplis, et splendore summo distinctum esse volunt. Doctrina schismatis e periodi III. §. 72. 73. jam nota est. Universam autem ecclesiam graeco-turcicam synodus perpetua Constantinopoli fungens regit, quae episcopos eligere, deponere et cuncta graviora negotia ecclesiastica administrare solet; praesidet patriarcha urbis, assistentibus duodecim episcopis synodalibus [1]). Patriarcham Constantinopolitanum sequuntur Alexandrinus, Antiochenus et Jerosolymitanus patriarchae, quos excipiunt metropolitae, archiepiscopi (metropolitae suffraganeis carentes) et episcopi, post quos succedunt archimandritae seu monasteriorum superiores, archipresbyteri et presbyteri, protopopae, ac popae nuncupati, denique his velut ministri subjunguntur diaconi, hypodiaconi, lectores et cantores. Graeci clerum suum praesertim sacerdotes magna veneratione saltem externe colunt, licet non pauci inter eos reperiantur, qui ruditate, et morum depravatione laborant. Plerique adeo parum in literis versati conspiciuntur, ut nec scientiarum curatori animarum summe necessariarum notitiam possideant. Episcopi tamen eorum, qui omnes e monachis ob coelibatum apud eos aeque requisitum, eliguntur, aliquanto melius instructi visuntur. Monachi apud Graecos permulti sunt, magni aestimantur, tribus votis pas-

---

[1]) Stein: Handbuch der Geogr. und Statistik 5. Aufl. Leipz. 1826. 3. B. Seite 201. Thornton, das türkische Reich in allen seinen Besitzungen,

sim obstricti, nullo ordine sacro initiati, tempus ab exercitiis sacris liberum manuum labore transigunt. Quamvis autem omnes regulam S. Basilii observent, ac eodem vestitu utentes cuncti ad unum ordinem referantur, disciplinae tamen ratio pro varietate monasteriorum varia esse solet. Universim Graecorum monachi Achajae praesertim vitam austeram ducunt, monasteria altis muris cincta incolunt, agros, hortos, et vineas propriis manibus excolentes, et carnibus semper abstinentes. Plurimi reperiuntur in insulis maris Aegei, et in Macedoniae monte Athos, ubi 22 monasteria numerantur. Monialium quoque claustra licet pauciora reperiuntur. Licet vero Graeci religioni suae cum zelo et amore adhaereant, ejusque praecepta externe saltem magna cum praecisione observent, multiplici attamen superstitioni et vitiis indulgere scribuntur. Vid. Elsner: Neueste Beschreibung der Griechischen Christen in der Türkei 1737. und dessen Fortsetzung 1747. Thorton: das Türkische Reich in allen seinen Beziehungen. Vaters: Anbau der neuesten Kirchengesch. II. Th. Ständlein: Kirchliche Geogr. und Statistik. Joseph von Hammer: Staatsverfass. des Osmanischen Reichs 1816.

§. 73.

In Russia et Hungaria.

Ecclesia orientalis Russica cum Graeca, unde originem traxit, in doctrina, liturgia, et disciplina perfecte convenit, hierarchicam quoque ecclesiae constitutionem eandem prius habebat, dum patriarcha Moscoviensis plenitudine potestatis instructus, et a nullo alio dependens eandem regebat, ac in omnibus gubernabat. Verum Petrus M. anno 1702. patriarchae Moscoviensi Adriano II. defuncto metropolitam Kasanensem titulo exarchae substituit, qui patriarchatum administraret, et cum adjuncto sibi collegio episcoporum causas hactenus ad patriarcham Russiae delatas deinceps judicaret, donec anno 1721. sic dictam synodum sacram potestate plena cuncta negotia ecclesiastica dirigendi instrueret. Coalescit vero haec synodus ex episcopis et aliis e clero, quibus insuper assessores laici adjunguntur, praesente semper uno ex administris

caesareis. Synodus autem haec, cui unus archiepiscoporum praesidet, totam ecclesiam Russiae dirigit, doctrinae integritatem conservat, cultus divini ordinem regit, religiosam populi instructionem promovet, officia et dignitates ecclesiasticas confert, dispensationes largitur, causas matrimoniales decidit, ac supremi in omnes clericos tribunalis jura exercet. Imperator synodum hanc non alium ob finem loco patriarchae substituit, quam ut praepotentem hujus auctoritatem tolleret, ac majorem in negotia ecclesiae Russicae influxum sibi procuraret. Quae reapse consecutus, diversa ad clerum excolendum,. uti seminaria, scholas, et homiliaria instituit, numerum. regularium restrinxit, disciplinam eorum reformavit, et festorum numerum reduxit [1]. Quae cuncta cum morte praeventus effectui mancipare nequiret, Catharinae II., Alexandro, et Nicolao hodierno imperatori continuanda reliquit. Conatus hi tandem id sequelarum habuerunt, ut inter clerum Russiae plures exurgerent operibus theologicis insignes [2], licet fatendum sit, Historiam Ecclesiasticam et studium biblicum ab iis ad praesens usque .tempus neglectum fuisse, imo majorem partem cleri Russiae praesertim ruralis hodiedum magna ignorantia laborare adeo, ut vix aliud, quam legere, scribere, et liturgiam absolvere noverit. Quod mores .schismaticorum horum attinet, magnum pretium in ritibus externis reponunt, jejunia utut frequentia et severa exacte observantes, imagines ultra modum colentes; signo crucis se innumeris fere vicibus signantes, ac gospodi pomilui clamitantes, .qui externis actibus omnem religionem absolvi, Deique voluntatem impleri arbitrantur, quin de virtute sectanda et vitio fugiendo vel cogitent [3]. Quantum ad Graecos schismaticos in Hungaria et provinciis huic adnexis degentes, hi archiepiscopo Carlovicensi in Slavonia

---

[1]) Bacmeister Beiträge zur Gesch. Peter des Gr. 2. B. Haigold Beiträge zum neuverändert. Russland 1. Th. Acten, Urkunden und Nachrichten zur neuest. Kirchengesch. 1. B. Büsching Magazin für die neueste Gesch. und Geograph. 1. Th.

[2]) Vid. Instit. H. E. per me Pest. 1840. edit. Tom. IV. §. 76. p. 211.

[3]) Acta historico-ecclesiastica nostri temporis T. I. Bellermann Bemerkungen über Russland. 2. Th. Strahl Zustand der Griechisch-Russisch. Kirche in ältester und neuester Zeit in Tübinger Quartalsch. 1823. Stäudlin Kirchl. Geograph.

et 8 episcopis subsunt, utpote Aradiensi, Bacsiensi, Budensi, Temesvariensi, Verschetzensi et Transilvaniensi in Hungaria; Carolostadiensi in Croatia, et Pakratzensi in Slavonia, qui omnes Carloviczensi Archiepiscopo suffragantur. Quisque episcoporum proprio consistorio gaudet, sicque populum sibi subjectum gubernat. Archiepiscopum synodus a clero et populo (deputatis nationis) coram commissario regio celebrata, episcopos vero synodus e solis episcopis sub praesidio Archiepiscopi pariter coram commissario regio convocata, nominat, per Majestatem Suam SS. regiam confirmandos [1]. Reliquum clerum constituunt protopopae, popae, archidiaconi, protodiaconi, diaconi, hypodiaconi et lectores. Monachi eorum duplicis generis viros comprehendunt nempe hieromonachos, charactere sacerdotali insignitos, Archiepiscopo immediate subjectos, sacra peragentes in cura animarum, aut alibi, nec non juventutem clericalem, et subinde etiam laicalem instituentes; item monachos simplices, qui etiam diaconi nominantur, labore manuum occupati et archimandritis subordinati. Claustra eorum in Comitatus Temesiensis pago Munár cujus dominium tenent [2], nec non in comitatus Aradiensis pago Hodos-Bodrogh, cujus possessores sunt [3]) reperiuntur. Reliqua his schismaticis, qui linguae veteris Slavicae usum in liturgia faciunt, cum Graecis et Russis communia sunt, quod et de ceteris cunctis extra Turciam, Russiam, et Hungariam dispersis tenendum. Vid. Sthral's Zustand der Griechisch-Russisch. Kirche in ältester und neuester Zeit in Quartalschrift von Tübing. 1823. et Beiträge zur Russ. Kirche 1. B. Halle 1827. Karamsin's Gesch. des Russ. Reichs 2. Aufl. 1818. et Schmitt: Kritisch. Gesch. der neugriech. und russisch. Kirche. Mainz 1840.

Inter schismaticos Russiae secta Rascolnicarum et Starobriazorum inde originem sumsere, quod cum Nicon patriarcha anno 1655. Moscoviae synodum ad S. Scripturam et libros liturgicos a multis naevis perpurgandos con-

---

[1]) Enchirid. Juris Ecclci per me edit. Tom. 2. §. 81.
[2]) Fényes Elek Magyar országnak s a hozzá kapcsolt tartományok mostani állapotja statistikai s geographiai tekintetben 4. köt. 356. lap. Pesten 1839.
[3]) Ugyanott 466. lap.

vocaret, et ex vetustis codicibus ab ipsa ecclesia Graeca allatis plurium annorum labore tam Scripturam S. quam libros liturgicos reapse a multis mendis liberaret, item nonnulla in ritibus emendaret, multi e clericis aeque ac laicis illum ut haereticum et veteris fidei corruptorem describerent, ac se ab illo separarent. Inde Russiae Graeci alii Rascolnicae seu schismatici, alii vero Starobriazi seu antiquae fidei dicuntur. Hi in alias quoque sectas [1]) subdividuntur. Vid. Institut. H. E. per me edit. alibi cit. Tom. IV. p. 211. §. 76.

Caput IV.

De Haeresibus.

§. 74.

Lutherus opus suum orditur.

Auctor primorum motuum protestanticorum fuit Martinus Lutherus, obscuris parentibus Islebiae in Saxonia natus anno 1483. Pater ejus Joannes, quamvis miser metallurgus filium tamen suum magna sollicitudine literis imbuendum curabat. Magdeburgi postea Erfordiae studiis altioribus instructus, hicce anno aetatis 20. Philosophiae gradibus ornatus est. Juris collegia postmodum frequentare coepit, at dum quadam vice in pratis Erfordiensibus cum socio versaretur, sociumque ipsius occasione procellae ictus fulminis prosterneret [2]), terrore correptus votum de ingressu in vitam religiosam emisit. Anno igitur aetatis 22. ordinem eremitarum S. Augustini Erfordiae intravit, verum ipse testatur [3]), se non libenter factum monachum, sed terrore mortis subitae oppressum emisisse votum [4]). Sacro presbyterii ordine initiatus paulo post e coenobio Erfordiensi Vittenbergam per Fridericum sapientem electorem Saxoniae evocatus, ibidem Philosophiam docuit, postmodum Theologiae laurea decoratus, suis sacratiores disciplinas

---

[1]) Storch Russland unter Alexander I. 1. Band. Rupel Neue Nordische Miscellen.

[2]) Hein. Ern. Frid. Guerike Handbuch der Kirchengesch. 2. Th. 1838. III. edit. p. 733. item Karl Haase Kirchengesch. 1837. edit III. p. 399.

[3]) Praefat. libr. de votis monast.

[4]) Ukert Luthers Leben Gotha 1817. 2. B. Caspar Uhlenberg Leben des Dr. M. Luther ins Latein. übersetzt. 1836. Mainz.

exposuit. Erat vir vivacis ingenii, pro illa aetate satis eruditus et eloquens, sed impetuosus, iracundus, ac ad quodvis audendum paratissimus. Motus primi a Luthero excitati sic fuisse narrantur: Julius II. Pontifex basilicae Vaticanae fundamenta ponens, omnibus fidelibus subsidium ad aedificium illud prosequendum conferentibus, indulgentias concesserat. Successor ejus Leo X. pariter indulgentias easdem promulgari curans, functionem hanc Alberto Archiepiscopo Moguntino et Magdeburgensi comisit, qui provinciam hanc Joanni Tezel haereticae pravitatis inquisitori Dominicano detulit. Cum autem Luthero videretur Dominicanos vim indulgentiarum ultra modum in sermonibus sacris extendere, is sermone ad concionem dicto, et typis vulgato, indulgentiarum effectum restrinxit. Paulo post anno 1517. pridie festi Omnium SS. valvis ecclesiae Vittenbergensis, ubi die illa magnus fidelium numerus lucrandarum indulgentiarum causa convenire solebat, 95 theses disputationi destinatas affixit, sequenti die disertum de eodem objecto sermonem in ecclesia servans. In thesibus autem suis praeter alia asserebat, indulgentiis nonnisi poenas ecclesiasticas, seu opera satisfactoria hujus vitae remitti; Christi, Sanctorumqne merita non esse thesaurum, e quo Pontifex indulgentias concedere possit; id eum posse ex potestate clavium, hanc autem ad purgatorium non extendi; quemvis Christianum sola contritione plenam culpae et poenae remissionem a Deo impetrare, Pontificis autem condonationem nonnisi declarationem remissionis a Deo factae dici posse. Ex quibus clarescit Lutherum jam tunc erroneam de poenitentia sententiam tenuisse, quam tamen initio sermonibus orthodoxis hic et ibi insertis occultare conabatur. Ut vero tanto securius haereseos speciem a se averteret, palam declaravit, semet nihil statuere velle, quod in S. Scripturam, Ecclesiae patres, sacros canones, et decreta Pontificum vel minime offenderet. Quia vero plurimi Germanorum repetitis indulgentiarum promulgationibus ac pecuniarum collectis jam fatigati erant, thesibus Lutheri, his adjunctis accommodatis, non pauci assentiebantur. Inter Theologos tamen mox plures reperiebantur, qui calamum contra eum strinxerunt, velut Teze-

lius, Sylvester Prierias sacri palatii magister Romae, aeque Dominicanus, et Joannes Eckius Theologiae in universitate Ingolstadiensi professor, inter scholasticos Germaniae theologos celebratissimus. Ceterum et Lutherus adversarios suos refutare conatus est, ac illico vehementis animi indicia prodidit, siquidem Pontificem Romanum antichristum, Romam Babylonem, et aulam Pontificiam synagogam Satanae compellaverit [1]) et ecclesiae in conciliis oecumenicis congregatae infallibilitatem negaverit, pluresque alias erroneas sententias nomine resolutionum publicaverit [2]). Leo X. Pontifex motus per Lutherum excitatos, inaudiens, Thomae archiepiscopo Panormitano, et Cardinali Cajetano ab urbe patria sic dicto, qui in comitiis Augustanis anno 1518. celebratis, legatum ipsius agebat, commisit, ut causam Lutheri audiret [3]). Quare Lutherus ad comitia mandato Friderici Saxoniae electoris comparere jussus, et per Cardinalem provocatus, ut errores suos revocaret, id facere detrectavit, de cetero declarans, semet sententias suas Ecclesiae judicio subjicere, et si ab adversariis impetitus non fuerit, ex parte sui quoque silentium de indulgentiis observandum fore. Cum vero Cardinalis his non contentaretur, verum retractationem adurgens, tam Luthero, quam ejus adhaerentibus excommunicationem et interdictum intentaret, hic in praesentia notarii et testium a Papa male informato ad melius informandum adpellavit et Augustam protectione electoris adjutus, occulte deseruit. His Leoni X. Pontifici perscriptis Pontifex bullam edidit, qua omnes sub poena excommunicationis profiteri jussit, indulgentiarum efficaciam non tantum ad remissionem poenarum cononicarum ab Ecclesia impositarum, verum etiam ad poenas purgatorii semet extendere. At Lutherus bulla hac comperta

[1]) Prooemium adnotationum Lutheri in librum Prieriae.

[2]) Anno 1518. duos sermones de poenitentia edidit, in horum uno contendit, nullum hominem peccata remittere, remissionem autem a Deo factam non solum sacerdotem, sed quemvis Christianum annunciare posse. Theses porro suas per resolutiones probare conatus, conciliis jus fidei dogmata decidendi abnegavit.

[3]) Christ. Frid. Boerner dissert. de colloqu. Augustano Lutheri cum Cajetano Lipsiae 1722. 4. et Lutheri de eod. colloq. relatio T. 1. opm.

a Pontifice ad concilium generale adpellavit. Leo Pontifex perspiciens Lutherum Friderici patrocinio suffultum mandatis ipsius jam reductum non iri, Carolum Miltitz nobilem Misniensem Canonicum Saxonicum cubicularium suum ad negotium hoc pacifice componendum deputavit [1]. Hic paulo mitius Lutherum tractans, ac abusus quospiam in promulgandis indulgentiis per Dominicanos commissos fuisse agnoscens, ejus animum ita placavit, ut promitteret, se silentium de cunctis praemissis observaturum, imo scripto venerationem et obedientiam suam Pontifici Romano contestaturum esse. Quod paulo post in effectum etiam deduxit. Vid. Loescheri acta et documenta reformationis T. II. c. 16. III. c. 2. et seq. Pallavicini in Hist. concil. Trident. lib. 1. c. 15. 16. 17.

§. 75.

Disputatio Lipsiensis, Lutheri proscriptio.

Optatum Miltizianae legationis fructum disputatio Lipsiensis interrupit. Eckius nempe cum Andrea Bodenstein alias Carolostadio a loco natali in Franconia sic compellato, canonico et archidiacono Vittenbergensi disputabat de viribus liberi arbitrii. Initio scriptis se invicem oppugnabant, verum postea Carolostadius ab Eckio ad publicam disputationem provocatus est, cumque is Lutheri, quem Eckius pariter jam antea impetierat, assecla esset, uterque Carolostadius nempe et Lutherus communem causam agentes, anno 1519. Lipsiis coram frequenti multitudine virorum doctorum et nobilium in arenam descenderunt [2]. Contra utrumque Eckius gratiam, liberum arbitrium, indulgentias, poenitentiam etc. insigniter defendit. Verum disputationis hujus effectus alter non erat, quam quod neuter alteri cederet, ac lites potius auctae fuerint. Nam Lutherus jam non solum purgatorium, Romani Pontificis auctoritatem, bonorum operum necessitatem et alia negavit, libros Maccabaeorum et

[1]) Ern. Sal. Cyprian. in additam. ad histor. reformat. Wilhelmi Ern. Tenzelii T. I. et II. documenta ad legation. Miltizii spectantia vulgavit. Quae etiam leguntur in actis et docum. reformat. Val. Ern. Loescheri T. II. c. 16. III. c. 2. et seq.

[2]) Loescherii acta et documenta reformationis T. III. c. 7. et 8. Pallavicini Hist. concil. Trident. lib. 1. c. 15. 16. 17.

ɔpistolam Jacobi e canone librorum sacrorum expunxit, rerum etiam ad nobilitatem Germaniae librum direxit, in quo reformationem Ecclesiae totius proposuit, Pontificem psum velut vitiosissimum calumnians, et cathedram ejus rope diem diris devovendam praedicens. Eckius tristem lisputationis Lipsiensis sequelam perpendens, Romam se mno 1520. convertit, ut Pontificem ad Lutherum soemniter condemnandum permoveret. Nec frustra, adjutus ɔnim Dominicanorum in aula pontificia existentium opera, ɪullam a Leone X. impetravit, qua 41 propositiones e Lutheri scriptis extractae proscribebantur, eo adjecto, quod Lutherus ipse, nisi eas intra 60 dies revocaret, ɪxcommunicandus, et Romam mittendus sit, omnibus locis, n quibus moraturus esset, interdicto subjectis. Verum Lutherus praesidio Friderici electoris suffultus, ulterius rocedens [1]) a Pontifice velut injusto judice, indurato haeetico, et antichristo novitus ad concilium generale adpelavit, et circa finem anni 1520. magno studentium numero tipatus corpus Juris Canonici, una cum bulla pontificia, et ɪonnullorum adversariorum suorum scriptis ad rogum ante noenia Vittenbergensia exstructum, projecit. Quare Ponifex nova bulla die 3. Januarii anno 1521. publicata Lutherum, omnesque ejus asseclas, et protectores excomnunicavit, ac omnia loca, in quibus commoraturus esset, nterdicto subjecit. Post sententiam hanc legatus Pontificis n comitiis Vormatiae tunc vigentibus praesens a Carolo V. mperatore, qui Maximiliano successerat petiit, ut cripta Lutheri flammis devoveri juberet, verum cum is nultos asseclas jam fecisset, et inter ipsos ordines reperientur, qui non quidem Religionis sed Ecclesiae reformaionem pridem optatam ab ipso intendi putabant, Saxoniae lector denique peteret, ut Lutherus ipse ante condemnationem sui audiretur, legati voto statim deferre haud

[1]) Libr. de captiv. Babylon. ait indulgentias fraudem et denegationem calicis eucharistici impietatem esse, admissa reali praesentia Christi in pane et vino transsubstantiationem rejecit, eucharistiam sacrificium esse negavit, opera supererogatoria, speciatim vota monastica proscripsit, e numero sacramentorum Confirmationem, Ordinationem, Extremam unctionem et Matrimonium exclusit. Libro de libert. Christ. asseruit, hominem sola fide salvari etc.

consultum ratus imperator Lutherum Vormatiam in faciem comitiorum comparere jussit. Is salvo imperatoris et principum conductu munitus, eorsum illico profectus est. Cum vero ibi quaestiones duae ipsi proponerentur: An nempe libros sibi adscriptos, et speciatim ostensos reapse vulgaverit, et an eos retractare paratus sit, ac ad primam affirmative, ad secundam vero conditionate solum responderet, si nempe de erore convinceretur, imperator sententiam contra eum pronunciavit, ac eum una cum omnibus asseclis suis proscripsit eo addito, ut ille post dies 21, post quos videlicet salvus conductus ejus exspiraret, comprehendatur, et imperatori resignetur, libri autem ejus ubique intercipiantur, et in ignem projiciantur. At Fridericus Saxoniae elector Luthero nunc quoque succurrit, siquidem eum praemonitum intercipi, et in arce sua Wartburg paucissimis notum, custodiri curaverit. Vid. Joann. Sleidanus in commentar. de statu Relig. et reipubl. libr. III. Maimbourg histoire du Lutheranisme. Planck Gesch. der Entstehung, Veränderung und Bild. des Protest.

§. 76.

Progressus rei Lutheranae in Germania.

Luthero in arce Wartburg, quam suum Pathmos dicebat, delitescente, asseclae ejus duce Carolostadio immanes turbas Vittenbergae excitare pergebant, ecclesias spoliantes, sacerdotes Missam celebrantes, monachos ipsis adversantes crudeliter tractabant, et sacram coenam sine consuetis Ecclesiae ritibus lingua vernacula celebrantes, omnibus, quicunque volebant, sine praevia poenitentia utramque speciem porrigebant. Accessit, quod sacerdotes castra eorum secuti, praeeunte Carolostadio paulo post uxores quoque duxerint. His auditis Lutherus Vittenbergam properavit, turbas quidem excitatas improbans, verum causam suam zelosissime promovens. Hunc in finem Scripturae S. in linguam Germanicam vertendae operam impendit, aliaque scripta vulgavit [1]). In causa Lutheri pro-

[1]) De rebus Lutheri multa scripta reperiuntur in Alberti Fabricii centifolio Lutherano uti Joan. Cochlaei commentaria de actis et scriptis Mart. Lutheri Mogunt. 1519. fol. Paris. 1565. 8. Inter opera ejus

paganda Philippus Melanchton ¹), graecarum primo, postea sacrarum literarum in academia Vittenbergensi professor, ac ejus sectator diligentem operam impendit. Is enim primum compendium doctrinae Lutheranae sub titulo: „Loci communes rerum theologicarum“ deduxit, in quo materias quidem juxta Petrum Lombardum recensuit, verum omnes quaestiones, subtilitates, et terminos scholasticos repudiavit, opereque suo, quod sermonis venustas et doctrinae adplicatio practica commendabat, multos e literatis ad castra sua perduxit. Numerum hunc asseclarum in populo vehementer auxit versio bibliorum novi foederis germanica tandem per Lutherum anno 1522. perfecta, et typis vulgata. Jam enim omnis generis homines etiam opifices, et mulieres Scripturam S. legebant adeo, ut eam memoriae mandantes publice cum Catholicis non laicis solum, sed monachis quoque et sacerdotibus disputarent, textusque diversos pro sententiis Lutheri citarent. Eos autem nonnullos textus ad speciem faventes reperisse nullus mirabitur, cum Lutherus sacros libros sibi adversos e canone expunxerit, et ab antiquo jam constet, quospiam de Scriptura S. praedicare: „Hic liber est, in quo quaerit sua dogmata quisque; Invenit et pariter dogmata quisque sua ²). Progressibus harum novationum impediendis intentus Hadrianus VI. Pontifex, Carolo V. imperatori, cujus informator olim fuit, acceptus, literas ad comitia Norimbergensia dedit, ordines senergice hortatus, ut decretum Vormatiense executioni mandantes, Lutherum ejusque asseclas proscriberent, et ab ulterioribus turbis inhiberent. Cum tamen in singulari instructione legato suo data Pontifex defectus quosdam ex parte Sedis Romanae commissos fuisse fateretur, Lutheri asseclae hac ejus sinceritate abusi, decretum Vormatiense ob periculum se-

---

editiones celebriores sunt Vittenbergensis anni 1539. Jenensis anni 1556. Halensis anni 1737. 4. In hac libri Latini in lingu. Germ. versi continentur. Voluminі XXIV. autem praemissum Jo. Georg. Walchii ausführl. Nachricht. von Luther.

¹) Philippus Schwarzerde, natus anno 1497. in oppido Bretten palatinat. Rhenani magno ingenio praeditus, Luthero eruditione, modestia et pacis amore superior. Vid. Tenzel historischer Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reform. Luther's.

²) Wehrenfels de logomachia p. 155.

ditionis executioni mandari non posse statuebant, et concilium generale liberum in quapiam Germaniae urbe celebrandum, velut unicum Ecclesiae succurrendi medium proponebant, interea vero purum Evangelium praedicandum esse contendentes, et 100 nova gravamina contra Sedem Romanam et universum ordinem ecclesiasticum Romam mittentes [1]. Praeter id, quod haec novatorum conatus augerent, etiam Hadrianus Pontifex concordiae studiosissimus anno 1523. obiit. Ejus successor Clemens VII. ad nova comitia Norimbergensia pariter legatum misit, adursurum, ut decretum Vormatiense tandem impleretur, quia vero de gravaminibus nationis Germanicae nullam mentionem legatus faciebat, ordines in his quoque comitiis non aliud fere, quam in prioribus decreverunt. Eo solum excepto, quod aliqui saltem principes et praelati utpote Fridericus Archidux Austriae imperatoris frater, duces Bavariae, plures episcopi Germaniae inferioris Ratisbonae convenientes, unanimi consensu decreti Vormatiensis executionem et Religionis Catholicae integram conservationem decreverint. Quod et Georgius Saxoniae dux aequi, justique amans, qui ecclesiam quidem reformari, neutiquam tamen Religionem innovari optaverat, a suis zelose praetendebat. V. Spălatin annales reformationis. Bossuet histoire des variations des eglises Protestantes. Plank Geschichte der Entstehung, Veränderung und Bildung des Protestantischen Lehrbegriffs.

§. 77.

Lutheranorum tumultus et nomen Protestantium.

Lutheranorum progressibus bellum rusticum et dissidia inter ipsos Lutheranos exorta non parum obstiterunt. Illud sic enatum est. Rusticis propter magna tributa et servitia in Germania gementibus Lutheri doctrina opportune succurrebat, siquidem is asseclas suos a statutis humanis. a tyrannide Pontificis et totius cleri emancipatos esse doceret. Quamvis enim Lutherus in libro de libertate Christiana non aliam, quam animi libertatem intellexisse videa-

---

[1]) Jac. Frid. Georgii Gravamina adversus Sedem Romanam lib. II.

', cum tamen is etiam libertatem a lege eodem in opere ;titaret, mirum non est rusticos universalem quampiam ertatem intellexisse, idque tanto magis, quod ipse Ponçem, clerum, et principes civiles proscindendo, vetem Ecclesiae statum evertendo, populum ad similia auada exemplo suo concitaret. Quare rustici facta magistri i imitantes, et directe ad illum provocantes, contra donos suos tam clericos, quam civiles insurrexerunt, ac od Hadrianus Pontifex aliique Catholicorum praedirant, nempe Lutheri asseclas turbato Ecclesiae statu 'itatem ipsam eversuros esse, effectu comprobarunt. tio simulabant quidem rustici, nihil aliud, quam relevan a magnis sibi impositis oneribus a se postulari, cum 12 articulis velut summa postulatorum suorum diserte ererent, magistratus a se nullatenus repudiari, verum unice desiderari, ut ipsimet puri verbi divini praedica'es suos eligere, aut dimittere valeant. At cum et alia ilta postularent, motus eorum primum in Suevia anno 24. postea per reliquam Germaniam praesertim ad Rhem et Moenum facti, faciem belli religiosi induerunt tanto igis, quod illi fanaticos quospiam homines, qui de novo ;i regno in terris somniabant, in quo perversis cunctis stirpatis, nulli amplius magistratus existerent, in societem armorum adoptaverint, horumque principia mox seti clericos, nobiles et magistratus tanta crudelitate exrpaverint, ut ultra 300 monasteria et arces nobilium solo quaverint. Specialim in Thuringia Thomas Münzerus rochus Altstadiensis Lutheri assecla a seditiosis rusti; in ducem electus, pristinum ordinem demoliri, tumuls augere, et cum suis horrenda perpetrare pergebat. Vem sicut in aliis locis, ita et hic principes armata manu ditiosos hos adgressi sunt, ac iis partim occisis, partim spersis ordinem reduxerunt, Münzero ipso capto, et l mortem condemnato. Multum etiam progressibus rei itheranae obstiterunt dissidia inter ipsos de Eucharistia iata, et magno cum fervore, mutuisque conviciis agitata. im enim Carolostadius et Zvinglius aliam de Euaristia sententiam ac Lutherus defenderent, hic illos hementer impetebat. At nec Carolostadius pluribus

aliis junctus [1], nec Zvinglius partibus suis deerat, nam operibus vulgatis uterque sententiam suam tuitus plura convicia in Lutherum effudit. Non obstantibus attamen impedimentis his motus novatorum Joannes elector Saxoniae prioris frater et successor potenter promovebat, qui doctrinam novam publice jam profitebatur. Lutherus autem abjecto habitu monastico semet Dei gratia ecclesiastem Vittenbergensem nominans, primum praedicatorem ordinare praesumsit, atque non sine gravi suorum offensione matrimonium cum Catharina Bora [2]) moniali cisterciensi, e Torgaviensi claustro abducta contraxit, omnique conatn novum electorem eo adduxit, ut in locum Missae Catholicae novum ordinem cultus divini a se concinnatum per omnes terras suas praescriberet. Ejus exemplum alii quoque principes secuti novam doctrinam et cultum per Melanchtonem sensim magis ordinatum suis in ditionibus introduxerunt. In reliqua Germania primus fuit Philippus Hassiae Landgrafius princeps fervidus, inquietus, et opum augendarum cupidissimus, qui novam doctrinam amplexus, anno 1526. cum electore Saxoniae, ducibus Brunsvicensibus, Anhaltino, aliisque foedera iniit, ut adversus Catholicos principes, qui in conventu quopiam de mediis contra fautores et principia Lutheri semet tuendi deliberabant, pariter se et religionis libertatem mutuo adjutorio defenderent. Rem Lutheranam et illud multum adjuvit, quod ejus asseclae in comitiis anno 1526. Spirae celebratis liberam religionis suae propagationem postulantes, id saltem impetraverint, ut cuivis principi usque ad concilium intra annum celebrandum facultas rem religiosam administrandi concederetur eo addito, ut quisque in negotio religionis id observare possit, cujus rationem coram Deo et imperatore reddere queat. Concilio enim intra annum celebrari nequeunte Hassus anno 1528. omnes subditos suos ad religionem novam amplectendam vi cogebat.

---

[1]) Wolfgangus Koepflin (Capito) Martinus Bucerus praedicatores Argentinenses, aliique adhaerebant Carolostadio, Lutheri autem partes Joan. Bugenhagen, Joan: Brenz pluresque alii sequebantur.

[2]) M. J. Matter Histoire du Christianisme et de la société Chretienne Tom. 4. Paris pag. 76.

bonorum ecclesiasticorum magnam partem (quod nova-
·es passim faciebant) · occupabat, imo ut ampliorem oc-
ionem rapinas exercendi nancisceretur, sub praetextu
sipandi foedera Catholicorum contra novatores inita, eos
nis adgressus saltem amplas pecuniae summas titulo sum-
m militarium ab episcopis et praelatis extorquebat. Tanta
idem vix ausi fuissent novatores, nisi Carolus V. im-
rator. bello cum Francisco I. Galliae rege implicitus
dia sua aliorsum convertere coactus fuisset. Et profecto
x ac ille devicto Galliae rege mutua consilia cum Cle-
nte VII. et reliquis principibus Catholicis ad rem reli-
sam adplicuisset, anno 1528. decretum comitiorum Spi-
sium revocavit, ac in novis comitiis ibidem anno 1529.
ebratis Catholici pluralitate votorum decreverunt, ut
ctum Vormatiense porro quoque observetur, Acatholici
ulterioribus mutationibus usque ad futurum concilium ar-
ntur, hostes realis Christi in Eucharistia praesentiae non
erentur, et sacrum Missae sacrificium nullibi prohibea-
. Verum Acatholici contra hoc decretum et contra omnem
uriam hactenus sibi illatam, aut deinceps inferendam prote-
bantur, ac ad imperatorem et futurum concilium adpellarunt,
ti propterea Protestantes. Qui autem protestationi sub-
ipserunt, erant Joannes elector Saxoniae, Philippus
ssiae Landgraflus, Ernestus dux Brunsvicensis, Geor-
us marchio Brandeburgicus, Wolfgangus Anhaltinus
14 liberae urbes imperiales. Ceterum nomen protestan-
m non solum Lutheranis, verum et Zvinglianis et Cal-
iistis postmodum commune evasit. Vid. Jo. Joach.
ller: Historie von der Evangelischen Ständeprotesta-
n gegen den Speierschen Reichs-Abschied von 1529.
a 1705. 4. Plank: Geschichte der Entstehung, Ver-
derung und Bildung des Protestantisch. Lehrbegriffs. Mat-
r: Histoire du Christianisme et de la societé Chretienne
m. IV. Paris pag. 32. et seq. cap.

§. 78.

Confessio Augustana, et pax religiosa.

Quamvis protestationi contra decreta Spirensia impe-
or nihil detulerit, imo eam cum indignatione repudiave-

rit, in literis tamen, quibus comitia Augustae Vindelicorum per se anno 1530. propter periculum imminentium Turcarum et propter dissidia religionis indixit, simul Protestantium sententias de religione examinandas, gravamina utriusque partis resumenda et de unitate in fide Christiana tractandum esse significavit. Quare elector Saxoniae Theologorum suorum antesignanos summam doctrinae suae deducere jussit, quo sic ipsemet fidei in comitiis depromendae notitiam haberet. Ex hac summa, quam alias etiam articulos Torgavienses a loco, ubi resignata est, compellant, prout ex aliis protestantium confessionibus Augustam adlatis, Melanchton sic dictam confessionem Augustanam seu librum adornavit, in quo praecipuae Lutheranorum sententiae a Catholicis praesertim alienae continentur, et argumentis fulciuntur. Opus hoc a Luthero quoque adprobatum postea inter sic dictos libros symbolicos relatum, 28 articulos continet, quorum 7 ultimi recensent abusus in Religione Catholica vigentes, uti communionem sub una specie, coelibatum clericorum, missae sacrificium, peccatorum confessionem, instituta liturgica, vitam monasticam et vota, item potestatem episcopalem, cui nihil aliud, quam facultatem verbum Dei praedicandi et sacramenta administrandi concedebat. Confessio haec Augustana a praedictis principibus subscripta, imperatori in comitiis praesentata [1], ab eodem Catholicis fine refutationis consignata est. Quo mox a Catholicis per extensum praestito, imperator Lutheranos contentos esse et ad doctrinam Catholicam accedere, sicque pacem conficere optabat. At certantium postulatis nimium distantibus, et pacis spe haud fulgente, imperator edictum promulgavit, quo omnis in religione mutatio prohibebatur, et omnium, quae contra leges Ecclesiae suscepta fuerant, restitutio praecipiebatur, hoc tamen addito, interpellandum esse Pontificem, ut intra sex menses concilium celebraret [2]. Cum interim Turcae

---

[1]) Augustanae confessionis Historiam post David. Chytraeum recensuere Ernest. Salig, et recentiss. Jo. Georg. Veber.

[2]) Georg Coelestinus in Historia comitiorum Augustanorum Francofurti ad Viadr. 1577. fol. Müller Historie der Evangelischen Stande-Protestation gegen den Speiersch. Commentar de statu relig. et reipubl.

ıinerent, rigore aliquantum mitigato, pax protestanti- anno 1532. in comitiis Norimbergensibus concessa est diu, quoad concilium celebrari posset. Pace cum Tur- et Gallis, qui postremi suppetias protestantibus conce- do, imperatoris potentiam debilitare studebant, feliciter ıposita, Carolus arma tandem contra foedus Smal- licum, seu principes protestanticos sibi invicem Smal- li foedere junctos vertit. Bellum hoc anno 1541. inchoa-, feliciter gessit imperator adeo, ut Joannem Saxo- ɜ electorem, et Philippum Hassiae Landgrafium tur- um antesignanos coeperit. Quare Carolus nihil magis cordi sumsit, quam ut protestantes concilio Tridenti rea congregato subjiceret. Verum consilia ejus effectu uerunt, siquidem concilium propter pestem a Paulo III. ıoniam translatum fuerit. Igitur religioni provisurus con- ıtionem Interim dictam publicavit, quae et Catholicis Protestantibus, donec alia decernerentur, pro norma viret [1]. Paulo III. Pontifice mortuo successit Ju- s III., qui postquam concilium Tridentum reduxisset, relus imperator omnem conatum adhibuit, ut prote- ıtes semet ibidem sisterent. Plerisque accessum ad con- ım promittentibus, paucissimi, iique ad speciem solum ıparuerunt, cum Mauritius Saxo unionis desiderium ım simularet, tempus lucrari cupidus ad bellum contra ıeratorem parandum. Et reipsa inito cum Henrico II. liae rege et aliis Germaniae principibus foedere impe- ɔrem Oeniponti morantem, nihilque simile cogitantem, ta celeritate adgressus est, ut is fugam arripere, et ısactionem a protestantibus Lincii postea Passaviae anno ɔ2. dictatam acceptare debuerit, qua cautum est, ut eter Philippi Hassii nuper capti dimissionem prote- ntibus liberum Religionis exercitium concedatur, et pax ɜr Catholicos et Protestantes in proximis comitiis Au- tanis conficiatur. In hujus igitur sequelam anno 1555. gustae congregati ordines imperii tandem Protestantibus ıcesserunt: 1) Ut confessioni Augustanae addicti aequali

Jerem. Schilter de pace relig. liber singular. Argentorati 1700. 8. Christoph Lehmann acta publica et originalia de pace religiosa Francofort. 1701. fol.

cum Catholicis religionis suae libertate frui valeant. 2) Ut bona ecclesiastica hactenus occupata retinere possint. 3) Qui in terris ordinum ecclesiasticorum sive nobiles, sive urbes, sive aliae communitates religionem Lutheranam confitentur, in ea permanere possint. 4) Subditis propter religionem clima mutaturis venditio bonorum et emigratio libera concedatur. 5) Ut subditi imperio immediate subjecti plena religionis mutandae libertate gaudeant. 6) Episcopus attamen praelatus aut alter clericus Catholicus ad sacra Lutheranorum transiens eo ipso episcopatum, beneficium, aut munus suum amittat. Quae conditio nomine reservati ecclesiastici venire solet. Pax haec quae Catholicos solum et Lutheranos exclusis Zvinglianis attinebat, ab urbe dicitur pax Augustana vel religiosa. Post eam Carolus V. provinciis suis inter filium Philippum et Ferdinandum divisis imperio valedixit, ac transacta in monasterio quodam Hispaniae duorum annorum vita, mortuus est anno 1558. Vid. Ludov. Sekendorf commentar. de Lutheranismo Lipsiae 1669. et 1694. fol. Germ. redditus ab Elia Frik Lipsiae 1714. 4. Guil. Ern. Tenzel historischer Bericht vom Anfang und erst. Fortgang der Reform. Luther's Gotha 1715. 8. Frid. Myconius in Histor. reform. vom Jahr 1517. bis 1592. Gotha 1715. 8. IV. vol. 4. Louis Maimbourg Histoire du Lutheranisme Paris 1680. 4. Antoine Varillas Histoire des revolutions arrivées dans l'Europe en matiere de religion Paris 1679—1686. VI. vol. 4. Bossuet Histoire des variations des eglises protest. Paris 1688. II. vol.

Obiit Lutherus die 18. Februarii anno 1546. aetatis suae 63. Islebiae, ubi natus, sepultus in ecclesia Vittenbergensi. Is ecclesiam reformare volens triticum cum zizaniis exstirpavit, similis turbini, qui horrendo cum fragore irruens tristes post se relinquit sequelas. Quo spiritu opus suum inchoaverit, vel illa ejus verba: „Pestis eram vivens, moriens ero mors tua Papa" satis ostendunt. Ad errores ejus jam recensos adhuc sequentes referri possunt: 1) Sacramenta Baptismum et Eucharistiam, quae sola admisit, non habere vim justificandi intrinsecam, sed esse solum fidei nostrae alimenta. neque conferre gratiam, neque characterem imprimere. 2) In Eucharistia post consecrationem remanere panem, adeo-

que non esse adstruendam transsubstantiationem, sed solum impanationem, corpus et sanguinem Christi non semper adesse, sed solum in sumptione, communionem sub utraque specie dandam, aut penitus omittendam esse. 3) Ministros Ecclesiae non gaudere potestate, vel charactere, quo a laicis discernantur, nec ab iis peccata dimitti, sed solum declarari, ea intuitu fiduciae in Jesum Christum a Deo remissa esse; omnes Christianos esse sacerdotes, eandemque in verbo divino et Sacramento quocunque habere potestatem. 4) Romani Pontificis primatum incepisse cum Sylvestro I. Pontifice sub Constantino M. imperatore, et Caput Ecclesiae solum Christum esse, formam vero gubernationis ecclesiasticae a principe seculari cujusvis religionis dependere; nec Petrum fuisse principem Apostolorum; tardius tamen Petro primatum honoris tantum, et non jurisdictionis competiisse statuit. Romanum Pontificem porro antichristum, Romanam ecclesiam synagogam satanae, Babylonem, lupanar, sedem antichristi compellavit. 5) Liberum arbitrium post peccatum esse rem de solo titulo, ideoque opus „de servo arbitrio" vulgavit, indeque meritum ad salutem negavit, hominem sola fide per imputationem justitiae Christi salvari docens, ac ad hoc probandum S. Pauli textum ad Rom. III. 28. interpolavit addendo vocem solam ita, ut prodeat: „Arbitramur enim justificari hominem per fidem solam, sine operibus legis." 6) Scripturam Sacram unicam esse credendi normam, rejecta Traditione, et Ecclesiae infallibili judicio; Scripturamque Sacram ita claram esse et perspicuam contendit, ut eam quisque interpretari possit [1]). Lutherus uxorem et 4 proles in paupertate reliquit. Ultimus agnatorum illius Dresdae mortuus est anno 1759. Opera Martini Lutheri anno 1826. Erlangae in 60 tomis edita sunt, memoria ejus etiam erecto anno 1821. Vittenbergae monumento permanente. Lutherum in regimine ecclesiae Melanchton excepit.

§. 79.

Lutheri doctrina in Suecia.

Novam doctrinam Sueciae intulerunt duo fratres Olaus Laurentius Peterson [2]), qui Vittenbergae studiis operam navantes Lutheri placitis imbuti, eadem in patriam reduces propagabant. Speciatim vero Olaus post ab-

[1]) Reliquos errores vid. in Bossuet Histoire des variations des eglises protestantes et in operib. Lutheri quae Walchius in 24 tomis vu'gavit.

[2]) Matter Histoire du Christianisme et de la société Chretienne Tom IV. chap. XII. pag. 122.

soluta studia ab episcopo Strengnesiensi in cancellarium, et canonicum scholasticum anno 1519. nominatus auditoribus suis Scripturam S. episcopo non impediente juxta Lutherum exponebat. Episcopo post annum unum e vivis sublato dioecesim Laurentius Anderson archidiaconus regebat, qui et novationibus et Olao addictissimus erat. His ita stantibus Gustavus Vasa de patria ob expulsos nuper Danos bene meritus, anno 1523. in regem Sueciae electus, cum plura bona, et ampliorem potentiam anhelaret, Lutheri principia secutus est, sperans fore, ut sic depositis et auctoritate exutis episcopis, eorum influxum penitus sufferret, bonaque eorum invaderet. Propositum suum opera praedictorum virorum executioni mancipaturus, Laurentium Anderson cancellarium suum, Laurentium Peterson professorem universitatis Upsalensis, et Olaum Peterson concionatorem ecclesiae principalis Holmiensis constituit. Horum posterior mox tanta cum vehementia operi manum admovit, ut eo contra Pontificem, et doctrinam Catholicam nimium declamante, populus repetitis vicibus insurgeret, ac ipse una cum fratre per capitulum Upsalense citatus, frustraque admonitus ex Ecclesia excluderetur. Unde rex lenioribus mediis ad finem properandum ratus, anno 1524. publicam de doctrinis controversis disputationem indixit, in qua ipse praesens victoriam Olao adjudicavit eo, quod diceret propugnatorem Catholicum sententias suas e Scriptura S. haud probando fuisse, quam opinionem vulgatis disputationis actis etiam populo communicare studebat. Anno insequente Olaus, qui liturgiam lingua vernacula jam absolvebat, pluraque opera ad tuenda Lutheri placita vulgabat, matrimonium quoque contraxit, a rege et praesentia sua et verbis adprobatum. Quae cuncta et illud non parum promovit, quod rex biblia Lutheri in Suecicum idioma versa, inter populum quoque distribui fecerit [1]). Paulo post Gustavus rex Archiepiscopo Upsalensi et clero nunciavit, bona ejus et privilegia, utpote in Scriptura S. non fundata, mutatis rerum adjunctis omnino adimi posse, ideoque Archiepiscopum ip-

[1]) Schinmeier Lebensbeschreibung der drei schwedischen Reformatoren Dalin Geschichte des Reiches Schweden.

sum patriam deserere jussit. Non pauci motus quidem hinc oriebantur, Suecorum plurimis pro religione Catholica et justitia pugnantibus, sed cum incolae Sueciae sub jugo Danorum ex parte adhuc gementes opera Gustavi indigerent, cedere coacti in comitiis anno 1527. Vesteresiae celebratis, eidem omnia bona ecclesiastica adjudicarunt. Unde Lutheranismo nunc jam publica lege adprobato, Gustavus rex ulteriora novationis acta moliebatur, pastoribus Catholicis novos, purum verbum Dei praedicaturos substituens, monasteria pleraque tollens, festa Catholicismi abrogans, diversa opera liturgica, et dogmatica Olai et Laurentii Peterson publicans. Licet autem hunc postremum ad archiepiscopatum Upsalensem promoveret, pluresque clericorum congregationes, inter quos episcopi erant, conservaret, bonis tamen eorum et potestate sibi asserta, exiguam illis auctoritatem reliquit. Turbis ob hancm nimia Catholicismi restrictionem enatis, e voto compositis, Gustavus tandem in comitiis anno 1544. Vesteresiae celebratis Religionis Catholicae reliquias penitus exstirpavit [1], ac introducto nunc jam per universum regnum Lutheranismo illimitatam potestatem suam firmavit. Vid. Celsius Geschichte des Königs Gustav I. Baazius inventarium ecclesiae Sueco-Gothorum. Daniel Gerdes in Historiam Evangelii seculo 16. renovati.

§. 80.

In Dania et Norvegia.

Quod Daniam attinet, ibi pariter Lutheranismus regum favore invaluit. Jam enim Christianus II., qui cum principio hujus periodi regno praeerat, novae doctrinae addictum se professus, ejus praecones evocavit. Hi doctoribus indigenis Vittenberga reversis operam suam jungentes praedicare coeperunt, licet fructu haud magno. Felicius res sub Friderico I. Holsatiae duce, quem Dani in locum depositi, et ob crudelitates expulsi Christiani regem anno 1523. elegerant, successit. Cum enim is Lutheranismo par-

---

[1]) Celsius Geschichte des Königs Gustav I. Baazius inventarium ecclesiae Sueco-Gothorum. Daniel Gerdes in Historiam evangelii seculo 16. renovati.

riter addictus esset, novae doctrinae asseclae, uti Joannes Tausanus, ex ordine crucigerorum S. Joannis B. et alii errores suos libere spargentes, discipulos colligebant, et licet episcopi provinciae omni conatu reniterentur, plures tamen novatoribus adhaerebant, ab illo praesertim tempore, quo rex Eucharistiam publice more Lutheranorum sub utraque specie sumsit, et Tausanum a superioribus suis interea clausum in protectionem recipiens, capellanum suum constituit. Rem multum promovit versio Scripturae Sacrae in linguam vernaculam facta et per regnum propagata, item regis decretum in comitiis Ottiniensibus anno 1527. publicatum, quo Lutheranis plena religionis libertas et aequale cum Catholicis jus concessum, clericis et monachis facultas matrimonium ineundi data et declaratum est, episcopos a collegio canonicorum electos non a Pontifice, sed a solo rege confirmandos esse, episcopos ecclesias et monasteria sanctione publica bonis privari posse. Denique rex publicam de religione disputationem indixit, cum tamen Catholici exemplo aliarum provinciarum edocti, perbene scirent, eventum similis disputationis non a pondere argumentorum, sed a vi fortioris dependere, eam non acceptarant, crimina ab adversariis contra Religionem commissa, regi substernere contenti. Hinc novatores tanto audaciores facti contra Catholicos jam publice insurgebant, ecclesias spoliantes et profanantes, sacras imagines confringentes, monachos e monasteriis fugantes, imo et trucidantes, ac sic omnis generis violentiis et crudelitatibus novum evangelium propagare conabantur. Coronidem denique operi adposuit Friderici successor Christianus III. qui tum ideo, quod ipsi utpote zeloso Lutherano episcopi impedimenta ad thronum posuerint, tum ideo, quod bona ecclesiastica occupare cupiverit, episcopos omnes pertractis ad partem suam regni ministris et ordinibus eadem die in vincula conjici, et celebratis Hafniae comitiis munere privari, ac tandem et ipsa munera aboleri jussit, omnesque parochos, aut capitulares moliminibus ipsius renitentes eadem sorte affecit [1]).

[1]) Conrad Alsaci historia reform. Daniae, Pantoppidan kurzgefasste Re-

Quantum ad Norvegiam, quae sub eodem cum Dania rege tunc existebat, ibi nova doctrina pariter anno 1536. introducta est. Quamvis enim Olaus Archiepiscopus Dronthemiensis in septemtrionali regni parte aliquamdiu resisteret, insequente attamen anno regi cum copiis adpellenti cedere coactus, in Belgium secessit. Aperto sic novationibus campo Lutheranismus se ad omnes partes extendit. Ad eum vero firmandum rex anno 1537. Joannem Bugenhagen ad se vocatum, qua concionatorem aulicum, qua Theologiae professorem et a secretis suis per plures annos detinuit, ut ejus opera ecclesiam Daniae secundum normam Vittenbergensem ordinaret. Unde mox loco episcoporum superintendentes tam in Daniam, quam Norvegiam introducti, nomen episcoporum tardius adoptantes, postea nova liturgia per Bugenhagen et docteres Daniae communi consensu elaborata, a Luthero ipso et Melanchtone adprobata, denique plura alia ad ordinem novae ecclesiae spectantia condita sunt, quibus in comitiis Ottiniae anno 1539. per regem et ordines regni confirmatis et praescriptis opus innovatae religionis in Dania et Norvegia consummatum est. Vid. Pantoppidan annales ecclesiae Danicae diplomatici. Gerdesii histor. reform. tom. III. p. 346. Hammelmann Oldenburgische Chronik p. 327. Westphalen monumenta inedita rer. Cimbricarum tom. IV. pag. 1804.

§. 81.

Dissidentium status post pacem Augustanam.

Nec per pacem religiosam Augustae initam dissidentium animi componi valebant, utraque enim pars in suum commodum articulos pacis interpretans plura sibi arrogabat, quae alteri displicebant. Ita Protestantes querebantur se a catholica parte in reformandis, id est, ad se pertrahendis praelaturis, capitulis et parochiis illorum in territorio sitis impediri. Catholici contra gemebant Protestantes continuo plures episcopatus, abbatias, capitula, et praebendas ad se pertrahere, ac sectae suae individuis conferre, episcopos

formationshistorie der dänischen Kirche. Gebhardi Geschichte von Dänemark.

in illorum terris residuos ab exercenda in Catholicos jurisdictione impediri, ac ipsum Religionis Catholicae exercitium prohiberi. Protestantium querelae apud Maximilianum II. imperatorem tantum valuere, ut ille ob metum eorum in terris quoque haereditariis Austriae liberum religionis exercitium ipsis concederet, eo adjecto, ut proceres et equites protestantici in suis arcibus, oppidis, et pagis ecclesias ac praedicatores quoque habere possint, sacra sua libere exercentes. In civitatibus attamen eandem libertatem ipsis interdixit, ne violentiis suis Catholicos exturbarent. Verum Protestantes accepta facultate paulo post abusi, non solum in aliis quibuscunque civitatibus, sed etiam Viennae suis in aedibus sacros sermones dicebant, omni ex parte cives quoque eorsum allicientes. Unde factum, ut etiam inter hos nova doctrina propagaretur tanto facilius, quod praedicatores hi Lutheri, aliorumque sociorum suorum exemplum secuti Catholicos quavis occasione velut turpissimos idololatras, et satanae filios depingerent. Methodo hac intra breve tempus adeo multiplicabantur in Austria Lutheri asseclae, ut plurima munera publica non ruri solum, sed Viennae quoque ad se pertraherent. In universitate Viennensi extra facultatem Theologicam major professorum pars novae doctrinae favebat. Cum autem Acatholici ad praedicatoris officium defectu aliorum tales quoque promoverent, qui seu ob malos mores, seu ob Mathiae Flacci professoris Vittenbergensis sententiam: „peccatum originale efficere hominis substantiam" munere privati fuerant, ac hi in aliter sentientes tumultus excitarent, reipublicae quietem periculo exponentes, Rudolphus imperator Maximiliani filius et successor inde ab anno 1578 Lutheri asseclas ad limites a patre defixos, restringere coepit. Ac ante omnia quidem prohibuit, ne nobiles quemcunque ex civibus aut plebe sacris suis interesse permitterent. Huic mandato cum parere detrectarent Acatholici, a conventibus sacris Viennae ac aliis in urbibus celebrandis inhibiti, et praedicatores suos dimittere jubebantur; et cum multi ex civibus Viennensibus novitate doctrinae adeo delectarentur, ut fine audiendorum sermonum ad vicinos nobilium Acatholicorum pagos peterent, factum hoc imperator

strictissime utrique parti interdixit, statuens ne cives Viennenses ad conventus sacros Acatholicorum excurrere, hi autem eosdem ad conventus sacros admittere audeant. Sed his non obedientibus imperator decretum edidit, ut ecclesiae nobilium in fundis ad Viennam sitis claudantur, nemo deinceps inter cives recipiatur, nisi qui constantiam in Religione Catholica promiserit, praelati aliique ordines catholici in publicis conventibus pristina auctoritate investiantur, munera publica solis Catholicis deinceps conferantur etc. [1]. Rudolphus imperator successu hoc animatus etiam in Bohemia Acatholicos restringere coepit, verum hi imperatorem improviso impetu adgressi ad religionis libertatem scripto sibi concedendam armis adegerunt. Imo circa idem tempus etiam in Austria sibi religionis libertatem rursus vindicarunt. Nam Stephanus Bocskay excitata in Transilvania seditione totàm provinciam et partem Hungariae armis Turcarum adjutus occupavit. Cum autem Rudolphus imperator hostes istos retundere moraretur, aut non valeret, Mathias frater ejus anno 1606. imperio praefectus est, qui eodem adhuc anno pacem cum seditiosis Hungariae et Turcis conficiens, reliquas imperii provincias salvavit. Verum Rudolphus neque pacem a Mathia initam confirmare, neque successionem in regnis suis eidem addicere voluit, Ferdinandum Stiriae ducem pro successore suo designans. Sed Mathias suppetiis Acatholicorum adjutus Rudolphum ad cedendam sibi Hungariam, Austriam et Moraviam anno 1608. armis adegit. His perfectis nunc jam Protestantes a Mathia, liberum religionis exercitium postularunt, declarantes, se nec homagium ipsi praestituros esse prius, quam praeter liberum religionis exercitium etiam id concederet, ut cives oppidorum, et urbium principi immediate subjectarum ecclesias Lutheranas in vicinis pagis erectas frequentare possint, illisque sic plenam religionis libertatem adscriberet. Quibus postulatis tandem anno 1609. invitus cedere debuit. Vid. Khevenhüller Annales Ferdinandei. Carafa commentarii de Germania sacra restau-

[1]) Raupach evangelisches Oesterreich. Waldau Geschichte der Protestanten in Oesterreich, Steiermark, Kärnthen und Krain. Hansizius in German. sacra tom. II. Klagenfurt 1769.

randa. Raupach evangelisches Oesterreich. Waldau Geschichte der Protestanten in Oesterreich, Steiermark, Kärnthen und Krain.

§. 82.

Bellum tricennale et pax Vestphalica.

Protestantes Bohemici obtentam a Rudolpho imperatore religionis libertatem praetergressi, ecclesias sibi etiam citra dominorum suorum consensum aedificarunt. Cum factum tale Archiepiscopus Pragensis et abbas Braunaviensis anno 1615. in bonis suis tollerare nollent, ecclesias a Protestantibus positas cum consensu regis occuparunt, cives vero occasione hac resistentes jussu regio in vincula conjecti sunt. Horum causam ordines protestantici ad imperatorem detulerunt. Verum imperator ad libellum eorum anno 1618. minis et objurgationibus respondit. Quare illi duce potissimum Matthaeo Thurn, qui propter amissum in arce Karlstein comitis castrensis munus irritatus erat, eousque progressi sunt, ut in palatium regium Pragae irruentes consiliarios duos, quos in responsum regium influxisse putabant, e fenestra praecipitarent, regimine ad se pertracto directores 30 constituerent, aerarium adprehenderent, copias militares colligerent, totamque Bohemiam in suam potestatem redigerent. Hinc bellum exortum, quod universam fere Germaniam 30 annorum spatio crudeliter devastavit. Cum enim Mathias imperator contra illos armata manu procederet, cuncti principes Acatholici suis auxilia miserunt, quibus adjuti Bohemi paulo post Moraviam, Silesiam et Lusatiam Protestantibus refertas provincias ad communem secum causam agendam permoverunt. Convicti autem Bohemi, quod Austriae Protestantes eorum partes amplexuri sint, in hanc quoque ditionem irruentes, Viennam versus properabant. Cumque defuncto 1619. Mathiae dux Stiriae Ferdinandus in Austria succederet, et huic Bohemiae Protestantes una cum asseclis suis fasces submittere detrectarent, reliqui autem principes acatholici clandestina consilia de novo rege eligendo agerent, imo et Austriae Protestantes Ferdinando II. homagium denegarent, praetextu eo, quod cessio Alberti fratri suo Ferdinando

facta, forma praescripta careat, re vera autem ideo, quod Ferdinandum II. Catholicis addictum, et eo ipso Protestantibus infensum esse scirent, Bohemi eodem duce Thurn Viennam, et in hac Ferdinandum obsederunt. Urbe ad defensionem minus comparata, rege in palatio suo a protestanticis Austriae legatis deditionem suadentibus, fere oppresso, exitium jam regno instare videbatur, dum Chiliarca Saint Hilair cum 500. equitibus a Dampiero duce missus, ante palatium constitit, heroico adventu suo importunos deditionis suasores dispergens. Cives hoc felici eventu animati perduelles armis privarunt, et in fugam conjecerunt. Academici autem 500 amore principis armati terrorem per totam urbem circumferentes, eosdem in pace continuerunt. Thurnius vero audita sociorum in Bohemia clade a duce Catholicorum Bucquoi illata, Pragam tuendae urbis gratia reversus, Viennam metu liberavit. Non multo post Ferdinandus II. ad imperatoris electionem Francofurtum profectus, ipse in Caesarem electus est [1]). Verum eodem fere tempore Bohemi consilium pridem jam initum effectui mancipar unt, et Ferdinando levibus de causis regno deturbato, Fridericum V. electorem Palatinum substituerunt. Hunc tamen Maximilianus Bavariae dux et foederis Catholici caput valido exercitu anno 1620. ad Pragam ita fudit, ut ipse Fridericus fuga se in Belgium salvare coactus, terras suas trans Rhenum sitas Hispanis occupandas relinqueret, alias vero ejus terras cis Rhenum locatas, imperator una cum electorali dignitate Maximiliano duci conferret. Ferdinando igitur tota Bohemia rursus subjecta est, principibus acatholicis nunc jam etiam foedus suum dissolventibus. Licet autem nonnulli Protestantium praesertim Saxones duce Christiano IV, Daniae rege porro quoque contra Catholicos arma caperent, paulo post attamen et hi devicti anno 1627. pacem petierunt. Ferdinandus nunc superioritate donatus bene memor omnium molestiarum, quas Protestantes sibi, et antecessoribus causaverant, ab anno 1621. omnes eos, qui ad sacra Catholica redire nollent, e ditionibus suis emigrare,

---

[1]) Heinrich Deutsche Reichsgeschichte.

et mox etiam cuncta bona post transactionem Passaviensem occupata restituere jussit. Hoc restitutionis edictum Protestantes praesertim in Germania exteriori vehementer perculit, sed cum illud forti brachio executioni daretur, semel opponere non valebant, donec tandem anno 1630. Gustavus Adolphus Sueciae rex cum lecto et exercitato milite Germaniam invadens, Protestantibus in auxilium advolasset, ac copiis Protestantium et pecunia Gallorum adjutus magnam Germaniae partem occupasset [1]). Quamvis autem post duos annos Gustavus rex in proelio ad Lützen Saxoniae occumberet, bellum attamen per 15 adhuc annos varia fortuna continuatum, donec tandem Sueci a Protestantibus Galliae adjuti, fere ubique victoriam referrent, ac pacis, de qua pridem jam in Vestphaliae urbibus nempe Monasterii, et Osnabrugae tractabatur, conditiones dictarent. Conditiones pacis anno 1648. initae, quantum ad nos attinet, sequentes erant: 1) Pax religiosa Augustana confirmata, et ad Calvinianos quoque extensa. 2) Reservatum ecclesiasticum etiam ad protestantes relatum. 3) Edicto restitutionis sublato statutum, ut annus 1624. normalis et regulativus sit, seu ut quaecunque bona ecclesiastica aut ecclesiae die prima Januarii anni ejusdem Protestantes aut Catholici possidebant, vel ubi liberum religionis exercitium usque ad tempus illud vigebat, ea cuncta in posterum quoque salva maneant. 4) Perfecta Catholicorum, Lutheranorum, et Calvinianorum aequalitas in Germania exceptis tamen Austriae provinciis [2]) stabilita. Cum pace hac protestantes votorum suorum compotes redditi, jura ordinum praecise determinata, ac illi in terris suis fere omnem independentiam nacti sint, dissidiorum ac gravaminum religiosorum causae utcunque cessasse videbantur, mutuam tamen concordiam, fiduciam, et benevolentiam, quae ante separationem religionis Germanos omnes in unam, eamque potentem nationem conflaverat, restitutam nullatenus videre, imo potius diffiden-

---

[1]) Struv ausführliche Historie der Religionsbeschwerden zwischen den Römischkatholischen und Evangelisch. in Deutschland. Schmidt Gesch. der Deutschen. Heinrich Deutsche Religionsgesch. Puffendorf commentar. de reb. Suecis.

[2]) Vid. Enchirid. Juris Ecclci per me edit. §. 318. pag. 299. edit. III. Posonii 1848.

iam hodiedum reperire est. Vid. Godefr. de Meyern cta pacis Vestphalicae. Adam relatio historica de pacificatione Osnabrugo-Monasteriensi. Woltman: Geschichte les Westphalisch. Friedens als Fortsetzung von Schiller's lesch. des Dreissigjährigen Krieges.

§. 83.

Lutheri doctrina in Hungaria et Transilvania.

Quamvis Uladislaus II. ac Ludóvicus II. reges lungariae deficientes a fide Catholica legibus, bonorum missione, exilio et morte ipsa puniri juberent [1]), doctrina amen Lutheri paulo post apud nos etiam sectatores nacta st ita, ut jam anno 1523. in Budensibus, et duobus annis ardius in Rákosiensibus comitiis novitus severissimae leges ontra ipsos conderentur [2]). Adtulerunt vero novam doctriam in Hungariam et Transilvaniam mercatores, qui e Saonia reduces libellos Lutheri secum adductos inter poulares suos sparserunt, item adolescentes Hungari, qui absolutis Vittenbergae studiis in patriam redeuntes eandem nis communicaverunt. Initia haec licet fors tenuia post infaustam cladem Mohácsiensem sensim augebantur, praeertim ubi Lutherus ipse nonnullos Hungariae proceres atis literis ad reformationem suscipiendam sollicitasset, icens: Deum nunquam immissurum fuisse cladem Mohásiensem Hungaris, nisi reformationem respuissent. Imo egina Maria vidua Ludovici opera quaedam Lutheri omini suo inscribi permisit [3]), claris. testimoniis indicans emet ab ejusdem doctrina haud alienam esse. Novae dorinae praecones in Hungaria primi fuere: Mathias Deay a multis Lutherus Hungaricus dictus, Michael Istoray, alias Sztáray, et alii, quorum conatus mulm juverunt temporum illorum adjuncta. Nam multi priores novam doctrinam secuti, plures post se traxerunt. x illis erant: Petrus Perényi, Casparus Drágfy,

---

[1]) Uladislai II. Decret. art. 4. Ludov. II. Decret. V. art. 51. Decret. VI. art. 4.

[2]) Decret. anni 1523. art. 54. anni 1525. art. 4. §. 4.

[3]) Lutherus commentarios in psalm. 37. 62. 94. 109. reginae Mariae dedicavit.

Valentinus Török, Thomas Nádasdy castriferrei, Franciscus Révay Turóczensis supremus Comes, tres Nadányi in Bihariensi et Békesiensi comitatu amplorum bonorum domini, Petrus Petrovics, Alexius Turzó et alii [1]). Praeterea inter Ferdinandi duces reperiebantur, qui adducentes in Hungariam Acatholicos, pastores Catholicos dispellebant, et horum paroecias illis conferebant [2]). Denique occumbentibus in funesta clade ad Mohács plerisque episcopis, et magna regni parte per Turcas occupata, viri laici episcopatus invadebant *) adeo, ut esset tempus, quo non plures, quam tres Episcopi dioecesani in Hungaria reperirentur, novatores et verae fidei hostes arcere parati. Unde in quavis fere Hungariae provincia Lutheri asseclae numerabantur, qui jam conciliabula quoque ad rem suam sacram ordinandam celebrabant [3]). Ulteriores progressus facientes Lutherani anno 1604. Rudolpho regi libellum porrexerunt, cum quaerelis de turbata religione, ademptis ecclesiis, et redditibus, prout etiam de amotis verbi divini ministris, simul orarunt, ut omnibus restitutis libere cuivis religionem suam exercere liceret. Ast cum in libello nec nomina laesorum subscripta, nec injuriae speciatim expressae essent, postulatis non modo non annuit imperator, verum etiam propria auctoritate cunctas ad hanc usque diem latas leges contra protestantes confirmavit, vetuitque, ne posthac in comitiis salutis publicae causa coneitis, lites de religione moverentur, facta potestate iniquos, et rerum novarum cupidos ex legum praescripto plectendi [4]). Exorti hinc Bocskayani motus post cruentas caedes, exercitam in Catholicos praesertim viros sacros crudelitatem, direptas ae profanatas ecclesias, abducta in Turcarum et Tartarorum servitutem multa Catholicorum millia pace Viennensi anno 1606. sublati sunt, concesso ubique, dempto Illyrico Acatholicis libero religionis exercitio, ita tamen ut nullum inferatur Religioni Catholi-

---

[1]) Timon epitome ad an. 1527. Budai Magyar ország historiája Tom. II p. 72. 90—139.
[2]) Timon ad annum 1550. et 1564. Ferdinandi decret. 20. art. 32.
[3]) Ribini memor. August. confess. p. 66—100.
[4]) Rudolphi II. Decret. XV. art. 22.

cae praejudicium, cujus nempe clerus, templa, et ecclesiae intactae relinquendae essent, et cuncta in turbis quacunque ex parte occupata restituerentur [1]). Cum postea sub Ferdinando II. protestantes Viennensem pacificationem limitari, ac religionem suam ab imperatore opprimi quererentur, Catholici vero reponerent, plurima per Protestantes inique agi, et imperium perturbari, sicque turbae rursus orirentur, Protestantes Gabrielem Bethlen in auxilium vocarunt, qui magno cum exercitu ex Transilvania in Hungariam superiorem irruens, magnam ejus partem a civitate quippe Cassovia **) usque Tirnaviam suae potestati subjecit. Is anno 1620. in conventu Neosoliensi in regem Hungariae a suis proclamatus Petrum Pázmány, ordinem societatis Jesu et nonnullos proceres perpetuo exilio mulctandos decrevit, ac multa alia in perniciem Religionis Catholicae eodem in conventu dictavit, quae tamen cuncta effectu caruerunt. Non multo post eodem spiritu animatus Georgius Rákóczy Tibiscanae Hungariae adfectu subnixus sub finem anni 1645. Patakinum properavit, inde a seditiosis Cassoviam invitatus eis se junxit, ac post civitatem Cassoviensem expugnatam, valido praesidio Patakini relicto cum reliquis asseclis suis versus Vagum processit, donec tandem a Turcis, quos Ferdinandus magni pretii muneribus sibi devinxerat, relictus, pacem Tirnaviae eodem anno conficeret ita tamen, ut pace hac septem Comitatus Hungariae, arces, pluraque loca ipsi cederentur [2]). Sepito hocce bello, ut tandem concordia Protestantes inter et Catholicos stabiliatur, in comitiis Posoniensibus anno 1647. sancitum est: omnibus Hungariae civibus liberum religionis exercitium, salvum templorum, campanarum et sepulcrorum usum juxta proprios ritus concedi [3]). Sub Leopoldo I. compositae prius turbae incentore Tököli redierunt, Catholicorum templa, arae, sacerdotes indignis prorsus modis tractati. Tanto conatu in extirpanda Religione Catholica rursus laborarunt Protestan-

[1]) Pacificatio Viennensis anno 1606. ad art. 1.
[2]) Kazy Hist. Lib. 6. p. 82 — 99. et 147 — 156. reliquae conditiones Decret. II. Ferdinandi III. art. 5. et 20. continentur.
[3]) Ferdinandi III. Decret. art. 5—14.

tes, ut plerisque in locis finem ei impositum viderentur; nam ab anno 1678. per triennium in Comitatu Veszprémiensi duo tantum sacerdotes, in Szaladiensi et insula Muraköz quinque numerabantur, in Simeghiensi et Baranyensi neque uno quidem reperto; per Comitatum vero Szathmariensem tres tantum arces pastoribus Catholicis provisae erant [1]. Donec imminuta per comitiorum Sopróniensium decreta Tökölii factione religio Catholica novitus reflorescerct. Carolus III. anno 1731. varia in favorem Protestantium decrevit, simul tamen statuit, ut festa Catholicorum observarent, opifices eorum sacris Catholicorum processionibus interessent, omnesque munera publica adepti solitum Catholicorum jusjurandum nuncuparent. Ab hoc sub Maria Theresia dispensati sunt, propria sibi forma nunc jurantes. Insuper facultatem matrimonia mixta contrahendi ea lege obtinuerunt, si datis reversalibus de Catholica utriusque sexus prolium educatione caverent. Josephus II. imperator edictum tolerantiale anno 1782. publicavit, quo liberum eis religionis exercitium novitus concessit. Cum autem multi ex hac concessione formarent consequentiam, ac si unum idemque esset, seu quis Catholicam, seu Lutheranam aut Calvinianam religionem sequeretur, imperator literis circularibus publicavit, semet Religioni Catholicae, velut quae unica vera est, firmiter adhaerere, optareque, ut eam omnes ipsius subditi amplectantur, neque alium edicti tolerantialis scopum esse, quam ut ex hac lenitate asseclae Augustanae et Helveticae confessionis characterem verae Religionis agnoscerent. Mortuo Josepho II. ejus frater Leopoldus jure haereditario successit, qui Budam comitia indicens, eademque Posonium transferens difficilia regiminis initia habuit, siquidem et in extraneis et in propriis provinciis ipsius fervorent motus. Hac occasione usi Protestantes in comitiis postularunt, ut aequalia ipsis jura et respectu religionis, et respectu aliarum quarumcunque promotionum concedantur. Neque fefellit eos eventus, nam a rege Leopoldo in durissimis ad-

---

[1]) Kazy Lib. 12. p. 253—255. Belnay fragm. ad Histor. Ecclesiast. fascicul. II. p. 57. et 58.

junctis posito sanctionem articuli 26. anni 1791. impetrarunt, quo ipsis tanta jura in patria concessa sunt, ut Cardinalis Batthyányi Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis, ceterique episcopi contra articuli ejusdem dispositionem illam protestati sint, qua conceditur, ut proles masculae in matrimonio mixto e matre catholica natae in religione acatholica patris educari possint. Cujus protestationis fundamento per Franciscum I. prioris successorem reapse agnito, Reversales a piae memoriae Maria Theresia stabilitas in pristino vigore manere voluit [1]). Quae de his statuta tardius sint, quidve de iis tenendum e §. 69. clarescit.

Quod Transilvaniam attinet, etiam illuc, nova doctrina mature delata est. Licet enim Joannes Zápolya serpentem ibi haeresim propagari sub poena capitis interdixisset, ferventibus tamen inter ipsum et Ferdinandum de regno litibus tam late diffundebatur, ut jam anno 1529. totus senatus Cibiniensis Lutherum sequeretur, ac eodem anno collegium Canonicorum, monachi, et virgines sacrae cum magna parte studentium sub poena capitis urbem deserere juberentur. Cibiniensium exemplo aliae quoque civitates novam doctrinam amplexae sunt. ita, ut anno 1545. tota natio Saxonica in conciliabulo Megyesiensi Augustanam confessionem adoptaret, ac non multo post Paulum Wiener, Labaco oriundum, in sacrorum praesidem sibi eligeret [2]). Inter Hungaros primi erant Claudiopolitani, tum Tordenses, Enyedienses, aliique imo et Siculi, qui nova dogmata profitebantur. Transilvani plerumque communem causam cum Hungariae filiis postmodum egerunt.

In aliis quoque regnis uti Polonia, Italia, Hispania, et in reliquis orbis partibus tum antiquis, tum novissimis doctrinam Lutheri adoptatam esse nullum dubium. Et quidem quantum ad Poloniam, ibi jam sub Sigismundo II. rege, qui patri suo ejusdem nominis anno 1548. successit, fundamenta novae doctrinae, ipsomet favente, jacta sunt, ac non obstantibus impedimentis a Stanislao Hosio episcopo Varmiensi, et Cardinale positis, semet porro quoque sustenta-

---

1) Georgii Fejér rationes Eccles. Cathol. adversus matrimonia mixta Augustae Vindelicor. 1840. p. 28. §. 21. et seq.

2) Timon. Epitome ad annum 1529. et ad annum 1545.

vit. In Italia vero nova doctrina innotuit opera Augustinianorum Taurinensium, Bernardi Occhino capucini Neapolitani et Calvii typographi Ticinensis. Ad eam porro propagandam non parum contulere, quod Roma anno 1527. a copiis caesareis, inter quas multi Lutherani erant, occupata, et foede vastata, versio bibliorum in linguam vernaculam facta fuerit, et Renata ducis Teraviensis uxor novatoribus faverit. Hispaniae communicata fuit nova doctrina per milites, qui Carolum V. in Germaniam comitati, ac domum reduces, eandem inter populares suos sparserant. Inquisitionis sacrae officium attamen hos cunctos Italiae et Hispaniae novatores disponente civili potestate multum imminuit [1]). De novae doctrinae propagatione in aliis orbis partibus suo loco plura dicam.

*) Speciatim Petrus Perényi invasit Agriensem, Valentinus Török Nitriensem, Caspar Petrusics Csanadiensem episcopatum, et alii alios. Vid. Instit. H. E. per me editas Pestini 1840. Tom. IV. p. 243. et Keresztury Histor. episcopatus Varad. part. II. p. 25. et 26.

**) Occasione captae a Gabriele Bethlen civitatis Cassoviensis Protestantes duce Rákóczy ita crudeliter in Catholicos saeviebant, ut die 7. Septembr. anno 1619. Marcus Crisinus Canonicus Strigoniensis ibi in negotiis capituli sui tunc versatus, Stephanus Pongrácz et Melchior Grodecz Ord. Jesu sacerdotes, aliique plures martyrii palmam referrent. Illorum trium corpora Tirnaviae in ecclesia virginum S. Ursulae conservantur. Ex document. Archivi sanctimonial. ejusd. ord. Tirnaviae existent. et Franc. Kazy soc. Jesu Hist. Hungar. Libr. III. p. 167.

§. 84.

Ulricus Zvinglius.

Lutherum turbas in Germania molientem paulo post in Helvetia imitatus est Ulricus Zvinglius anno 1484. ibidem natus. Is absolutis in universitate Basileensi studiis sacerdos factus cum in civitate Svitzensi munere parochi fungeretur [2]), ex ambone scripta Lutheri commendabat, nihil admittendum docens, nisi quod in Scriptura S. comprehenditur, et contra Bernardum Samson Francisca-

[1]) Gerdes specimen Italiae reformatae. Schoelhorn amoenitates Histor. Eccles. et literariae. Geddes martyrologium eorum, qui in Hispania ob professionem religionis protestantium supremo supplicio affecti sunt.

[2]) Osvald. Myconii vita Zvinglii hujus epistolis praefixa Basil. 1536.

num, qui anno 1518. indulgentias pontificias praedicabat, pariter declamans. Eodem anno in canonicum et parochum Tigurinum nominatus, principia sua tanto cum successu praedicabat, ut per decursum anni insequentis jam circa duo millia asseclarum numeraret, et magistratus omnes ditionis suae concionatores inviaret, ne doctrinas in Scriptura S. non contentas, ut statuta mere humana populo proponere auderent. Hinc secutum, ut plures sacerdotes Ecclesiae ritus respuentes novas sententias praedicarent, et episcoporum mandatis nihil deferentes, matrimonia contraherent. Zvinglius ad onus responsionis attractus anno 1523. magistratum permovit, ut publicam de 67 Zvinglii thesibus disputationem indiceret; cujus fructus is fuit, ut magistratus Tigurinus magistri sui partes amplexus, Eucharistiae adorationem, expositionem et circumgestationem cum nihil aliud, quam signum corporis et sanguinis Christi esset, prohiberet, processiones, organa, reliquias, benedictiones, ipsamque extremam unctionem tolleret, ac in omnes animadverteret, qui praeter id, quod in Scriptura S. continetur, praedicarent. Zvinglius vero ipse anno 1524. cum Anna Reinhard matrimonium contrahens, magistratum eo perduxit, ut sacras imagines ex ecclesiis ejiceret, insequente anno autem Missam aboleret, altaribus cunctis ex ecclesia ejectis, et mensis in eorum locum substitutis. Versio quoque Scripturae sacrae a Luthero confecta, mox typis vulgata, et in multis Helvetiae locis adoptata est, ipso Zvinglio commentarium de vera et falsa religione seu compendium doctrinae suae publicante [1]). In hoc is ex peccato Adami nihil, quam pravam concupiscentiam ad posteros transire statuit, sacramenta, quae ille solum vacua signa gratiae divinae, aliunde collatae dicebat, stricte omnia negabat, ut adeo is pauciora adhuc quam Lutherus admiserit. A Luthero autem Zvinglius etiam in eo recessit, quod ejus sententiam de hominis arbitrio, de gratia divina nullatenus amplecti vellet, ceremonias et ornamenta templorum fere omnia abrogaret, omnem distinctionem inter praedicatores sufferret, et pote-

---

[1]) Inter oper. ejus IV. vol. 4. editis continetur.

stati civili jus de rebus etiam fidei decernendi adscriberet. Novitates Zvinglii mox in aliis quoque Helvetiae civitatibus adhaerentes receperunt, imo auctoritate etiam publica, agente Joanne Hausschein (Oecolampadio) monacho Suevo, et Basileae professore Theologiae in plures urbes et pagos introductae sunt. Aliae vero urbes uti Svitzia, Urium, Sylvania, Tugium et Lucerna Religionem Catholicam tuebantur, omni conatu suos a novationibus retrahentes. Zelo hoc utrinque fervente simultates de religione inter Helvetios gliscebant, cumque civitates Zvinglianae Catholicos ea solum conditione ad commercium Tigurini exercendum admitterent, si novatores reciperent, Catholici injurias sibi illatas vindicaturi Tigurinos armis aggressi sunt, et tantam cladem iis intulerunt, ut Zvinglius ipse, qui pro more gentis patrium vexillum comitabatur, anno 1531. vitam amiserit [1]. Eum Oecolampadius amicus ejus et zelosissimus sectator mox in alteram vitam secutus est [2]. Innovationes Zvinglii in Helvetia ad nostram usque aetatem perseverantes Religioni Catholicae hodiedum magna damna inferunt. Licet vero Pius VII. et Gregorius XVI. Pontifices Ecclesiam Catholicam pro adjunctis rerum ordinare, nunciatura Lucernensi et episcopatibus novis, aut novitus regulatis tractatuum ope providere, ac libertatem Religionis et disciplinae ecclesiasticae vindicare conarentur [3], eam tamen a diris persecutionibus et oppressionibus, quibus hodiedum ex parte Protestantium adfligitur liberam reddere non valebant adeo, ut hi non spectata fundationum antiquitate et sanctimonia claustrorum in Wettingen, Hermetschwyl, Maria Krönung, Fahr, Baden, Bremgarten etc. ante secula positorum bona occupa-

[1]) Hottingers Helvetische Gesch. der Kirche. T. III. Abrahami Ruchat Histoire de la reformation de la Suisse etc. Genevae 1727. vol. VI. 8. Conradi Fueslin Beiträge zur Erläuterung der Kirchenreformationsgesch. des Schweitzerlandes IV. vol. 8. Tiguri ab anno 1741. Hescheler Ulrich Zvingli Lebensgesch. Isaac. Beausobre histoire de la reformation. Wirz Helvet. Kirchengesch. IV. Th.

[2]) Adami vitae Theologorum Germanorum. Gerdes Introd. Hist. Tom. I. §. 16. II. 105. 110. 116. Joh. Conr. Fueslin Beiträge zur Erläuter. citat. Matter Histoire du Christianisme etc. Seconde édition Paris Tom. IV. pag. 32. et seq. chapitr. V. et seq.

[3]) Dr. Scharpff Vorlesungen über die neueste Kirchengesch. Freiburg 1852, 2. Heft. 21. Vorles. 189—209. Seite.

verint, religiosos exturbaverint, ecclesias exspoliantes, res sanctissimas Vandalorum more profanantes. Pontifex quidem tractatuum artic. 12. allegando, episcopi Helvetiae preces interponendo, legatus Austriae comes Bombelles ad fundationes antenatorum Aulae Austriacae provocando protestabantur [1]), at frustra. Imo Helvetiae democratae erumpente anno 1848. revolutione Gallica animati, plura adhuc tentarunt, siquidem collegia Jesuitarum claudi curaverint, pluribus eorum conventibus sublatis, et episcopum Lausano-Genevensem Stephanum Marilley eo, quod facta eorum reprobaverit, ad arcem Chillon custodiae tradiderint. Furor denique eorum contra Catholicismum et religiosos hodiedum tantus est, ut Tessinenses recentissime capucinos cunctos e territorio suo exulare jusserint.

§. 85.

Joannes Calvinus.

Operi, quod Zvingliani [2]) Genevae inchoaverant, coronidem Joannes Calvinus (Chauvin) imposuit. Erat is natione Gallus, victoris filius, anno 1509. Novioduni in Picardia natus, qui beneficio abbatis cujuspiam ejatis Parisios studiorum causa missus, ad statum ecclesiasticum parabatur, ideoque jam qua studens gratia episcopi Noviodunensis unum et alterum beneficium ecclesiasticum impetraverat. Cum tamen pater mutato animo eum jurisprudentiae destinaret, venditis nundinatione sacrilega duobus beneficiis juri discendo semet impendit. Hoc absoluto cum novatoribus Zvinglianis innotescens, Theologiae operam navavit, tanto novarum sententiarum amore captus, ut easdem aliis quoque zelosissime instillaret. Poenae, quas Franciscus I. rex Galliae in novatores statuebat, etiam Calvinum ad patriam anno 1534. relinquendum permoverunt, donec peragratis variis provinciis tandem 1541. Genevae sedem figeret. Ibi in primarium praedicatorem, et rectorem ecclesiae reformatae electus, tantam sibi autori-

---

1) Ibidem pag. 227.
2) Guilelmus Farellius ex Delphinatu, et Petrus Viretus ex Helvetia Parisiis erroribus Zvinglii et Oecolampadii imbuti, sententias eorum Genevam tulerunt.

tatem vindicavit, ut in moderanda republica etiam civili magnam partem teneret. Disciplinae severissimae cultor non prius quievit, quam spectacula, choreas, aliasque publicas oblectationes abrogasset, tam severum in conservanda disciplina rigorem observans, ut etiam excommunicationis poenam dictaret. Imo ad negotia ecclesiastica rite administranda consistoria quoque ex praedicatore et senioribus composita erexit, subinde presbyteria dicta, ut adeo contrarie ac Zvinglius potestati civili omnem fere influxum in res ecclesiasticas denegaverit, ac in aliis quoque doctrinae capitibus Zvinglium repudiaverit. Ita 1) de Eucharistia docuit fideles per fidem, id est, virtualiter corpus et sanguinem Christi sumere, ac per vivam passionis et mortis Christi memoriam, quam symbola panis et vini excitant, animos eorum ita pasci, sicut corpus cibo et potu pascitur. 2) De libero arbitrio statuit, illud ita corruptum fuisse, ut homo necessario malum agere cogatur, ad bonum autem nulla ratione cooperari valeat, cum hoc a sola gratia divina repetendum sit. 3) De praedestinatione tam sinistram sententiam docuit, ut contenderet Deum, qui alios arbitrarie salvando, alios condemnando clementiae et potentiae suae signa manifestat, hominis lapsum jam ante creationem non solum praevidisse, sed etiam disposuisse, sicque damnandos non solum ad miseriam, sed ad ipsum etiam peccatum praedestinasse. Ex quo clarescit, quod Calvinus Deum directe auctorem peccati fecerit. Mirum proinde non est, plures ex doctoribus Genevensibus repertos fuisse, qui eidem se opponerent, doctrinam ejus impugnantes, quos tamen ille partim exilii minis, partim violenta textuum expositione sibi conciliare noverat. De Sacramentis eadem, ac Zvinglius docuit, esse nempe vacua symbola, promissiones Dei benevolas complexa, quibus nullatenus vis gratiam divinam conferendi propria esset, imo et baptismum ad salutem necessarium esse negavit. Doctrinam suam Calvinus non ore solum, sed etiam scriptis recensuit [1]), qui praeter munus praedicatoris

[1]) Inter quae notabilior est institutio Religionis Christianae 4 libr. contenta. Omnia opera ejus in IX. tom. vulgata sunt.

etiam professoris Theologiae officio fungebatur. Cum vero fama inclaresceret, multique ex provinciis extraneis ad eum audiendum convolarent, magistratum Genevensem eo disposuit, ut anno 1559. universitatem scientiarum, in qua tam philosophicae quam theologicae scientiae tradebantur, erigeret, sicque totius urbis Genevensis celebritatem auxit. Hinc in patriam reduces studiorum auditores, magistrorum suorum placita per Galliam, Angliam, Scotiam et Bataviam diffundebant. Inter discipulos Calvini facile princeps erat Theodorus Beza nobili genere in Burgundia natus, et professor Theologiae in nova universitate creatus, scriptorum Calvinianorum facile doctissimus, qui magistri sui coepta post mortem illius summo studio in Gallia promovit, anno 1605. vita functus. Vitam Calvini scripserunt plures, inter quos prae ceteris notari merentur Theodorus Beza et Massonius. De reb. autem ab eo gestis vid. Jacob. Spon Histoire de Genève. Schröckh Hist. Relig. et Eccles. Christian. period. IV. c. 1. §. 12. Schmidt Gesch. der Deutschen T. V. in praef. Tom. VI. cap. 22. 23. 24.

§. 86.

Calvini doctrina in Gallia. Hugonottae.

Quamvis doctrina Lutheri auctoribus Fabro Stapulensi doctore Sorbonnico, et Guilelmo Brissonel episcopo Meldensi in Gallia prius praedicaretur, ac Calvini doctrina, haec tamen illi mox praevaluit, ac circa medium seculi XVI. horrendis jam turbis Galliam replevit. Licet enim Henricus II. filius Francisci I. et successor exempla patris secutus anno 1551. nova decreta contra increscentem novatorum numerum ediderit, eosdem tamen vel propter vicinam Genevam, unde doctores, et scripta affluebant, impedire nequivit, siquidem ex ipsis summis regni proceribus, uti Antonius rex Navarrae, et ejus frater Ludovicus de Condato capita familiae Bourbonicae [1]) aliique plures Calvini castra sequerentur [2]). Sic multi-

[1]) Item duo fratres de Colinio nempe Franciscus e summis belli ducibus et Casparus praefectus classis navalis.

[2]) Histoire Ecclesiast. des eglises reformées en France Antverp. III. vol. 8. auctore probabilius Theodoro Beza.

plicati Calvinistae sensim in plerisque civitatibus majoribus, uti Parisiis coetus collegerunt, imo anno 1559. quo Henricus extinctus est, seniores et praedicatores eorum magno numero confluentes synodum celebrarunt, confessionem fidei, ordinem ac disciplinam ecclesiae suae condentes, quibus deinceps Hugonottarum *) nomen adhaesit. Sub Francisco II. qui patrem eodem anno in regimine excepit, sortem gravem experiebantur Hugonottae; nam rege infirmo et juvene existente, ejus mater Catharina Medicea et dux de Guisa ejusque duo fratres Cardinales regimen tenentes, pro suo in Religionem Catholicam zelo illis omnes conventus sub poena ignis interdicebant. Tum ideo, tum quod principes Bourbonici per Guisios a regimine removerentur, 500 circiter nobiles Hugonottae antesignano duce de Condato anno 1560. ad Guisios intercipiendos, et regimen Bourbonibus restituendum conspirarunt. Factione hac detecta plures quidem justas retulerunt poenas, Guisii attamen etiam metu correpti mitiores reddebantur. Laetiorem sortem experiebantur Hugonottae, postquam defuncto Francisco II. frater ejus Carolus IX. princeps minorennis sub regimine matris quidem, sed adjuncto Antonio rege Navarrae succederet. Mox enim processus contra haereticos sufferebantur, nulla alia poena, quam exilio manente, imo nec istud dictabatur, cum jam in ipso palatio regio Hugonottae pro concione dicerent. Favoribus his insolentiores facti Hugonottae Catholicos opprimebant adeo, ut eos etiam fundis suis et domibus spoliarent. His modum ponere cupiens regina liberum religionis exercitium ipsis concessit, verum hinc adhuc pejora sequebantur. Nam dux Guisius haec aegre ferens, inito cum aliis foedere Parisios invasit, et remoto Antonio rege Navarrae totam potestatem ad se pertraxit. His iratus princeps de Condato fratre suo audacior arma arripuit, religionis libertatem Hugonottis concessam in periculo versari proclamans. Utrinque pugnatum, at duce Guisio ex insidiis trucidato pax confecta, et religionis exercitium Hugonottis concessum, ad loca quaedam restrictum est. Verum Hugonottis plura postulantibus, sed non obtinentibus rursus arma sumserunt et duce Coligny in locum occisi Condati substituto

antum promoverunt rem suam, ut et religionis exercitium t plenam jurium aequalitatem cum Catholicis sibi extorseint. Hanc Hugonottarum exaltationem adeo aegre ferebant egina et nonnulli proceres, ut eos quavis occasione supprimere parati essent. Ideoque praeter stragem illis in nocte . Bartholomei **) illatam sic dictam ligam sacram ontra eos inierunt, et in comitiis Blaesensibus anni 1576. bertas illorum religionis rursus restricta est, imo Hugoottas ex officiis etiam curiae regiae excluserunt. Quies amen non restituebatur prius, quam Henricus IV. e ourbonum familia ortus, qui jus ad thronum habebat, et efuncto rege Henrico III. ad regiam dignitatem ad aspiabat, Calvinismo ejurato anno 1598. in regem electus fuiset. Licet vero Henricus IV. rex Galliae, ad religionem atholicam facta solemni fidei professione transiverit, Huonottis tamen etiam deinceps favores concessit. Speciatim ero edictum Nannetense, quo religionis libertas et eadem um Catholicis jura ipsis conceduntur, publicavit. Neque liud quam has conditiones adjecit: 1) Ut Parisiis, Rhemis, ivione, Lugduno et Tolosa religionis acatholicae exercium excludatur. 2) Ut festis Catholicorum a labore abstinent. 3) Ut clero Catholico decimas consuetas praestent. 4) Ut atrimonia sua secundum leges Catholicas ineant [1]). Quamis elerus Catholicus, universitas Parisiensis, et supremae uriae huic edicto refragarentur, senatus Parisiensis illud catalogum legum referre detrectaret, rex tamen anno 599 in curia ipsemet praesens, senatum ad mentem mundam permovit. Verum ubi Hugenottae libertate sibi conessa turpiter abuterentur Ludovicus XIII. bello eos pressit, ejus vero filius et successor Ludovicus XIV. ostquam Turenne belli dux, et plures praedicatores mulque alii ad fidem Catholicam redirent, studio omnes ad cclesiam reducendi edictum Nannetense anno 1685. sustu- t. Praedicatoribus solis venia emigrandi concessa, reliqui l sacra Catholica frequentanda adigebantur, obstinati au-

---

[1]) El. Benoit de l'edit de Nantes Delph. V. vol. 4. Bossuet histoire des variations des eglises protestantes Tom. II. Libr. X. Walch neueste Religionsgesch. part. VI. p. 1. et seq. Akten, Urkunden und Nachrichten zur neuesten Gesch. der Kirche volum. 1. pag. 93.

tem ad Americam septemtrionalem deportabantur. Multis id aegerrime cedebat, ideoque clandestine patriam deserebant, in Helvetia, Batavia, Anglia et Germania locum refugii quaerentes. Tandem sub Ludovico XVI. pristinam libertatem recuperarunt, qua hodiedum fruuntur. Vid. Thulieres eclaircissemens historiques sur les causes de la revocation de l'edit de Nantes, et sur l'etat des Protestans en France. Erman memoires pour servir a l'histoire des refugiés Français dans les etats du rois de Prusse.

*) Nomen Hugonottarum iis primo Turonii datum propterea, quod in loco civitatis tali, in quo spectra signanter Hugo quondam rex Gallorum comparere credebatur, conventus suos celebrarent. Inde Hugons postea Hugonottae dicebantur.

**) Cum occasione nuptiarum inter regis sororem Margaretham et Henricum Bourbon regem Navarrae occisi Antonii filium initarum magnus numerus Hugonottarum Parisios confluxisset, Carolus IX. rex per matrem contra Hugonottas concitatus, mox post nuptias nocte festum S. Bartholomaei praecedente eos nihil simile opinantes a militibus aeque ac civibus apprehendi, et e medio tolli jussit. Caedem hanc nuptias cruentas Parisienses, aut noctem Bartholomaeam vocare solent. Causa autem caedis hujus erat, quia regis mater conspirationem contra se et regem per Hugonottas seu vere seu ficte adornatam praevenire volebat.

§. 87.

Calvini doctrina in Belgio foederato.

Novationes religiosae in Belgio quoque bella et factiones, ac tandem defectionem a legitimo principe produxerunt. Philippus II. rex novae doctrinae fortiter se opposuit, ac vestigia patris secutus, rigidas leges contra novatores publicatas anno 1555. confirmavit. At his non obstantibus numerus eorum semper crescebat ita, ut mox in coetus proprios clam coalescerent, et praedicatores eligerent. Initio quidem inter Lutheri et Calvini doctrinas fluctuabant, verum anno 1561. fidei confessionem elaborantes, Calvini placita secuti sunt [1]). Ut autem tanto facilius eosdem Philippus II. impediret, 14 episcopatus novos

---

[1]) Gerh. Braudel Historie der Reformation in den Niederlanden Amsterd. 1611. IV. vol. 4. Opus in Anglicum et Gallicum idioma versum. Dn. Gerdes histor. evangel. renovat. Tom. III. Henke Archiv. vol. V.

fundavit, et inquisitionem sacram jurisdictioni episcopali exemptam introduxit. Inquisitionis institutum Belgis adeo displicuit, ut non solum Protestantes, verum et Catholici se opponerent, tamdiu tractantes, donec rex illud suspenderet, ac poenas contra haereticos statutas relaxaret. Verum Protestantes his non contenti ultro processerunt, populum nempe Catholicum idololatriae incusantes, asseclas suos ad ecclesias catholicas invadendas stimularunt, sicque magnae seditioni anni 1566. occasionem praebuerunt, qua Flandria, Artesia, Brabantia et ceterae provinciae, Namurio et Luxemburgo exceptis, in apertas violentias eruperunt, altaria et ecclesias expilantes, imagines confringentes, supellectilem sacram, res pretiosas et ornamenta depraedantes, bibliothecas vandalica barbarie concremantes, imo nec ipsis mortuorum sepulcris parcentes. Quibus occurrere volens Philippus II. arma contra foederatos adhibere jussit. Cum autem foederati vim vi retruderent, bellum enatum, quod cum exitio Calvinianorum successit, siquidem et Catholici, quos in societatem armorum allexerant, et Lutherani nihil commune cum iis habere volentes eos deseruerint, sicque soli manentes facilius superari potuerint. Principe Arausionensi, aliisque primoribus in Germaniam dilapsis, reliqui anno 1567. partim caesi, partim in exilium missi sunt, toto Belgio ad ordinem reducto. Sed Philippus II. his non contentus, ad haereticos penitus exstirpandos eodem anno ducem de Alba cum 10 millibus copiarum in Belgium ablegavit. Cum vero is a natura severus rigidissime Belgas tractaret, multa millia eorum in Germaniam emigrarunt, et cum principe Arausionensi Belgium invadente juncti velut hostes contra patriam suam processerunt, vindictam sibi de illatis injuriis sumentes. Et profecto princeps Arausionensis tanto cum successu contra Belgas processit, ut postquam magna Hollandiae et Seelandiae parte occupata, alias quoque terras subjugasset, incolasque harum ditionum sibi faventes reddidisset, ille in Gubernatorem omnium earum terrarum eligeretur. Hoc munere ornatus Arausionensis princeps, copiisque suorum adjutus Hispanos etiam in Brabantia aliisque provinciis superavit. Tanta jactura suorum perculsus rex in locum Alba Ludovicum Zuniga du-

cem constituit, qui tamen mox mortuus rem Catholicam restituere non potuit. Imo paulo post milites regis cum copiis Arausiae ducis pacificationem Gandaviensem ineuntes mutuo auxilio militiam Hispanicam Philippi extruserunt, et hoc pacto Calvinianis liberum religionis exercitium in Hollandia, Seelandia et provinciis quibusdam extraneis stabilitum, in reliquis provinciis sola Religione Catholica manente. Foedere hoc Belgae tantas sibi vires conciliarunt, ut novus Gubernator Joannes Austriacus cunctos milites Hispanicos e Belgio educere cogeretur. Non tamen firma et vera concordia vel inter foedere junctos ob religionis diversitatem et Calvinianorum intolerantiam vigere potuit. Hi enim obtento libero religionis exercitio cultum Catholicum ex omni jam loco tollere volebant. Ita Amstelodami anno 1578. ubi major pars incolarum veterem religionem sequebatur, motibus excitatis sacras aedes Catholicorum invaserunt, altaria et imagines demolientes, ac sublato magistratu Catholico Calvinianum introduxerunt. Cum vero hoc ipsum in pluribus Flandriae, Geldriae et aliarum provinciarum urbibus fieret, princeps Arausionensis provincias septemtrionales Calvini placitis potissimum adhaerentes in societatem conjungens, fundamentum reipublicae Belgii foederati anno 1579. posuit, cuivis liberum relinquens de religione, quod visum fuerit, tenendi. Unde cum libertas religionis in republica concederetur, multi e Catholicis quoque in eam consenserunt, ast cum intolerantes Calviniani porro etiam affligerent Catholicos, provinciae meridionales dialecto Gallica seu Vallonica utentes et plerumque catholicae ad regis Hispaniae obsequium rediverunt, Hollandis principi Arausiae adhaerentibus, qui successu temporis rempublicam terra marique celebrem, ac provinciis extra Europam multum auctam constituerunt. Qualiter et quare Belgae se ab Hollandis anno 1831. separaverint, ac hodie proprio regi in Religionis Catholicae et educationis prolium libero usu existant, dictum §. 6. Nro. 5. Vid. Scharpff Vorles. über die neueste Kirchengesch. Freiburg 1852. 2. Heft. 23. Vorles. Seite 233—251. Item Fabian Strada de bello Belgico. Meteren vollkommene und eigentliche Beschreibung des niederländischen Krieges.

§. 88.

Arminiani et synodus Dordracensis.

Inter Calvinianos Belgicos mox controversiae nascebantur. Harum praecipua erat, quae inter Jacobum Arminium et Franciscum Gomar professores Lugdunenses Bataviae de praedestinatione exorta est. Ille anno 1604. asseruit: Deum homines non absolute, sed propter fidem Christo praestitam aut denegatam ad vitam vel mortem praedestinasse, ex qua sententia sequebatur, quod licet fides donum Dei sit, ad eam tamen homo cooperari possit. Propositionem hanc ab originali Calvini doctrina recedentem Franciscus Gomar aliique plures praedicatores impugnabant. Cum autem pars utraque asseclas faceret, litesque multiplicarentur, potestas civilis institutis colloquiis et praecepta tolerantia quietem restituere conabatur, sed frustra, obsistentibus Gomaristis, qui contendebant litem hanc nonnisi per synodum, non autem per potestatem civilem definiri posse. Arminius quidem interea mortuus est, sed doctrina ejus jam inter populum tantos fautores repererat, ut hi anno 1610. publicis Hollandiae ordinibus libellum „Remonstrantia" inscriptum, unde Remonstrantes dicebantur, porrexerint, doctrinamque suam tanto cum zelo defenderint, ut Mauritius princeps nonnullos e. g. Hugonem Grootium in vincula conjecerit. Cum autem Arminianis Gomaristae responderent, lites non solum non imminutae, sed potius auctae sunt. Quare in eo post longas concertationes conventum, ut synodus Dordraci in Hollandia celebretur, decisura, quid deinceps tenendum esset. Reapse anno 1618. synodus coaluit, ad quam theologi bene multi aliis quoque ex provinciis confluxerant. Inter hos Simon Episcopius aeque professor Lugdunensis, et primarius Arminianorum theologus, item alii duodecim synodum ut judicem agnoscere detrectarunt, postulantes, ut doctrina controversa non juxta libros symbolicos, sed juxta Scripturam S. quae unica norma esset, decideretur. Porro dicebant nullam fidei definitionem, sed solum amicam rei compositionem fieri oportere, de qua si litigantes convenire non possent, magistratus quid, et quomodo docendum

sit, praescriberet, denique si quis doctrinam a magistratu determinatam sequi non posset, munus quidem ecclesiasticum deponeret, libertate tamen religionis frueretur. Verum synodus istos ob postulata sua increpavit, ac postea resipiscere nolentes proscripsit, ac sententiam de materia controversa publicavit, qua relicto Calvini et hoc ipso etiam Gomaristarum horrendo commento de praedestinatione ante lapsum facta [1]) declaravit: hominem tantum post lapsum ad aeternam damnationem praedestinari; praeterea judicium etiam contra Remonstrantes promulgavit, eos adulteratae religionis et scissionis ecclesiasticae reos esse, neque ulli munus ecclesiasticum conferendum esse, qui synodale decretum non reciperet. Decisiones has synodi ordines generales confirmarunt, ac 200 circiter praedicatores Remonstrantium deposuerunt, Episcopio et sociis ejus in synodo praesentibus ex Hollandia relegatis, cunctisque Arminianis e patria, vi et armis proscriptis. Arminiani regno expulsi ad Brabantiam, ubi pax inter Belgas et Hispanos vigebat, confugerunt, indeque in Slesvicum se receperunt, ubi conventus suos sensim instaurabant, donec indultu Friderici principis, qui fratri Mauritio successerat, in patriam redeundi facultatem obtinuissent, ac anno 1630. Amstelodami ecclesiam et scholam rursus posuissent, in qua futuri eorum religionis doctores scientiis philosophicis et theologicis instituerentur. Magistri eorum his in scholis eminentes erant: Simon Episcopius, Stephanus Curcellaeus et Philippus Limborch [2]), sed jam primus eorum in rationalismum et indifferentismum inclinabat [3]), docens: fidei symbola exigua solum auctoritate pollere, paucas fidei doctrinas necessarias, plurimas vero utiles solum esse; Christum et Spiritum S. patri consubstantialem esse negabat, adjiciens parum interesse, qualitercun-

---

[1]) Illi, qui post Calvinum statuebant praedestinationem hominis ante lapsum factam Supralapsarii, qui vero post lapsum factam fuisse docebant Infralapsarii nominabantur. Varias eorum sententias recenset Francis. Turretin in institut. Theologiae eclecticae part. 1. p. 688. et seq.

[2]) Alii erant Adrian a Cattenburg, Joan. Clericus, et Joan. Jacob. Wetstein.

[3]) Vid. ejus fidei confessio anno 1621. composita.

que Christus incarnatus fuerit; peccatum originale sufferebat statuens mortem primis tantum parentibus non autem et successoribus poenae loco fuisse etc. Quale his ex principiis systema theologicum enasci oportuerit, quisque facile perspicit. Secta haec etiam in Angliam opera potissimum Guilelmi Laud Archiepiscopi Cantuariensis assumta et inter episcopales propagata est. Vid. Gerh. Brandl Historia reformat. Belg. Joan. Hales Historia concilii Dordraceni, quam ex Anglico publicavit Mosheim Hamburgi 1724. 8. Stosch: Histor. seculi XVIII. sect. 1. et seq. Hugo Groot. Annal et Histor. de reb. Belg.

§. 89.

Schisma Anglicanum.

Vigentibus jam alibi novationibus Lutheri ecclesia Anglicana initio schismate solum a Romana separabatur. Nam Henricus VIII. Angliae rex Lutheri doctrinam, quae per Wiclefi asseclas ex parte adhuc vigentes, et per alios Sedi Romanae ob subsidia infensos, praedicabatur, non tantum in proprio regno supprimere studebat, verum etiam principes Germaniae ad idem faciendum excitabat. Imo cum Theologiae scholasticae non parum peritus esset, anno 1521. etiam opere vulgato [1]) septem Sacramenta contra Lutherum vindicavit, titulum defensoris fidei a Pontifice Romano sortitus. Verum zelo hoc non obstante, post aliquot annorum decursum Lutheranismi propagationem etiam praeter voluntatem suam promovit schismate eo, quo ecclesiam Anglicanam a Romana separavit. Ad hoc autem nimia illius in voluptates sensuales inclinatio eum perduxit. Cum enim Anna Boleyna herula aulica, cujus amoribus flagrabat, ejusdem votis non aliter, ac contracto matrimonio respondere vellet, ab uxore sua legitima Catharina Arragoniae principissa, quam utpote fratris sui viduam cum dispensatione Julii II. Pontificis duxerat, et cui 18 annis convixerat, divortiari et anno 1527. vinculum matrimonii sui a Pontifice Romano solvi

[1]) Sub titulo: Assertio septem Sacramentorum advers. M. Lutherum. Reperitur in operibus episcopi Fisher ex cujus calamo opus fluxisse videtur. Confer opera Lutheri Tom. XIX. p. 156. edit. Walch.

petiit. Pontifice contra matrimonium licite et valide contractum nullam exceptionem patiente Henricus causam suam suadente Thoma Cranmer theologo Cantabrigensi universitatibus extraneis judicandam detulit. Hinc favorabilem sententiam pecunia mercatus, clerum quoque suum ad idem declarandum coegit, donec Cranmer ipse ad Archiepiscopatum Cantuariensem promotus, anno 1533. matrimonium regis cum Catharina invalidum, illud vero, quod rex cum Anna Boleyna ante annum contraxerat, validum esse declararet. Hac re Romam perlata Pontifex Cranmeri, qui Lutheri castra secutus interea pariter uxorem duxerat, sententiam temerariam et nullam esse declaravit, regi vero, nisi dimissa Anna Boleyna uxorem Catharinam reciperet, excommunicationis poenam intentavit. Verum uterque a Pontifice ad concilium generale adpellavit, ac rex talia deinceps in Anglia constituit, quae omnem cum Sede Romana nexum sufferebant, verumque schisma post se trahebant. Ita senatum eo disposuit, ut anno 1534. in nexu declarationis a clero Cantuariensi ante triennium jam editae, regem supremum ecclesiae Anglicanae caput esse publicaret, ac ei prout et ejus successoribus jus errores, haereses et abusus ecclesiasticos examinandi, tollendi, dispensationes elargiendi, et omnia, quae ad caput Ecclesiae spectant, exercendi potestatem adscriberet. Cuncti autem, qui his parere aut Henrico jusjurandum dicere detrectabant, mortis poena plectebantur, uti Joannes Fisher Episcopus Roffensis et Thomas Morus regni cancellarius, viri eruditione et morum integritate per totam Angliam conspicui, aliique plures. Post separationem hanc ab Ecclesia Romana factam, Thomas Cromwell per Henricum VIII. licet laicus in vicarium generalem ecclesiae anno 1535. constitutus, cuncta monasteria, hospitalia et sacella sustulit, bonis eorum quae a Cromwellii et sociorum ejus rapinis remanserant, partim in sumptus publicos imprimis militares, partim in novos episcopatus dotandos, partim in dona aulicorum conversis aut publice divenditis. Cum porro numerum festorum notabiliter imminueret, imagines ac reliquias restringeret, aliasque mutationes induceret, populus se his adeo laesum

sensit, ut plura millia ad modum iis ponendum insurgerent, pax tamen paulo post reducta est [1]). At mox et ipse Cromwell ad supplicium condemnatus est, quod Lutheranismum promoverit, et regem ad ducendam novam uxorem *) mox displicentem permoverit, aliaque violenta commiserit. Paulus III. Pontifex regem ob tantos ausus velut haereticum, moechum, et multorum innocentium interfectorem excommunicavit, subditos a juramento fidelitatis absolvit, aliosque principes ad eum debellandum, et regno privandum provocavit. Quamvis autem Henricus a Capite Ecclesiae penitus se separaret, Religionem attamen Catholicam in regno suo integram conservari voluit, et Lutheri asseclas, qui patrono Cranmer et aliis in occulto multiplicabantur, saepius gravissima poena affecit, ac sex articulos de transsubstantiatione, coelibatu clericorum, Missae sacrificio, confessione, voto castitatis, et communione sub una specie per totum regnum acceptari jussit. At his non obstantibus Lutheri doctrina per regnum semper majores progressus faciebat [2]), imo cum Henrico anno 1547. mortuo filius ejus minorennis Eduardus VI. succederet, ac dux de Sommerset avunculus ejus novae doctrinae addictissimus nomine protectoris regno praeficeretur, sex articuli prius nominati illico abrogati sunt. Licet vero etiam liturgia in multis mutaretur, lingua vernacula pro cultu publico introduceretur, altaria in mensas converterentur, vestimenta tamen sacra, jejunia et abstinentiae a carnibus retinebantur, sed relate ad Eucharistiam non Lutheri, verum Calvini doctrina adoptabatur, ut adeo religio nova, distincta tamen ab ea novatorum in Anglia invalesceret. Novationes Eduardi soror Maria fratri suo mortuo anno 1553. succedens, ac a matre Catholica Catharina catholice educata abrogavit, acatholicos facultate praedicandi et libros edendi privavit, ac omnes extraneos novatores Angliam deserere jussit. Hoc

---

[1]) Saunders de origine et progressu schismatis Anglicani. Burnet Historia reformat. Eccles. in Anglia.

[2]) Gerdes Histor. reform. tom. IV. Salig vollständige Historie der Augsburg. Confess. und derselben zugethanen Kirchen. 2. Th. Gilbert, Burnet History of the reformat, of the Church of England,

viso ordines regni adhuc eodem anno congregati statum religiosum sub Henrico VIII. vigentem illico reduxerunt. At his non contenta regina etiam schisma sufferri et communionem cum Vicario Christi instaurari voluit. Quare Pontifex anno 1554. Reginaldum Polum regum Angliae agnatum et Cardinalem eorsum deputavit, qui in Angliam delatus, nationi in comitiis congregatae dolorem suum de schismate contestanti, solemnem absolutionem largitus est, titulo satisfactionis nihil aliud postulans, quam abrogationem omnium legum contra Religionem Catholicam statutarum. Verum Maria conscientiae suae duxit etiam bona cuncta monasteriis et hospitalibus ademta restituere, pristinumque ordinem reducens Cardinalem Polum in locum Cranmeri propter delicta supplicio effecti, Cantuariensi sedi praefecit [1]. At statuta haec mortua Maria et Cardinale rursus abrogata fuere. Nam Elisabetha sorori suae Mariae anno 1558. succedens e matre protestantica Anna Boleyna nata, a teneris novae doctrinae assueta hanc omni virium intensione protexit, tanto magis, quod Pontifex eam, ut illegitimam Henrici VIII. filiam, ad regnum inhabilem declaraverit. Quare mox acatholicos libertati restituit, exules revocavit, et realem in Eucharistia Christi praesentiam propugnare vetans, totum fere systema religionis et liturgiam sub Eduardo VI. prius vigentem reduxit, mulcta duodecim librarum in omnes statuta, qui die dominico aut festo e novis sacris emanerent. Novum systema ad 39 articulos redactum in synodo Londinensi anni 1562. publicatum est. Vi hujus non tantum hierarchia seu Archiepiscopi, episcopi, presbyteri et diaconi, sed etiam canonicatus, archidiaconatus et decanatus retenti, festis Domini festa Apostolorum et Sanctorum, jejuniis hactenus observatis feriae quartae jejunia adjecta, vestes sacrae clericorum, externus ecclesiae ornatus, altaria, organa, et cantus ecclesiasticus, aliique ritus Catholici reservati fuere [2]. Elisabethae innovationes Pius V. et

[1] Salig Histor. Confess. Augustan. Tom. II. lib. VI. c. 1. et 2. de Cranmero. Cobbet. Vilm. a Protestans reform. historiája III. füzet Nagyvárad 1834. p. 1—54.

[2] Cobbet Vilm. a Protest. reform. historiája III. füzet. 9. Lev. 63 s köv. lap.

Sixtus V. Pontifices condemnarunt, eam anathemate percutientes, et subditos ab obedientia erga eam absolventes. Hoc reginam adeo exacerbavit, ut poenas omnes contra Catholicos statutas duplicaverit, et omni, qui literas pontificias in Angliam adferret, poenam capitis intentaverit, cunctosque de clero, qui post novam religionem sacris ordinibus catholice initiati fuissent, e regno excluserit, bonis eorum fisco regio addictis, sicque schismati quod hodiedum durat, coronidem adposuerit. Vid. Guil. Burnet: History of the reform of the church England London 1683. II. Th. Jo. Strype annales of the reformat.. et stabilissement of religion et other various occurences in the church of England during the first tivy years of queen Elisabeth Tom. I. London 1709.

*) Henricus VIII. mox Anna Boleyna ob incestum cum fratre commissum ad mortem condemnata, duxit Annam Seymour, ex qua Eduardum filium genuit. Hac 2. die post partum defuncta, Cromwellius regi principissam Annam Cleve in uxorem commendavit. Verum ab ea paulo post divortiatus quintam uxorem duxit Catharinam Howard, ast et hac breve post tempus ob suspicionem adulterii extremo supplicio affecta Lord Latimeri viduam Catharinam Parr in thalami sociam assumsit, quae illum supervixit. Vid. Jac. Mar. Göschl: Versuch einer historischen Darstellung der kirchl. christl. Ehegesetze Achaffenburg 1832. p. 199. et s.

§. 90.

Puritani. Catholicorum emancipatio. Puseyismus.

Cum multi Angliae subditi, qui sub Mariae regimine patriam religionis gratia reliquerant, nunc sub Elisabetha cum principiis Calvini in Germania et Helvetia haustis in Angliam reverterentur, hi contra formam religionis et Ecclesiae ab Elisabetha introductae mox exceptionem facientes cuncta, quae ex hierarchia, liturgia et disciplina Catholica retenta sunt, improbabant. Inde Puritani, quia religionem ab illis quasi maculis purgari cupiebant, aut Nonconformistae (dissenters) quia sacris publice introductis semet non conformabant, nominati. Quamvis autem carceribus, mulctis et exilio ad Episcopalium seu conformistarum

systema adoptandum stringerentur, nulla tamen ratione parebant, neque alios, quam unice presbyteros ex hierarchia admiserunt, dicti hinc etiam Presbyteriani, solius Calvini doctrinam sectantes. Hi successu temporis adeo potentes evaserunt, ut etiam Episcopales superarent. Nam mortua anno 1603. Elisabetha Angliae regnum ad Jacobum VI. Scotiae regem devolutum. Hic qua Jacobus I. Angliae praefuit, ac filium suum Carolum I. anno 1625. regni haeredem scripsit. Uterque autem illimitatam monarchiam fundare conabatur, ac propterea tum Episcopales, tum Catholicos ad monarchicam regiminis formam magis inclinantes Puritanis praeferebat. Verum hi propterea offensi tumultus excitarunt. Hos componere volens Carolus regni ordines convocavit, quia vero in camera inferiori plerique Puritani, aut Brownistae (anarchiam auctore Roberto Brown praedicantes,) essent, episcopales superarunt, ac tam Laud Archiepiscopum Cantuariensem, cujus consiliis rex utebatur, quam regem ipsum captum, carceribus mancipatum anno 1649. capite minuerunt, aliasque decapitationes Catholicorum, spoliationes, incarcerationes cleri et regularium oppressiones commiserunt. Rege auctore potissimum duce Olivier Cromwell sublato rempublicam proclamarunt, et quamdiu in vivis extitit Cromwell reipublicae protector, Puritani, ad quos et ille spectabat, semper primas partes tenuerunt. At mortuo anno 1658. Cromwellio, capite truncati Caroli I. filius Carolus II. regiam dignitatem et parlamentum restituit, ejusque successor Jacobus II. ultimus Stuart in throno monarchiam in regno conservarunt; Religionem attamen Catholicam instaurare nequiverunt. Cum emancipatione Catholicorum [1]) nova Catholicorum aera coepit in Anglia, siquidem vi ejus ad parlamentum eligi, et munerum publicorum participes fieri possint. Quamvis porro Catholici ob praejudicia et fanatismum Anglorum etiam hodie premantur, majorem attamen attentionem et inclinationem erga Catholicismum excitat nunc Puseyismus, seu coalitio pro-

[1]) Sub ministerio Roberti Peel die 13. Aprilis 1829. pronunciata et sanctionata in parlamento.

fessorum [1]) universitatis Oxfordiensis, qua, ut loquuntur media inter Papismum et Protestantismum via incedentes, principia Catholica de Eucharistia, traditione, Ecclesiae auctoritate, purgatorio etc. [2]) adoptarunt et docent, spem facientes, ut, quod Daniel O'Connel jam praedixit, intra breve tempus Missa solennis juxta ritum Catholicum in Westmünsterii *) ecclesia decantetur, ac Catholicismus in Anglia tota instauretur. De his plura vide in Dr. Scharpff Vorlesungen über die neueste Kirchengesch. Freiburg. 1852. 2. Heft. 24. 25. Vorlesung. 251—294. Seite.

*) Nomine abbatiae Westmünster venit veterum Benedictinorum Ecclesia et claustrum. In illa Episcopales Londini cultum suum divinum solemnissime celebrant; in hoc vero prius parlamentum considere solebat, nunc aliis usibus servit. Ecclesiam Sebertus Saxonum orientalium rex anno 604. erigere coepit. Eam reges insequentes auxerunt, pluribusque capellis ornarunt. Ecclesia stylo gothico, lapidibus sepulcralibus, et monumentis e. g. SS. Andreae et Jacobi Apostolorum, Newtoni, Nelsonis et aliorum conspicuorum virorum. splendet. Urbium Angliae praesertim Londinensis, Cantuariensis etc. cymelia literarum, artium, industriae, et commercii, quae personaliter vidi et uberius examinavi, cujusvis rei periti attentionem omnigenam merentur. Vid. Tableau de Londres et des environs 1841.

§. 91.

Calvini doctrina in Scotia.

Scotia eodem circiter tempore, quo Elisabetha novationes in Anglia moliebatur, Calvini doctrinam adoptavit. Quamvis enim primus novae doctrinae praeco Patritius Hamilton regis cognatus, et abbas Fermensis ob praedicationem novae doctrine poena capitis afficeretur, semen attamen tale sparserat, quod amplius suffocari nequivit. Initio nova doctrina solum clericos alliciebat, verum postea etiam laici tum nobiles, tum literati eam adoptabant. Cum autem novatorum numerus in dies vehementer cresceret, Daniel Beaton regimini ecclesiae primatialis in

---

[1]) Pusey, Newman, Kebele, Williams etc.
[2]) Petri Beiträge zur bessern Würdig. des Puseyismus. 2. Hefte Götting. 1843. R. Weawer der Puseyismus. Deutsch v. E. Amthor Leipzig. 1844.

urbe S. Andreae (S. Andrews) praefectus et Archiepiscopus cum reliquis episcopis anno 1539. regem Jacobum V. adivit, eoque disposuit, ut tribunal quoddam inquisitionis ad eorum progressus minuendos ordinaret. At frustra; nam mortuo anno 1542. Jacobo filia ejus minorennis Maria (Stuart) successit, cumque novae doctrinae progressus nec Jacobus Hamilton, qui tenellae reginae vices in regno sustinebat, nec vidua regis, quae postea Hamiltoni in gubernio regni suffecta est, impedire possent, novatores jam publice Religionem Catholicam adgrediebantur, Sanctorum et Christi crucifixi imagines, et reliquias profanantes, praelatos uti Beatonem aliosque sacerdotes trucidantes, aut gravissimis injuriis afficientes. Imo ultro progressi jam liberum religionis exercitium praetendebant, una adjicientes, ut clero Catholico potestas de haeresi judicandi adimatur, quod cum controverteretur, omnia turbis et seditione repleverunt. Porro Joannes Knox presbyter, jam ab Archiepiscopo Beatone propter haeresim munere privatus, et exilio per civilem potestatem propter seditiones mulctatus, nunc in patriam reversus, vir zelo fanatico plenus, et ad vesaniam usque rabidus anno 1559. Religionem Catholicam velut idololatriam publice adgressus est, ac populum ad altaria evertenda, imagines confringendas, ornatum et supellectilem ecclesiasticam diripiendam, monasteria depopulanda, thesauros auferendos, bibliothecas et tabularia abolenda, clericos, monachos, omnesque Catholicos crudelissime vexandos stimulabat. His excessibus regni gubernatrix arma opponi jussit, verum etiam novatores arma sumentes et foedere cum Elisabetha Angliae regina firmati, non solum Edinum subjugarunt, verum et regni gubernatricem, cum copias subsidiarias Gallicas non dimitteret, officio privarunt, quae ex animi dolore post octo menses mortua est. Seditiosos nec Maria regina, nupta interea Francisco II. regi Galliae, qui et rex Scotiae dicebatur, compescere potuit. Unde audaciores facti ab ordinibus anno 1560. congregatis postularunt, ut Religio Catholica sufferatur, et sacerdotes, quos fures, homicidas et proditores patriae compellabant, omni potestate, et honore priventur, ipsorum autem confessio do-

ctrinae Calvini superstructa, quam praesentarunt, adprobetur. His tandem annuerunt regni ordines, ac plane mortis poenam illis, qui ter Missae sacrificio interesse, et exilium illis, qui ad Pontificem recurrere, aut ejus nomine jurisdictionem exercere auderent, dictarunt. Licet autem cuncta haec contra constitutionem regni sancirentur, siquidem absque regis consensu fierent, mors tamen Francisci regis, quae eodem anno intervenit, cunctos a metu liberavit. Maria paulo post relicta Gallia, quam inde a tenera aetate incoluerat, in Scotiam transivit, magnas angustias et ipsa propter religionem passa, cum novatores nec quidem admittere vellent, ut in ejusdem sacello domestico sacra ritu Catholico servarentur [1]. Quamvis porro regina cum ingressu suo capitis poenam dictaret omnibus, qui Religionem Catholicam laedere auderent, mox tamen haec velut idololatria in ipsis spectaculis explodebatur, et regina anno 1567. caesis ejus copiis custodiae mancipata, corona filio ejus Jacobo ante annum nato adscripta, et regni administratio spurio reginae fratri, novatorum patrono et sorori semper inimico delata est; denique et Archiepiscopus S. Andreae, qui copias reginae duxerat, ultimo supplicio affectus. Ab hoc tempore cuncta ecclesiae bona inter novatores distributa, systema episcopale Anglicum penitus sublatum, et cum doctrina Calvini etiam ejus disciplina, introducta, ac innovatio ecclesiae Scoticae anno 1592. consummata est, quae in hodiernam usque diem perdurat. Vid. Jaques Melvil memoires traduites de l'Anglais. Gilbert Stuart: Gesch. der Reformat. in Schottland. Robertson: Gesch. von Schottland unter den Regierungen der Königin Maria und des Königs Jacob VI.

Quod Hiberniam attinet, ibi Henricus VIII. et Elisabetha pariter novationes invitis incolis vi et armis obtrudere conabantur, imo Anglis in Hibernia domicilium figentibus maxima privilegia cum indigenarum praejudicio conferebant. Exasperati hinc Catholici ad arma convolarunt, verum a Cromwellio debellati sub praetextu excitatae se-

---

[1]) Robertson Gesch. von Schottland unter den Regierungen der Königin Maria und König Jacob VI. Buchanan rerum Scoticarum historia.

ditionis omnes, qui ejus participes fuisse dicebantur, fundis exuti sunt. Cumque fundos et terras eorum Angli hodiedum teneant, Catholicosque vehementer opprimant, inde continuarum dissensionum causa repetenda. Vid. Rapin Thoyras Histoire d'Angleterre. Hume Geschichte von Grossbritannien.

Calvini doctrinam in aliis quoque ditionibus uti Hungaria, Transilvania, Polonia, Italia et alibi propagatam fuisse historice constat. Ita anno 1557. postquam Lutheranismus 30 et amplius annis jam in Hungaria et Transilvania grassaretur Martinus Kálmáncsehy praedicator Debreczinensis, neglecta universa fere doctrina Lutheri principia Zvinglii et Calvini suis exponere coepit. Is paulo post asseclas plures nactus Calvinismum per Hungariam et Transilvaniam propagavit. Secta haec mox communem cum Lutheranis causam in patria nostra agens, eadem cum illis jura sibi vindicavit (§. 83). Quamvis autem communi cum Lutheranis nomine Protestantium comprehendatur, distinctum tamen cultum et doctrinam tenet. Aliarum ditionum Calvinistas brevitatis causa missos facio.

§. 92.

Conamina ecclesias dissidentes uniendi.

Quantopere animi eorum, qui de religione disputabant, alieni ab invicem fuerint, ipsa unionis conamina hoc tempore exantlata satis evincunt. Unio haec tam inter Catholicos et Protestantes, quam inter Lutheranos et Calvinianos seu colloquiis seu scriptis tentata effectu optato hucdum caruit. Ita I. Wladislaus IV. rex Poloniae anno 1645. colloquium sic dictum charitativum theologos Catholicos inter et Protestantes ordinavit, non tam ut disceptarent, quam ut materias controversas in examen vocarent. II. Ernestus comes provincialis Hasso-Rheinfeldensis inter Valerianum Magni Capucinum, ac Ordinis generalem [1], et duos theologos Giessenses in arce sua Rheinfels literariam discussionem se praesente ordinavit eo eventu, ut ipse auditis verae Ecclesiae criteriis et argumentis pro ejusdem infallibilitate adductis ad sacra Catholica converteretur.

[1] Valerianus Magni e comitib. Mediolanensibus ortus ob eximium Christi Ecclesiam promovendi zelum ab Urbano VIII. Missionarius apostolicus per Germaniam, Poloniam, et Hungariam constitutus, erat vir scientiis non solum theologicis, sed etiam philosophicis et politicis egregie instructus.

III. Plus videbatur promittere conamen Protestantes ad Catholicos reducendi sub auspiciis Leopoldi I. imperatoris anno 1691. exantlatum, cujus initium Christophorus episcopus Neostadiensis fecit. Hic nempe cum erudito Molano Protestante et abbate Lockumensi Hannoverae conventum instituit, ad quem mox celeberrimus Galliae episcopus Bossuetus et doctissimus Leibnitzius advenientes de unione reducenda tractarunt. Cum in hoc conventu Molanus ad dogmata Catholicorum inclinare videretur, Bossuetus autem plura disciplinaria a s. matre Ecclesia eidem relaxanda polliceretur, spes unionis haud parva affulgebat. At Molano tardius plura postulante, ac concilium Tridentinum remittere potuisset, conventus optato effectu caruit. Feliciora, quam ex praecedentibus conventibus sperare licet IV. a Puseyismo (§. 90.). Jam enim praesules Catholici Hiberniae in manifesto suo anni 1826. declararunt, se ideo, quia bonum et inpartiale in rei Catholicae veritatem inquirendi studium inter contribules suos acatholicos reviviscere experiuntur, ac Angli praejudicia illa, quibuscum Catholicam doctrinam prius considerabant, deponunt, nunc vel maxime illa religionis Catholicae capita, quae acatholicis offendiculo esse solent, uti relatio religionis Catholicae erga statum, prohibitio lectionis Sacrae Scripturae, doctrina de sola salvifica fide etc. explanare, quo sic et concives suos et Angliae incolas ad eam amplectendam facilius permoveant [1]). Et reipsa Ecclesia Catholica in sola Anglia jam anno 1846. decem collegia theologica numerabat, ac ex his duo nempe collegium S. Mariae in vicinia urbis Birmingham et Stonyhorst in vicinia urbis Blackburn situm per Victoriam nunc regnantem Angliae reginam privilegio universitatis ornata sunt. Capellae, Ecclesiae, duae Cathedrales, una S. Georgii Londini, in vicinia Westmünsterii, alia Eboraci et duo milliones et ultra Catholicorum in Anglia, ex quibus 200 millia Londini cum magno numero sacerdotum existunt. Gregorius XVI. Pontifex Angliam anno 1840 in 8 episcopatus cum totidem

[1]) Vid. Manifestum Archiepiscopor. et Episcopor. Hiberniae de 25. Januarii 1826. Dublini publicatum apud Scharpff in Vorles. über die neueste Kirchengesch. Freyburg. 2. Heft 1852. 24. Vorles. 202 Seite.

praesulibus divisit, et Pius IX. Pontifex anno 1847. Archiepiscopum Westmünsterii Londini constituit. Paulo post communicatio cum Sede Romana a seculis interrupta restituta, et Archiepiscopus Londinensis Wisemann in s. collegii Romani Cardinalem nominatus est. Quantus denique numerus sacerdotum praesertim Puseyistarum ac conspicuarum Angliae familiarum quovis anno ad Ecclesiae Catholicae sinum redeant, tum ex paginis publicis, tum ex scriptoribus recentissimis constat. Quae cuncta tanto majori solatio cedunt, cum et incolae Scotiae, in qua Catholicorum numerus hodie ultra semialterum millionem efficit, vestigia Anglorum sequantur [1]. Quod unionem Lutheranos inter et Calvinianos attinet, tum principes tum theologi mature perspexerunt, quod ex dissidiis inter utramque partem de S. coena, de praedestinatione etc. nihil aliud quam detrimentum in universam rem protestanticam oriri possit. Quare tantorum malorum fontem obstruere volentes primum Marburgi colloquium anno 1529. ordinarunt, quod et in comitiis Augustanis et alibi renovatum est, sed irrito conatu. Qualiter et inter quos paucos Protestantes unio aetate nostra successerit, mox expositurus suum §. 94. Vid. Joan. Bapt. Kastners Urchristenthum Sulzbach 1824. Num. III. Wo ist das Urchristenthum zu suchen und zu finden? §. 52—62. item §. 68.

§. 93.

Protestantismi in Rationalismum conversio.

Cum studium Protestantes inter se uniendi haud succederet, in eo tandem convenerunt, quod omnes plus aut minus in Rationalismum laberentur. Ratio momentosae hujus mutationis, quam jam Fenelon aliique magni nominis Ecclesiae Catholicae theologi praedixerunt, in essentia et principio Protestantismi quaerenda est. Libertatem enim, qua novatores fidem antiquam juxta arbitrariam Scripturae S. interpretationem mutaverant, nunc jam quisque theologorum sibi arrogabat, dicens neminem suorum tantam habuisse potestatem, ut per fidei formulas, aut libros symbo-

---

[1]) Vid. Scharpff op. cit.

licos docendi aut Scripturam S. interpretandi arbitrium limitare potuisset, neque novatores ipsos tantae auctoritatis fuisse, ut propter eam solam eis adhaerendum sit, cum et ipsimet legitimam auctoritatem jam prius excusserint. Media vero mutationem hanc promoventia erant: 1) Naturalistae, qui in Gallia et praesertim in Anglia exurgentes, summam Religionis capitum notabiliter minuebant, et essentialia respuebant, ad quos spectant Burnet, Whitby, Taylor, Clarke et alii. 2) Illimitata preli libertas per Fridericum II. Borussiae regem intuitu religionis concessa, qua infinitus fere librorum contra revelationem editorum numerus comparuit, qui ab indocta hominum turba lecti non aliud, quam rationalismum producere valebant. Malum auxit, quod et ipse rex fama eruditionis conspicuus, religionem revelatam factis et scriptis exploderet. 3) Nova philosophiae systemata, quae inter Protestantes nata et adoptata aevi molimina nimium promovebant, Kantiana philosophia solam rationis religionem veram esse statuit; religionem revelatam nihil aliud esse, quam vehiculum ad religionem rationis facilius introducendam; illam cum tempore suapte cessaturam, et per puram omnibus hominibus claram religionem rationis supplendam esse; Scripturam S. ita interpretandam esse, ut moralia solum principia inde eruantur, reliqua cuncta ad privatam scriptoris biblici opinionem spectare [1]. Philosophi Fichteiani et Schellingiani praesertim Daubius [2]) nonnullas Religionis Christianae veritates dignius quidem tractarunt, conciliare tamen principia sua cum fundamentalibus Christi veritatibus hucdum nullus potuit. Ita cum subsistentia reali cujusvis hominis prout et hypostasi actuali Christi conciliari nequit illud Schellingii assertum, quo hominem per speculationem ad entis absoluti ideam ascendere, et propriam subsistentiam suam negare, ac postea, se velut reflexum illius entis absoluti spectare, sicque tandem existentiam suam nancisci facit. Nam quisque nostrum certo jam subsistere

[1]) Similia si non pejora docuit Jacobi in Schrift von den göttlich. Dingen.
[2]) Carolus Daub professor Theol. Heidelberg. in theologumenis anni 1806. et in Einleitung in das Studium der Dogmatik 1810. doctrinas religionis Christianae supernaturales juxta Schellingii philosophiam explicat.

debet, dum per speculationem ad entis absoluti ideam efformandam semet accingit. Primus autem erat J. Jacobus Semler [1]), qui rationalismum suis tradidit. Is enim inde ab anno 1760. non solum plura scripta Religioni Christianae adversa, e lingua Batavica, Anglica et Gallica vertit, sed etiam propria opera vulgavit, quibus omnem fere doctrinam positivam Religionis Christianae impugnavit, ac praecepta solum moralia Christianis proponenda statuit. Illum mox J. Fridericus Gruner aeque Halensis secutus est, qui docuit, Religionem Christianam seculo jam primo ad finem vergente per admixtam philosophiam Neoplatonicam corruptam fuisse, omnesque veritates supernaturales in illa contentas ex hac repetendas esse, ideoque omnes repudiavit [2]). Hunc ordine excepit G. Abraham Teller Helmstadiensis professor, postea Berolinensis praepositus [3]), qui Filii et Spiritus S. divinitatem, peccatum originale, aliasque essentiales veritates Christianas in Scriptura S. contineri negavit; praeterea docuit religionem naturalem Christiana perfectiorem, cum illa doctrinam morum, haec vero sublimiora et supra captum humanum posita doceat [4]). Eckermann Theologiae apud Kielenses professor revelationem vel existere negavit [5]). Henke professor Helmstadiensis docuit Christi adorationem ab omni, qui veram religionis cognitionem habet, vitandam esse [6]). Wegscheider aeque Halensis professor Theologiae, cujus opus Protestantibus classicum est, revelationem supernaturalem nec necessariam, nec possibilem esse contendit, omnia miracula et mysteria respuens [7]). Similia docent Röhr, Schulze, Schott, Brettschneider. De Wette, Schleiermacher, Strauss et alii plu-

---

[1]) Professor Theol. Halensis anno 1791. mortuus.
[2]) J. Frid. Gruner professor Halens. Libri tres instit. theologicar. anno 1777. edit.
[3]) Lehrbuch des christl. Glaubens 1764.
[4]) Ejusdem: Religion der Vollkommenen Berlin 1792.
[5]) Handbuch zum gelehrten und system. Studium der christl. Glaubenslehren 4. Tom. 1800—1803.
[6]) Henke lineamenta institutionum fidei Christianae historico-criticarum anno 1793.
[7]) Institut. Theolog. Christiano-dogmaticae anno 1815. iteratis curis recusae.

res [1]). Hi omnes statuunt: revelationem supernaturalem non esse, nec fuisse unquam hominis indigentiam, omnem de religionis veritatibus institutionem e sola ratione derivandam esse. Christum purum hominem fuisse, omnibus ceteris quidem excellentiorem, errorum tamen non semper expertem, Apostolos erroribus Judaicis obnoxios semper mansisse, qui magistrum suum frequenter male intellexerint, eumque praejudiciis conformiter loquentem depingant. Miracula etiam si naturaliter explicari nequeant, ad religionis veritatem probandam minime sufficere, unicum argumentum pro veritate religionis Christi existere, illudque esse, si ejus doctrina rationi conformis sit. His conformia plerique Protestantium exegetae, historici, aliique eorum theologi tradunt. Vid. Hortig Handbuch der Chr. Kirch. Gesch. fortges. von Döllinger Landshut 1828. II. B. 2. Abth. p. 937. Tittmann pragmat. Gesch. der Theol. und Relig. in der Protest. Kirch. Plank über den gegenw. Zustand und Bedürf. unserer protest. Kirche 1817. Dr. Jul. Hoeninghaus Result. meiner Wanderung oder d. Nothw. der Rückkehr zur kath. Kirche. Aschaffenb. 1837. 2. Aufl. Scharpff Vorles. über die neueste K. Gesch. Freiburg 1852. 2. Heft 19. Vorles. 142 Seite.

§. 94.

Unio inter nonnullos Protestantium successit.

Saeculo nostro XIX. factum est, ut, cum plerique Protestantes partim ad Rationalismum, partim ad Indifferentismum laberentur, sicque Calvinianorum plurimi praedestinationem absolutam, Lutherani vero realem Christi in Eucharistia praesentiam non amplius crederent, et hi in illorum cultum divinum simpliciorem inclinarent, praecipua unionis impedimenta tollerentur. Hinc cum principio jam seculi hujus conabantur viri quidam zelosi, tum coetus religiosos, tum imperantes civiles vulgatis scriptis ad ineundam in negotiis religionis unionem externam provocare, mediaque ad hunc finem eo facilius obtinendum proponere. Initio non parum obstabant unioni, quod neutra pars specialia privi-

[1]) Conf. 28. §.

legia et bona sua ecclesiastica alteri communicare vellet. Donec altero seculi nostri decennio inclinatione ad unionem utrinque crescente ea tandem formaliter inita et publicata fuisset. Primi fuere Nassoviensis ducatus incolae, qui recurrente reformationis festo seculari anno 1817. unionem celebrarunt. Praesides quippe ecclesiastici tum Calviniani tum Lutherani cum consensu ducis in synodo generali congregati, praesentibus viris a regimine deputatis unionem his sub conditionibus iniverunt: 1) Ut coetus territoriales in posterum uno nomine Ecclesia Evangelico-Christiana compellentur. 2) Ut quivis coetus peculium suum ecclesiasticum retineat, distincte administret et in proprios usus convertat. 3) Ut supremam in ecclesias inspectionem duo Superintendentes generales hactenus fungentes porro etiam, quoad vixerint, exerceant, uno autem eorum mortuo tota superstiti, et ab hinc semper unico concredatur. 4) Ut interea coetus omnes liturgiam Calvinianam observarent, illico attamen viri deputentur, qui novam Agendam conscriberent, et librum institutionum religionis ab omnibus adoptandum componerent, aut seligerent, post ducis adprobationem usui mancipandum. 5) Ut in Eucharistia panis azymus a praedicatore frangeretur et non secus ac calix manibus communicantium traderetur. Haec cuncta, imo et alia unionis statuta per ducem confirmata et effectui data sunt.

Alter unionis coetus anno insequente in circulo Rhenano Bavarico, qui olim ad palatinatum Rheni spectabat, coaluit. Is in unionis suae instrumento cum influxu regiminis confecto declaravit: 1) Novum coetum suum deinceps nomine Ecclesiae Evangelico-Christianae compellandum esse. 2) Scripturam S. ut religionis principium, symbola vero et libros symbolicos cujusvis coetus demptis doctrinis hactenus controversis, ut normam docendorum a quovis agnoscendos esse. 3) Eucharistiam esse memoriale Salvatoris et symbolum intimae cum ipso conjunctionis. 4) Deum omnes homines ad vitam aeternam praedestinasse, baptismum tamen non esse ad salutem necessarium, proinde etiamsi conferatur, ab ordinario ecclesiae ministro largiendum.

Tertius coetus, qui iisdem ex principiis similibus formis et conditionibus, ut prius dictum est, coaluit, est Han-

noviensis in magno ducatu Darmstadiensi situs. Hic anno eodem 1818. unionem celebravit. Hunc eodem anno imitatus est coetus Archangelopolitanus in Russia. Anno 1819. novus consurrexit Oranienburgi in marchia Brandenburgica, quos post annos duos magnus ducatus Badensis, ac urbes Crefeld et Hamm in Westphalia Borussica sequebantur. Verum cum unionem hanc reliqui Germaniae protestantes respuant, illi autem, qui aliis in terris habitant, Lutheri et Calvini principia ex parte adhuc sectentur, ecclesiarum dissidentium numerus non minutus, sed potius auctus est. Vid. Archiv der Kirchengesch. von Carl. Fried. Stäudlin; Hein. Theoph. Tzschirner et Severin Vater anno 1823.

§. 95.

Anabaptistae seu Mennonitae et Schwenkfeldiani.

Cum Lutherus statueret nullam Ecclesiae auctoritatem agnoscendam esse in rebus religionis, quam nempe omnis e Scriptura S. haurire et docere posset, mox inveniebantur tales, qui ejusdem indultum secuti, doctrinam ab illius placitis alienam illinc exsculperent. Ex iis erant Anabaptistae, qui nomen inde sortiebantur, quod baptismum in omnibus iis reiterarent, qui in infantia baptizati ad ipsorum coetum assumi cuperent. Nam parvulos fide destitutos ad baptismum incapaces esse tenebant. Cum praeter errorem hunc insuper docerent, nullum singularem doctorum aut ministrorum ecclesiasticorum statum agnoscendum, nullos superiores civiles tolerandos, et bonorum omnium communionem introducendam esse, cumque rusticis seditiosis Thomae Münzeri (§. 77) manus jungerent, ac horum opera adjuti reapse omnes magistratuales tollere meditarentur, vehemens odium et persecutionem non Catholicorum tantum, sed etiam Protestantium sibi consciverunt adeo, ut ex Germania, Helvetia, et Belgio vi et armis exstirparentur. Conatibus tamen haud plene respondit effectus; nam nunc primo secta se magis evolvit auctoribus Joanne Bockhold sartore Lugdunensi et Joanne Matthiesen pistore Harlemiensi, qui postquam ex Batavia Monasterium adpulissent, ac ibi plures sectae hujus fanaticos reperissent,

se iis duces praebentes sectam collegerunt, quae meros fanaticos comprehendebat. Nam praeter dictos errores docebant: Deum voluntatem suam medio visionum, somniorum et inspirationum ipsis, aut saltem nonnullis coetus illorum membris revelare; prophetis et feminis vaticinantibus gloriabantur, jusjurandum, officium magistratuale, aut militare tenere, causas ad judicem promovere, peculium habere Christianis prohibitum esse statuebant, denique omnes homines extra coetum suum constitutos impios, et mandante Deo exstirpandos, novumque regnum divinum hac in terra ex solis justis, quales ipsi essent, condendum esse publicabant. Ad quod regnum nunc jam inchoandum Joannem Bockhold regem sibi elegerunt, qui contra reges et principes terrae processurus, ac eos una cum populis justitiae inimicis deleturus esset. Cumque is magno asseclarum numero stipatus Monasterii grassaretur, ecclesias spoliaret ac devastaret, pecunias et alia bona mobilia congregaret, polyginaeciam induceret, ac civitatem integram sibi subjicere pararet, comes Waldeck episcopus Monasteriensis anno 1535. cum adjutorio aliorum principum urbem ac ipsos Anabaptistas expugnavit, regem Joannem, qui crudelitate et libidine in Catholicos saevierat, cum praecipuis sociis captos, poena mortis affecit, totamque vesanam turbam, quae Monasterii sedem fixerat dissipavit [1]. Secta haec per Mennonem Simonis parochum Frisium [2] rursum collecta et aliquantum sanioribus principiis imbuta, per totam fere Germaniam septemtrionalem propagata nomen Mennonitarum tulit [3]. Anabaptistae qui cum Baptistis *) confundendi non sunt ob principia sua hic et ibi non tolerata persecutiones patiebantur, ideoque ad varias terras refugium sumebant adeo, ut etiam ad Hungariae Comitatum Nitriensem et Posoniensem deferrentur, Levardini, Szobotistini, et in Szent János locum capientes. Ad hos convertendos Maria Theresia anno 1760. missiona-

[1]) Kerssenbrock belli Monasteriensis contra Anabaptistas gesti descriptio apud Gerdes in Scrinio antiquit. Ott Annales Anabaptistarum.
[2]) Menno Simonis anno 1505. natus.
[3]) Schyn Historia Christianorum, qui in Belgio foederato inter Protestantes Mennonitae nominantur, Petri Fritz Ketzerlexicon Tom. III. p. 331.

rios ex societate Jesu ire jussit, eo cum successu, ut mox non pauci eorum ad fidem Catholicam redirent, praesertim a quo Zacharias Walter eorum senior et duo ejus adjutores praecipui conversionis obices Tirnaviam delati fuissent. Conversionem attamen eorum plenam solum comes Barkóczy Primas et Archiepiscopus Strigoniensis perfecit. Habent autem et hodie praedictis in locis curionem proprium, et scholas ab aerario regio dotatas. In Anglia eandem sortem cum reliquis dissenters [1]) experiuntur, et in Hollandia, Borussia, aliisque Germaniae civitatibus ac in Polonia et Transilvania existunt. Mennonitae hodierni, qui in America septemtrionali reperiuntur, ad Arianismum et Socinianismum deflexerunt.

Schwenkfeldianorum auctor erat Casp. Schwenkfeld nobili e familia Silesiae anno 1490. natus, ac ducis sui consiliarius. Is initio Lutheri doctrinam sequebatur, verum tardius sententias ejus improbare coepit, speciatim vero eas, quibus contendebat, hominem per solam fidem justificari sine operibus bonis, item impossibile esse homini mandata Dei servare, operibus bonis nullum a Deo meritum tribui, utpote in detrimentum moralitatis cedentes proscribebat. Imo duobus annis tardius universum Lutheri systema respuit, dicens eum triticum cum zizaniis evellere, hominibus obtrusa fide sua, novam tyrannidem imponere, illique tantum roboris falso adscribere, ut ea sola hominem justificari dicat. Quare Schwenkfeldius docuit, summam religionis in eo positam esse, ut Spiritus S. immediate animum hominis illustret, et pietatem in eo producat; proinde fidem praedicare, baptismum, eucharistiam suscipere superfluum esse. Cum hac ratione ad mysticos deflecteret Schwenkfeldius hostes summos in Lutheranis patriae suae nactus, in Sueviam transivit, inde jam Augustae, jam Argentorati moratus, discipulos collegit, quos in conventibus suis docebat: paedobaptismum non esse validum, Christi humanam naturam non ex Maria tractam, sed ex divina essentia ortam esse, cum secus qua homo creatura esset etc. Secta haec etiam post mortem auctoris anno

[1]) Puritani non Conformistae, aliique omnes sectarii Ecclesiae Anglicanae non addicti. Walch neueste Gesch. der Religion. Tom. 8. et 9.

1561. causatam perduravit. Vid. Arnold, unparteiische Kirchen- und Ketzerhistorie. Planck: Gesch., der Entsteh. Veränderung und der Bildung unsers. protest. Lehrbegriffs vom Anfang der Reform. bis zu der Einführ. der Concordienformel 6. Tom. Lipsiis 1781—1800. Petri Fritz: Ketzer-Lexicon. Tom. II. p. 67. Tom. III. p. 283. et seq.

*) Baptistae circa medium seculi XVI. inter Presbyterianos Angliae orti, nec magistraturas nec jusjurandum refugiunt et quamvis paedobaptismum etiam recusent, suos tamen aliter ac Anabaptistae, utpote plena corporis immersione baptizant, et Presbyterianorum potissimum constitutionem sequuntur. In Anglia et America septemtrionali reperiuntur. Vid. Alberti: Briefe betreffend den allerneuesten Zustand der Religion und Wissensch. in Grossbritannien und Hannover 1725.

§. 96.

Antitrinitarii seu Unitarii et Sociniani.

Ex eodem principio Lutheri, quo nempe statuebat Scripturam S. a quovis repudiata traditione, et Ecclesiae auctoritate ad lubitum exponi posse, fluxit, quod nonnulli principale Religionis Christianae dogma de SS. Trinitate impugnarent, dicti propterea Antitrinitarii seu Unitarii, licet de eo minime consentirent, quid de Christo et Spiritu S. tenendum sit. Inter illos praecipui erant: 1) Michael Servetus anno 1509. in Aragonia natus, qui ingenio facili praeditus, multiplices quidem cognitiones theologicas, juridicas, historicas et medicas sibi comparavit, verum recte ideo petulantior factus, genuinam Christi doctrinam a se demum restituendam jactitans, dogma de Trinitate ac paedobaptismo impugnavit. De Christo idem ac Paulus Samosatenus docuit, eum nempe nihil aliud esse, quam rationem et sapientiam Dei propria ὑποςασει carentem (§. 105. per I.). Doctrinam hanc in Gallia, Germania, Helvetia et Italia spargebat, quapropter Viennae in Gallia, ubi artem medicam profitebatur, captus, in vincula conjectus, et nisi fuga elapsus fuisset, poenam mortis certo jam tunc sustinere debuisset, quam tardius

anno 1553. agente Calvino, quo cum convenire non potuit, Genevae in rogo subivit [1].

2) Joannes Gentilis Consentiae in Calabria natus antea coetui Protestantium Genevensi adscriptus. Hic docuit Christum praestantem, ac eximium spiritum a Deo conditum fuisse, qui deinde humanam naturam assumserit. Is cum Bernae in Helvetia propter doctrinam suam ad mortem anno 1566. condemnaretur, gloriabatur, quod ipse propter fidem in Deum martyrium subiret, cum Apostoli tantum propter Christum mortem oppetierint. His similes in Italia et Polonia plures reperiebantur. Verum notabiliorem ex iis sectam fundavit:

3) Faustus Socinus, qui auctor erat Socinianorum. Is nempe anno 1539. Senis in Hetruria natus sententias fidei Catholicae adversas ex scriptis Loelii Socini patrui sui, quem Itali cum pluribus Antitrinitariis ex regno proscripserant, hausit, et quo principiis ejus liberius vacare possit, anno 1574. Basileam properavit, ubi doctrinam suam verbo et scriptis propagavit. Imo brevi ad Poloniam delatus, ibi quoque sententias suas tradidit, ac licet initio eum Poloni nec quidem ad coetum suum reciperent, sensim tamen operibus editis, eloquentia, arte dialectica, ac politis moribus adeo inclaruit, ut et populum et praedicatores sibi conciliaret adeo, ut ab ipso anno 1604. mortuo Socinianorum nomen assumerent [2] *). Doctrina Socini ex ejus Catechismo [3] sequens fuisse noscitur: 1) Jesus Christus purus homo est, quem S. Literae respectu supernaturalis conceptionis unigenitum Dei filium nominare, et respectu altiorum dotum ad salvandos homines acceptarum Deum vocare solent, eum nos quoque ob tantam dignitatem adorare obligamur. 2) Christus mortuus est, non ut pro peccatis satisfaceret, cum ea Deus nobis gratis remittat, sed ut nobis exemplo constantiae et pa-

---

[1] Mosheimii Histor. Michaelis Serveti in praefat. Ejusdem Mosheim anderweitiger Versuch einer vollständig. und unparteiisch. Ketzergeschichte.

[2] Christoph. Sandii biblioth. Antitrinitar. Freystadt. Amstelodami 1684. 8. Frid. Sam. Bock historia Socianismi Prussici 1754. 4.

[3] Catechismus Racoviens. dictus a Socino et successoribus ejus editus prodiit anno 1605. Racoviae.

tientiae praeluceret. 3) Spiritus S. nihil aliud, quam virtutem divinam significat. 4) Homo primus a natura creatus, nullam per peccatum mutationem passus. 5) De baptismo et s. coena pariter erronee sensit Socinus, siquidem illum spiritualem, hanc autem solum commemorationem mortis Christi esse dixerit. Scripturam S. ita interpretabatur, ut cuncta religionis dogmata rationi, quam pro norma credendorum statuit, pervia esse contenderet [1]). Quantum ad praecepta moralia Sociniani tenebant, nulli licitum esse magistratum gerere, militare, jejunia stricta servabant, et generalem peccatorum confessionem publice faciebant. Sociniani circa medium seculi XVII. per magnam Poloniae et Lithuaniae partem se extenderunt, Racoviae aliisque in locis scholas philosophicas et theologicas erigentes. Inde tamen ob excessus juventutis, statuae Christi crucifixi in foro existenti et cultui Sanctorum insultantis, anno 1658. pulsi, in Transilvaniam et alias ditiones se receperunt. Ibi jamjam sub Iosepho II. liberum religionis exercitium nacti academiam pro formandis pastoribus Claudiopoli fundarunt [2]), ac hodie vi novae constitutionis pro tota monarchia nostra vigentis more aliorum patriae civium existunt. In Anglia, ubi leges poenales olim contra eos latae [3]), anno 1813. abrogatae sunt, pariter reperiuntur. Vid. Gregoire: histoire des sectes religieuses. Stäudlin: Kirchliche Geogr. und Statist. item Kirchlich-historisch. Archiv von Stäudlin, Tzschirner und Vater.

*) Fausti Socini sepulcro hoc epitaphium adpositum:
Tota urbis Babylon destruxit tecta Lutherus;
Muros Calvinus, sed fundamenta Socinus.

§. 97.

Quackeri. Herrnhutiani.

E protestantismo velut Proteo quodam coetus Quackerorum quoque prodivit, qui nomen suum Trementium

---

1) F. Hejer coup d'oeil sur les confessions de la foi 1818. item Supplement-Band der Zeitschr. Katholik 1822.

2) Andreae Ilia ortus et progressus variar. in Dacia gentium et religionum §. 7. Jos. Benkeö Transilvania lib. 4. c. 12. §. 221.

3) Mosheim Kirchengesch. des alten Testam. 6. Th. 975. Seite.

inde, quod coram Deo, et ejus verbo tremendum esse dicerent, probabilius sortiebantur. Eorum auctor erat Foxius [1]) sutor, qui feris reliquorum patriae coetuum moribus offensus, eos emendare volens, novam sectam condidit. Erat aut Foxius natura severus, morosus, ac se a Spiritu S. inspirari, et revelationibus illustrari jactitabat. Harum summa haec erat: Ut quisque hominum ad lumen divinum, quo Deus animum ipsius imbuerit, attentus sit, ac ejus inspirationes sequatur. Praeterea docebat, honores externos, sensuum oblectationes, pompam et luxum, jusjurandum et bellum vitandum; Religionem hucdum propositam vitiis scatere, ejusque praecones superbos et avaros esse dictitabat. Propter hanc doctrinam suam poenas et carceres sustinere quidem debuit, at inde liberatus, velut martyr tanto zelosius praedicabat, non paucos sectatores et ex plebe et ex literatis nactus. Hi successu temporis magistri sui confusas ideas ad systema quoddam reduxerunt, cujus summa haec est: 1) Omnes Adami successores vitiati, et ad Deum cognoscendum inepti quidem sunt, Deus tamen ex infinito erga eos amore cunctos sive Christianos, sive nihil de Christo scientes lumine quopiam ad bonum cognoscendum et faciendum illustrat. 2) Dum homines lumen illud non percipiunt, non aliunde repetendum est, quam quod hi sive ex negligentia sive ex pravis cupiditatibus illud non excitent. 3) Lumine hoc, quod recedendo a rebus externis et attentione interna excitatur, omnes homines ethnici non minus ac Christiani salutem suam operari possunt, semperque potuerunt. 4) Scripturam S. tantum ut subsidium secundarium spectant. 5) Omnem alium cultum, et sacramenta ut superstitionem respuunt, spiritualem unice baptismum, et coenae participationem admittentes. 6) Tributa, honorem cujuscunque classis superioribus tum spiritualibus tum civilibus denegant [2]). Secta haec favoribus Guilelmi Penn asseclae sui et promotoris potentissimi

---

[1]) Anno 1624. Draytoni in Lancashire natus. Sewel die Geschichte vom Ursprunge, Zunehmen und Fortgang des christl. Volkes, so Quacker genannt werden.

[2]) Cröse Historia Quacker. Histoire des Trembleurs. Alberti aufrichtige Nachricht von der Religion, Gottesdienst, Sitten und Gebräuchen der Quacker.

anno 1681. liberam sedem in Americae provincia Pensilvania obtinuit. In Anglia Guilelmus III. liberum religionis exercitium eis anno 1689. concessit, at hic se in alias sectas regidiores et leniores subdiviserunt, ideoque numerus eorum valde decrescit. In America attamen septemtrionali speciatim in Massachuseto, nova Hamtonia, Carolina et Eboraco magno numero reperiuntur. Imo nonnulli eorum in Germaniam quoque penetrarunt, Pirmonti, Mindae et in vicinis locis ab anno 1792. domiciliati [1]. De his tamen cunctis sciendum, tantas mutationes eos jam subiisse, ut ipsis nihil nisi nomen commune sit [2].

Quod Herrnhutianos attinet, eorum auctor comes Nicolaus Zinzendorf erat, qui anno 1722. quibusdam familiis fratrum Moravorum facultatem concessit, ut in possessione sua Berthelsdorf in Lusatia sita, domicilium figerent. Hi pluribus sensim aucti urbeculam Herrnhut erexerunt, eundemque comitem nunc ducem nacti, nomen Herrnhutianorum ab urbecula sumserunt [3]. Colonias has Zinzendorfius mox in communitatem regulatam disposuit, originalem fratrum Moravorum constitutionem retinens. Quamvis autem primus eorum antistes esset David Nitschman, qui dein comitem Zinzendorf ordinavit, posterior tamen totius societatis regimen deinceps tenebat. Totam communitatem suorum in tres classes, tropos dictas, nempe Moravorum, Lutheranorum et Reformatorum Christianerum divisit, et licet cuivis tropo proprium pastorem praeficeret, omnibus tamen eadem statuta praescripsit. Zinzendorfio anno 1760. mortuo Augustus Spangenberg ejus discipulus in regimine successit, et societatem solidius organizavit. Herrnhutiani spectata doctrina ad Protestantes referuntur, in nonnullis tamen ab illis recedunt. Doctrina eorum sequens est: 1) Religionis veritates non tam in intellectu, quam in animo retinendae ac maxime sensus tantam religiosi sectandi. 2) Scripturam S. unice ut fundamentum revelationis adoptant, quam reli-

[1]) Schmid Ursprung, Fortgang und Verfassung der Quackergemeinde zu Pirmont in Henke's Annalen der Religion 2. B.

[2]) Barclay apologia theologica vere Christiana anno 1676. Petri Fritz Ketzer-Lexicon Tom. III. p. 191—212.

[3]) Schaaff die Evangelische Brüdergemeinde geschichtl. dargestellt. 1825.

giosis sensibus a Salvatore excitatis inter ipsos renovari et evolvi credunt, seu inspirationes divinas statuunt, ideoque mysticis accensendi. 3) Conformiter ad magistri doctrinam Deum in solo fere Christo venerantur, cui omnes mundi eventus, et speciatim ecclesiae suae regimen adscribunt. 4) Omnia nomine Christi decernunt, ea, in quibus certitudo haberi nequit sorte decidentes. Quoad Cultum divinum Herrnhutiani singulis diebus ter in amplo et lucido atrio ad devotionem suam peragendam conveniunt, diebus Domini etiam sermonem pastoris sui in ecclesia attente excipientes, et singulis mensibus eucharistiam sumentes. Huic praemittitur agapa, in qua inter cantica, aut lectionem sacram lac et panificia manducantur [1]). Totus coetus subest conferentiae seniorum communitatis, ad quam tredecim partim episcopi, partim seniores civiles spectant. Praedicatoribus adjuncti sunt diaconi et diaconissae pro institutione sexus feminini. Herrnhutiani passim opifices et mercatores agunt, pretia rerum haud ultra justum exigentes, neque sibi vel teruntium detrahi permittentes, ab industria et frugalitate celebrantur. Vid. Cranz: Alte und neue Brüder-Historia. Loretz, ratio disciplinae unitatis fratrum. Spangenberg: Leben des Grafen von Zinzendorf.

§. 98.

Methodistae. Schwedenborgiani.

Cum clericorum Angliae zelus erga positiva religionis dogmata sensim deficeret, nonnulli inter eos illa restituere volentes frequenter, et serio de illis sermones faciebant, sicque societatem peculiarem ducibus Joanne et Carolo Wesley fratribus, quibus etiam Georgius Whitefild manus junxit, anno 1734. Oxfordini constituerunt, nomen Methodistarum practicorum a singulari et praecisa vivendi methodo, quam sibi praefixerant, sortiti. Cum autem eos plures pastores aeque ac fideles sequerentur, hos Joannes Wesley anno 1738. Londini in unam societatem conjunxit, ac penes veterem Episcopalium doctrinam pietatis exercitiis subordinavit. Methodistae ex ecclesiis

[1]) Fresenius bewährte Nachrichten von Herrnhutischen Sachen.

Angliae exclusi sermones ad populum in coemeteriis, campis, aliisque locis patulis dicebant, donec anno 1739. oratoria propria dicta tabernacula struere coepissent. Cum autem Methodistae phantasmata quaepiam tenerent, ut dum Wesley spargeret, Deum sibi specialiter quandoque comparere,. semet a Deo excitatum et missum esse, reliqui autem in sacris conventibus suis frequenter exclamarent, suspiria et singultus ederent, jam episcopus Londinensis publicatis encyclicis suos adversus similia deliria praemonebat. Coetu eorum increscente se in classes, quas bandas vocabant, distibuerunt. Banda Londinensis reliquis praeest, easque gubernat [1]. Auctor Methodistarum ab ecclesia Episcopalium Angliae in nonnullis recessit, nam 1) Praeter justificationem etiam sanctificationem, qua gratia habitualis conceditur, adstruxit. 2) Tardiores Methodistae etiam positivas Religionis Christianae doctrinas uti: de peccato originali, redemptione, justificatione, poenis. etc. sequuntur. 3) Immediatas Spiritus S. operationes in hominem sensibus percipi statuunt. Quod mores eorum attinet, habitum externum devotum, et sermonem pium sectantur. morum severitate, vivendi ratione simplici et industria semet distinguentes, diem Domini integram sacris devoventes, ac discolos fratres e gremio suo excommunicantes. Wesley et Whitefild sectam suam ex Anglia, ubi ejus membra centum millia et ultra efficiunt, in alias quoque ditiones uti Scotiam, Hiberniam, et Americam septemtrionalem transplantarunt, quam alii quoque ex coetu post fata auctorum promovent, licet fatendum sit, hodiernos ab antiquis in multis jam recessisse [2]. Ita in Helvetia reperiuntur hodie Methodistae, qui per Waadtlandiam diffusi Mo-

---

[1]) Burkhard's vollständige Gesch. der Method. in England. Nürnberg 1793. II. tom. 8. Gregoire Histoire des sectes religieuses. G. Walch Einleitung in die Streitigkeiten ausser der Evang. Luther. Kirche. Tom. 1. p. 459. Tom. III. p. 751.

[2]) Southey Leben John Wesleys übersetzt von Krummacher Hamburg 1828. Tom. I. p. 31. et seq. Sack über Relig. und Kirche in England Berlin 1818. p. 112 — 144. Hortig Handb. der christl. Kirchengesch fortgesetzt von Döllinger Landshut 1828. II. B. II. Abtheilung p. 9[illegible] —961.

miers seu comici nominantur, libero religionis exercitio gaudentes, at ab illis in plurimis recedentes [1]).

Quantum ad Schwedenborgianos, hi meliorem ecclesiam, novam Jerosolymam ab enthusiastis recentioribus desideratam, et anxie expectatam circa medium seculi XVIII. condere, ac ad ceteros quoque propagare nitebantur. Auctor eorum erat Emmanuel Schwedenborg, vir ab operibus mineralogicis celebratus, qui postquam ad librorum theologicorum studia se convertisset, repente munus, quod ad metalli fodinas Sueciae gerebat, deposuit, ac relictis studiis revelationes divinas venditavit, cum geniis coelestibus semet conversari, et se legatum divinum electum esse publicabat, ut Religionem Christi antiquae integritati restitueret, novis doctrinis augeret, ac novam ecclesiam, coelestem Jerosolymam in Apocalypsi Joannis praenunciatam his in terris conderet [2]). Plures sectatores mox nactus est, qui post mortem ipsius anno 1772. in coetus religiosos coaluerunt. Horum praecipuus, qui ceteris praeest, dicitur societas exegetica, seu philantropica in Suecia. Schwedenborgianorum doctrina in his consistit: 1) Dogma de SS. Trinitate respuunt dicentes eam in divinitate, humanitate et virtute Christi existere. 2) Christum pro nobis saltem eatenus satisfecisse contendunt, quatenus ille salutiferam novi foederis doctrinam revelavit. 3) Angelos et daemones originis humanae esse. 4) Exclusis nonnullis Scripturae S. libris revelationes magistri sui, et opera ejus substituunt, dicentes veterem ecclesiam reipsa interiisse, a quo tempore ecclesia novae Jerosolymae condita est [3]) etc. Atria, in quibus secta haec pro publico cultu

---

[1]) Cheneviere precis des debats theolog. qui depuis quelques années ont agitée la ville de Geneve. Geneve 1824. Gesch. der sogenannten Momiers Basel 1825. 2. H. Allgem. Kirchenzeitung. Nro. 43. 1826.

[2]) Schwedenborg revelationes in pluribus libris inde ab anno 1747. editis recensuit, quales sunt: Arcana coelestia de coelo et inferno. De telluribus. De ultimo judicio. De equo albo. De nova Jerosolyma et ejus doctrina coelesti. De scriptura S. De Apocalypsi etc.

[3]) Schwedenborg's göttliche Offenbarungen verdeutscht von Tafel. Gregoire Histoire des sectes religieuses. Stäudlin kirchliche Geogr. und Statistik. Item ejus Universalgesch. der Kirche. Hannover 1806. Oetinger: Schwedenborg's und Anderer ird. und himmlische Philantropie 1765.

congregatur, solum sellis et mensa instructa habentur. Secta haec reperitur in Anglia, Polonia, India orientali et America, primario ejusdem coetu hodiedum in Suecia residente. Vid. Kieser's Archiv tom. III. p. 1. et seq. tom. VIII. p. 2. et seq. Jos. Görres Schwedenborg's Visionen und Verheissungen. Strassb. 1827.

§. 99.

Schackeri. Dunkeri.

Cum Quackeri Trementes dicantur, §. 97. Schackeri autem Succussorum nomine veniant, nonnulli hos ex illis derivare solent, licet nihil fere commune cum iis habeant. Horum auctor erat Anna Lee, femina Hiberna, quae anno 1774. se divinitus inspiratam promulgans, societatem collegit, quam in plures parvos coetus, quorum singulo unus praefectus est, divisit, et a reliquis hominibus separavit. Ejus sectatores cujuscunque sexus sint, labore manuum occupantur, et bonorum communionem observant. Omnes coelibatum colunt, ideoque ad sectam suam propagandam proles pauperum hominum adoptant, easque ceu sectae membra educant; sunt autem plerumque mystici enthusiastae, qui inspirationibus Dei gloriantur, ejusque filios se esse publicant, a matrimonio abstinent, ut visionibus coelestibus vacare possiut. Doctrina eorum in his consistit: 1) Docent primam mortuorum resurrectionem jam effectuatam fuisse. 2) Alterum Christi adventum mox futurum esse. 3) Omnia, quaecunque operantur, ex inspiratione Spiritus S. quam donum compellant, provenire asserunt. Hinc 4) Scripturam S. utriusque foederis saltem ratione praeceptorum in illa contentorum rejiciunt, alterum librum, cujus titulus: „Secunda Christi adparitio“ loco ejus substituentes. Quod cultum eorum attinet, is plerumque in saltu consistit, nempe viri et feminae in sacris conventibus collecti circumsiliunt, succussiones et exagitationes in nonnullis corporis membris patiuntur, canunt, moventur, quiescunt, ac trium circiter horarum spatio motus et quies alternant, donec tandem exhausti ad terram se prosternant, et visionibus coelestibus, ut narrant, recreen-

ır. Plurimi reperiuntur in Massachuseto, existunt tamen t alibi, ut in Rodo, Novo Eboraco et Islandia [1]).

Dunkeri cum Schackeris nonnulla communia habent. li circa annum 1724. primo in America septemtrionali ɔmparuerunt, ac ex Germania illuc migrasse videntur. Haitant in Pensilvania, ubi proprium pagum Ephratam ictum, incolunt; in terra Mariana et alibi etiam reperiunır. Docent: 1) Lapsum Adami in eo constitisse, quod is 'eaturam potius carnalem Evam uxorem habere, quam x divina sophia prolem omnis naturae corporeae experım accipere maluerit. 2) In nexu opinionis hujus tradunt, lterius vitae beatitatem sola peccatorum expiatione et reım gratarum rescissione, seu moribus asceticis hujus viıe obtineri posse. 3) Scripturam S. utriusque foederis re-piunt quidem, certo attamen religionis systemate carentes x libris sacris solum illa adoptant, quae ipsis placent.) Adultos solum baptizant. Cultum divinum die sabbati so-mniter celebrant. Eucharistiam noctu frequentant, a vino t carnibus abstinent, coelibatum passim observantes. Communionem bonorum colunt, album vestitum talarem defeınt, labore manuum victitantes. Coelibes prout quisque a piritu S. impellitur, in loco devotionis sermones ad reliıos dicunt, et qui adprobationem communem referunt, in ericos, diaconos et diaconissas, aut adhortatores nomiantur. Ephrata vero ipsa speciem coenobiorum refert, quoım alia pro viris, alia pro feminis posita, praeter cellas tiam communi triclinio et oratorio provisa sunt. Vid. Belımy Geschichte aller Religionen. Stäudlin etc. Archiv ir Kirchengesch. et ejusdem kirchliche Geographie und Statistik.

§. 100.

Saint-Simonistae. Chatelistae.

Sub revolutione Gallica anni 1830. attentionem vel ıaxime excitavit secta Saint-Simonistarum. Hujus auctor rat comes Claudius Saint-Simon, ex antiquissima rincipum ejusdem nominis familia Parisiis anno 1760. na-

---

[1]) Stäudlin etc. Archiv für Kirchengesch. 1. B. 1. St. 163. 183. etc. Seite. Sengler Kirchenzeitung 1831. Nro. 8. Bellamy Gesch. aller Religionen.

tus, qui jam 17. aetatis anno miles factus ad latus Generalis La Fayette in qualitate adjutoris castrensis pro elibertandis Americanis contra Anglos pugnavit. Cum Americani duce Washington in libertatem asserti, foederatum Americae septemtrionalis statum fundarent, in quo industriam et manufacturas pro fundamento status sui adoptarent, eumque florentem redderent, Saint Simon sibi persuasit, industriam praecipuum medium esse, quo societas quaepiam fundari, ac ad florem et felicem statum promoveri queat, ideoque jam tunc propositum condendi systema quodpiam industriale concepit. Quo autem propositum suum effectui mancipare possit, peregrinationes varias per Angliam, Hollandiam et Germaniam experientiae gratia suscepit, verum cultura et principia regnorum horum expectationi ejus non respondebant. Sed nec mirum, siquidem ille statueret, Catholicismum per Lutherum exstirpatum, hancque Catholicismi exstirpationem, quam etiam revolutionis Gallicae causam fuisse allegabat, nunc postulare, ut nova religio, eaque perfectior ejus loco substituatur. Nec dubitabat semet id vulgato opere [1]) praestitisse. In hoc Deum non ut purum spiritum, sed ut spiritum et materiam describit. Circa finem vitae anno 1825. extinctae, doctrinam suam amicis, speciatim vero Olindo Rodrigues [2]) propagandam commisit. Doctrina eorum jam pantheismum, jam sanctificationem industriae tantam comprehendebat, ut sublato jure haereditario omnia terrae bona communia statuerent, pro ratione industriae a quovis occupanda. Docebant enim: 1) Deum esse ens infinitum et universale, ac ipsum Universum esse Deum, in quo, et per quem omnia existant. 1) Hominem ens finitum, cujus obligatio sit in Deo proficere per continuum progressum in scientia, religione, et industria. 3) Continuus hic progressus, qui est obligatio et destinatio hominis, hucdum semper obtinuit, et quidem prius per antagonismum, deinceps autem per universalem consensum in vitam socialem. Principia haec ex civitate Parisiensi medio sermonum, ephemeridum et missionum in

[1]) Nouveau Christianisme. Dialogues entre un conservateur et un novateur 1825.

[2]) Rodrigues erat Judaeus et campsor Portugallus.

mundum propagabantur. Verum ubi pater Enfantin antesignanorum unus sanctitati et indissolubilitati matrimonii adversa publicaret [1]), imo polygamiam doceret, schisma inter eos exortum est. At regimen Galliae perniciosam utriusque partis doctrinam mox perspiciens antesignanos [2]) ad judicium evocatos proscripsit, ac unius anni carceribus et poenae pecuniariae subjecit. A quo tempore S. Simonismus vilescit, in Anglia tamen, Belgio et Aegypto existit. Doctrina talibus principiis innixa non alio, quam revolutionis cujusdam tempore, ob spem et jus aliena occupandi concessum, recipi potest, uti id anno 1848. in Gallia factum fuisse constat. Mirum proinde non est, quod doctrina haec communismi et rapinarum restituta per Europam pace ex omni bene ordinata civitate excludatur [3]). Quantum ad sectam Chatelistarum, hujus autor erat Franciscus Chatel, qui liberalismum sub nomine Ecclesiae Catholicae Gallicae anno 1830. in Gallia docuit. Is absolutis studiis theologicis curae animarum Molinae (Moulins) praefectus, postea turmae praetorianae Capellanus creatus, jam sub Carolo X. fidei libertatem Parisiis privatim praedicabat. Verum sub revolutione anni 1830. eandem publice jam proponere ausus est. Docebat autem sequentia: 1) Pontificem Romanum non esse primatem totius Ecclesiae, sed episcopum ecclesiae Romanae. 2) Nullam existere infallibilitatem Ecclesiae, cum ea libertati religiosae aeque ac civili adversetur. 3) Nullam aliam existere potestatem supremam in civitate, quam populi, a qua omnis alia potestas descendit. 4) Cleri coelibatum et Evangelio et moralitati adversari. 5) Specificam peccatorum confessionem nec ac Christo nec ab Apostolis institutam fuisse. 6) Rationem humanam esse normam, Scripturam S. vero solum vehiculum fidei etc. [4]). Doctrinam hanc prout et societatem Chatelistarum

[1]) L'elevation de l'epouse au niveau de l'epoux.
[2]) Enfantin, Le Chevalier, Dureprier, Rodrigues et Berault.
[3]) Jul. Le Chevalier religion Saint-Simonienne ou enseignement central Paris 1831. Allgem. Kirchenzeitung 1832. Nro. 18. Carove der Saint-Simonismus und die neuere französische Philosophie Leipzig 1831. Bretschneider der S. Simonismus und das Christenth. Leipzig 1832. K. F. Schmid's Graf S. Simon und seine Jünger in der Minerva Monat März 1832.
[4]) Evangelische Zeitung der Kirche 1831. Nro. 24. 1832. Nro. 22. et seq.

Gregorius XVI. Pontifex anno 1831. proscripsit, spesque est, ut tandem penitus cesset, cum ab illo tempore multum defecerit. Vid. Ami de la relig. 1831. Journal des debats du 9. Decemb. 1831. Constitutionel du 16. Decembr. 1831. Profession de la foi de l'eglise cathol. française Paris 1831. Evangel. Kirchenzeit. 1831. Nro. 24. Allgem. Kirchenzeit. 1831. Nro. 28. 46. 1832. Nro. 2. 12. 1833. Nro. 18. Dr. Scharpff Vorlesung. über die neueste Kirchengesch. Freiburg 1850. 1. Heft. 10. Vorles. 122—135.

§. 101.

Sectae minores.

Recentissimo, quo vivimus tempore nonnullae minores sectae ortae sunt, quarum etiam brevem recensionem facio. Tales erant: 1) Secta Harmonicorum auctore Rapp rustico Würtembergensi in Americae septemtrionalis provincia Indiana ex agricolis, mercatoribus et opificibus fundata, quam Robertus Owen Anglus anno 1824. in Pensilvaniam quoque transplantavit [1]). Constat autem secta haec ex enthusiastis religiosis, qui plerumque coelibatum colunt, et perfectam harmoniam tum inter membra societatis, tum in cujusvis animo per plenam membrorum aequalitatem et continuam occupationem ex amore Dei procurare conantur. Secta sacrum codicem amplectitur velut religionis fontem, licet fidei symbolo et systemate religioso destituatur, at non aliud ex eodem sequitur, quam quod sibi deprehendere videtur. Cultum a protestantico non multum differentem frequentat [2]).

2) Secta Nielsenii Hauge rustici Norvegiae, qui velut pastor urbis Thecuae (Amos) in prophetam, ut putabat electus [3]), inde ab anno 1795. inter populum Norvegiae ope sermonum et operum editorum magnos motus religiosos excitavit. Erat rigidus legis praeco, communionem bonorum, quae in veteri ecclesia Jerosolymitana vigebat, do-

---

Allgem. Kirchenzeitung 1831. Nro. 28. 46. 1832. Nro. 2. 12. 141. 173. 204. 1833. Nro. 18.

1) J. Wagner Harmonie Gesellschaft Waihingen 1833.

2) Allgem. Kirch. Zeitung 1832. Nro. 9. 1833. Nro. 37. item J. Wagner op. cit.

3) Amos proph. cap. 1. et seq.

cens, ac oblata bona in commune reipublicae bonum impendens. At tardius maleversationis incusatus ad carceres detrusus, finem sectae imposuit [1]).

3) Secta Margarethae Peter. Haec rustici Tigurini filia Herrnhutianis familiaris, et cum nobili femina Krüdener, quae mysticismum Calvinianum in Helvetia et Germania anno 1816. docebat, conversata, et ipsa enthusiasmo pietistico correpta, ad salutem hominum promovendam se vocatam publicabat. Contribules eam, ut sanctam colebant, licet adulteriis et nece sororis vitam suam notaret, imo et ipsa tanta persuasione de sanctitate sua et missione divina ducebatur, ut semet anno 1823. more Christi in crucem agi faceret, ut morte sua homines salvaret [2]).

4) Secta Irvingii praedicatoris Puritani Londinensis, qui anno 1822. veteri Prophetarum more adoptato, contra sapientiam seculi saepius detonans, carissimus suorum orator evaserat. Sectatores nactus eis regni Christi adventum proximum praedicabat, hisque in asserti sui veritatem donum linguarum promittebat, admittens, ut quisque exclamationibus qualibuscunque etiam inconnexis verbum Domini more Apostolorum, ut dicebat, praedicare possit. Officio exturbatus in domibus privatis et plateis docebat, adhaerentium consortio stipatus [3]). Irvingii ex Scotia anno 1792. orti, at 1834. jam mortui societatem adhaerentes ejus Carlyle, Barclay, Thiersch et alii doctores protestantici Londini, Berolini, et in Helvetia hodiedum sustentant [4]).

5) Secta Helsenii sacerdotis Bruxellensis, qui effrenata licentia contra immoralitatem, et abusus hierarchiae ecclesiasticae excipere ausus, sermonibus Catholico-Apo-

---

[1]) Möller's Archiv für Kirchengesch. B. II. Seit. 354. et s. Schubert Archiv für Kirchengesch. B. V. Seite 237. et s. Evangel. Kirchenzeitung 1831. Nro. 64. 1834. 57—61.

[2]) J. L. Meyer Schwärm. Greuelscenen in Wilden-Spuch Zürich 2. Aufl. 1824. Allgem. Kirchenzeitung 1823. Nro. 28. 41. 102. Evangel. Kirchenzeitung 1831. Nro. 26. et seq.

[3]) Pilkington the unknown tongues discovered to be english spanish and latin London 1831. Allgem. Kirchenzeit. 1826. Nro 115. Evangel. Kirch. Zeit. 1832. S. 758.

[4]) Dr. Scharpff Vorles. über die neueste Kirch. Gesch. Freiburg 1852. 2. H. 25. Vorl. 265—294.

stolicis, ut ait, homines ad antichristum Romanum vitandum et verum Christum sequendum hortatur. At virum atrobilarem et superbum pauci sequuntur alii quam ipsi similes [1]).

6) Secta Antiromano-Catholicorum, quae anno 1831. ex Catholicis 127 Dresdae coaluit. Haec Scripturam S. juxta lumen rationis interpretatur, et festum Solis, non autem resurrectionis Christi celebrat, solam rationem pro summa fidei regula adoptans [2]).

7) Secta Pöschelianorum, cujus auctor Thomas Pöschel natione Bohemus, et dioecesis Linciensis presbyter erat. Is qua cooperator Braunaviensis bibliopolam Palm, qui per Generalem Berthier propter opus Napoleoni et militiae Gallicae praejudiciosum [3]) venui expositum, ad mortem condemnatus erat, providit, et ad supplicii locum comitatus est. At poena haec Palmii in Thomam Pöschel, secus etiam mysticismo deditum tantam impressionem fecit, ut in melancholiam lapsus, revelationibus et coelestium adparitionibus gloriaretur, ac in Ampfelvang Austriae superioris loco novam repente doctrinam spargeret sequentem: 1) Christum habitare in corde mundorum, ac eorum actiones dirigere. 2) Mundis adparere Deum et B. Mariam virginem, eisque revelationes communicare. 3) Hominem mundandum, secus morte puniendum esse, sicque morte punitum unice salvari posse. 4) Doctrinam hanc etiam cum immolatione vitae ab omnibus observandam, alias enim revelationem novam ad Judaeos transferendam esse, cum Deus utique Judaeorum conversionem ac novum et vetus testamentum in universalem quamdam religionem conjungere decreverit. Quod ubi obtinuerit, regnum millenarium in novo Jerusalem inchoaturum esse. Nova doctrina sectatores nacta est, at ubi attentionem superioritatis excitasset, auctor ejus Salisburgum translatus custodiae tradendus. Verum discipuli ejus tanto magis uniebantur, cumque omnes ex secta sua extorres pro immundis haberent, eo vesaniae labebantur, ut canc-

---

[1]) Evangel. Kirch. Zeit. 1833. Nro. 101.
[2]) Die grosse Einheit der antirömischen Katholiken in Dresden. Leipzig 1831. Allgem. Kirchenzeit. 1832. Nro. 5.
[3]) Allgemeine Kirchenzeitung anni 1827. Nro. 7.

tos a se alienos vita exturbandos putarent, et non pauca crudelitatis suae exempla statuerent. Quare mox tota secta, quae ultra 126 individua non continebat, adprehensa, et partim instructione pastorali, partim armis ad frugem reducta, auctor autem sectae Viennam translatus, ubi anno 1838. in instituto deficientium presbyterorum mortuus est. Is licet turbatae mentis indicia manifestaret, sectariorum tamen suorum atrocitates semper damnabat [1]).

8) Mormonum secta. Hujus auctor Josephus Smith anno 1805. in Sharon status Vermont urbe in America natus, ut peculiare phaenomenon psychologicum mundo se sistit, siquidem astutia sua politica et superstitione religiosa sectatores suos cunctos eludat, eos persuadendo, quod Deus et angeli iteratis vicibus ipsi compareant, Mormon librum secretorum [2]) adaperuerint, ac eum miserint, ut hominibus verum Evangelium praedicet. Societas ejus in America septemtrionali, ubi propriam civitatem Nauwoo condidit, asseclarum ingentem copiam jam numerat. Tendentia auctoris politico-religiosa est, et similis illi videtur esse, quam Muhammed in Oriente habuit. Opus ejus transitum Judaeorum in Americam sub Zedechia rege, eorumque vicissitudines usque ad pugnam Camorahi commissam complectitur, estque sine omni notitia historiae et antiquitatum concinnatum [3]).

9) Joannes Ronge Laurahuttensis Silesiae capellanus et Czerski Schneidemülensis cooperator anno 1844. desiderio matrimonium ineundi flagrantes, atque ideo a consistorio Posnanensi correpti, semet ab Ecclesia Catholica separarunt, et novam ecclesiam Germano-Catholicam colligere coeperunt. Ex ecclesia propter attentatum hoc exclusi mense Martio a. 1845. Lipsiis cum 25 adhaerentibus convenerunt, et synodum pro organizanda societate sua celebrarunt. Cum tamen convenire in omnibus non possent,

---

[1]) Petri Fritz Ketzerlexicon Tom. III. p. 145. et seq. J. E. Würth die Protestantische Pfarre Vöklabruck etc. Ein Beitrag zur Kenntniss des Zustandes der Protestanten in Oesterreich und der Pöschelianer jener Gegend.

[2]) The Book of Mormon.

[3]) The Book of Mormon translated by J. Smith junior. Conf. Religio s Nevelés Nro. 27. p. 217. et seq.

liberum cuivis relictum, cum qualibuscunque principiis semet societati jungendi. Puncta in quibus convenere sequentia sunt: 1) Dari unum Deum in Trinitate. 2) Existere unam Ecclesiam invisibilem. 3) Dari remissionem peccatorum et vitam aeternam. 4) Admittendum esse Baptismum et ultimam Coenam. In reliquo cuique liberum manet praeter haec alia quoque credere. Haec est ecclesiae Ronge–Czerskianae confessio, cujus adhaerentes plerumque protestantes sunt [1]. Majori tamen ex parte secta haec adeo exosa est, ut plerisque e locis illico excludatur, prout Tarnoviczii et alibi evenisse e paginis publicis constat. Vid. Ein ernstes Wort für den alten katholisch. Glauben gegen den sogenannten Deutsch–Katholicismus von Dr. A. Stolz Wien 1848. Religio s Nevelés cit. loc. pag. 176. et seq.

Caput V.

Ritus Ecclesiastici. Mores Christianorum et Disciplina Ecclesiae.

§. 102.

Status Liturgiae, et Rituum.

Status Liturgiae generatim spectatus nullas hac periodo notabiles mutationes subiit. Ceremoniae et ritus sacri hac periodo introducti majori ex parte hodiedum conservantur. Calicis eucharistici usum, quem Ferdinandus I. imperator, item dux Bavariae, nec non rex Hungariae pro terris suis velut praecipuum medium Catholicos a defectione cohibendi a concilio Tridentino postulavit, Pius IV. Pontifex quidem concessit, verum Pius V. revocavit, eum ad solum clerum restringens. Et universim tum praesules Ecclesiae, tum imperantes civiles cultum divinum simpliciorem reddere conabantur. Inde accidit, ut frequentiori Eucharistiae expositioni modus poneretur, vigiliae pleraeque, nonnullae processiones et peregrinationes sacrae abrogarentur, pompa major, quae in illuminatione ecclesiarum, in vestibus sacris, et in musica theatrali simili obtinebat, ad majorem modestiam restringeretur. Porro scenicae repraesentationes nonnullorum eventuum ex Historia sacra, uti infantis cir-

[1]) Religio és Nevelés kath. egyh. folyó irat 1845. 1. félév. 270. lap.

cumgestatio et motatio in cunis die natali Domini, circumductio asini palmis exornati in Dominica palmarum, repraesentatio montis olivarum, passionis, resurrectionis et ascensionis Domini per homines, aut statuas more theatrali factae tollebantur, variae benedictiones et exorcismi contra tempestates aliaque superstitionem redolentia sufferebantur, iis solum benedicendi aut exorcisandi formulis admissis, quae in rituali Romano continentur. Statuas, aut imagines vestibus ornandi, aut iisdem prout et parietibus tabulas sic dictas votivas, et oblationes adpendendi consuetudo abolebatur, imo et ipsae imagines prout et statuae, si vel minime sensum honestatis offenderent, e templis amovebantur, altaria ad minorem numerum reducebantur, parsimonia in ipsis picturis praescripta. Missale denique rituale, et breviarium ex decreto concilii Tridentini [1]) curantibus Summis Pontificibus emendabantur. In quibus cunctis ordinandis emendandis, aut mutandis Pontifici Romano et conciliis adjutricem manum praestabant Hieronymus Colloredo Archiepiscopus Salisburgensis, et alii ditionum Austriacarum episcopi, item Cardinalis Pázmány Archiepiscopus Strigoniensis, et Primas regni Hungariae, nec non reliqui patriae nostrae praesules, qui tum in conciliis [2]), tum litteris pastoralibus omnimodam operam ad ritus Ecclesiae confirmandos, aut reformandos conferebant. Eorum vestigiis insistens Cardinalis Rudnay Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis celebrata anno 1822. synodo nationali Posoniensi; Ignatius Baro Szepessy episcopus Transilvaniensis servata eodem anno synodo dioecesana Albocarolinensi idem praestiterunt. Recentissime autem purpura donatus Eminentissimus ac R. D. Cardinalis Joannes B. Scitovszky de Nagy-Kér, Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis, Benignissimus Ordinarius noster, initis nuper Strigonii cum collegio episcoporum patriae consiliis, pastorales litteras publicando, visitationes

---

[1]) Concil. Trident. sess. 25. decret. de indice libror. Catechism. Breviar. et Missal.

[2]) Péterfy synod. Hungar. part. II. p. 337. ubi continentur decreta synodi Agriensis et p. 300. ubi leguntur acta synodi national. Tirnaviae anno 1630. sub Petro Pázmán celebratae.

canonicas quotannis servando, ac sermones sacros pro concione frequentissime dicendo, paterna cum lenitate arguendo et increpando, exercitia spiritualia singulo anno cum clero ex remotis etiam partibus regni collecto, frequentando, fideli populo autem missiones religiosas ordinando [1]) et personaliter animando, fidem in Deum vivam, mores charitate innixos, et disciplinam in praeceptis Ecclesiae fundatam zelo vere Apostolico indefesse promovere pergit. Longaeva Ei vita et prosperitas!

§. 103.

Festorum augmentum, et reductio.

Festis diebus in Ecclesia institutis novi accesserunt, ita I. Pius V. Pontifex ob victoriam de Turcis in pugna navali ad insulas Echinades [2]) relatam instituit festum nominis Mariae V. de victoria. II. Innocentius XI. Pontifex itidem ob victoriam de Turcis Viennam obsidentibus reportatam [3]), festum nominis Mariae, prius jam in nonnullis ecclesiis vigens, ad universam Ecclesiam extendit. III. Festum conceptionis B. M. V. quod jam prius apud nonnullos observatum Clemens XI. Pontifex ad universam Ecclesiam extendit. Pius IX. Pontifex autem intellecta totius Ecclesiae per orbem dispersae de immaculata conceptione B. M. V. mente (§. 59.) festum per totam Ecclesiam tanto solemnius reddidit. Recentissime purpura donatus Eminentissimus Cardinalis Scitovszky Primas et Archiepiscopus noster denique pro eodem festo officium et Missam novitus coordinatam Anno 1853. publicavit. IV. Festum SS. Nominis Jesu, quod idem Clemens XI. introducens Dominicae II. Januarii adfixit. V. Festum Rosarii, quod ab eodem universale redditum est, dum Carolus VI. victoriam de Turcis reportans, eos tandem ex tota Hungaria extrusisset, et Corcyram quoque ab obsidione

---

[1]) Religio 1850. évi august. 4. kelt 15. Sz. 113. s k. lap. s august. 23. kelt 24. Sz. 181. s k. lap. leguntur ordines et Encyclicae ejusdem Cardin. et Prim. regni circa missiones populi et exercitia cleri.

[2]) Ad sinum Naupactum in Livadia anno 1571. per celebr. Don Juan Austriacum relata est victoria de Turcis. Vid. Feller Diction. Geograph. T. I.

[3]) Anno 1683. Turcae ad Viennam concussi et retrusi unitis Christianorum principum viribus.

liberasset, in memoriam ejus quod felices hi eventus precibus sodalitatis rosarii adjuvarentur. VI. Festum Cordis Jesu, quod Clemens XIII. Pontifex ad preces episcoporum sub hac conditione concessit [1], ne devotio ad cor carneum, sed symbolicum, seu ad Jesum amabilem referatur. Quod judicium etiam de festo Quinque Vulnerum Christi tenendum. Apud nos pie denatus Cardinalis Rudnay Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis festum Cordis Jesu officio et missa feria VI. post octavam Corporis Christi celebrandum per totam Archidioecesim Strigoniensem publicavit [2]. Cum tamen numerus festorum in Ecclesia jam tantus esset, ut per neglectum laborum familiarium, et otium fidelis populi saluti publicae et moralitati praejudicium inferri censerent imperantes civiles, speciatim Carolus IV. rex Siciliae, et Franciscus dux Hetruriae Benedictum XIV. Pontificem interpellarunt, quatenus numerum festorum pro terris ipsorum rescinderet. Petito eorum deferens Pontifex communi cum Cardinalium et episcoporum consensu dies festos ad eum numerum reduxit, quem hodie in Ecclesia Catholica observamus, imo eandem reductionem Clemens XIV. Pontifex anno 1771. etiam petentibus Sardiniae, Austriae et Hungariae principibus concessit, veniam faciens, ut diebus illis labores serviles perfici possint, obligatione solum manente, dies illos in officio divino et Missa celebrandi. Idem Pontifex paterne quoque concessit, ut postquam anno 1771. S. Dextera protoregis Stephani Vienna Budam per commissarios regios transferretur, et S. Stephanus pro patrono regni eligeretur, dies 20. Augusti eidem regi sacra, velut festum patrocinii in toto regno solemniter celebretur. A quo tempore solemnitatibus regni festum S. Stephani regis accessit, quo nempe S. Dextera processionaliter comitante regni Gubernatore, Praelatis, clero, dicasteriis tum militaribus tum civilibus, et frequentissimo populo Budae publice gestatur, et post sermones sacros ac cultum divinum venerationi publicae exponitur. In Austria autem dies 15. Novembris S. Leopoldo

---

[1] Anno 1765.
[2] Vid. Ejusd. Encyclicae de anno 1831. ad totum clerum dimissae.

Archiduci, patrono provinciae sacra ab eodem anno pariter celebratur. In Hispania anno 1790. numerus festorum ad minorem adhuc numerum restrictus est. In Gallia denique per concordatum anni 1801. quatuor tantum festa aliis, quam diebus Domini celebranda relinquebantur, nempe Nativitatis Domini, Ascensionis Domini, Assumptionis B. M. V. et OO. Sanctorum; reliquis in sequentes dies Domini translatis. Vide Etrennes pour l'an 1839. seu Calendarium Galliae anni 1839.

§. 104.

Mores Catholicorum.

Magna morum corruptio ex praecedente periodo in hanc translata post medium seculi XVI. tum concilii Tridentini decretis, tum insigni praeclarorum Ecclesiae praesulum, uti Caroli Boromaei Mediolanensis, Francisci Salesii Genevensis, et aliorum studio, tum denique ordinum quorumdam religiosorum conatu, qui cuncti pietatis restaurationem in clero, populo, et juventute procurare satagebant, sensim decrescere coepit. Et profecto majores adhuc progressus morum emendatio fecisset, nisi bella religiosa in Gallia et Germania praesertim per religionis novatores causata, animos rursus ferociores reddidissent et diversissimis vitiis et flagitiis alimentum praestitissent. Accessit, quod mollities aularum imprimis Italiae et Galliae nobilitatem, imo et populum pervaserit, inde in Germaniam ac ad nostras terras penetrans, omnes fere homines infecerit, et quotidie crescens nostro tandem tempore culmen prope attigerit. Nec necesse est, eam vividioribus depingere coloribus, quam propriis oculis intuemur, ac omni ex parte sentimus. Id tantum adjicere sufficiat, aetatis nostrae vitia notabiliora esse: summum quoddam, quale inter Christianos vix unquam viguerit, voluptatum sensualium desiderium ac studium, inexplicabilem propriae intelligentiae, et praestantiae jactantiam, effraenem sui ipsius amorem, seu egoismum, auctoritati et superioritati etiam legitimae resistentem, thronos et pacem publicam succutientem, illimitatae libertatis ac licentiae cupidum et ad omnes justitiae et aequitatis laesiones paratum, dum-

modo proprium emolumentum promovere valeat. Inde filiorum et subditorum erga parentes, aut praepositos inobedientia, inde seditiones, violentiae, defraudationes, fornicationes et suicidia multorum majora vitae incommoda portare non valentium. Causas horum tristium eventuum invenire durum non est, si incredulorum et impiorum hominum principia §. 28—31. descripta spectemus. At injusti erga nos ipsos essemus, nisi morales quoque praerogativas aevo nostro competere fateremur. Erant in omnibus provinciis Catholicis non pauci, et quidem in quavis hominum classe, hodiedumque sunt, qui animo vere religioso puram Christi doctrinam profitentur, eamque moribus confirmare nituntur; erant, hodiedumque sunt, qui summo zelo cunctas actiones suas legi divinae conformant, ac ad veram pietatem imo ad ipsam sanctitatem pertingere conantur; erant, hodiedumque sunt, qui primorum Ecclesiae martyrum constantia inclaruerunt, gravissimas calamitates, convicia, insultationes, tormenta, ipsam denique mortem seu ab irreligiosis Europae, seu ab infidelibus extranearum orbis partium tolerantes. Quod vero aetatem nostram peculiariter distinguit, est generalis quaedam philantropia et cunctis afflictis succurrendi studium, quo tanta instituta pro pauperibus, infirmis, orphanis, infantibus, parvis prolibus, aliisque compassione dignis personis conduntur, tantae consociationes, quas pro finibus tum religiosis, tum civilibus in profectum virtutis, in emolumentum patriae, et publicae felicitatis summo cum civium sacrificio et sui abnegatione quotidie non tantum foris sed in patria quoque nostra lactissime exurgere cernimus. Nunquam homines sollicitudo de institutis literarum et scientiarum, artium liberalium, et mechanicarum, manufacturarum, quaestus, mercaturae, commercii et de bono publico patriae magis devinctos tenuit, quam nostro tempore, optimos certe productura fructus, dummodo illud prae oculis nunquam non versetur:

Est modus in rebus; sunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.
Horat. Satyr. lib. 1. Sat. 1.

Ad illos vero, qui hac periodo, speciatim seculo XIX. inter Sanctos relati sunt, spectant sequentes: Thomas Ca-

racciolo fundator clericorum regularium minorum. Angela Merici ex ditione Veneta originem trahens, tertio ordini S. Francisci adscripta fundatrix Ursulinarum. Coleta Boylet nata Corbejae, quae ordinem Clarissarum reformavit. Alphonsus Maria Liguori fundator Redemptoristarum. Joannes B. de Conceptione, qui reformatos patres SS. Trinitatis fundavit. Maria Clotildis regina Sardiniae a vitae sanctitate conspicua. Maurus episcopus quondam V. Ecclesiensis, quem Pius IX. Pontifex ad intercessionem Excell. D. Joannis Scitovszky episcopi V. Ecclesiensis nunc autem Cardinalis, Primatis regni et Archiepiscopi Strigoniensis anno 1849. inter beatos retulit. etc. Vid. Klein: Hist. Eccles. Graecii 1828. Tom. II. p. 582. et seq. §. 597. Berault-Bercastel's Fortsetzung. Augsburg 1836. Tom. III. p. 386. 390. et s. Tom. VI. p. 788. et Religio egyházi s irodalmi folyó irat 1849. évi foly. 10. sz. 81. s k. lap.

§. 105.

Societatis Jesu fundatio.

Inter familias Religiosorum Ecclesiae Catholicae una e maxime conspicuis erat Societas Clericorum regularium, quae a nomine Jesu compellari voluit. Eam fundavit Ignatius [1], nobilis Hispanus anno 1491. in arce Loyola provinciae Guipuscoae natus. Is militiam primum secutus, sed in defensione arcis Pampelunae contra Gallos suscepta [2], graviter laesus ex castris secessit, vulneri medelam adlaturus. Lecto affixus biographiam Sanctorum lectitans horum gestis adeo perculsus est, ut recuperata valetudine novam vitae rationem iniret. Peracta nempe peccatorum confessione ad urbem Manresam peregrinationis sacrae locum profectus, severissima poenitentiae opera absolvit, inde Jerosolymam peregrinatus, et absoluta ibidem post rigidissimas itineris molestias devotione in patriam reversus, Barcinonae sedem fixit. Mente hic revolvens, quam necessaria sit philosophicarum et theologicarum scientiarum cognitio ad promovendam proximi salutem, eas sibi Compluti et Parisiis proprias reddidit, semper tamen et nunc spontaneam men-

---

[1]) Don Inigo (Ignatius) Lopez de Recalde a Loyola vel Lojola.

[2]) Galliae rex Franciscus I. anno 1521. grave bellum contra Hispanos movit, propter regnum Navarrae, quod a Carolo V. rege Hispaniae repetebat, verum clade affectus nihil impetravit. Pölitz allgem. Weltgesch. für gebild. Leser. Tom. III. p. 63. §. 496. Wittenbergae 1818.

dici paupertatem colebat, aliisque commendabat, omni in loco corporalibus et spiritualibus hominum indigentiis serviens. Finem hunc prae omnibus promotum cupiens, societatem virorum ad id semet obstringentium fundare meditabatur, ac reapse sex juvenes literarum studiosos ad se sequendum permovit [1]). His mox alii accesserunt adeo, ut anno 1537. Ignatius cum Fabro et Lainezio Romam profectus Pontifici sua et sociorum servitia offerret. Pontifex Fabrum et Lainezium muneri docendi Romae in universitate praeficiens, Ignatium ceterosque socios ordinibus initiatos, ad praedicandum et curam animarum adjuvandam, speciatim vero ad usum poenitentiae et eucharistiae satis neglectum, frequentiorem reddendum, adplicuit. Ignatius societatis suae per propriam constitutionem ordinatae et meritis jam conspicuae adprobationem anno 1540. a Paulo III. Pontifice impetravit. Ordinis constitutio sequentia praescribit: 1) Religionis et pietatis incrementum promovere, idque per verbi divini praedicationem, sacramenti poenitentiae administrationem, opera caritatis, et per institutionem parvulorum, aut rudium in doctrina christiana. 2) Praeter vota tria omnibus religiosis communia, quartum de illimitata erga Pontificem Romanum obedientia relate ad labores apostolicos quacunque in terra sive inter fideles sive inter haereticos et schismaticos, sive inter infideies exequendos. 3) Obedientiam plenissimam Ordinis proposito exhibendam adeo, ut in illo quasi praesentem Jesum Christum reveveri teneantur [2]). Nemo autem ad ordinem recipiebatur, nisi justa corporis forma, ingenio, et facultate cum hominibus conversandi gauderet. Suscepti novitiatum subibant, in quo vilissima servitia domestica perficiebant. Societatis membra in tres classes quippe scholasticorum, coadjutorum et professorum distributa erant, vestes clericorum secularium deferebant, et hominum consortium non fugere, sed plane quaerere obligabantur. Pro-

---

[1]) Nomina eorum sunt: Petrus Faber (Le Fevre) ex Sabaudia, Franciscus Xaver nobilis Navarrensis, Jacobus Lainez, Alphonsus Salmeron, Nicolaus Bobadilla tres Hispani, et Simeon Rodriguez Portugallus.

[2]) Corp s institutor. Soc. Jesu Autun Tom. 2. in 4. Institutum societ Jesu Pragae 1757. 2. Tom. 4. Bibl. scrip. societ. Jesu Romae 1676. Histor. societ. Jesu auctore Orlandino Romae 1615. Tom. 6.

fessi quartum votum emittentes missionibus adplicabantur. Praepositus generalis ad novennium a congregatione generali eligebatur, quatuor assistentibus provisus [1]. Cum Jesuitae insignia servitia Religioni et Ecclesiae Christianae praestarent, plura privilegia a Paulo III. et Julio III. Pontificibus consequebantur [2]. Ita praeter exemptionem ab omni inspectione et jurisdictione Ordinariorum nullus episcopus aut alter praelatus quemquam Jesuitarum excommunicationi aut interdicto afficere poterat; Jesuitae in omnibus eccclesiis aut aliis locis sine episcopi et parochi licentia verbum Dei praedicare, confessiones exaudire, et alia sacramenta administrare valebant; ubique propria oratoria habere, et in eis aut aliis quibuscunque locis super ara portatili etiam interdicti tempore Missam clausis januis celebrare poterant; ab omnibus peccatis, criminibus et censuris etiam Sedi Apostolicae reservatis absolvebant, vota in alia pia opera commutabant, in impedimentis matrimonii dispensabant, et generatim jurisdictionem quasiepiscopalem exercebant, dum ab episcopis distabant. Praepositus generalis publicos Theologiae aut aliarum scientiarum professores e suis constituebat, imo gradibus quoque academicis ornabat, eadem ipsis privilegia et honores conferens, quos scientiarum universitates largiri solebant. Vid. Wolf allgemeine Geschichte der Jesuiten. Leipzig 1803. 4. B. II. Aufl. Scheffer precis de l'histoire generale de la compagnie de Jesus. Paris 1824.

§. 106.

Societatis propagatio et merita.

Jesuitae praeclaris studiis et meritis suis non solum Pontifices, sed imperantes quoque Catholicos sibi deviaciebant, unde eos paulo post in terras suas recipiebant, tanto magis, quod ipsimet receptionem sui studiose quaererent. Primus extra Italiam eos recepit Joannes III. rex

---

[1]) Ad leges Jesuitarum spectabant: examen, constitutiones, regulae et declarationes, quae omnes simul sumtae efficiunt institutum a S. Ignatio societati relictum. Ejus nonnulla puncta recenset Hortig Handbuch der Kirchengesch. Landshut 1828. p. 777. et seq.

[2]) Institut. Jesuit. Pragae 1757. et seq. 2. Tom. 4.

'ortugalliae, qui collegium Coimbricense pro literis phiosophicis et linguis orientalibus tradendis fundans, huic osdem praefecit. Mox in Hispaniam recepti duo collegia btinuerunt, nempe Complutense et Gandiaense, quae 'ranciscus Borgia dux Gandiaensis in favorem ipsoum erexit, imo non diu post et ipse societati adscriptus c in ordinis praepositum electus. Ad Bavariam eos anno 549. Guilelmus IV. Bavariae dux introduxit, illico tres societate ad cathedras theologicas in universitate Ingoltadiensi promovens, ac elapso aliquot annorum intervallo roprium eis collegium erigens. In Austria Ferdinanus I. anno 1551. collegium ipsis Viennae assignavit, ubi 'etrus Canisius progressibus Lutheranismi magna imedimenta posuit, quem in finem mandato imperatoris Caechismum suum concinnavit. Cum denique Coloniae quoue reciperentur, in India vero Lusitanica speciatim vero oae numerosum collegium educandis, et erudiendis Indoum prolibus intentum ipse adhuc Franciscus Xaveius fundaret, in Brasiliam et Abyssiniam zelo suo natuali penetrarent, ordo adhuc ante Ignatii fundatoris morem, quae anno 1556. evenit, ultra mille socios numeraat [1]). Societas post fata fundatoris sui non tantum iisdem terris, verum et alibi magna incrementa coepit. In Galiam tamen difficilius recipiebatur, quamvis enim Henrius Galliae rex jam anno 1550. facultatem Jesuitis conesserit, Parisiis collegium erigendi, supremus tamen seatus, episcopus Parisiensis et Sorbonna impedimenta pouerunt, quominus gratia regis executioni daretur. Donec ub Francisco II. rege, ejusque matre Catharina ledicis, quae regnum nomine minorennis filii gubernaat, praelati Galliae eos anno 1561. reciperent hac sub onditione, ut privilegiorum suorum usum in Gallia nulum, aut limitatum solum facerent, neque nomine societais Jesu, verum collegii Claramontani, quod Parisiis funabant, compellarentur. Licet vero successu temporis in

[1]) Havenberg pragmat. Gesch. des Ord. der Jesuiten. Halle 1760. 2. B. Histoire generale de la compagnie de Jesus. Paris 1760. 4. Tom. Dallas History of the Jesuites Lond. 1816. 2. T. Düsseldorf 1823. 2. B. Kerz Beilage zu Dallas.

aliis quoque locis reciperentur, imo in collegio suo Parisiensi literas quoque docerent, senatus tamen Parisiensis et universitatis odium diu experiebantur. Cum enim anno 1596. Joannes Chatel juvenis quidam scelestus contra Henrici IV. regis vitam insidias struxisset, ac ad judicium attractus edixisset, se in scholis Jesuitarum didicisse, quod tyrannum occidere meritum sit, absque omni ulteriori rei examine Jesuitae senatus decreto ex universa Gallia proscripti sunt, bonis eorum fisco addictis [1]), ubi tamen tardius innocentia Jesuitarum comperta, illi in regnum redire permissi, et ab eodem rege facultate scientias philosophicas et theologicas nec non artes liberales tradendi donati sunt. Ad Hungariam eos Vienna introduxit Nicolaus Olahus Archiepiscopus Strigoniensis, qui seminarium Tirnaviense eis anno 1566. concredidit [2]). Inde Strigonium et alias in urbes recepti, scholas et gymnasia ubique adaperuerunt. Mox praepositura Thuroczensi a Rudolpho rege donati, tum ibi, tum Selyae in oppido ad praeposituram spectante scholas erexerunt [3]). Tirnavia quidem propter aedificia cuncta igne concremata emigrarunt, ast sub auspiciis Cardinalis Forgách Archiepiscopi Strigoniensis anno 1615. rediverunt, et desertum a Dominicanis coenobium S. Joannis B. obtinuerunt. Petrus Pázmán ex eodem ordine ad archiepiscopatum Strigoniensem anno insequente promotus, eos peculiaribus favoribus complexus est, ac universitatis Tirnaviensis a se fundatae cathedris, convictui nobilium, et aliis institutis praefecit. Jesuitae Hungariae doctrina, operibus vulgatis, aedificiis. typographiis et opibus adeo inclaruerunt, ut cujuscunque provinciae societati parum cesserint. Discreta societatis constitutio, ejus in rebus magnis perficiendis dexteritas. privilegiorum splendor, potestas, qua in animum studiosae juventutis totius fere sibi concreditae pollebat, et nominis

---

[1]) Historia societat. Jesu auctorib. N. Orlandino. F. Sacchino. P. Possino. I. Juvencio Antwerp. 1620. 6. T. fol. R. Hospiniani Histor. Jesuitar. Tiguri 1619. fol.

[2]) Car. Fr. Palma Notitia rer. Hungar. Part. III. p. 75. et seq. edit. III. Pestini. Mathiae Belii Notitia Hungar. novae partis II. Cis Danub. Tom II. p. 31. et seq.

[3]) Belii Notitia Hungar. nov. loc. cit. p. 35.

celebritas tantam auctoritatem Jesuitis conciliavit, ut sub principibus non paucis ad ipsum plane regimen politicum adoptarentur, qui secus etiam moderatores conscientiae tum principum tum procerum erant, ac educatores liberorum, professores cathedrarum et doctores populi fidelis agebant. Verum quidem est, quod Franciscus Borgia Generalis Jesuitarum praepositus societatis membris interdixerit, causas coram judice suscipere, mercaturam exercere; Aquaviva, et Vitelescius aeque Generales ordinis suis exprobraverint, quod nimia negotiorum secularium et politicorum cura ducantur, Innocentius XI. Pontifex anno 1679. propositiones 65 partim laxiores partim probabilisticas Jesuitarum moralistis plerumque adscriptas condemnaverit [1]; ceterum cuncta haec talia fuere, quae non ordini integro, sed nonnullis tantum membris adtribui possunt, ut adeo Blasius Pascal [2]) aliique injustam omnino causam egerint, cum laxas Jesuitarum sententias toti Ordini adscripsissent, imo et talia divulgassent, quae nunquam docuerunt. Vid. Petri Maffei de vita, et moribus Ignatii Loyolae. Institut. societatis Jesu. Historiae societat. Jesu ab Orlandino Sacchino, Cordara, Pussinio et Juvencyo conscriptae. Histoire generale de la naissance et des progres de la compagnie de Jesus. Paris 1761. 4. Tom. Freih. von Biedenfeld: Gesch. des Mönchwesens. Wien 1837. 2. B. S. 214—244.

§. 107.

Theatini. Barnabitae. Majolani. Piaristae.

Inter novos ordines, eosque clericos regulares periodo hac exortos referendi sunt etiam 1) Theatini. His fundantis Cajetanus Thiena nobilis Vincentinus antea juris doctor et protonotarius apostolicus, postea sacro presbyteratus ordine initiatus occasionem praebuit. Is nempe cuidam piae confraternitati junctus, per aliquod tempus infirmorum curationi et peccatorum conversioni in patria vacabat, inde Romam translatus, emendationem cleri pro scopo

[1]) Kritische Jesuitengeschichte Frankfurt und Mainz 1765.
[2]) In Epistolis a Ludovico de Monte alto ad quemdam Provincialem Galliae Parisiis anno 1656.

sibi praefixit. Ejus consilia Joanni Caraffa episcopo Theatino, et archiepiscopo Brundusino in regno Neapolitano adeo placebant, ut omnibus muneribus et dignitatibus suis nuncium mittens, et una cum duobus sociis Cajetano se adjungens, societatem iniret, quae diligenti cultus divini celebratione, zelosa doctrinae Christi praedicatione, haeresum exstirpatione, ac infirmorum consolatione pietatem Christianam et salutem populi promovere niteretur. Clemens VII. Pontifex societatem hanc consuetis votis obstrictam anno 1524. confirmavit, privilegia canonicorum regularium congregationis Lateranensis eis concedens, nomenque ab episcopatu Theatino, quem Caraffa postmodum Pontifex sub nomine Pauli IV. quondam rexerat, ipsis assignans. Ordo hic longe lateque diffusus non solum in Galliam et alia regna Catholica, verum etiam ad infideles Asiae penetravit [1]).

Quod 2) Barnabitas attinet, hos tres presbyteri Mediolanenses, quos inter Antonius Zaccaria antea medicinae doctor fundarunt [2]). Hi pariter confraternitatis piae sodales opera charitatis corporalia et spiritualia exercuerunt, et anno 1530. societatem iniverunt, qua votis ordinariis obstricti, praedicando verbum divinum, exaudiendo fideles, instruendo juventutem insignem operam curae animarum impendebant. Hos aeque Clemens VII. Pontifex anno 1532. sub nomine clericorum regularium S. Pauli Apostoli, quem sibi patronum et exemplar elegerant, adprobavit. Nomen vero Barnabitarum ab ecclesia S. Barnabae, quam Mediolani obtinuerunt, sortiebantur. Cum ordinis hujus viri missionariorum munera subirent, in alias quoque urbes Italiae recipiebantur ita, ut cum morte Zaccariae, quae anno 1539. evenit, per Italiam sat numerosi reperirentur. Fama eorum non parum augebatur, cum Mediolani et Ticini scientias tum theologicas tum profanas publice docerent, plures viros eruditos et scriptores inter suos numerarent, in Galliam sub Henrico IV. ad conver-

---

[1]) Bullarii Tom. I. p. 659. Ranke die Römisch. Päpste. Tom. I. p. 172 et seq. Helyot Histoire des ordres relig. et equestres.

[2]) Alii duo erant Ferrarius et Morigia.

tendos haereticos Galliae meridionalis adplicarentur, et in Germaniam aliasque provincias reciperentur. Viennae Austriae hodiedum existunt [1]).

3) Majolanorum auctor erat Hieronymus Aemilianus, senatorio Venetorum genere ortus. Is post vitam militarem rigidis poenitentiae operibus, pietatis exercitiis, pauperum et infirmorum curae incumbens plura orphanotrophia propriis expensis erexit. Tardius anno 1531. socios quosdam Sommascae in agro Bergamensi colligens, iis uniformem vivendi normam praescripsit, quae in manuum labore, silentio, et institutione religiosa ruricolis impendenda, consistebat. Societatem hanc Pius V. Pontifex a morte fundatoris inter clericos regulares adscripsit, assignata eis regula S. Augustini, et nomine Majolinorum, quod ecclesiam S. Majolo dedicatam Ticini possiderent, indito. Extra Italiam non extendebantur [2]).

4) Quantum ad clericos regulares scholarum piarum, seu Piaristas sciendum, eos ad juvenes in literis instituendos conditos fuisse. Auctor eorum erat S. Josephus Calasanctius e nobili Aragoniae familia oriundus, qui postquam in patria officium decani et vicarii generalis episcopi Urgelitani gessisset, anno 1591. beneficia et munera sua manibus Ordinarii resignavit, et Romam profectus, ibidem asceticam pietatis et caritatis operibus insignitam vitam duxit. Cum vero contagione in urbe Romana grassante pauperum domus fine auxilii et spiritualis et corporalis praestandi intraret, pluresque parvulos sibi relictos ac institutione carentes ad petulantias et vitia abripi cerneret, eos periculo corruptionis subtracturus in scholam quampiam a se fundatam recepit, elementis scientiarum imbuendos ac ad pietatem manuducendos. Utilitate instituti perspecta mox plures clerici Josepho eundem in finem se adjunxerunt, ac anno 1600. cum Clementis VIII. Pontificis consensu propriam presbyterorum secularium pueros in literis instituentium congregationem instituerunt. Hanc postea Gregorius XV. Pontifex anno 1621. ad dignitatem ordinis

---

[1]) Helyot histoire des ordres monastiques, religieux et militaires,
[2]) Helyot ibidem.

religiosi cum consuetis votis solemnibus elevavit, ac statuta Josephi pro ordine suo concinnata adprobavit. Josephus, qui scholas instituti sui pias compellari voluit, ut significaret juventutem in eis non literis solum, sed etiam pietate imbuendam esse, in ordinis praepositum generalem electus, socios suos bono publico adeo devovit, ut eos tam in Italiam, quam alias ditiones praesertim Austriacas reciperent, et scientiis tum initialibus tum altioribus docendis adplicarent. Ordo hic apud nos in Hungaria primum anno 1666. introductus est Prividiam, inde per totum regnum Gymnasiis et Lyceis quibusdam praefectus [1]). Nunc instituendae juventuti insignem operam rursus praestat, postquam ex perturbato per intestinos anni 1848. et sequentium motus statu constitutioni pristinae restitutus fuisset. Vid. E. J. Seyfert: Ordensregeln der Piaristen mit erläuternden Bemerk. aus der Gesch. des Ordens. Halle 1783. 2. Th. 8.

§. 108.

Congregatio Philippi Nerii, Berulli, Lazaristarum, et Liguorianorum.

Hucdum fundati ordines indigentiis spiritualibus nequaquam ita respondebant, ut quasvis alias societates superfluas redderent. Quare Philippus Nerius Florentia oriundus Romae philosophicis et theologicis scientiis excultus, ac in juventute jam pietatis et salutis animarum studio flagrans, novam societatem condidit. Is anno 1551. s. ordinibus initiatus cum nonnullis primum in conclavi suo, postea in extructo oratorio quotidie post meridiem colloquia de rebus divinis, de virtutis studio et valore instituebat, postea etiam pietatis exercitia adjungens. Bonos effectus colloquiorum suorum cernens, ubi propriam ecclesiam obtinuisset, cunctos presbyteros sibi adhaerentes cum consensu Pontificis in societatem conjunxit eo scopo, ut eadem praeter cultum divinum publicum etiam exercitia spiritualia cum fidelibus absolveret. Exercitia haec ut tanto

---

[1]) In Comitiis anni 1715. art. 102. pro recepto et per regnum Hungariae stabilito declaratus est.

plures fructus ferrent, Philippus variis praescriptis per Paulum V. Pontificem confirmatis ordinavit, ut quotidie post lectionem e libro quopiam spirituali quatuor colloquia de rebus divinis instituerentur, quae cantico et precibus concludantur. In reliquo membra societatis vestitum cleri secularis deferre, propriis sumptibus vitam sustentare, literas theologicas colere, praeposito obedientiam praestare, non tamen vota solemnia profiteri jubebantur, imo libertate gaudebant congregationem ad lubitum relinquendi. Institutum hoc tantam adprobationem tulit, ut Roma ad multas Italiae urbes propagaretur [1]).

Similem priori congregationem instituit in Gallia Petrus Berullius anno 1575. in Campania natus. Senatoris Parisiensis filius. Is successu temporis presbyter dein Cardinalis factus, penes humilem vivendi rationem pristinam perseverans, ad mores clericorum et secularium emendandos plures presbyteros sibi in suburbio Parisiensi anno 1611. adsociavit, qui ex patrimonio, vel peculio proprio sustentati, vitam pauperem ducerent, beneficia et munera ecclesiastica vitarent, officiis tamen muneris pastoralis fungerentur, et episcoporum dispositioni subessent. Societas haec a Ludovico XIII. rege adprobata, et a Paulo V. Pontifice sub nomine congregationis Oratorii Jesu confirmata est. Societas post mortem fundatoris [2]) statuit, ut praepositus cum adjutorum trium consensu solum negotia congregationis disponere possit; nemini votum aliquod solemne imponatur; liberum cuivis membro maneat societatem, dum libuerit, relinquendi, et studia tam suis, quam aliis tradant. Congregatio haec successu temporis ad alias quoque Galliae urbes assumpta est [3]).

Quantum ad Lazaristas, horum fundationi occasionem praebuit potentis Galliae comitis Joigny Conthoralis. Haec videlicet horrendis criminibus unius subditorum suorum, qui hucdum ab omnibus pro justo et probo habebatur, commota, Vincentium de Paula parochum, et prolium suarum informatorem, nec non conscientiae suae modera-

---

[1]) A. Galloni vita Philippi Nerii Moguntiae 1602.
[2]) Petrus Berulle mortuus est anno 1629.
[3]) Helyot histoire des ordres monastiques, religieux et militaires.

torem eo permovit, ut cunctos fideles in parochia ipsius existentes ad confessionem generalem (de omnibus vitae suae peccatis) deponendam, sicque congruentem instructionem excipiendam disponeret. Salutares rei effectus mox perspicientes comes, uxor, et hujus frater episcopus Parisiensis anno 1624. in eadem urbe domum pro suscipiendis et intertenendis presbyteris compararunt, cunctos sacerdotes recipientes, qui pagos Galliae frequentarent, verbum Dei zelose praedicarent, et sacras confessiones exciperent. Societati Vincentius de Paula vir multis operibus charitatis antea jam in captivitate infidelium Tunitanorum (Tunis) clarus praefectus est. Eam Urbanus VIII. Pontifex velut congregationem missionis anno 1632. adprobavit. Membra societatis etiam Lazaristae nuncupantur ab ecclesia S. Lazari, quam Parisiis obtinuerant. Cum autem presbyteri seculares sint, ac vota nulla solemnia, sed simplicia tantum deponant, patet eos ad congregationes presbyterorum Oratorii spectare. Praeter scopum praedictum etiam ad missiones adplicantur, egregiam operam in convertendis infidelibus Chinensis imperii, aliisque officiis praestantes. Ex Gallia ad alias quoque ditiones Sabaudiam, Pedemontium, Genuam et Hispaniam recepti sunt.

Quod congregationem Liguorianorum attinet, hanc Alphonsus Liguori Neapoli ex nobili stirpe anno 1696. natus condidit. Is post strepitum forensem s. ordinibus initiatus, nihil magis optavit, quam juvenes in doctrina religionis instituere, et ad pietatem perducere. Anno 1772. episcopus Agathopolitanus in regno Neapolitano factus, post decem annos in grandaeva aetate vitam finivit. Congregationis, cui a Salvatore Redemptoristarum nomen dedit, fundamenta jam anno 1732. jecerat. Societati scopum praefixit: 1) Ut absque consuetis votis publicis vitam regularem et asceticam ducendo propriam perfectionem promoveat moralem, ceteris fidelibus bonum praebens exemplum. 2) Ignorantes et rudes in elementis fidei instituat. 3) Peccatores et peccatrices ad viam salutis reducat. 4) Pastoribus in cura animarum subsidia praestet. 5) Literas et ipsa colat, et juventutem non initialibus solum, verum etiam altioribus scientiis instruat. Quamvis autem Benedic-

tus XIV. Pontifex congregationem, quae Romae primo consederat, anno 1749. solemniter adprobaret, cum tamen adjuncta illius temporis Ecclesiae et ordinibus religiosis parum favorabilia essent, ea extra Italiam diu promota non est. Donec anno 1818. civitas Friburgensis Helvetiae eam in gremium suum recepisset, ac duobus annis tardius Vienna Austriae idem fecisset. In Austria tamen hodie jam plures domos habent, ac ecclesiis et fundis nonnullis in dies donantur, facultate novitios suscipiendi gaudent, ac licet motibus intestinis anni 1848. conventu et civitate Viennensi extorres facti fuerint, ordine tamen nunc reducto spes est, ut et illi ad pristinum statum suum reponantur, et destinationi suae cum regni moralis propagatione novitus respondeant. In Belgio, Modena, Styria, Tiroli, Bulgaria et America etiam existunt. Vid. A. Giatini vita del B. Alf. Liguori Roma 1815. 4. Jeancard vie du P. Alph. Liguori. Louvain 1829. Freih. von Biedenfeld Gesch. des Mönchwes. Weimar 1837. 2. B. S. 271.

§. 109.

Fratres Misericordiae. Mechitaristae. Oblati B. M. V.

Novum ordinem religiosum curandis infirmis destinatum condidit Joannes Portugallus anno 1495. natus vir laicus, qui usque ad annum 1540. vitam suam peregrinando transegit. Verum anno eodem Granatae in Hispania considens ad peccata sua expianda, et salutem promovendam infirmos in domo conducta omnibus necessitatibus tam spiritualibus, quam corporalibus providere coepit. Cum in tam praeclaro opere mox plures eidem socios se jungerent, episcopus Tudensis camerae regiae praefectus et magnus consilii hujus promotor, societati proprium vestitum praescripsit, auctori nomen Joannis de Deo, quod Deum misericordem imitaretur, adscribens. Institutum hoc etiam post mortem auctoris, qui anno 1550. obiit, semper plures amplectebantur ita, ut Pius V. Pontifex illud ad ordinem religiosum, tribus consuetis votis obstrictum anno 1572. elevaverit, ac eidem scopum ex eleemosynis collectis infirmos gratis curandi praefixerit. Membra ejus fratres misericordiae ab opere compellantur, plerumque laici sunt, paucis

exceptis, qui propter sacra domestica, et indigentias infirmorum spirituales, ordinibus sacris initiantur. Ordo hic ob insignem utilitatem suam ad omnes terras Catholicas receptus, in Hungariam per Georgium Szelepcsényi Archiepiscopum Strigoniensem anno 1672. introductus, Posonii primam sedem figere jussus est [1]. Hinc ad plures patriae urbes extensus, multisque legatis benefactorum, quos inter praesertim inclyta familia Marczibányi commemoranda auctus, destinationi suae egregia cum laude respondet.

De Mechitaristis sciendum, eorum auctorem fuisse Mechitarem (Mechtor consolator), qui anno 1676. Sebastae in Armenia natus, successive ad ministerium Ecclesiae assumptus, mox opere poetico [2] inclaruit. Cum autem contribules suos respectu literario et morali multum remansisse cerneret, propositum fecit societatem fundandi, quae malo medelam adferret. Anno aetatis 20. in presbyterum, et paulo post in doctorem Theologiae creatus, propositum exolvere coepit, ac plures patriae suae doctores ad jungendas sibi auxiliatrices manus provocavit, sed frustra. Quare Constantinopolim anno 1700. profectus, verbum Domini praedicabat, ac mox discipulos nactus, eos propria domo congregavit, et regulam illis praescribens, plura opera in culturam mentis et animi tendentia [3] in usum eorumdem vertit. Cum autem Constantinopoli inimicorum persecutiones pateretur, ad insulam Moream una cum sociis semet transtulit, ubi locum pro ecclesia et claustro erigendo obtinens sedem fixit. Congregationem Clemens XI. anno 1712. adprobavit et regulam S. Benedicti eidem praescripsit. Congregatio tardius ob metum Turcarum Venetias translata est, ubi fundator cum suis pacatam vitam agere valebat. Viri ordinis post duorum annorum novitiatum ad vota admittuntur, qui praeter consueta tria etiam quartum votum de religione Graeco-Catholica in Armenia, Persia et alibi praedicanda et propaganda deponere solent. Vestiuntur habitu pullo, loro praecincti, tonsuram, barbam et calceos portantes. Qui ad

---

[1] Szepesházy et Thiele Merkwürdigk. Ungarns 2. B. p. 118. et 122.
[2] Poema in 36 strophis juxta alphabetum Armenor. vulgavit.
[3] Thomas a Kempis nonnullas partes Scripturae S. et libros scholasticos in linguam Armenicam vertit.

missiones deputantur cruce rubra distinguuntur. Mechitar auctor ordinis anno 1749. viventium numero ereptus, et Venetiis in ecclesia a se fundata tumulo illatus est. Societas ejus Tergestum propagata, inde anno 1810. Viennam recepta est, ubi 10 alumnos Armenicos fine congregationis propagandae alit. Congregatio Mechitaristarum de editione operum, quae propria in typographia linguis tum orientalibus tum occidentalibus imprimuntur, egregie meretur, et pluribus magni nominis viris eruditis, qui literas Armenicas colunt, insignitur [1]).

Quod denique Oblatos B. Mariae V. attinet, hi vel ideo notatu digni sunt, quod illos aetas nostra genuerit. Auctor erat Josephus Rey episcopus Pineroliensis in Sardinia, qui perspecto fidei et moralitatis defectu, quem revolutiones hujus temporis producebant, congregationem virorum eruditorum a Leone XII. Pontifice anno 1826. adprobatam eum in finem condidit, ut ea penes consueta tria vota progressum in pia et sancta vitae institutione faciens, incredulitati et vitiis cum intercessione B. Mariae V. repagula poneret. Quare ipsorum est: 1) Errores contra Dogmaticam et Moralem vigentes impugnare. 2) Opera eum in finem concinnare, ac vulgare, aut saltem librorum errores refellentium cognitionem propagare. 3) Meditationibus et conferentiis literaris se ad munus suum aptos reddere. Vestitu communi, gravi, et simplici utuntur, Congregationi praeest rector generalis, domum vero specialem superior regit. Ille ad dies vitae eligitur ex iis, qui 35. aetatis annum attigerunt. Candidati congregationis novitiatu probantur, et ad ordines sacros 30. aetatis anno promoventur. Cuncti S. Petrum venerantur patronum, in cujus festo quotannis professionem fidei eliciunt. Vid. Freih. von Biedenfeld Geschichte des Mönchwesens. Supplementheft Weimar 1839. pag. 38—51.

---

[1]) Carl. Frider. Neumann Versuch einer Gesch. der Armenisch. Literatur nach den Werken der Mechitaristen frei bearbeitet Leipzig 1836. Freih. von Biedenfeld Gesch. des Mönchwes. II. B. Weimar 1837. p. 299. et seq.

§. 110.

Ordines reformati. Capucini. Augustiniani et Carmelitae discalceati. Maurini. Trappistae.

Cum nonnulli religiosi ordines Ecclesiae a disciplina veteri deflecterent, jam concilium Tridentinum quaepiam decreta circa ordines religiosos publicavit. Ita cuivis religioso vetitum est, monasterium sine facultate superioris relinquere; quisque religiosorum aut monialium a possessione bonorum seu mobilium seu immobilium arcetur, non tamen ipse ordo [1]). Majores vero reformationes regularium viri ex gremio ipsorum disciplinae studio animati suscipiebant, sicque novi rursus ordines enascebantur. Sic Matthaeus Bassi frater laicus ex ordine S. Francisci a sacerdote quodam monasterii sui in ducatu Spoletano intelligens, S. Francisci habitum caputio acuminato instructum fuisse, illud idem impetrata a Clemente VII. Pontifice licentia resumsit. Imo Pontifex et id concessit, ut is una cum fratribus, qui eum sequebantur, barbam alere, vitam austeriorem ducere, ac ubique mendicare possint. Igitur Capucini anno insequente simul congregati Matthaeum vicarium generalem eligunt, ac statuta sequentia condunt: 1) Ut socii ordinarie uno ferculo ex carne et jusculo contenti sint, diebus festis exceptis, quibus lactuca addi possit. 2) Ut feria IV. per totum annum carnibus abstineant. 3) Ut in itinere pedibus semper incedant, certis diebus corpus flagellent, aliis silentium observent. Capucini austeritate, humilitate et probitate sua adeo se comendarunt, ut in omnia fere regna reciperentur, sicque obtenta a Paulo V. Pontifice facultate proprium ministrum generalem eligendi, ab anno 1619. distinctum ordinem religiosum constituerunt [2]).

De Augustinianis discalceatis notandum, eos ab 8 eremitis Augustinianis, qui anno 1533. ex Hispania in Mexicum velut missionarii profecturi, nudipedium et vestem e panno crassiori assumserunt, originem ducere. Horum enim

---

[1]) Concil. Trident. sess. XXV. cap. II. et III. de Regularib.

[2]) Helyot histoire des ordres religieux et militaires. Bover annales Capucinorum.

exemplum mox alii secuti plures austeritates adjecerunt, quas cum reliqui non acceptarent, facta separatione nova Augustinianorum congregatio in Hispania primo exorta est, quam Sixtus V. Pontifex anno 1583. ceu proprium ordinem adprobavit. Ejus membra Augustiniani discalceati nominantur [1].

Eadem ratione Carmelitae discalceati orti sunt. Nempe Joannes a S. Cruce rigorem S. Theresiae nobilis Hispanae, quae inter moniales Carmelitas majorem rigorem introduxerat, imitatus, restaurationem inter monachos Carmelitas introduxit, quam cum plures adoptarent, Pius IV. Pontifex anno 1562. adprobavit. Cum autem non pauci nimium rigorem Joannis horrerent, neque ad eum accedere vellent, Clemens VIII. Pontifex anno 1600. illis facultatem concessit, proprium praepositum generalem eligendi, veteribus penes priorem regulam manentibus. Hinc illis nomen discalceatorum a nudipedio adhaesit, et ordo in duas congregationes divisus est [2].

Maurini porro e familia S. Benedicti originem trahunt, siquidem eos nonnulli Galliae Benedictini anno 1618. fundaverint, non solum ut regulam S. Benedicti pristino rigori restituant, verum etiam propriam perfectionem evangelicam, ac aliorum salutem promoverent. Congregationem Gregorius XV. Pontifex et ejus successor Urbanus VIII. adprobarunt, cum omni ex parte in bonum reipublicae tenderet. Nam alii ex ejus viris praedicatione verbi divini, eruditione fidelium aliisque functionibus pastoralibus occupabantur, alii institutione et educatione juventutis occupabantur [3]. Congregatio sub revolutione prima Galliae extincta, per Ludovicum Philippum regem anno 1838. restituta hodiedum praeclare fungitur.

Denique veterem rigorem disciplinae monasticae restituere, et hominibus delicta sua expiare volentibus locum, et occasionem praebere volebat Joannes Bouthilier

---

[1] Helyot op. cit. chap. des Augustins.
[2] Helyot chapitre des Carmelites.
[3] Helyot histoire des ordres religieux et equestres. Gallia Christiana Tom. VII. Le Cerf biblioth. historiq. et critiq. des auteurs de la congregat. de S. Maure.

de Rance nobili de genere natus. Is postquam usque ad annum 38. aetatis licentiorem vitam duxisset, viso cadavere personae improvisa morte abreptae, adeo commotus est, ut monasterium Cistercitarum La Trappe (Decipula) dictum in bonis suis situm intraret, vota profiteretur, atque jam anno 1664. monasterii abbas factus, fratres suos eo disposuit, ut rigidissima instituta amplecterentur. Talia praeter consueta religiosorum vota et onera erant: omne hominum consortium vitare, perpetuum silentium servare, victu vilissimo uti, preces diu noctuque per undecim horas in choro recitare, durum manuum laborem exercere, ac ad perpetuam mortis memoriam tenendam sepulcra fodere [1]. Congregatio haec, prout reliqui ordines in Gallia per revolutionem suppressa, anno 1815. pristino rigori, si non majori adhuc restituebatur, pluresque jam abbatias in Gallia possidet.

§. 111.

Ordines equestres. Teutonici. Hospitalarii.

Ordines equestres sors adversa periodo hac teligit. Nam quod ordinem equitum Teutonicorum attinet, huic esto pax Lunaevillensis plures bonorum concessiones in Germania fecerit, magnam tamen mutationem dictante Napoleone I. Gallorum imperatore vi pacis Viennensis anno 1809. passus est, siquidem principatum Mergentheimensem, ubi post amissam Borussiam magnus ordinis magister sedem fixerat, amiserint. Residua bona ordinis cum titulo et officio magni magistri hodie unus ex Archiducibus Austriae tenet; ordinisque ejus equites non presbyteri Viennae hodiedum praemisso novitiatu, et solemnitatibus denominari solent, ut adeo dici nequeat, ordinem Teutonicum penitus extinctum esse.

Quantum ad Hospitalarios, seu Joannitas, aut Melitenses dicendum est: Cum magnus magister eorum baro Hompesch insulam Melitam fere invincibilem medio capitulationis Napoleoni consuli cessisset [2], reliqui insula re-

[1] Marsollier vie de l'abbé de la Trappe Paris 1703. 2. Tom. 12. Helyot histoire des ordres relig. et equestr.
[2] Berault-Bercastel's Fortsetzung oder neueste Geschichte der christl. Kirche Aschaffenb. 1833. Tom. 1. p. 80. et seq.

ta anno 1798. Paulum I. Russiae imperatorem magi-'um ordinis eligentes protectorem magnum quidem in eo tinuerunt, non tamen vel ejus patrocinio efficere potue-nt, ut seu Galli, seu Angli qui Melitam post duos annos ıllis eripuerant, eandem insulam ipsis restituerent. Quare uites collectis documentis et insignibus suis in Siciliam ınsiverunt, ibique hodiedum ampla bona et dignitates pos-lent. In congressu Viennensi anni 1814. Joannitae pro-iam ac independentem sedem petierunt quidem, sed non petrarunt. Magnus ordinis magister cum capitulo hodie ›rrariae residet.

Ordines praedictos equestres in Hungaria quoque extitisse ex §. 92 et 94. periodi III. clarescit. Hodie tamen aliquot solum membra ordinis crucigerorum de rubea stella, quae Praga mitti solent, Budae existere notum est. Introducti autem sunt equites hi in Hungariam anno 1723. sub Carolo III. rege ea cum conditione, ut Dexteram S. Stephani regis in arce Budensi custodiant, ac parochiae arcensis ad S. Sigismundum administratores agant. Scriptores quidam olim putabant ordinem equitum de rubea stella esse eundem cum ordine Melitensium, alii vero post Reland statuunt, eum distinctum et a Raymundo de Pennafort Bethlehemii primo conditum, inde in Europam translatum Pragae quoque consedisse. Sententiam hanc probabiliorem esse priori inde clarescit, quod praeter alia Melitenses alba, equites vero Budenses rubea cruce insigniantur. Cum anno 1818. quaestio de custodiatu S. Dexterae Budensi moveretur, resolutio regia die 12. Junii e. a. emanavit, vigore cujus disponitur, ut parochus arcis Budensis semper munere custodis S. Dexterae regis Stephani fungatur. Vid. Rauschnik's historische Darstellung des ritterl. Ord. vom Hospital des h. Johan. von Jerusal. In Justi's Taschenbuch der Vorzeit 1822.

§. 112.

Moniales.

De monialibus, quae non minus ac monachi a regula ıssim deflexerant, concilium Tridentinum decrevit, eas ad ausuram observandam etiam ope magistratuum civilium per ›iscopos adstringendas esse [1]), illas nonnisi 16. aetatis ıno completo [2]) et explorata per episcopum libera earum

---

[1]) Trident. Conc. sess. XXV. cap. 5. de Regularib.
[2]) Tempus hoc juxta ordines Augustae Mariae Theresiae et Francisci I.

voluntate ad professionem admittendas [1]), eisque singulo mense adminus semel sacramentum poenitentiae et eucharistiae frequentandum esse [2]). Ad moniales hujus periodi referendae sunt:

1) Elisabethinae seu sorores misericordiae. His instituendis occasionem dedit S. Elisabetha filia Andreae II. regis Hungariae, vidua principis Thuringiae, quae postquam praecedenti periodo jam xenodochium recipiendis infirmis posuisset, societatem quampiam curae infirmarum destinatam collegit, ubi et ipsa operibus misericordiae intenta vitam finivit [3]). Societatem hanc comitissa Angelina Corbaria anno 1290. cum consensu Nicolai IV. Pontificis clausurae, et vitae regulari Fulginiae in Umbria subjecit. Primum earum in monarchia Austriaca monasterium Graecii an. 1690. fundatum est, inde Viennam [4]) et in Hungariam translatae, Budae et Posonii curandis sexus sequioris infirmis laudabilem operam impendunt. Similes congregationes sunt: α) Sororum grisearum alias Sororum misericordiae aut charitatis (soeurs de la charité), quae in Gallia a Vincentio de Paula et pia domina Le Gras eum in finem conditae sunt, ut aegre valentium in et extra hospitalia existentium curam gerant, ac juventutem sexus sui instituant. Hae anno 1832. agente comite Coudenhoven Canonico Viennensi ad S. Stephanum ex Tyroli Viennam translatae, tum in hospitiis infirmorum propriis, tum in nosocomio suo aegros gratis curant, et omnibus provident. β) Duplex congregatio Sororum B. Mariae V. quae anno 1824. per piam dominam Montal et anno 1827. per matronam Lezean Parisiis fundatae, ad alias quoque terras sensim propagantur [5]). Speciatim vero sorores misericordiae S. Vincentii de Paula per Excell. D. Episcopum Szathmariensem Joan-

---

regum Hungariae ad 24. aetatis annum extensum habetur. Vid. Enchirid. Juris Eccl. per me edit. Tom. I. p. 301. et seq. §. 288.

1) Sess. XXV. cap. 15. de Regularib.
2) Sess. XXV. cap. 10. de Regularib.
3) K. Wilhelm Justi Leben der h. Elisabeth Zürich 1797.
4) Hormayer. Wien und seine Denkwürdigk. S. 72.
5) Freih. von Biedenfeld Gesch. des Mönchwesen's Supplem. Heft S. 96 105. Sion. Eine Stimme in der Kirche für unsere Zeit Nro. 5. 1840. S. 42. ubi ortus et biograph. dominae Le Gras et fundatio Soror. grisear. exponitur.

nem Hám [1]) ad civitatem Szathmár. et per Excell. D. Archiepiscopum Zagrabiensem Georgium Haulik ad civitatem Zagrab. recentissime introductae sunt, ac utilissima humanitati servitia praestant.

2) Guastallinae, quae et Angelicarum nomen assumserunt, ut innocentiae angelicae semper memores essent. Fundavit eas Mediolani Ludovica Torelli, comitissa Guastallae anno 1534. quas Paulus III. Pontifex adprobavit. Regulam S. Augustini sequuntur, scopum habentes, deliciis mundi valedicere, ac beneficentiae, pietati et propriae perfectioni semet impendere [2]).

3) Ursulinae, quas Angela Merici anno 1506. in agro Brixiensi fundavit, eisque patronam S. Ursulam constituit. Illa anno 1537. pias virgines Brixiae, ubi plerumque habitabat, ad opera misericordiae pauperibus, et institutionem puellis impertiendam collegit. Has post mortem fundatricis Paulus III. Pontifex confirmavit, data superioribus potestate eis constitutionem adjunctis rerum conformem praefigendi. Quare Ursulinae Parisienses anno 1612. in societatem regularem cum consuetis votis coiverunt, semet ad institutionem puellarum restringentes. Eas reliquarum ditionum moniales imitatae nunc jam ubique institutione occupantur. Apud nos Cassoviae, Magnovaradini, Posonii, Tirnaviae et Varasdini egregiam institutioni juventutis femineae operam impendunt [3]). Utilissimo huic ordini conformis congregatio S. Infantiae Jesu per canonicum Grapinet in Gallia e reliquiis abbatiae S. Colombei in vicinia urbis Sensiensis sitae circa annum 1842. instaurata est. Haec tam felices progressus facit, ut plures jam conventus et totidem instituta educatoria in Gallia numeret, quae educationem et institutionem sexus sequioris magno cum fructu promovent [4]).

4) Moniales canonissae de nostra Domina. Harum fundator erat Petrus Fourier in Lotharingia anno 1565. natus. Successive educatus et literis excultus in Mataincourt

---

[1]) Relig. s Nevelés. Egyházi tudós. 12. szám. Sept. 18. 1842.
[2]) Freih. von Biedenfeld op. cit. Tom. 1. p. 182—183.
[3]) Biedenfeld op. cit. Tom. 1. p. 184. et seq.
[4]) Relig. s Nevelés 1843. folyam 8. Szám Jul. 27. 59. sk. lap.

qua parochus summam industriam educationi juventutis impendit. Quo autem de educatione juventutis etiam post mortem bene mereri valeat, congregationem Canonicorum regularium pro pueris, et Canonissarum pro puellis educandis in eadem parochia sua fundavit. Viros instituti sui donec vixit, ipse qua praepositus gubernavit, feminis praeclaram et nobili de stemmate natam Aliciam Le Clerc praefecit. Cum vero congregationes hae anno 1603. bulla Clementis VIII. adprobatae magnam operam in erudienda juventute praestarent longe lateque propagatae sunt. Canonissae apud nos per comitissam Oneil anno 1747. Ratisbona Posonium introductae [1]) educationem et institutionem sexus sequioris egregie promovent. Ex congregatione hac Posoniensi anno 1851. per cels. Principem Joannem Scitovszky de Nagy-Kér Primatem regni et Archiepiscopum Strigoniensem, nunc recentissime in S. Rom. Ecclesiae Cardinalem nominatum, congregatio nova Quinque-Ecclesias transplantata est, ac in conventum per Eundem ut Episcopum Quinque-Ecclesiensem liberalissime fundatum, dotatum, ecclesia splendida ornatum ac omnibus pro educatione juventutis femineae provisum illocata, et solemniter introducta est [2]). Ea nunc utilissime fungitur. educationi et institutioni sexus sequioris zelosam operam impendit, ac pro fundatoris longaeva vita, ejusdem et regni prosperitate Deum precatur.

5) Herulae Anglicanae. Has Maria Werda pia et Deo dicata Angliae matrona fundavit, quae anno 1609. Eboraci congregationem religiosam quarumdam personarum adornavit, eo scopo, ut eae pauperibus succurrerent, infirmarum curam haberent et scholas pro instruendis sexus sui juvenibus adperirent. Vix consilio ejusdem laetissimi fructus respondebant, cum motus religionis causa in Anglia exorti, superiorem societatis Joannam de la Guardia locum mutare cogerent. Haec igitur cum tota societate ad S. Omer in Picardiam transiens, ibidem domicilium sibi assignatum capessivit, ubi et vitam regularem cum suis

[1]) Anno 1765. art. 45. etiam regnicolariter receptae.
[2]) Dr. Haas Propst und Pfarrer Gedenkbuch der k. Freistadt Fünfkirchen 1. B. 1858. Seite 149. und die folg.

ducere, et scholas adperire absque minima difficultate permissa est. Populus Galliae societati nomen Herularum Anglicarum adscripsit, quod in hodiernum usque diem retinet. Societatem Clemens XI. Pontifex anno 1703. adprobavit, relicta illi regula et constitutione a Maria Werda fundatrice praefixa, vi cujus vota sua omni medio anno renovant, salva libertate ad seculum forma praescripta redeundi. Hodie instituendis, et educandis domicellis intentae insignem operam reipublicae praestant, ideoque in plures provincias receptae sunt. Superior provincialis Austriae in S. Hippolyto residet, cum qua reliquae superiores Cremsii, Pragae, Breslaviae, Pestini, Balassa-Gyarmathae, Agriae *) et alibi degentes in communione ac nexu religioso existunt [1]).

6) Salesianae, quas Franciscus Sales episcopus Genevensis, vir piissimus a conversione multorum millium Calvinianorum et a reformatione cleri sui celebratus, Anecii anno 1610. fundavit. Ordini Joanna Chantal nata Fremiot praefecta est, quae non minorem ac episcopus amorem erga Deum et proximum praeseferebat. Societatem Paulus V. Pontifex votis consuetis obstrinxit, et loco curae infirmarum, quam prius exercebant, institutionem, et educationem puellarum eis adsignavit. Ordo hic, quem personae nobiles ingredi solent, successu temporis per Italiam, Germaniam, Poloniam, Austriam propagatus, hodiedum et Viennae et alibi finem sibi praefixum magno cum reipublicae emolumento promovere satagit [2]).

7) Coelestes seu moniales de annunciatione B. M. Virginis. Harum fundatrix erat Victoria Fornari Genuensis, quae socias nacta anno 1602. arcem quamdam in monte Genuensi communibus expensis comparatam, in claustrum ordinis convertit, ac sororibus suis constitutionem a Clemente VIII. Pontifice acceptatam, praescripsit. Vestes coloris coelestis deferunt, unde nomen ipsis adhaesit. Praeter officia cum votis tribus conjuncta, manuum labore muliebri necessitates instituti tegunt, clausuram stri-

---

[1]) Freih. von Biedenfeld Gesch. des Mönchwesens Weimar 1837. Tom. I. p. 303. et seq.
[2]) Biedenfeld op. cit.

ctam observant, poenitentiae operibus, jejunio, disciplinae monasticae, et precibus crebro vacantes. V. Freih. von Biedenfeld: Gesch. des Mönchwesens. Tom. I. p. 204. et seq. Weimar 1837. in 8.

*) Herulae Anglicanae anno 1852. Balassa-Gyarmatham et Agriam fine instituendi juventutem sexus sequioris illocatae sunt. Ad primum locum per Eminentissimum D. Joannem Scitovszky de Nagy-Kér S. R. Ecclesiae Cardinalem, Primatem regni et Archiepiscopum Strigoniensem, ad secundum vero per Excel. D. Adalbertum Bartakovics de Kis Apony Archiepiscopum Agriensem introductae utrobique summo cum zelo vocationi suae satisfacere conantur. De aliis institutis Sanctimonialium vid. Institut. Hist. Eccl. per me Pestini editas anno 1840—1841. Tom. 4. p. 331. §. 114.

§. 113.

Ordinibus religiosis sors adversa paratur.

Quamquam fatendum sit monachorum et clericorum regularium mores hac periodo defectibus non caruisse, quisque tamen et illud agnoscat, oportet, illos nequaquam fuisse tales, qui justam eis abolendis causam praebuissent. Imo quisque cordatorum non inficias ibit, religionem, curam animarum, juventutis institutionem et literas praesertim theologicas hoc quoque tempore insignia et ponderosa fulcra in ipsis reperisse. At cum partim regularium constitutio, partim multitudo eorum invalescentibus seculi laxis principiis parum faveret, a medio circiter seculi XVIII. de eorum constitutione mutanda, numero autem minuendo aut plane tollendo consilia tractare coeperunt. Hostes ordinum religiosorum damna, ex iis in rempublicam redundantia jactitabant, virisque potentibus persuadere conabantur. magnum defectum impopulationis, agriculturae et opificiorum inde provenire, magnam pecuniae summam ad illorum manus delatam reipublicae decedere ita, ut non amplius in usum publicum reditura esset, monachos esse solum fruges consumere natos, superstitiosos, et gentem, qua Pontifices suam in ecclesias et nationes auctoritatem sustentent. denique bonis eorum, quae tanta copia possiderent, proventus reipublicae notabiliter elevandos esse. Cum autem sperari non posset, ut omnes uno statim ictu prosterne-

rentur, de iis primum reformandis, postea vero universim tollendis agebant. Et quoniam de opibus eorum praecipua sollicitudo cunctos tenebat, metuentes ne successu temporis omnis substantia in manus eorum mortuas deveniret, lex sic dicta amortizationis condebatur, qua cautum erat, ne bona immobilia eis legari, et ne magnae summae bonorum mobilium eis seu relinqui, seu occasione susceptorum candidatorum inferri valeant, denique variae reformationes in ipsas eorum constitutiones inducebantur. Maximam vero stragem ordinibus religiosis intulit revolutio prima Gallica, nam conventus nationalis jam anno 1790. omnium, quae adhuc supererant utriusque sexus monasteriorum sublationem decrevit, monachis ac monialibus cunctis e solitudine sua ejectis, pensiones annuas assignans. Bavaria cuncta monasteria terrarum suarum profanis usibus vovit. Similia in regno Neapolitano sub obtruso rege Josepho (Bonaparte) anno 1807. fiebant. Id ipsum Napoleon anno 1810. in terris sive regno Italiae sive Galliae junctis, si pauca monialium claustra demas, disposuit. Idem factum in Borussia et Polonia, imo etiam in Hispania et Portugallia. Mortuo enim Ferdinando VII. Hispaniae rege bellum successionale inter adhaerentes filiae ejus Isabellae et inter fratrem regis Carolum (Don Carlos) exortum parem sortem religiosis adtulit. In Portugallia vero simile prorsus bellum inter Mariam reginam (Maria da Gloria) et Michaelem (Don Miguel) filium defuncti Joannis VI. enatum ordines religiosos eadem prorsus ratione ac in aliis regnis sustulit. Quantam denique stragem religiosis intestini motus anni 1848. et sequentis intulerint, nobis cunctis, qui eandem cum ipsis sortem experti sumus, notum est. Berault-Bercastel's Fortsetzung. Augsb. 1836. T. IV. p. 466—470. Tom. V. p. 576. et seq. Annegarn's Allgem. Weltgesch. erweitert von Overhage. 8. B. 1852. S. 412—464. §. 82—89.

§. 114.

Suppressio Jesuitarum in Lusitannia et Gallia.

Cum religiosi multos jam undique hostes nanciscerentur, mirum nemini videbitur, tela horum vel maxime con-

tra Jesuitas jacta fuisse. Initium suppressionis factum cum Jesuitis in Lusitannia. Regnum isthoc nomine Josephi regis debilis et licentiosi administrabat Carvalho marchio de Pombal, innovationum cupidissimus ac ad omnia audenda paratus, dum scopum aliquem assequi cuperet. Primam occasionem odio, quo erga Jesuitas ferebatur, litandi nactus, dum Hispani septem districtus Paraquariae Lusitannis pro civitate S. Sacramenti cederent. Cum enim Indiani Paraquariae dominium Lusitannorum agnoscere recusarent, Pombalius causam renitentiae Jesuitis adscribebat, quia vero aula ipsa Portugalliae testabatur, Jesuitas omnem operam adhibuisse, ut seditiosi ad obedientiam redirent, eapropter Pombalii mandato mox vulgabatur liber, in quo exponebatur a Jesuitis in Paraquaria independentes terras teneri, ac proprium regnum sub rege Nicolao ab ipsis fundatum possideri, plura insuper vitia ipsis adpingebantur, imo Jesuitas attentati contra imperantem regicidii insimulavit. Licet vero aula ipsa omnes de attentata regis caede accusatos Jesuitas innocentes fuisse publicatis per regnum literis testaretur, licet Pombal ipse ob factiones contra Mariam defuncti regis filiam et regni haeredem excitatas, ad mortem condemnaretur [1]), ac innocentia Jesuitarum extra omne dubium poneretur, illi tamen in exilio, ad quod per Pombal jam prius condemnati fuerant, relicti, sicque suppressi mansere [2]). Exemplum Lusitannorum mox imitabantur Galli. Quod sic accidit. La Valette visitator generalis et praepositus apostolicus missionum, quas Jesuitae in insulis Gallicis Indiae occidentalis possidebant, magnum ibi commercium exercebat. Cum vero Angli naves ejus mercibus oneratas in itinere Europam versus occuparent, ac is mercatoribus Massiliensibus summam aeris levati deponere non valeret, societas Jesuitarum ad solvendum aes levatum condemnata est. Esto autem partes in coeptis La Valetti

---

1) Georgel memoires Paris 1817. cap. 1. p. 16. 33. Compend. Storico dell' espulsione dei Gesuiti dai regni di Portugallo Nizza 1791. p. 16. et seq. Schlosser Gesch. des XVIII. Jahrh. Heidelberg 1823. cap. 1. p. 230. et seq.

2) Murr Gesch. der Jesuit. in Portugall Nürnberg 1787. Tom. I. p. 56. et seq. Memoires de Pombal 1784. Ch. I. p. 135. et seq.

non habuerit societas, summam tamen debiti pacis causa deposuit, sicque causa finita fuisset, nisi societatis inimici causam inde eam cavillandi sumsissent. Et profecto Chauvelin senator ecclesiasticus contra factum illud graves exceptiones mox formavit, Chalotais procurator generalis Redonensis, D'Alembert, Voltaire, et Pascale varia scripta injuriis et blasphemiis plena contra Jesuitas publicarunt. Porro Choiseul regis administer, aliique regem Ludovicum XV. licet invitum et Jesuitis addictum eo tandem induxerunt, ut bona eorum sequestro adficerentur, ac die 8. Augusti anno 1762. ordo pro suppresso declararetur, non obstante eo, quod Archiepiscopus Parisiensis paulo ante encyclicis ad clerum datis ordinem laudibus extolleret, ac contra actum senatus velut violentum protestaretur, Pontifex vero institutum ut pium et sanctum in perpetuum confirmaret. Quare Jesuitae alibi asylum quaerere coacti, ex Gallia excesserunt. Vid. Lettres provinciales de Pascale, Picot memoires chap. II. f. 380. et seq. Georgel memoires Paris Ch. 1. 33—89. Choiseul: Staats-Denkw. von ihm selbst aus dem Französisch. Bern 1790. Nova acta Histor. Eccl. Tom. XIII. p. 433. et s. D'Alembert sur la destruction des Jesuites en France.

§. 115.

Abolitio societatis Jesu per Pontificem, ejusque sequela.

Cum Jesuitarum hostes, qui eorum suppressionem in Portugallia, Gallia, et aliis regnis [1]) procuraverant, solliciti essent, ne, donec societas quodam in regno existeret, mutatis rerum adjunctis in iisdem terris iterum restituerentur, eo jam omnem conatum vertebant, ut universam societatem ipse Pontifex Romanus aboleret. Nec fefellit eos eventus. Nam aulae Bourbonicae per ipsos dispositae Clementem XIV. promissis et minis tandem eo inclinarunt, ut promitteret, se votis eorum subscripturum, dummodo Aula Austriaca consensum suum eatenus impertiret. Et reapse Pontifex intellecto eo, quod Maria

[1]) Vid. Institut. Hist. Eccles. per me Pestini 1840—1841. edit. Tom. IV. §. 117. et 118. ubi blasphemiae incredulorum contra Jesuitas publicatae pariter leguntur.

Theresia contra abolitionem ordinis nihil excipiat, bulla: „Dominus ac redemptor noster“ die 21. Julii anno 1773. edita societatem, in qua tunc ultra viginti membrorum millia numerabantur, penitus abrogatam pronunciavit [1]). Causam inter reliquas hanc allegavit Pontifex, quod sperare non possit, ut persistente societate pax inter ecclesiam et principes conservari valeat. Ita sublatus fuit ordo, cui nullus alter reatus adtribui poterat, quam quod erga quospiam socios non satis severum se exhibuerit. Reliqui Germaniae, Hungariae, et Poloniae imperantes decretum pontificium de abrogandis Jesuitis pariter exequebantur, bonis eorum in alios pios usus conversis. Ordinis socii partim alios ordines ingrediebantur, partim in cura animarum, aut institutione juventutis adplicabantur. Imo in Borussia Fridericus II. in Russia autem Catharina II. eos retinuere, ac officiis suis scholasticis porro quoque fungi permisere [2]). Exemplum praecedentium secutus Josephus II. imperator in Austria ordines Carthusianorum, Camaldulensium, monialium Carmelitarum, S. Clarae et S. Francisci, in Hungaria autem Benedictinorum, Praemonstratensium, Cisterciensium, Camaldulensium, Trinitariorum, Eremitarum S. Augustini, Paulinorum, et Clarissarum sustulit, bonis eorum in fundum religionis et studiorum conversis. Vid. Enchiridion Juris Eccles. per me an. 1848. Posonii edit. Tom. II. §. 39. p. 44. et s. edit. III.

§. 116.

Ordinum religiosorum restauratio.

Sedes Apostolica per triginta, et quod supra est, annos partim non audita, partim violente oppressa, actus omnes eos, quibus religionis libertas, aut disciplinae vigor limitabatur, non aliter impedire valebat, quam improbando, et perperam acta condemnando. Postquam vero devicto communi totius Europae hoste Napoleone I. anno 1814. Pius VII. libertati restitutus fuisset, praeter alia sublatos quoque ordines religiosos instaurare cupivit, ideo-

[1]) Caraccioli vie du Pape Clemens XIV. Paris 1775. 12. Costard le genie Ganganelli Paris 1775. Leben Clemens XIV. Berlin 1774. 3. B. Leben Clemens XIV. Frankf. und Leipz. 1775. 2. B.

[2]) Lettres interessantes du P. Clement XIV. traduites du Latin 1776. Tom. III.

que mox societatem Jesu bulla: „Sollicitudo omnium ecclesiarum“ repristinatam declaravit, tanto magis, quod eam jam anno 1804. in regno utriusque Siciliae ad preces regis instituerit. Porro reliquos utriusque sexus ordines a novatoribus in statu pontificio sublatos, pariter instauravit, ecclesiis, claustris, domibus et proventibus cunctis restitutis [1]). Jesuitae igitur in statu pontificio superstites Romae semet collegerunt, novitiatum erigentes adeo felicem, ut breve intra tempus 40 viri dignitate et eruditione celebrati, eidem adscriberentur. Postmodum Jesuitae non solum ad alias status pontificii terras semet extenderunt, collegia aut domus ubique condentes, verum etiam ad regnum Siciliae et Sardiniae nec non ad ducatum Mutinensem ab imperantibus provocati, transiverunt, pluribusque in urbibus ditionum illarum sedem figentes, continuo majores progressus faciunt. Sed etiam extra Italiam recepti sunt, Friburgi, et Vallesiae urbes Helvetiae eos adoptarunt. Anglia eis facultatem concessit collegium erigendi, Hispaniae rex anno 1819. ab imperatore Russorum 40 viros ejusdem ordinis ad collegia nova in regno condenda petiit. E Russia exules *) anno 1820. in Galiciam recepit Franciscus I. Austriae imperator, assignato eis Tarnopoli Dominicanorum claustro cum onere instituta literaria tum inferiora tum superiora magistris providendi. Ab hoc tempore in alias quoque terras Austriae uti Graecium, Lincium etc. ac recentissime in Hungariam quoque speciatim Tirnaviam, ubi benefactorum liberalitate pro illis novitiatus fundatus est, per Em. Cardinalem Scitovszky Primatem regni et Archiepiscopum Strigoniensem introducebantur, ac institutioni Gymnasii per eum anno 1852. organizati praeficiebantur. Imo in Gallia quoque nunc receptos fuisse paginae publicae testantur. Porro Jesuitae plures ex iis, qui e Russia exulare cogebantur, in Americam septemtrionalem trajicientes in terra Mariana consederunt, ac collegium et domum probationis ibidem erexerunt. Washingtonii autem seminarii episcopalis regimen et in-

---

[1]) Berault-Bercastel's Fortsetzung oder neueste Geschichte der christl. Kirche. Augsburg 1836. Tom. 6. p. 658. et s.

stitutionem obtinuerunt [1]). Quod ordinem S. Benedicti attinet, hunc in Bavaria anno 1835. receptum et scholis praefectum esse, ex paginis publicis constat. Quod in Gallia quoque factum fuisse eodem ex fonte notum est. Apud nos in Hungaria ordines S. Benedicti, Praemonstrati, et Cisterciensium idem Franciscus I. imperator et rex Hungariae anno 1802. ea sub conditione restituit, ut in designatis locis scholas doceant. Hoc in munere penes modificationes per Excels. institutionis publicae Ministerium recentissime introductas praedictorum ordinum viros laudabilem reipublicae operam nunc quoque praestare nullus est, qui dubitare audeat.

*) Praecipua causa expulsionis Jesuitarum ex imperio Russico erat, quod conversiones schismaticorum ad religionem Catholicam juxta officium cujusvis Catholici per eos factae fuerint. V. Tübinger Quartalschrift für Theologie 4. Heft anni 1820.

§. 117.

Coelibatus Clericorum.

Cum Ferdinandus I. imperator cerneret, non paucos e presbyteris catholicis praesertim in Germania ad protestantismum deficere, his obviare volens in concilio Tridentino petiit, ut suis in terris et in universa Germania matrimonium clericis inire concederetur, quod, esto alii quoque, uti Andreas Dudich episcopus Tinniniensis, in concilio memorarent *), Pontifex attamen Pius IV. votis eorum minime subscribendum esse duxit, cum et reliqui episcopi Hungariae praesertim Nicolaus Olahus Archiepiscopus Strigoniensis et Primas regni nec non alii patres petito huic adversarentur. Neque meminit Historia ullius ab illo tempore imperantis catholici, qui petitum illud renovasset, excepto Napoleone I. Galliae imperatore. Verum et hic frustra. Accidit quidem et hoc et praecedenti seculo, ut plura scripta in Gallia, Italia et Germania publicata fuerint, quibus coelibatus cleri impugnabatur [2]).

[1]) Bericht der Leopoldinen-Stiftung im Kaiserth. Oesterreich. 5. Heft 1833. Tübinger Theol. Quartalschrift 1820. 4. Heft.

[2]) M. G. Calixtus de conjugio clericor. seu de libertate conjugii adversus Pontificis leges etc. ex jure divino et humano novis curis ab H.

'erum ea cuncta multiplici ratione refutata fuisse aeque ertum est [1]). Imo ubi deputati cleri Badensis occasione omitiorum anno 1828. in eodem principatu celebratorum cripto sublationem coelibatus petiissent, princeps et priıores principatus, item Archiepiscopus Friburgensis eos 'elut ad non competens forum conversos a petito remoerunt [2]), quod ipsum in simili fere casu cum nonnullis resbyteris Trevirensibus, Würtembergicis et Americais recentissime factum. Et merito; nam fundamentum t utilitatem ecclesiastici coelibatus, nec non ejus cum ublimiorum officiorum executione salutarem et uberimum nexum scriptores non solum catholici, verum et rotestantes et numero et pondere argumentorum demontrant. Vid. Würdigung des Coelibats nach der Vernunft nd Offenbar. zur Rechtfertig. des Coelibats der kath. Geistl. 'oblenz 1831. Cf. Kerz in kath. Lit. Zeit. 24. Jahrg. 1. B. [I. H. 1833. p. 287—292. Enchirid. Jur. Eccl. per me edit. 848. edit. III. Tom. II. §. 20. et seq.

*) Andreas Dudich de Horevicza anno 1563. episcopus Quinqueecclesiensis factus ad Sigismundum Poloniae regem a Maximiliano imperatore missus est, ut turbatam inter eum et conjugem ejus Catharinam imperatoris sororem pacem domesticam restitueret. Verum et oleum et operam perdidit, et ipse fidei jacturam fecit. Nam ibi Reginam Strass aulae regiae herulam in uxorem duxit, et episcopatui omnibusque dignitatibus suis valedicens, in Polonia privatam vitam duxit, sicque communione Ecclesiae ejectus, naufragium fidei potius pati voluit, quam a coeptis desistere. Vid. Lorandus Samuelfy de vita et scriptis Andreae Dudith, seu Orationes 5. in concilio Trid. habitae p. 1—64. Halae Magd. 1747. item Quirini Reuter de scriptis Dudithii Offenbach 1610.

Ph. Henke edit. Helmstad. 1787. I. G. F. Koerner vom Coelibat der Geistl. Leipzig 1787. I. Weinemann soll der Coelibat der kathol. Geistl. ferner fortbestehen oder soll er aufgehoben werden. Tübing. 1820.

[1]) Stanislaus Hosius episcopus Ermeland. et Cardinalis in opere de conjugio sacerdotum. Fr. Zaccaria historia polem. coelibatus. Flamminii Cephalii vindiciae coelibatus Augustae Vindel. 1787, I. A. Sulzer die erheblichsten Gründe für und gegen den Coelibat der Geistl. 1827. Augsb. und München.

[2]) Petitum cleri principatus Badensis erudite ac fundate refutatur in ephemerid. literar. Der Catholik VIII. Jahrg. X. und folg. Heft anno 1828.

§. 118.

Disciplina Seminariorum.

Cui major regni moralis propagatio, ad quam sacerdotes destinantur, cordi est, facile perspicit, quam momentosa res sit, ut bona et conveniens illorum juvenum, qui statui ecclesiastico semet consecrant, educatio omnimode promoveatur „Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea“ [1]); item „Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua“ [2]). Educationem in distincta domo sub cura episcopi, aut superiorum ab eo constitutorum, optimam esse, jam veteres agnovere, cum defectus in juvenibus a consortio mundi, et pravis exemplis separatis, facilius emendari possint, item disciplina ab omnibus aequaliter observanda facilius eorum perfectionem promovere valeat. Qualiter olim juvenes educati fuerint, e statu literarum periodo secunda et tertia capite II. partis II. pertractato videre licet. Periodo hac semper jam magis sentiebatur seminariorum episcopalium defectus, nam etsi nec olim similia instituta educandae juventutis ecclesiasticae defuerint, hac tamen periodo multum perfecta sunt. Primus Cardinalis Polus fuit, qui a Maria Angliae regina ad restituendam religionem catholicam evocatus, postmodum Archiepiscopus Cantuariensis factus, suscepta anno 1556. cleri reformatione seminaria episcopalia erexit. Plurimum tamen de seminariis meruit concilium Tridentinum, quod erectionem seminariorum omnibus episcopis imposuit, simulque formam et coordinationem eorum determinavit [3]). Carolus Boromaeus Cardinalis et Archiepiscopus Mediolanensis e concilio Tridentino reversus, illico manum seminario condendo admovit, et egregio liberalitatis exemplo opus consummavit [4]). Gregorius XIII. Pontifex pro suo in religionem catholicam et literas zelo universim viginti

---

[1]) Proverb. XXII. 6.

[2]) Jerem. in thren. III. 27.

[3]) Concil. Trident. sess. XXIII. Cap. 18. de reform. anno 1563. 15. Julii inchoata.

[4]) Carolus Boromaeus in instit. semin. P. III. cap. 1. item Huth die Bildung des Priesters.

duo seminaria erexit [1]). Collegium Romanum exemplaris adinstar respectu tam constitutionis internae, quam zeli et eruditionis doctorum toti orbi catholico proponi potest, ex quo maximi viri Germaniae et Hungariae prodiverunt. Quamvis institutis his revolutio Gallica magnam stragem intulerit, ex antiquorum tamen ruderibus nova exurrexerunt tanta, ut non solum pro Theologis et animarum pastoribus, verum et pro tenera juventute, quae ad clerum destinatur, formanda, sic dicta parva seminaria in quavis dioecesi fundarentur [2]) *). In ditionibus Austriacis sub Josepho II. imperatore quidem etiam praejudicia seminariis illata sunt, siquidem illa jurisdictioni plane politicae subordinarentur; at revocato mox decreto imperatoris ea episcoporum jurisdictioni restituebantur [3]). In Bavaria aliisque ditionibus tam catholicis, quam acatholicis seminariorum organizatio, doctrina et administratio hodie vi concordatorum cum Sede Romana initorum episcopis pleno jure relinquuntur [4]). Quod vero Hungariam attinet, hic I. post concilium Tridentinum Nicolaus Olahus Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis anno 1566. pro 10. alumnis seminarium S. Stephani fundavit Tirnaviae. Illud successu temporis pluribus auctum est [5]). II. Petrus Pázmán Cardinalis, Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis anno 1619. S. Adalberto dicatum seminarium condidit pariter Tirnaviae. III. Pro juventute Hungariae idem Cardinalis anno 1623. seminarium fundavit Viennae, hodiedum a nomine ejus compellatum, et seminarium ab Oláho conditum mox ampliavit, novisque fundis auxit [6]) **). IV. Seminarium Posonii surrexit S. Emerico duci dicatum. Ejus fundator Emericus Losy Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis fuit, qui illud anno

[1]) Ex his hodiedum supersunt seminaria Viennae, Graecii, Dillingae, Pragae, Fuldae, Olomucii et Braunsbergae in Borussia.
[2]) Pflanz über das religiöse und kirchliche Leben in Frankreich. Stuttgard und Tübing. 1836. p. 99. et seq.
[3]) Rechberger Enchirid. Juris Ecclci Austriaci Tom. II. §. 5 et 6.
[4]) Frey Kritisch. Kommentar über Kirchenrecht fortgesetzt von Fr. Scheill IV. Th. 1. Abth. §. 19.
[5]) Archiepiscopi Strigonienses typis societ. Jesu Tirnaviae anno 1772. p. 108.
[6]) Oper. cit. p. 123.

1641. omnibus praesidiis ad vitae usus tunc necessariis instruxit ***). V. Seminarium et quidem generale pro totius regni clero ordinatum sub Georgio Lippay Primate regni et Archiepiscopo Strigoniensi munificentia Ferdinandi III. regis, qui praeposituram veteris Budae eidem anno 1649. donaverat, aeqae Tirnaviae fundatum est. In hoc alumni ad normam collegii Romani S. Apollinaris veste rubea utebantur, ex totius regni dioecesibus collecti. VI. Georgius Szelepcsényi Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis videlicet seminarium B. M. Virgiginis anno 1678. eadem in urbe condidit. Similia instituta in aliis quoque dioecesibus condita fuere, postquam episcopi Hungariae in synodis pluribus Tirnaviae collecti propositum fecissent, negotium isthoc summo cum zelo effectui mancipandi [1]). Instituta haec Josephus II. imperator in seminaria generalia primo tria Posonii, Agriae, Zagrabiae, postea duo Posonii et Pestini convertit eo adjecto, ut clerus tam secularis quam regularis eorsum disponeretur, Theologiam per quinquennium auditurus. Sublatis per Franciscum I. imperatorem et regem seminariis generalibus, ac introducto quavis in dioecesi seminario gremiali, centrale quoque Pestini, utpote ad scientiarum universitatem Hungaricam anno 1805. in vicem illius, quod olim Georgius Lippay fundaverat, conditum. His in musarum sacrarum sedibus alumni Ecclesiae Hungaricae sub paterna cura et directione antistitum suorum educantur, philosophicis, theologicis et juridicis scientiis excoluntur, in disciplina ecclesiastica exercentur, virtute Christiana firmantur, ceterisque omnibus qualitatibus ad statum requisitis, uti cerimoniis, cantu, arte oratoria, cognitionibus linguarum, imo calligraphia, pictura et musica quoque non mediocriter excoluntur. Vid. Frey kritisch. Kommentar über Kirchenrecht T. IV. §. 19. p. 73. et seq. Jacob Frint über die intellectuelle und moralische Bildung der Klerik, et Enchirid Juris Eccles. per me Posonii 1848. edit. Tom. II. §. 4. et 5. edit III.

---

[1]) Vid. synodi de 1633. 1638. 1648. apud Péterfy in sacr. concil. regni Hungar. part. II.

*) Parvorum Galliae seminariorum nomine veniunt instituta (ecoles secondaires ecclesiastiques), in quibus juvenes ad statum ecclesiasticum destinati studia gymnasialia absolvunt, et educantur, a reliqua juventute civili inde a tenera aetate separati. Hi absoluto studiorum gymnasialium cursu ad majora seminaria pro Philosophia et Theologia audienda promoventur. Vid. A. Pflanz über das religiöse und kirchliche Leben in Frankreich. Stuttgard und Tübingen 1836. p. 90 et seq.

**) Idem Cardinalis Pázmán anno 1624. Tirnaviae convictum pro sustentanda et educanda juventute nobilitatis patriae fundavit, ejusque directionem Jesuitis concredidit. Ejus exemplum secutus Cardinalis Scitovszky Primas regni et Archiepiscopus ecclesiam Strigoniensem nunc felicissime gubernans, anno 1851. convictum eundem injuria temporum collapsum, instauravit, ac cunctis subsidiis literariis et temporalibus in patriae emolumentum liberaliter providit. Quia vero eodem in aedificio Theologiae auditores gremiales domiciliabantur, eos una cum facultate theologica Strigonium transtulit, organizato Tirnaviae Gymnasio majori, cujus professores convictui praesunt.

***) Rem epigramma ad frontem seminarii positum publicat:

Hoc Emerice Losy plantasti lilia fundo
Liligerae Matri, liligeroque duci.
Ergo Emericanae hic crescant virtutis alumni,
Quos Deus et virgo, quos Emericus amet.

§. 119.

Disciplina poenitentiae, jejunia, indulgentiae, excommunicatio.

Disciplinaria Ecclesiae decreta labente periodo hac non tantum relaxata et sublata non sunt, verum potius iterato in synodis inculcata et aucta. Et quidem quoad poenitentiam licet concilium Tridentinum decreverit [1], ut pro peccatis publice commissis, quae videlicet aliis materiam scandali praebuerint, poenitentia publica dictaretur, episcoporum tamen judicio reliquit disponere, utrum ea publice subeunda, aut vero in occultam commutanda sit. Et profecto rerum adjuncta hucdum talia fuisse visuntur, ut decretum illud concilii vix unquam effectui daretur. Negari tamen nequit etiam Benedictum XIII. Pontificem de poeniten-

[1]) Trident. Concil. sess. XXIV. cap. 8. de reform.

tia quadam publica instauranda serio cogitasse. De jejuniis vero ante sublatos per Clementem XIV. dies festos observandum, eadem nullatenus abolita, sed solum in dies Mercurii et Veneris per tempus Adventus translata fuisse. Fatendum tamen est, periodo hac non levem teporem in observandis diebus abstinentiae, et jejunii inter fideles praesertim Austriae irrepsisse adeo, ut s. mater Ecclesia ad dispensationem elargiendam interpellata, eorum precibus detulerit, ac cum iis in abstinentia diei sabbati ad tempus dispensaverit, obligatione tamen quoad reliqua Ecclesiae jejunia et abstinentias manente. De indulgentiis concilium Tridentinum statuit, earum usum velut populo christiano maxime salutarem retinendum [1], in eis tamen concedendis moderamen observandum, abusus circa eas castigandos, et praecipue omnem quaestum pro eis lucrandis sufferendum, ac ipsum nomen quaestorum eleemosynarum abolendum esse [2]. Et reapse ab illo tempore indulgentiae plenariae, non plenariae, portiunculae, jubilaei, aut aliae quaecunque rarius et nunquam ad fines temporales conferuntur. Usui tamen salutari indulgentias concedendi et Episcopi et Pontifices Romani in hodiernum usque tempus inhaeserunt. Ita Pius VI. Pontifex anno 1795. ad intercessionem Francisci imperatoris et regis Hungariae ad antevertendam saevitiam belli Gallici pro omnibus monarchiae Austriacae incolis indulgentias jubilaei concessit [3]. Ita Pius IX. Ecclesiam Christi hodie felicissime gubernans Pontifex anno 1851. ad intercessionem Cels. Principis Joannis Scitovszky Primatis et Archiepiscopi Strigoniensis recentissime purpura Cardinalitia donati indulgentias jubilaei in gratiarum actionem ob feliciter superatam patriae revolutionem largitus est. Hodie indulgentias jubilaei a quovis fere Pontifice cum auspicio pontificatus sui concedi, nostrum quisque, qui earum participes reddebamur, novit [4]. Quantum ad ex communicationem, licet ea in peccatores hodie rarius

---

[1] Concil. Trid. sess. XXV. decret. de indulgent.
[2] Sess. XXI. cap. 11. de reform. et sess. XXV. decret. de indulgentiis.
[3] Protocoll. ordination. dioecesanar. Parochiae Tirnaviens. anno 1795. 12. Maji pag. 144.
[4] Berault Bercastel's Fortsetzung oder die neueste Geschichte der christl. Kirche Augsb. 1836. Tom. VI. p. 797. et seq. §. 256.

pronuncietur, non tamen desunt exempla, eam a summis Pontificibus etiam in imperantes civiles, uti Napoleonem I. propter violata jura, et expilatas ditiones Ecclesiae, in haereticos propter contumaciam, in violatores sanctitatis matrimonii, propter ruptum indissolubilitatis vinculum pronunciatam fuisse. Jure autem divino id fieri probant canonistae. Vid. Enchirid. Juris Ecclci per me anno 1848. Posonii edit. Tom. I. §. 111. p. 95. edit. III. Tom. II. §. 299. pag. 303. et seq.

§. 120.

Inquisitio sacra sublata.

Circa medium seculi XVI. Paulus III. Pontifex inquisitionem sacram languescentem instaurare conatus, eam congregatione sex Cardinalium munivit, quos esse voluit „in omnibus et singulis reipublicae christianae civitatibus, ac in Romana Curia super negotio fidei commissarios et inquisitores generalissimos, quibus esset alios inquisitores ubivis locorum instituendi potestas" [1]. Hoc praesidio suffulta inquisitio judicia sua in plerisque provinciis juxta §. 39. per. III. faciebat. Apud nos licet et reges et regni ordines in comitiis severissimas leges capitis contra Lutheranos, et alios novatores ferrent [2], Clemens VII. attamen hic etiam comitem Franciscum de Frangepan ex ord. S. Francisci postea ad infulas Colocenses promotum, haereticae pravitatis inquisitorem constituit [3]. Ei in munere successit Antonius Grosuptus ex ord. Praedicator. patria Italus ad Hungariam, Transilvaniam, Bohemiam et Poloniam deputatus. Cum tamen successu temporis munus inquisitorum in patria episcopis dioecesanis deferretur, sacrae inquisitionis tribunal penitus cessavit. Quia vero illud successu temporis aliis quoque principibus displiceret, sensim ubique tollebatur tanto facilius, quod jam seculo XVIII. ejus rigor plurimum minueretur, et arctioribus

1) Constitut. „Licet ab initio" in bullar. Rom. Tom. I. p. 762.
2) Anni 1523. art. 24. in Corp. Jur. Hung. item an. 1525. art. 4. Anni 1548. art. 11.
3) Szvorényi Amoenit. Hist. Eccles. fascic. III. Num. II. p. 98. et seq. Enchirid. Jur. Eccl. per me edit. Tom. II. §. 205. edit. III. Posonii 1848.

limitibus circumscriberetur. Omnibus autem praeivit Maria Theresia imperans Austriae et Hungariae, quae illam anno 1775. in Lombardia sustulit. Idem fecit anno 1782. rex Siciliae Ferdinandus, et Joannes VI. Portugalliae anno 1825. Licet vero Ferdinandus VII. rex Hispaniae Napoleone ad Elbam relegato inquisitionem sacram per Gallos in Hispania sublatam, restituisset, deputati tamen nationis anno 1820. congregati eam rursus abrogarunt, et abolita deinceps quoque mansit eo, quod et reliqui Europae principes id ipsum postulaverint [1]). Pius VII. Pontifex terris suis restitutus inquisitionis speciem quamdam instauravit, cujus tamen scopus non est alter, quam ecclesiasticos immorigeros, et defectibus laborantes inquirere, eosque pro ratione commissi excessus plectere, ac emendare. Ut adeo quisque videat, inquisitionem sacram, de cujus abusibus ultra aequi justique limites novatores temporis nostri continuo clamitant, ex tota Ecclesia Catholica sublatam esse. Vid. Llorente Histoire critique de l'inquisition d'Espagne traduite de l'Espagne par A. Pellier Paris 1817. 4. Tom. Nicol. Eymericus directorium inquisitor. Barcinon. anno 1503. cum commemorat. Fr. Pegnae 1587. Fr. A. Biener Beiträge zur Gesch. des Inquisitions-Processes Leipzig 1827.

Caput VI.

Concilia.

§. 121.

Concilium Tridentinum.

Concilium hocce sub tribus Pontificibus celebratum est. Sub Paulo III. qui illud 13. Decembris anno 1545. inchoavit, Julio III. qui continuavit, et Pio IV. qui anno 1563. eidem finem imposuit. Legatis pontificiis praesidium tenentibus decretum de concilio inchoando sessione I. cui

[1]) Marsollier Hist. de l'inquisition et son origine Cologne 1693. 8. H. I. Cramer Briefe über Inquisitionsgerichte und Ketzerverfolg. in der Röm. Kirche II. T. 1792. Münter Gesch. der Sicilianisch. Inquisition aus dem Französisch. von Höck T. IV. Gmünd 1819. Le Bret Magazin der Gesch. T. 8. Huth Versuch einer Kirch. Gesch. des 18. Jahrhund. T. 2.

29 episcopi interfuerunt, perlectum est, in quo exstirpatio haeresum, pax et unio Ecclesiae, reformatio cleri et populi Christiani velut fines concilii publicabantur. Initio quaestio fuit, utrum opus reformationis aut vero fidei decisiones primo loco asumendae sint, ac in eo conventum, ut in quavis sessione et fidei definitio et disciplinae reformatio assumeretur ita tamen, ut negotia et causae definiendae prius in conventibus privatis per theologos et canonistas discuterentur, horum consulta in congregationibus generalibus proponerentur, ac tandem in concilii sessionibus publicis promulgarentur. Sessione II. et III. cum praeparationibus ad concilium transactis, in sessione IV. transitus ad res fidei factus et canon S. Scripturarum promulgatus est, seu libri illi velut sacri et inspirati publicati sunt, qui in Versione Latina seu Vulgata comprehenduntur. Praeterea ex variis Scripturae versionibus, quae tunc circumferebantur, eadem Vulgata ut authentica declarata est, quae publice praelegi, in collegiis literariis, disputationibus et concionibus valide adhiberi possit. Traditionibus divinis eadem ac Scripturae Sacrae reverentia seu auctoritas adscripta et decisum, ne quis contra doctrinam Ecclesiae, cujus est, S. Scripturam interpretari, et contra unanimem patrum consensum eam exponere audeat [1]). Sessione V. dogma de peccato originali, VI. de justificatione, VII. de sacramentis in genere explicitum, de baptismo autem et confirmatione speciatim vindicatum, et plures canones, quibus aliter sentientibus anathema dicitur, conditi sunt [2]); postea in eadem sessione decretum de reformatione disciplinae in 15 capitibus adjectum est [3]). Erumpente in Hassia bello Smalkaldico legati pontificii longis tandem precibus a Pontifice impetrarunt, ut concilium Bononiam transferretur. Praeter belli attamen strepitum grassans Tridenti species pestis aeque causa transponendi concilii extitit, licet Imperator, aliique plures translationem concilii non plene probarent; sperabant quippe Protestantes mox devictos ad concilium fa-

[1]) Sessio IV. die 18. Aprilis 1546. celebrata est. Vid. Joan. Gallemart. sacrosanctum concil. Trident. Augustae Vindel. 1781. p. 8.
[2]) Concil. Trid. citat. p. 14—102.
[3]) Gallemartii concil. Trident. p. 102—129.

cilius alliciendos esse. Bononiae solum sessiones tres, VIII. IX. et X. celebratae tum ideo, quod patres imperatori adhaerentes Tridento pedem movere detrectaverint, tum ideo, quod Bononienses patres imperatoris voluntati ultro adversari haud consultum putarent. Quare concilium anno 1548. ad breve tempus dilatum extitit. Mortuo eodem anno Paulo III. successit Julius III. Pontifex, qui concilio prius jam qua primarius Pontificis legatus praefuerat. Is Caroli V. provocationibus morem gerens, concilium anno 1551. Tridenti continuandum indixit. Comparuerunt quidem per imperatorem adursi nunc etiam Protestantes, at cum a placitis suis nullatenus recedere vellent, patres in exponenda et vindicanda fide Catholica progrediebantur. Sessione XI. et XII. cum decretis de resumendo et prorogando concilio absolutis; sessione XIII. doctrina de S. Eucharistiae sacramento explanata, et canonibus conditis transsubstantio, cultus et veneratio eidem augustissimo sacramento exhibenda, et reliqua fidei Catholicae dogmata vindicata sunt, subjuncto postea decreto ad reformandam disciplinam condito, Protestantibus salvus ad comparendum conductus datus est [1]. Sessione XIV. ad quam Germaniae tres Archiepiscopi electores comparuerunt, doctrina de sanctissimis poenitentiae et extremae unctionis sacramentis explanata, et canonibus vindicata, adnexo reformationis decreto [2]. Sessioni huic legati Protestantium speciatim ducis Würtembergici aliorumque, nec non theologi interfuere, et praesentata fidei confessione a Brentio composita postularunt, ut decisa hactenus praesentibus eorum theologis rursus discuterentur. Quamvis vero concilium his petitis subscribere nunc jam amplius haud posset, sessione tamen XV. cui etiam Nicolaus Oláhus Primas regni Hungariae et Archiepiscopus Strigoniensis interfuit [3], declaratum est, placuisse patribus decretorum promulgationem usque ad proximam sessionem differre, cum sperare liceat, ut Protestantes mox adveniant, et concilii decreta amplectantur. Verum illi Tri-

[1] Gallemartii concil. Trident. p. 134—160.
[2] Ibidem p. 161—210.
[3] Archiepiscopi Strigonienses compendio dati Tirnaviae typis societatis Jesu anno 1752. p. 106.

dentum versus proficiscentes Norimbergae a Mauritio Saxone, qui unionem tantum simulaverat, subsistere jussi, comparere nequiverunt. Cumque idem Mauritius anno 1552. imperatorem Carolum Oeniponti morantem, armis adgressus, vicinas concilii terras bello infestaret, plerisque patribus domum petentibus reliqui sessione XVI. concilium ad duorum annorum spatium suspenderunt, pariter domum discedentes. V. Sfortia Pallavicini e S. J. postea Cardinalis Histor. concilii Trident. Augustae Vindel. 1769. Pauli Sarpi servitae Venetiani Histor. concil. Trident.

§. 122.

Continuatio.

Quamvis parva spes adfulgeret, ut Protestantes, qui pace Augustana illimitatam religionis libertatem obtinuerant, ad concilium deinceps accederent, res tamen ipsa postulare videbatur, ut inchoata fidei definitio, et disciplinae reformatio ad finem perduceretur, quo, si non haeterodoxi ad fidem Catholicam reduci, saltem orthodoxi in religione sua firmari, et factionis adversae augmentum impediri possit. Quare Pius IV. Pontifex prioris successor anno 1560. concilium eadem in urbe prosequendum publicavit. Cum tamen multum temporis eo impenderet, ut Protestantibus quoque accessum ad consultationes persuaderet, concilium non prius quam anno 1562. adperiebatur. Episcoporum numerus nunc jam multo major erat, quam sub Julio Pontifice unquam fuerit. Dum enim tunc non ultra 64 numerus patrum ascenderet, nunc mox in prima seu universim XVII. sessione episcopi 112 majori ex parte Itali et Hispani numerabantur. Verum in hac prout et in tribus sequentibus sessionibus, praeter decretorum promulgandorum prorogationem nihil fere terminatum est, partim quod principum inter reliquos etiam protestanticorum legati expectarentur, partim quod de objectis reformationis disceptationes quaedam orirentur. Legati enim Caesaris non solum reformationem ante omnia suscipiendam statuebant, verum etiam calicis eucharistici laicis, et matrimonii usum clericis concedendum postulabant. Durantibus his episcopi Hungariae post sessionem XVIII. Tridentum rursus advenerunt, et quidem ex parte

Ferdinandi regis Georgius Draskovics Quinque-ecclesiensis, ex parte praesulum Andreas Dudich Tinniniensis et Joannes Kolosváry Csanadiensis, qui consultationum participes, praeorante vel maxime Andrea Dudich absentiam reliquorum Hungariae praesulum eo excusarunt, quod existentibus in patria Turcis sedes suas deserere nequiverint. Postea idem altera oratione de usu calicis eucharistici communem cum caesareis, Bavariae et Galliae legatis defendit causam, verum legati pontificii morem hactenus usitatum mutare, consultum non putabant, ideoque sessione XXI. communionem sub utraque specie haud necessariam declararunt. Ita etiam coelibatum clericorum prorsus intactum et integrum porro etiam conservandum censuit Pius IV. Pontifex, ut adeo tardius sessione XXIV. canone IX. idem confirmatus fuerit. Sessione XXII. doctrina de Missae sacrificio vindicata, et decretum de reformatione adjectum [1]. Sessione XXIII. post longiores discussiones doctrina de sacramento ordinis exposita et confirmata, et reformationis decretum adjunctum [2]. Sessione XXIV. declaratum, matrimonium esse, et semper fuisse sacramentum novae legis, et anathema dictum iis, qui polygamiam licitam esse, Ecclesiae potestatem statuendi matrimonii impedimenta dirimentia non competere assererent, et decretum reformationis adjectum [3]. Sessione XXV. doctrina de purgatorio, precibus pro defunctis, invocatione sanctorum, cultu reliquiarum et sacrarum imaginum, nec non indulgentiis explanata et confirmata, ac omnia decreta sub Paulo III. et Julio III. lata novitus publicata [4]; sicque finis concilio, cujus actis 252 patres subscripserunt die 4. Decembris anno 1563. sub Pio IV. Pontifice imponebatur. Illud anno insequente mense Februario ab eodem Pontifice confirmatum, ac in toto orbe Catholico quoad fidei definitiones velut oecumenicum acceptatum est. Sfortia Pallavicini Hist. conc. Trident. Augustae Vindel. an. 1719. Pauli Sarpi Histor. conc. Trident.

---

[1] Gallemartii concil. Trid. p. 263—313.
[2] Ibidem p. 313—388.
[3] Ibidem p. 389—576.
[4] Gallemartii concil. cit. p. 576—718.

Londini 1619. sub nomine Petri Suavis Poloni prodiit Italice, postea in plures linguas speciatim in Germanic. a Rambach versa.

§. 123.

Synodus Tirnaviensis.

Inter synodos Hungariae notatu digniores periodo hac celebratas referri omnino meretur ea, quam Cardinalis Pázmány Primas regni et Archiepiscopus Strigoniensis anno 1630. Tirnaviae celebravit vel ideo, quod nationalis fuerit, ad quam in virtute sanctae et salutaris obedientiae Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, omnes Praepositos, Ecclesiarum cathedralium et collegiatarum Canonicos, qui jure Metropolitano, Primatiae ac Legationis ad synodum nationalem vocari possunt, et comparere debent, etiamsi alias quomodolibet exempti sint“, formaliter evocavit [1]. Qui comparentes communi cum reliquis synodi patribus suffragio sequentia decreverunt: I. Ut imposterum usus breviarii, missalisque Romani fiat, dummodo patronorum regni Hungariae missas, officia, lectiones, responsoria cum suis festis per quosdam a synodo deputatos collecta, Sedique Apostolicae praesentanda [2], ejusdem assensum consequantur. II. Praelati juxta legem Tridentinam [3] a propriis residentiis ultra duos, aut tres menses non absint, nisi aliud poscat Christiana Charitas, debita obedientia, vel evidens Ecclesiae aut reipublicae utilitas. Hoc autem eveniente facultas a Pontifice Romano, Metropolitano, aut Seniori suffraganeo petenda est. III. Omnes regni praelati ad alendos pro statu Ecclesiae juvenes subsidia quaedam [4] conferant. IV. Ecclesiastici ad beneficium per patronum praesentati Ordinarii investituram impetrare teneantur. V. Praesules dioecesani regulares ad s. ordines promovendos examinent, neque ullus eorum sine Ordinarii indultu pro concione dicere audeat. VI. Ecclesiasticorum testa-

---

[1]) Encyclicae vid. apud Péterfy in concil. Hungar. part. II. p. 298. et seq.

[2]) Literae ad Papam eatenus scriptae leguntur ibidem p. 312.

[3]) Concil. Trident. sess. 6. cap. 1. de reform.

[4]) Nomina eorum, qui protinus aliquid contulerunt, leguntur apud Péterfy in concil. Hungar. p. 310.

menta confirmationi praesulum substernantur, qui haec nisi legibus adversantia, vel inofficiosa fuerint, confirment. VII. Opulentiores canonici semper aliquid seminario vigore testamenti relinquant. VIII. Ordinarii synodos dioecesanas, dum justa ex causa non impediuntur, singulo anno celebrent. IX. Statuta synodi provincialis sub Francisco Forgách Cardinali, Primate et Archiepiscopo Strigoniensi anno 1611. Tirnaviae celebratae ad mores probe instituendos, atque corrigendos edita [1]), nunc quoque inculcentur et renoventur. Reliqua de synodo hac videre licet in Péterfy sacr. concil. Hungariae part. II. p. 297—312.

Archiepiscopum Strigoniensem velut Primatem regni Hungariae et Legatum Natum Sedis Apostolicae jus habere synodum nationalem cogendi, adeoque etiam Archiepiscopum Colocensem, ejusque suffraganeos, nec non Archiabbatem S. Martini montis Pannoniae, aliosque qualitercunque exemptos praelatos et regulares ad synodum nationalem convocandi ex his clarescit: I. Nicolaus V. Pontifex, in bulla „Sacro sanctae" anno 1452. edita Dionysio Széts Archiepiscopo Strigoniensi „omnimodam potestatem Primatiae et Legationis in ecclesias etiam exemptas concessit" [2]). Cum autem ad potestatem et jura Primatum in genere [3]), speciatim vero Primatis regni Hungariae spectet synodos convocare et generatim jura primatialia et patriarchalia Romani Pontificis exercere [4]), suapte sequitur, quod tam Archiepiscopus Colocensis, quam Archiabbas montis Pannoniae, ceterique cuncti exempti ad synodum vocati comparere teneantur. II. Archiepiscopum Colocensem Joannem Telegdy, postquam protestatio ejus octo argumentis [5]) per magnae memoriae Cardinalem Pázmány in synodo confirmatis, refutata fuisset, item Archiabbatem montis Pannoniae Georgium Himelreich nec non alios quoscunque patriae nostrae exemptos praelatos, ad praedictam synodum Pázmánianam non secus ad synodum nationalem a Cardinale Rudnay Primate regni et Archiepiscopo Strigoniensi anno 1822. Posonii celebratam cunctos absque ulteriori exceptione personaliter comparuisse Historia testatur [6]), proinde jus

---

[1]) Péterfy part. II. p. 203—218.
[2]) Enchirid. Juris Ecclci per me Posonii anno 1848. edit. Tom. I. §. 211. p. 186. et seq. edit. III.
[3]) Idem Enchiridion Jur. Eccl. Tom. I. §. 196. p. 173. et seq.
[4]) Idem Enchirid. Tom. I. p. 211. p. 186. et seq. edit. III.
[5]) Péterfy s. Conc. Ecclesiae Hung. Tom. II. p. 305. et seq. in Synod. anni 1630. per Pázmány Tirnaviae celebr.
[6]) De synod. Pázmán. Péterfy p. II. p. 307. et 310. De Rudnayana. Vid.

praedictum Archiepiscopi Strigoniensis ut Primatis regni et Legati Nati nulli controversiae obnoxium esse quisque perspicit. Vid. Egyházi értekezések és Tudósitások 1823. I. köt. Enchirid. Jur. Ecclci citat. loc. cit. item argumenta 8 per Card. Pázmány allata in praed. concil. pag. 305. et seq.

§. 124.

Synodus Pistoriensis.

Rem ecclesiasticam reformare cupiens Leopoldus archidux Austriae, magnus dux Hetruriae et postmodum imperator ac rex Hungariae anno 1785. literis circularibus synodos in singulis Hetruriae episcopatibus celebrandas publicavit, quo sic consultationes praevie ad reformandam in concilio nationali disciplinam ecclesiasticam per episcopos institui possint. Objectum reformationis Leopoldus 57 articulis de cultu divino publico, disciplina cleri, et regimine ecclesiastico sonantibus exposuit. Episcopi omnes articulis his privatim discussis, mox sententiam suam, quin synodum celebrarent, duci transmiserunt, solus Scipio Ricci episcopus Pistoriensis synodum dioecesanam convocavit, ac in ea non solum articulos a duce missos confirmavit, verum etiam diversa circa doctrinam in scholis theologicis exponendam et circa vitam et mores clericorum statuit, denique sex articulos de reformanda re matrimoniali et monastica condidit. Demum cuncta haec Leopoldo duci exhibuit, eum interpellans, ut tam ipse auctoritate sua eadem confirmaret, quam et a futuro concilio nationali adprobari faceret. Generatim episcopus et clerus Pistoriae congregatus ultra justi limites libere sensit, sicque etiam decrevit. Nam praeter alia synodi Pistoriensis decreta notari merentur sequentia: 1) Episcopis jura ad regendas ecclesias necessaria a Christo data esse, proinde cum subtrahuntur, eadem ab illis revindicari ad lubitum posse. 2) Parochis in synodo dioecesana idem ac episcopo jus et votum decisivum competere. 3) Indulgentiis nonnisi poenas canonicas remitti. 4) Reservationem quorumdam casuum conscientiae abrogandam esse. 5) Ex communicationi

Nachrichten und Betrachtungen über die ungar. Nationalsynode vom Jahre 1822. Sulzbach 1824. p. 14.

externum nonnisi effectum competere. 6) Potestatem statuendi impedimenta Matrimonii dirimentia et in iis dispensandi imperanti civili competere, et Ecclesiam eadem potestate hactenus ex concessione tantum principis civilis usam fuisse. 7) Certam quamdam imaginem prae aliis colere superstitiosum esse. 8) Linguam vernaculam in Liturgia clara voce celebranda adhibendam esse [1]. Cum Leopoldus dux ex literis episcoporum ad 57 articulos datis intelligeret: eos in opinionibus suis nimium dissentire, cunctos anno 1787. Florentiam evocavit, quo in generali ante synodum nationalem consultatione animi eorum ad unam eandemque sententiam disponerentur. Convenientibus igitur eodem anno 3 Archiepiscopis et 14 episcopis aliisque theologis articuli 57 a duce propositi rursus examinabantur, et nonnullis eorum adprobatis, alii immutabantur, alii autem penitus reprobabantur. Quare Leopoldus viso eo, quod praelati ducatus sui de objectis propositis convenire nequeant, eos non sine displicentia domum re infecta dimisit, proposito concilium nationale celebrandi penitus dimisso. Denique quantum ad decreta synodi Pistoriensis, illa praelati Hetruriae fere cuncta reprobarunt, neque aliud quam solam abrogationem juramentorum in matrimonio formalitatis causa emitti solitorum, rati habuerunt. Pius VI. Pontifex autem in bulla anno 1794. edita 35 propositiones ex actis ejusdem synodi excerptas, proscripsit, variisque censuris notavit, quam sententiam Pontificis Riccius, qui prius jam episcopatui renunciaverat, anno 1805. cum Pius VII. Pontifex Parisiis Romam redux Florentiae brevi tempore moraretur, propria subscriptione confirmavit. V. Plank, neueste Religionsgesch. 1. Th. p. 3. et seq. Walch neueste Religionsgesch. V. B. Seite 5. et seq. Schmalfus Hist. Eccles. Tom. V. Huth Kirchengesch. des XVIII. Jahrhund.

§. 125.

Synodi in Gallia celebratae.

Feralis eventus revolutionis ultimo decennio seculi

---

[1]) Atti e decreti del concilio dioecesano di Pistoja. De Potter vie de Scipion de Ricci evêque de Pistoja et Prato III. tomes Bruxelles 1825. Vater's Anbau der neuesten Kirchengeschichte.

prioris in Gallia erumpentis, plures quoque synodos post se traxit. Ita I. Constitutionales episcopi Galliae anno 1797. Parisiis in ecclesia cathedrali sub praesidio Claudii Lecoz Archiepiscopi Redonensis congregati, synodum celebrarunt, quatenus deliberarent, qualiter in communione cum capite Ecclesiae deinceps quoque perseverare possint. Nam Pius VI. Pontifex et civilem constitutionem et jusjurandum a sacerdotibus novae constitutioni, quae in ruinam religionis tendebat, praestitum improbavit, ac speciatim Taleyrandio episcopo Augustodunensi functiones episcopales interdixit, et Cardinalem Lomeni Archiepiscopum Senonensem e sacro purpuratorum collegio exclusit, denique totum constitutionalem clerum Galliae ut schismaticum reprehendit, siquidem viventibus antiquis novi et episcopi et curatores animarum per rempublicam constituerentur. His igitur cunctis medelam adferre volentes sessiones 6 celebrarunt, et in 17 punctis coaluerunt [1]). Quamvis autem satis conarentur schisma a se removere, communionemque cum capite Ecclesiae reductam cuperent, nihil tamen jam propter assumta principia sua effectuare poterant aliud, quam quod ritus quospiam veteres ad catholicum cultum conservandum resumerent. II. Novum iidem praelati constitutionales Galliae conventum sub ejusdem Metropolitae praesidio anno 1802. Parisiis celebrarunt, itidem consultantes, qualiter cum S. Sede Romana ad communionem redire et cum eadem velut unitatis centro novitus conjungi valerent. Conventui huic, cui 40 episcopi interfuerunt, concordatum inter Pium VII. Pontificem et Napoleonem Bonaparte tunc consulem initum [2]) finem imposuit. In hoc conventu praelati Galliae decretis tribus jus episcopos canonice instituendi Sedi Romanae vindicant [3]). Praeter has duas nationales Galliae synodos III. Celebrata fuit congregatio Parisiensis. Haec sic enata est: Cum Pius VII. Pontifex Roma per Gallos occupata in eorumdem potestate constitutus, consultationes cum sacro Cardinalium colle-

---

[1]) Puncta haec legi possunt in Berault-Bercastel's Fortsetzung oder die neueste Gesch. der christl. Kirche. T. I. p. 40. et seq. Augsb. 1833.
[2]) Berault-Bercastel's Fortsetz. p. 132. Tom. I. concordatum legi potest.
[3]) Ibidem p. 130. et seq.

gio libere instituere non valeret, episcopis Galliae a Napoleone nominatis, canonicam institutionem denegabat, quare imperator anno 1809. imperii episcopos octo sub praesidio Cardinalis Fesch avunculi sui convenire jussit. His praeter alia hanc quaestionem resolvendam proposuit: an Pontifex dum imperator Galliae concordata et pacta ecclesiastica nullatenus laedit, institutionem canonicam episcopis a se nominatis ulla ratione negare possit, et quid pro casu eo, quo Pontifex id faceret, religioni proficuum esset? cum resultatum congregationis hujus esset, quod episcopus ab imperatore nominatus ante canonicam Pontificis institutionem a Capitulo in vicarium generalem eligi, sicque dioecesim regere possit, hanc autem decisionem Romanus Pontifex condemnaret, utpote adversam Tridentinae, quae praecipit, ut Capitulum sede vacante intra 8 dies vicarium capitularem e gremio suo eligat [1]), tota congregatio dissoluta est. IV. Cum nec his scopum suum assequeretur Napoleon novum rursus conventum, ad quem praeter priores octo episcopos adhuc duo accederent, Parisiis anno 1811. celebrari jussit. Finis huic is praefixus erat, ut conventus ipse velut concilium nationale episcopis ab imperatore nominatis, canonicam institutionem largiretur. Verum cum conventus praeorante Emery abbate S. Sulpitii significaret Napoleoni, acta conventus nequaquam valitura esse, nisi a Pontifice Romano confirmarentur, imo sibi jus confirmandi episcopos nequidem competere declararet, is pariter re infecta solutus est. Vid. Berault-Bercastel's Fortsetzung oder die neueste Gesch. der christl. Kirche. IV. p. 538—560.

§. 126.

Synodus Transilvaniensis.

Synodum hanc Ignatius baro Szepesy episcopus Transilvaniensis anno 1822. Albo-Carolinae ex universo clero tam seculari, quam regulari ad diem 13. Aprilis, quae in diem primam Domini post pascha incidit, convocavit. In

---

[1]) Concil. Trid. sess. XXIV. cap. 16. de reform. Enchirid. Juris Eccl. Tom. I. §. 241. p. 209. et seq.

hac synodo quinque dierum intervallo absoluta leges et statuta de personis ecclesiastico munere fungentibus, de rebus sacris et de judiciis ecclesiasticis condebantur. Parte I. leges ab episcopo, auditore causarum generali, capitularibus, abbatibus et praepositis nec non canonicis honorariis, item archi- et vicearchidiaconis, parochis aliisque in cura animarum constitutis, observandae recensentur, professorum Lycei episcopalis, seminarii superiorum et ipsius instituti officia explanantur, ac regularium utriusque sexus obligationes explicantur, prout et de reliquis personis ad patronatum aut servitium Ecclesiae deputatis, tractatur. Parte II. de religionis exercitio catholicis, aliisque quatuor confessionibus concesso, de aedium sacrarum structura, ornatu, sacra supellectili, et de ordine cultus divini, administratione sacramentorum, scholis, immunitatibus ecclesiasticis, testamentis, synodis dioecesanis acatholicorum etc. tractatur. Parte III. ordo judiciarius, objecta et personae fori spiritualis explanuntur, ac in appendice variae relationum officiosarum formulae continentur. Synodus haec multa praeclara condidit, nonnulla tamen in ea etiam occurrunt, quae praeceptis s. matris Ecclesiae, et encyclicis, quas Pius VIII. Pontifex die 25. Martii 1820. de prolium e mixtis matrimoniis genitarum educatione publicavit, haud conformia sunt [1]), siquidem ibi statuatur, ut proles masculae e mixtis matrimoniis ortae in religione patris, femellae in religione matris educentur. Vid. Statuta almae Dioeces. Transilv. anno 1822. die 17. Aprilis in synodo dioecesana publicata et concordibus votis adprobata.

Eodem anno 1822. die 8. Septembris inchoata fuit synodus nationalis Posonii ab Alexandro Rudnay Primate regni et Archiepiscopo Strigoniensi, postmodum S. Romanae Ecclesiae Cardinali indicta. Huic post synodos dioecesanas, in quovis episcopatu celebratas, interfuerunt Archiepiscopi, Episcopi, Archiabbas montis Pannoniae, Praepositi capitulorum, Abbates et Praepositi regularium, aliique ad synodum vocati [2]). In hac synodo multa praeclara fidei et morum de-

---

[1]) Statuta dioeces. Transilv. anno 1822. die 17. April. in synodo dioecesana publicata et concordib. votis adprobata p. 136. §. 1. 3. et 4.

[2]) Nominetenus omnes recensentur in Nachrichten nnd Betracht. über die ungar. Synode von 1822. Sulzbach 1824. p. 13—17.

creta condebantur, cum tamen ejusdem acta altissimam Regis Apostolici adprobationem necdum tulerint, plura de his narrare praescindo. Vid. Dr. Fabii Nachrichten und Betrachtungen über die ungarische Nationalsynode vom Jahre 1822. Sulzbach 1824.

Ecclesiae catholicae Hungariae hodie praesunt: Eminentissimus ac R. D. Cardinalis Joannes B. Scitovszky de Nagy-Kér, Princeps Primas regni et Archi-Episcopus Strigoniensis, S. Sedis Apostolicae Legatus Natus, regni Primas etc. etc. Praesul noster Benignissimus, Gratiosissimus. Adalbertus Bartakovics de Kis-Apony Archi-Episcopus Agriensis. Josephus Kunst Archi-Episcopus Colocensis, Georgius Haulik de Váralya Archi-Episcopus Zagrabiensis, Joannes Hám episcopus Szathmariensis, Emericus Palugyay de Eadem et Bodafalva Nitriensis, Emericus Ozsegovics de Balabassevecz Segniensis, Gabriel Smicziklasz Gr. R. Cath. Crisiensis, Blasius Popovics Gr. R. C. Munkacsiensis, Basilius Erdélyi G. R. C. Magno-Varadiensis, Josephus Gaganecz G. R. C. Eperiesensis, Antonius Karner Jaurinensis, Joannes Ranolder Vesprémiensis, Georgius Strossmayer Bosniensis seu Diakovariensis et Syrmiensis, Stephanus Kollárcsik Rosnaviensis, Ladislaus Zabojszky Scepusiensis, Franciscus Szaniszló M. Varadiensis L. R. Stephanus Moyses Neosoliensis, Alexander Sterka-Saluca Fogarasiensis, Augustinus Roskoványi de Eadem Vaciensis, Emericus Farkas Alba-Regalensis, Alexander Csajághy Csanadiensis, Ludovicus Hajnald Transilvaniensis, Ignatius Fabry Cassoviensis, Georgius Girk Quinque-Ecclesiensis, Franciscus Szenczy Sabariensis Episcopus.

§. 127.

Synodus Baltimorensis.

Synodus haec memorari vel ideo meretur, quod prima sit, quae in altero terrae hemissphaerio a Catholicis anno 1829. celebrabatur. Interfuere ex episcopis novi orbis sex in persona, et unus per procuratorem, praesidium tenente Vhitefieldio Archiepiscopo Baltimorensi. Objecta pertractationis erant dogmata fidei, disciplina ecclesiastica, et canones a sacerdotibus observandi. Ex eadem synodo ad universos Americae septemtrionalis Catholicos encyclicae dimittebantur, quibus illi ad subsidia pro erigendis seminariis conferenda, et ad vitandam periculosorum operum lectionem animantur. V. Berault-Bercastel's Fortsetzung, oder die neueste Geschichte der christl. Kirche Augsburg 1836. Tom. 6. p. 854. et seq. item 864.

§. 128.

Synodus Parisiensis.

Synodum hanc provincialem Dominicus August. Seibour Archiepiscopus Parisiensis convocavit. Ea die 18. Septembris anni 1849. in ecclesia S. Sulpitii sub praesidio ejus praemissis cunctis synodo praemittendis solemnitatibus et precibus congregata ex 14 Episcopis aliisque praelatis constans, sessiones tres servavit. Objecta earum 4 capitibus comprehenduntur. Capite I. de Hierarchia et personis ecclesiasticis tractantes patres cuncta Ecclesiae Catholicae dogmata illuc spectantia confirmarunt, et contra hostes aevi nostri vindicarunt. Capite II. materiam fidei assumserunt, ac praeter alia calumnias, quae hodie contra Ecclesiam Catholicam circumferuntur, refutarunt, ac novam sectam, quae commentitium opus misericordiae annunciat (secta communismi) proscripserunt. Capite III. disciplinam ecclesiasticam partim confirmarunt, partim emendarunt, variaque decreta de sanctificatione diei Domini, et festorum, de verbo divino praedicando et audiendo, de cura infirmorum, de modo agendi ecclesiasticorum in rebus politicis, de scriptoribus ecclesiasticis, eorumque censura etc. tulere. Capite IV. de studiis ecclesiasticis tractantes seminariorum studia, collationes et examina regularunt etc. His cunctis terminatis et subscriptis synodum concluserunt, actaque ejus Pio IX. Pontifici Ecclesiam Catholicam hodie felicissime gubernanti pro confirmatione submiserunt. Vid. Religio 1849. évi 5. s z. 46. lap. s 7. s z. 63. s k. lap. October 7. s 8. Ejusdem Archiepiscopi Parisiensis encyclicas de hac synodo lege in Religio anni 1850. 33. szám September. 15. 254. s k. lap.

§. 129.

Congregatio Ecclesiae Germanicae Herbipoli et Viennae.

Germaniae Catholicismus tandem fruebatur solatio episcopos suos simul congregatos videndi. Scilicet 24 antistites Ecclesiae Germanicae, quos inter ex parte Austriae Emin. D. Cardinalis Frid. Jos. Princeps Schwarzenberg tunc Archiepiscopus Salisburgensis personaliter, Olomucensis et

Brixiensis autem medio deputatorum praesentes fuere, mense Novembri anno 1848. Herbipoli in Bavaria convenerunt, ac de situ Ecclesiae, quem cum ingruente nova aera tenere, et de juribus, quae reclamare debeat, consilia inivere. In hoc conventu ante omnia declararunt praelati, se nolle separationem a civitate, verum plenam libertatem et autonomiam Ecclesiae optare. Speciatim vero vi potestatis sibi a Deo collatae illimitatam potestatem docendi, instituta educatoria erigendi, dirigendi, scholas inspiciendi, iis invigilandi, fundationes pias et literarias administrandi, seminaria fundandi et manuducendi. Declararunt porro episcopis solis competere jus candidatos ad clerum suscipiendi, examinandi, cultum divinum ordinandi et dirigendi, bona et proprietates Ecclesiae conservandi et administrandi, communionem cum Sede Romana velut centro unitatis catholicae fovendi etc. Quamvis autem postulata haec ex parte gubernii restrictiones nonnullas paterentur, bono tamen successu majori ex parte coronabantur adeo, ut anno insequente 1849. etiam praelati Austriae numero 25 eum in finem Viennae sub praesidio ejusdem Emin. D. Cardinalis et Archiepiscopi nunc Pragensis congregarentur, et cuncta objecta disciplinaria, matrimonialia et canonica fere a seculo jam a foro Ecclesiae avulsa, eidem restitui, ac plenam ejus libertatem revindicantes, civitatis influxum in negotia Ecclesiae moderari petierint. Res e votis cessit, siquidem influxu et adjutorio Em. et R. D. Michaelis Viale-Prela Cardinalis et Pronuntii Apostolici concordatum cum regimine Austriae recentissime initum sit, vi cujus plena Ecclesiae libertas, omniumque negotiorum ecclesiasticorum lege naturali et positiva ad forum Ecclesiae spectantium pertractatio eidem restituta sit. Vid. Dr. Scharpff Profess. zu Giessen Vorlesung. über die neueste Kirchengesch. II. Heft 1852. Freiburg im Breisgau Seite 56. u. die folg. 72 und die folg.

§. 130.

Congregatio Ecclesiae Hungaricae.

Praesules Ecclesiae Hungaricae tum exemplo praecedentium tum respectu novae in Hungaria aerae exortae mense Augusto anni 1850. sub praesidio tunc Celsiss. prin-

cipis Primatis regni, nunc autem Eminent. S. Sedis Romanae Cardinalis Joannis Scitovszky de Nagy-Kér Strigonii convenerunt. Et quia, ut literae eorum encyclicae ad clerum dimissae sonant, Ecclesiae docenti non minus ac discenti, nec non pastoribus aeque ac fidelibus vulnera magna illata sunt [1]), idcirco vulnera ea sanare volentes, et saluberrima de cunctis sacerdotii et muneris pastoralis officiis observandis constituerunt, et plura objecta, utpote onera cleri curati, fundum religionis, studia theologica et seminaria, sacramentum Matrimonii, defectionem sacerdotum a fide, congruam pastorum, scholas catholicas et educationem juventutis attinentia, item plura alia [2]) fine executionis, aut emendationis excelso regimini substraverunt, spesque est, ut siquidem libertas Ecclesiae et conscientiae vigore constitutionis recentissimae sancita sit, vota meritissimorum Ecclesiae Hungaricae praesulum quoocyus compleantur, atque Ecclesiae Hungaricae illata nuper vulnera sanentur. Vid. Religio anni 1851. Nro. 39. et seq. diei 1. April. et seq.

Chronologica Series

Romanorum Pontificum et Imperatorum Romanorum, Graecorum, Latinorum et Germanicorum nec non Imperantium Hungariae.

98. S. Leo III. e. 795. f. 20. a. 5 m. 17 d.	Constantinus VI.—780 (Irene sola — 797). Carolus M. 800 Rom. imper. Nicephorus — 801. Michael I. — 811. Leo V. — 813. Carolus M. 814. mortuus.
99. Stephanus V. ab a. 816. f. 1. an. 7 m. 3 d.	

[1]) Encycl. in Religio Nro. 62. de 21. November 1850. reperiuntur.
[2]) Religio an. 1851. Nro. 39 et seq. diei 1. April. et seq.

100. Paschalis I. e. 817. f. 7 a. 7 m. 16 d. (8 a. 17 d.)	Ludovicus Pius solus. Michael II. — 820.	
101. Eugenius II. e. 824. f. 3 a. 2 m. 23 d.		
102. Valentinus e. 827. f. 40 d.	Ludovicus † 840. Lotharius et ejus duo fratres.	
103. Gregorius IV. e. 827. f. 16 a. 4 m. (circiter 16 a.)	Michael III. et Theodora — 842.	Duces Hungar. Arpadus. Zultanus. Toxus. Geisa. Stephanus anno circiter 8 —1000.
104. Sergius II. e. 844. f. 3 a. 1. m. 2 d. (non integr. 3 a.)	843. Conventio Verodun. Lothar imperator; Ludovicus in Germania.	
105. S. Hadrianus II. e. 867. f. 4. a. 10 m. 17. dieb. (4 a. 11 m. aliq. d.)	Basilius — 867.	
106. Joannes VIII. e. 872. f. 10 a. 1. d.	Carolus II. Rom. Imper. — 875. Carolus Crassus imper. 880.	
107. Martinus I. (Martinus II.) e. 882. f. 1 a. 20 d. (a. 1. 4 m. aliq. d.)		
108. Hadrianus III. e. 884. f. 1 a. 3 m. 19 d. (1 a. 4 m.)		
109. Stephanus VI. e. 885 (886) f. 6 a. aliq. d.	Arnulphus loco Caroli in regem electus — 881.	
110. Formosus e. 890. (891.) f. 6 a. 6 m. (fere 5 a.)	Guido imper. — 891.	
111. Bonifacius VI. e. 896. f. 15 d. (multis antipapa).	Leo Philosophus —896.	
112. Stephanus VII. e 896. f. 3 vel 4 an. (1. a. circit. 2 m.)		
113. Romanus e. 897. f. 4 m. (multis antipapa.)	Ludovicus infans—900.	

114. Theodorus II. e. 901. (897) f. 20 d.	
115. Joannes IX. e. 901. (898) f. 3 a. 15 d. (2 a. 15 d.)	
116. Benedictus IV. e. 905. (900) f. aliq. m. (circ. 3 a.)	
117. Leo V. e 906. (903) f. 40 d.	
118. Christophorus e. 906. (903) f. 7. m.	
119. Sergius III. e. 907. (904) f. 3 a. 4. m. (7 a.)	
120. Anastasius III. e. 910. (911) f. 2 a. 2. m. 29 d.	Constantinus VII. — 911.
121. Lando e. 912 (913) f. 6. m. 10 d.	Conrad. I. imper. — 918.
122. Joannes X. e. 913. (914) f. 15 a. (14. a. 2 m.)	
123. Leo VI. e 928. f. 6. m. 15. d. (7 m. 15 d.)	
124. Stephanus VIII. e. 929. f. 2 a. 1. m. 15 d.	
125. Joannes XI. e. 931. f. 4 a. 10 m.	
126. Leo VII. e 936. f. 3 a. 6 m. (. . . 10 d.)	Otto Magnus — 936.
127. Stephanus IX. e. 939. f. 3 a. 4. m. 5 d. (. . . 15 d.)	
128. Marinus II. (Martinus III.) e. 942. (943) f. 3 a. 4 m. 13 d. (3 circ. an. 6 m.)	
129. Agapetus II. e 946 f. 9 a. 7 m. 19 d. (. . 6—7 m.)	Romanus II. — 959.
130. Joannes XII. e.	Nicephorus II. — 963.

955. (956) f. 9 an. vel 10.		
131. Benedictus V. e. 964. f. circ. 1. an.		
132. Leo VIII. † (965) f. 1 a. aliq. m.		
133. Joannes XIII. e. 965. f. 6 a. 11 m. 5 d.	Joan. Tzizeciscus — 970.	
134. Benedictus VI. e. 972. f. 1. a. 3 m. aliq. d.		
135. Donus II. e. 972. f. 3 m.	Otto II. — 973.	
136. Benedictus VII. e. 975. f. 9 a. (8. a. aliq. m.)	Basilius II. — 976.	
137. Joannes XIV. e. 984. (983) f. 1. a. aliq. m.	Otto III. — 983.	
138. Joannes XV. *) e. 985. f. aliq. m.		
139. Joannes XVI. e. 985. f. 10 a. 4. m. 12 d.		
140. Gregorius V. e. 996. f. 2. a. 8. m. 6 d.		
141. (Joannes XVII. † 998).		
142. Sylvester II. e. 999. f. 4. a. 2 vel 3 m. (4 a. 1 m. 10 d.)	Henricus II. — 1002.	S. Stephanus I. Hungariae · 1(
143. Joannes XVIII. e. 1003. f. m. 5.		
144. Joannes XIX. e. 1003. f. 5. 7. m. 28. d. (5 a. 5 m. 6. d.)		
145. Sergius IV. e. 1009. f. 2 a. 8 m. (circit. 9 a.)		
146. Joannes XX. e.	Conradus II. — 1024.	

*) Hic est probabilius ille, quem Böhmer sub nomine Joannis XVI. tipapam esse putat, ac ideo eum Joannem XV. compellat. Loco ill in Schematismo Romani Status Joannes XVII. tanquam antipapa censetur. Vid. nro. 145. Schematism. Stat. Rom.

1024. f. 9. a. 8 m. (circit. 9 a.)	Constantinus VIII. — 1025.	
147. Benedictus IX. e. 1034. f. 10 an. aliq. m. (10 an. et 7 m.)	Zoe — 1028. Henricus III. — 1039.	Petrus — 1038.
148. Gregorius VI. e. 1044. f. 2. an. 8. m.		Samuel Abba — 1041.
149. Clemens II. e. 1046. f. 9. m. (9 m. 15 d.)		Petrus restitutus — 1044.
150. Damasus II. e. 1048. f. 23 d.		Andreas I. — 1046.
151. S. Leo IX. e. 1049. f. 5. an. 2 m. 7 d. (. . . 18 d.)		
152. Victor II. e. 1054. (1055) f. 2 a. 6 m. (2 a. 5 m. 1 d.)	Henricus IV. imp. — 156.	
153. Stephanus X. e. 1057. f. circit. 8 m.	Isaacus Comnenus — 1057.	
154. Benedictus X. e. 1058. f. circit. 9. m. (multis antipapa.)		
155. Nicolaus II. e. 1059. (1058) f. 2. a. 6 m. (. . 25 d.)	Constantinus X. (Ducas) — 1059.	
156. Alexander II. e. 1061. f. 11. a. 6. m. 22 d.	Romanus IV. — 1068.	Bela I. — 1061. Salomon — 1063.
157. Gregorius VII. e. 1073. f. 12. 1 m. 3 d. (Clemens III. antipapa.)		Geisa I. — 1074. S. Ladislaus — 1077.
158. Victor III. e. 1086. f. circ. 10 m. (1. a. 3 m. 24 d.)	Alexius Comnenus — 1081.	
159. Urbanus II. e. 1087. (1088) f. 11. a. 4 m. 18. d.		
160. Paschalis II. e 1099. f. 18. an. 5 m. 4. d.		Colomannus — 1095.
161. Gelasius II. e. a. 1118. f. 1 a. 4 d.	Henricus V. — 1106. Joannes II. — 1108.	Stephanus II. — 1114.
162. Calixtus II. e. a. 1119. f. 5 a. m. 13. d. 10.		

163. Honorius II. e. 1124. f. 5 a. 1 m. 17. d. (5 a. 18—25 d.)	Lotharius II. — 1125.	
164. Innocentius II. e. 1130. f. 13 a. 7 m. 10 d. (Anacletus II. antipapa).		
165. Coelestinus II. e. 1143. f. 5 m. 13 d.	Conradus III. — 1137. Manuel I. — 1143.	Bela II. coecus — 1131. Geisa II. — 1141.
166. Lucius II. e. 1145. f. 8. a. 4 m. 13 d.	Fridericus I. — 1152.	
167. Anastasius IV. e. 1153. f. 1. a. 4 m. 24 d.		
168. Hadrianus IV. e 1154. f. 4 a. 8 m. 29. d.		
169. Alexander III. e. 1159. f. a 21. m. 11 d. 21. (Victor, Paschalis, Calixtus, Innocentius antipapae.)		Stephanus III. — 1161. Ladislaus II. — 1161. Stephanus IV. — 1162. Bela III. — 1173.
170. Lucius III. e. 1181. f. 4 a. 2 m. 18 d. (. . . 23 d.)	Andronicus I. — 1183.	
171. Urbanus III. e. a. 1185. f. 1 a. 10 m. 25 d.	Isaacus II. — 1185.	
172. Gregorius VIII. e. 1187. f. 1. m. 28. d.		
173. Clemens III. e. 1188. (1187) f. 3 a. 3 m. 16 d. (3 a. 3 m. 10 d.)		
174. Coelestinus III. e. 1191. f. 6 a. 8. m. 28 d. (6 a. 9 m. 10 d.)	Henricus VI. ab anno 1190.	
175. Innocentius III. e. 1198. f. 18 a. 6 m. 9 d.	Alexius III. — 1195. Philippus — 1197. Alexius IV. et Alexius V. — 1203.	Emericus — 1196.

	Balduinus — 1204.	Andreas II. -1205.
	Henricus — 1206.	
	Otto — 1208.	
	Fridericus II. — 1212.	
176. Honorius III. e. 1216. f. 10 a. 8 m.	Petrus Courtenay — 1216.	
	Robertus Courtenay — 1217.	
	Joannes Ducas — 1222.	
	Theodorus II. — 1225.	
177. Gregorius IX. e. 1227. f. 14 a. 5 m. 3 d.	Balduinus II. — 1228.	
178. Coelestinus IV. e. 1242. f. 18 d.		Bela IV. — 1235.
179. Innocentius IV. e. 1243. f. 11 a. 5 m. 14 d.	Conradus IV. — 1250.	
180. Alexander IV. e. 1254. f. 6 a. 5 m. 4. d.	Interregnum ab an. 1254.	
	Michael Palaeologus — 1259.	
181. Urbanus IV. e. a. 1261. f. 3 a. 1. m. 4 d. (3 a. 11. m. 4 d.)	Restauratio imperii Romani Graeci per Michaelem VIII. — 1261.	
182. Clemens IV. e. 1265. f. 3 a. 9 m. 25 d.		Stephanus V. — 1270.
183. Gregorius X. e. 1271. f. 4 a. 4 m. 10 d. (. . . 19 d.)	Rudolphus Habsburg. — 1273.	Ladislaus III. — 1272.
184. Innocentius V. e 1276. f. 5 m. 5 d. (8 m. 2 d.)		
185. Hadrianus V. e. 1276. f. 1. m. 9 d.		
186. Joannes XXI. e. 1276. f. 8 m. 8 d. (13. m. 4—5 d.		
187. Nicolaus III. e. 1277. f. 2. a. 9 m. 2 d. (2 a. 8 m. 27 d.)		
188. Martinus II. (IV.) e. 1281. f. 4 a. 1 m. 7 d.	Andronicus II. — 1282.	

189. Honorius IV. e. 1285. f. 2. a. 1 d. (1. a. 2. d.)		
190. Nicolaus IV. e. 1287. (1288) f. 4 a. 1 m. 14 d.	Adolphus Nassau. — 1291.	Andreas III. — 1290.
191. S. Coelestinus V. e. 1294. f. 5 m. 8 d.		
192. Bonifacius VIII. e. 1294. f. 8 a. 9 m. 18 d.	Albertus I. — 1298.	
193. Benedictus XI. e. 1303. f. 8 m. 17 d. (1 a. 8 m. 17 d.)		
194. Clemens V. e. 1305. f. 8 a. 10 m. 16 d.	Henricus VII. ab a. 1308. Ludovicus IV. et Fridericus Austriacus — 1314.	Venceslaus — 1301. Otto — 1305. Carolus Robertus 1308.
195. Joannes XXII. e. 1316. f. 18 a. 3 m. 28 d.	Andronicus III. — 1328.	
196. Benedictus XII. e. 1334. f. 7. a. 4 m. 6. d.	Joannes V. — 1341.	
197. Clemens VI. — e. 1342. f. 10 a. 6. m. 29 d.		Ludovicus I. M. — 1342.
198. Innocentius VI. e. 1352. f. 9 a. 8 m. 20 d.	Carolus IV. — 1347.	
199. Urbanus V. e. 1362. f. 8 a. 1 m. 23 d.		
200. Gregorius XI. e. 1378. f. 11 a. 6 m. 6 d.	Venceslaus — 1378.	
201. Bonifacius IX. e. 1389. f. 14 a. 11. m.	Manuel III. (Palaeologus) — 1391.	Maria I. — 1382. Carolus II. — 1386.
202. Innocentius VII. e. 1404. f. 2 a. 22 d.	Rupertus — 1400.	Sigismundus — 1387.
203. Gregorius XII. e. 1406. f. 2 a. 6. m. 14. d. (8 a. 7. m. 3 d. *)		

*) Haec diversitas annorum dependet a decisione quaestionis: Utrum regimen hujus Pontificis sess. 15. concil. Pisani finem acceperit.

04. Alexander V. e. 1409. f. 10 m. 8 d.		
05. Joannes XXIII. e. 1410. f. 5 a. 15 d.	Sigismundus ab anno 1410.	
06. Martinus V. e. 1417. f. 13 a. 3 m. 12 d.	Joannes VII. — 1425.	
07. Eugenius IV. e. 1431. f. 15 a. 11 m. 20 d.	Albertus II. — 1437. Fridericus III. — 1439.	Albertus ab a. 1437. Uladislaus I. ab an. 1440.
08. Nicolaus V. e. 1447. f. 8 a. 19 d.	Constantinus XI. — 1448. Expugnatio urbis Constantinopol. 1453. 29. Maji.	Ladisl. IV. — 1445.
09. Calixtus III. e. 1455. f. 3 a. 5 m. 29 d.		
10. Pius II. e. 1458. f. 5. a. 11 m. 27 d.		
11. Paulus II. e. 1464. f. 6. a. 10 m. 26 d.		Mathias I. — 1458.
12. Sixtus IV. e. 1471. f. 13 a. 5 d.		
13. Innocentius VIII. e. 1484. f. 7 a. 10 m. 27 d.		
14. Alexander VI. e. 1492. f. 11 a. 8 d.		
15. Pius III. e. 1503. f. 26 d.	Maximilian. I. — 1493.	Uladislaus II. — 1490.
16. Julius II. e. 1503. f. 9 a. 3 m. 21 d.		
17. Leo X. e. 1513. f. 7 a. 8 m. 20 d.	Carolus V. — 1519.	Ludovicus II. — 1516.
18. Hadrianus VI. e. 1522. f. 1. a. 8 m. 6 d.		
19. Clemens VII. e. 1523. f. 10 a. 10 m. 7. d.		
20. Paulus e. 1533 f. 15 a. 18 d.	Ferdinandus 1. — 1527.	
21. Julius III. e. 1548. f. 5 a. 1. m. 16 d.		
22. Marcellus II. e. 1555. f. 21 d.		
23. Paulus IV. e 1555.	Ferdinandus I. — 1558.	

f. 4 a. 2 m. 21 dieb.		
224. Pius IV. e. 1559. f. 5 a. 11. m. 15. d.	Maximilianus II. — 1564.	Maximilianus - 15
225. Pius V. e. 1566. f. 6 a. 3 m. 24 d.		
226. Gregorius XIII. e. 1572. f. 12 an. 10 m. 10 d.		
227. Sixtus V. e. 1585. f. 5 a. 4. m. 3 d.	Rudolphus II. — 1576.	Rudolphus—1
228. Urbanus VII. e. 1590. f. 13 d.		
229. Gregorius XIV. e. 1590. f. 10 m. 10 d.		
230. Innocentius IX. e 1591. f. 2 m.		
231. Clemens VIII. e. 1592. f. 13 a. 1 m. 3 d.		
232. Leo XI. e. 1605. f. 24. d.	Mathias — 1612.	Mathias II. -1
233. Paulus V. e. 1605. f. 15. an. 8 m. 2 d.	Ferdinandus II.—1619.	Ferdinand. II. 1
234. Gregorius XV. e. 1621. f. 2 a. 5 m.		
235. Urbanus VIII. el. 1623. f. 20. a. 11 m. 22. d.	Ferdinandus III. — 1637.	Ferdin. III. 1
236. Innocentius X. e. 1644. f. 10 a. 3 m. 22 d.		
237. Alexander VII. e. 1655. f. 12. a. 1 m. 15 d.	Leopoldus I. — 1658.	Idem.
238. Clemens IX. el. 1667. f. 2 a. 5 m. 19 d.		
239. Clemens X. e. 1670. f. 6 a. 2 m.		
240. Innocentius XI. e. 1676. f. 12 a. 10 m. 23 d.		
241. Alexander VIII. el. 1689. f. 16 m.		
242. Innocentius XII. e. 1691. f. 9 a. 2 m. 16 d.		

43. Clemens XI. el. 1700. f. 20 a. 3 m. 25 d.	Josephus I. — 1705. Carolus VI. — 1711.	Idem. Carolus III. 1711.
44. Innocentius XIII. e. 1721. f. 2. a. 10 m.		
45. Benedictus XIII. e. 1724. f. 5 an. 8 m. 23 d.		
46. Clemens XII. e. 1730. f. 9 a. 6 m. 25 d.		
47. Benedictus XIV. e. 1740. f. 17 a. 8 m. 16 d.	Maria Theresia — 1740. Franciscus I. — 1745.	Eadem.
48. Clemens XIII. e. 1758. f. 10 a. 6 m. 25 d.	Josephus II. — 1765.	Josephus II. — 1780.
49. Pius VI. e. 1775. f. 24 a. 6 m. 14 d.	Leopoldus II. — 1790. Franciscus II. — 1792.	Idem. Idem sub nomine Francisci I.
50. Pius VII. e. 1800. f. 23 a. 5 m. 6 d.	Exorto imperio Gallico anno 1804 se haereditarium Austriae Imperatorem scripsit. Condito Rhenano foedere anno 1806. imperatoris Romani et regis Germaniae titulum deposuit, retento titulo et munere haereditarii imperatoris Austriae.	Ferdinandus V. an. 1830. vivente patre coronatus est.
51. Leo XII. e. 1823. f. 5 a. 4 m. 18 d.		
52. Pius VIII. e. 1829. f. 1. a. 8 m.		
53. Gregorius XVI. e. 1831. f. 15 an. 4 m. 15 d.	Ferdinandus V. imperator Austriae anno 1835. defuncto patri successit.	Idem in Hungaria a 2. Martii an. 1835.
54. Pius IX. el. a. 1846. die 17. Junii felicissime Ecclesiam nunc gubernat. Longaeva ei Vita et prosperitas!!	Ferdinando V. resignanti die 2. Decembris 1848. Franciscus Josephus successit, ac felicissime regnat. Longaeva ei vita et prosperitas!!	Idem.

Finis.

Pag.	lin.	Errata.	Corrige.
41	24	latres	lares.
61	18	a	ac.
75	5	eorum ejus	eorum punitionem.
125	23	irrefragalis	irrefragabilis.
159	1	Pataveni	Patareni.
227	2	Sicitiae	Siciliae.
244	24	exultantibus	exulantibus.
256	15	castibus	casibus.
286	10	vovedebant	devovebant.
297	27	Pius XII.	Pius VII.
358	14	theoricam	theoriam.
366	27	§. 27	§. 56.
378	32	Civilia	La Civilta.
399	11	allegorias	categorias.
443	17	victoris	vietoris.

